Digitized by Google

K. L. m.

109-1- N. 36,883.

36-1-

Digitized by Google

FIC
71.674

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ΣΥΝΟΔΙΚΟΝ

SIVE

PANDECTÆ

CANONUM

SS. APOSTOLORUM,

ET

CONCILIORUM

AB

Ecclesia GRÆCA receptorum;

NEC NON

Canonicarum SS. PATRUM Epistolarum:

Unà cum SCHOLIIS ANTIQUORUM singulis eorum annexis,

Et SCRIPTIS aliis huc spectantibus;

QUORUM PLURIMA

E

BIBLIOTHECÆ BODLEIANÆ

Aliarumque MSS. Codicibus nunc primum edita: reliqua cum iisdem MSS. summâ fide & diligentiâ collata.

Totum Opus in duos TOMOS divisum

GUILIELMUS BEVEREGIUS *Ecclesiæ Anglicanæ Presbyter,*

Recensuit, Prolegomenis munivit, & Annotationibus auxit.

OXONII,

E THEATRO SHELDONIANO.

Sumptibus GUILIELMI WELLS & ROBERTI SCOTT Bibliop. *LOND.*

M. DC. LXXII.

21674

Digitized by Google

Digitized by Google

REVERENDISSIMO
IN CHRISTO PATRI & DOMINO D.
GILBERTO
PROVIDENTIA DIVINA
ARCHIEPISCOPO
CANTUARIENSI
TOTIUS ANGLIÆ PRIMATI & METROPOLITANO,
Et Auguſtiſsimo Principi CAROLO II. M. Britanniæ, Franciæ & Hiberniæ Regi
A SECRETIORIBUS CONSILIIS.

AMPLISSIME PRÆSUL,

HAC tempeſtate, quando nihil fere placet niſi quod novitate commendatur, priſcæ Eccleſiæ jura in medium produxiſſe, ingratum prorſus videbitur Opus, & proinde aut ſupprimendum penitus, aut validiſsimo aliquo Patrocinio protegendum.

Hæc ſerio recolenti, animo meo protinus obverſaris, EMINENTISSIME PRÆSUL; Quis enim ſacros Eccleſiæ Canones pro dignitate tueri poterit, niſi qui ipſe doctiſsimus juxtà & ſanctiſsimus, mente illos complectitur, authoritate fovet, moribus exhibet; Præſidio demum ſuo ſub auſpiciis Auguſtiſsimi Principis

Digitized by Google

Principis, non illos modo, ſed & ipſam Britannici Orbis Eccleſiam quà quà patet, protegit & moderatur?

Quin & alio nomine Clementiæ veſtræ debetur hoc Opus, in cujus Laribus, THEATRO *nimirum illo, quo nihil pulchrius uſpiam, nihil magnificentius Sol videt, natum eſt atque in lucem editum: Ita certè ceu mancipium* Οἰκογενὲς *Glebæ Veſtræ ſe adſcriptitium geſtit; & origines ſuas, non tam agnoſcit, quam imputat jactitatque.*

Nec quidem ſinè numine aliquo contigiſſe reor, TYPOGRAPHEUM SHELDONIANUM, *cognominis ſibi molis æmulum, & (quæ inexhauſtæ à quâ utrumque fluxerat munificentiæ indoles eſt) geminum munus, Pandectis hiſce imbui primum & dedicari.*

Succedet deinceps, prælo obſtetricante, longo ordine SS. Patrum, Doctorum, Scriptorumque omnis generis erudita cohors, æternitatem ſuam SHELDONIANO *nomini, pariter ſacro, pariter æterno acceptam referens: In cujus felicitatis invidendam planè ſortem, me etiam aliquatenus perveniſſe duxerim, cui publica hæc & ſolennis data eſt occaſio, quâ clientelæ Veſtræ inſerar, & non modo apud præſens ſeculum, ſed & poſteros etiam memet profitear*

CLEMENTIÆ VESTRÆ

SERVUM HUMILLIMUM

ET OBSEQUIO OMNI

DEVINCTISSIMUM

ROB. SCOTT.

Digitized by Google

PROLEGOMENA.

ETiamſi Eccleſia in Imperio ſit, unumque cum eo in ſingulis regnis caput commune habeat, reapſe nihilominus ab eo diſtinguitur, non ſecus atque anima à corpore; hoc enim medici, illa Theologi curæ committitur: proinde homo ex duabus iſtis conflatus partibus, commune eſt utriuſque regiminis ſubjectum, ſub diverſo tamen reſpectu, Imperio quidem quatenus ζῶον πολιτικὸν eſt, Eccleſiæ autem quatenus ζῶον ἀθάνατον, ſempiternæ ſcilicet fœlicitatis, vel miſeriæ capax. Enimvero homo convenientis ſibi ſocietatis ex naturâ appetens, iſtiuſmodi neceſſe eſt ſubjiciatur legibus, quibus talis ſocietas conſervetur; ad eam autem integrè conſervandam nihil amplius requiritur, quam ut caveatur, ne unus alteri noceat, ſed ſinguli ſibi invicem proſpiciant, & ſuum cuique tribuatur. Huic itaque rei ab Imperio conſultum eſt: quod propterea externis tantum hominum actionibus, per corporea ſcilicet exertis organa, advigilat, ut eæ nimirum ſuos intra limites ità coerceantur, ut nihil ex iis mali, ſed quantum fieri poteſt boni commodique, & aliis ſingulis & toti communitati emergat, ut ita quiſque ſe, & ſuis, & aliorum etiàm ſocietate, quietè & tranquillè gaudeat. Verumenimvero homo non hominum tantum, ſed ipſius etiam Dei creatoris ſummique boni communione frui, eumque colere, & ad ſummam, quæ in creaturam conferri poteſt, fœlicitatem evehi ex naturâ comparatus eſt. Cùm is autem & veram erga Deum pietatem, & ſuam in eo beatitudinem neglectui habere plus nimio propenſus ſit; imprimis neceſſarium eſt, ut harum etiam rerum cura ei habeatur. Hæc autem Eccleſiæ concreditur: cui propterea, quoad ejus fieri poteſt, cavere incumbit, ut & debitus Deo omnipotenti honor à ſingulis exhibeatur, & ipſi ſuprema illa quibus nati apti ſunt gaudia conſequantur. Imperium igitur externis tantum hominum erga ſe invicem actionibus, Eccleſia omnibus eorum erga ipſum etiam Deum geſtibus intenta eſt: Illud corpora, hæc animas adminiſtrat. Chriſtiani, fateor, cives utrique ſubjiciuntur, ſed ei quatenus cives, huic quatenus Chriſtiani: & illud proinde præſentia tantum mala ab iis propulſare, hæc perpetua iis bona conciliare ſtudet. Vel ut ſummatim dicam, Imperium publicæ tantum in terris hominum quieti, Eccleſia æternæ etiam in cœlis eorum ſaluti conſulit.

II. Vel me tacente, nemo non videat quare hæc præmiſſa ſunt, & quid ex iis conſequetur. Ut enim ad præſcriptos Imperii conſequendos fines, leges ab eo ferantur neceſſe eſt, quibus ſinguli conſtringimur, & quarum ſervi omnes idcirco ſumus, ut liberi vivere poſſimus: ſic etiam Eccleſia præſtitutos ſibi fines nunquam aſſequetur, niſi ſuas habeat leges, quibus omnes teneantur, qui in ſpiritualem iſtam ſocietatem admiſſi ſunt. Et quidem inter Eccleſiaſticas haſce & civiles leges, non minus quam inter Eccleſiam ipſam & Imperium intereſt. Primo enim quantum ad pœnas iis annexas, leges civiles morte ſæpe puniunt, Eccleſiaſticæ nunquam, ut quibus vitam non eripere, ſed ſervare propoſitum eſt. Corpora ab utriſque caſtigantur, ſed ab illis externè, per verbera; ab his internè, per jejunia & luctus. Quinetiam leges Politicæ per publicam bonorum confiſcationem in delinquentes animadvertunt; Eccleſiaſticæ autem per depoſitionem, ſi Cle-

rici

Digitized by Google

rici sint, à gradu susceptо; sin laici, per segregationem à spirituali cœtu; & per anathemata iis inflicta: quæ sanè talia sunt supplicia, quorum exigendi potestatem nullus unquam Imperator sibi arrogavit; nec jure arrogare potuit; siquidem omnis ista ligandi & solvendi potestas, in Apostolis solis & ipsorum successoribus ab ipso Deo, à quo omnis autoritas derivatur, sita sit, nullâ regum mentione factâ. Si autem de fide loquamur Christianâ, & legibus ad Ecclesiasticam spectantibus disciplinam, ipsi etiam Imperatores Christiani ingenuè multoties professi sunt, nihil sibi juris in istiusmodi sanciendis rebus tributum esse. Sic Constantinus Magnus, Valentinianus, Marcianus, Theodosius, aliique quorum verba alibi retulimus. Quin ipse etiam omnium peritissimus legum Imperator Justinianus, in eâ fuit sententiâ, leges nempe Civiles non præcedere debere, sed sequi Ecclesiasticas, idque sine dedignatione: *Secundum sacras*, inquit, *& divinas regulas, quas etiam nostræ sequi non dedignantur leges.* Novel. LXXXIII. Hinc est, quod etiamsi Imperatores multa de Ecclesiasticis personis & rebus in Constitutionibus suis ediderint, nihil tamen de novo constituerunt, sed ea tantum, quæ ab Ecclesiasticis synodis prius constituta fuerant, ipsi suâ etiam autoritate confirmarunt: Adeo ut quæcunque in Codice, aut in novellis, de personis, causisve Ecclesiasticis afferantur, ab Ecclesiasticâ aliquâ potestate antea sancita fuerint, quam illuc relata; ut ex singulorum istiusmodi locorum inductione cuivis canonici pariter atque Politici perito juris facile patebit. Quod etiam ex eo ulterius elucescit, quòd ad Ecclesiasticas, quæ emerserunt, dirimendas lites, & leges instituendas, ipsi etiam Imperatores concilia Ecclesiastica convocare soliti fuerunt. Sic enim Nicænum primum Oecumenicum à Constantino Magno; Constantinopolitanum à Theodosio seniore; Ephesinum à Theodosio juniore: & ut reliqua taceam, Chalcedonense à Marciano Imperatore congregatum est: Neque ullus ex hisce Imperatoribus causam aliquam à synodo, quam convocavit, discutiendam prius determinavit, quam ab ipsâ synodo judicata est. Quicquid autem à synodis Ecclesiasticis decretum est, à civili etiam potestate confirmari solenne fuit. Unde & omnes propemodum Canones qui hoc libro continentur, ab Imperatore Justiniano Rhinotmeto iis subscribente corroborati sunt. Nimirum Principes Christiani, ut ad Ecclesiæ præsidium, æque ac ad Imperii regimen, civilem sibi commissam habentes potestatem, eâ Ecclesiasticam per imperii sui provincias stabilire autoritatem, Canonicas tueri leges, & cavere ut Ecclesia pace sub suo fruatur patrocinio, & autoritatem ipsi concreditam libere exerceat, ex officio suo tenentur; ut veteres etiam Ecclesiæ Patres docuerunt. Et idcirco, etiamsi ipsi Imperatores inconsultâ Ecclesiâ Ecclesiasticas nunquam ferant leges, ut latæ tamen in imperio cujusque conserventur, ipsis etiam per civilem suam autoritatem providere incumbit.

III. Sed dicet forsitan nonnemo, quod multi sane nuper dixerunt, sacras scripturas Ecclesiæ regendæ sufficientes esse, ac propterea aliis ei non opus esse legibus, quam quæ conceptis verbis ibi promulgantur. Sed miror equidem quo tandem fato hic cuipiam primo in mentem venit, quod nec ullam rationis speciem præ se fert. Licet enim quicquid ad æternam uniuscujusque salutem necessario credendum est aut faciendum, summâ Dei omnipotentis misericordiâ, in sacris illis Eloquiis clarissimè revelatum fuerit: quantum tamen ad Ecclesiasticam spectat disciplinam, divina illa oracula non eo fine scriptis mandata sunt, ut istam in singulis determinarent. Hoc ex eo satis abunde constat, quod de hac re generalia tantum axiomata in sacris scripturis proponantur, è quibus etiam ut particulares determinationes deducantur, ibidem præcipitur. Exempli gratiâ, in decimo quarto capite primæ Epistolæ ad Ecclesiam Corinthiacam, ab infallibili Dei spiritu præscribitur, ut omnia fiant πρὸς οἰκοδομήν· item ut omnia εὐσχημόνως, καὶ κατὰ τάξιν fiant; cùm tamen non docetur, quomodo aliquid ad ædificationem fiat: neque definitur quid decorum sit, & regulare, neque quomodo aliquid decenter, & regulariter instituatur. Hæc itaque Ecclesiæ isti determinanda perspicuè relinquuntur: quæ etiam ut illa

Digitized by Google

illa determinet, diserte hic præcipitur. Adeo ut nihil apertius esse possit, quam Spiritum Sanctum in his & similibus sacræ scripturæ locis dictandis, hoc tantum sibi proposuisse, ut generalia istiusmodi principia constitueret, è quibus particulares leges quotidie deducerentur: satis huic rei à se hoc modo prospectum judicans, cum ipse talem hominibus inspirâsset facultatem, qua speciales regulas ex generalibus istis præceptis, prout occasio postulaverit, efformarent. Et sane cum ipsa etiam recta ratio à Deo sit, quicquid per eam ex divinis illis præceptis colligitur, à Deo etiam est, æque ac ipsa illa præcepta à quibus colligitur: neque enim recta ratio aliquid ex iis colligere potest, quod ipsis non prius fuit à Deo insitum. Et hujusmodi quidem sunt omnes Ecclesiasticæ leges ritè constitutæ: quæ nimirum sacris scripturis non tantum non repugnant, verum etiam iis pariter atque naturalis ipsius legis edictis ita fundantur, ut per rectam ex iis rationem elici possint. Et quæcunque hoc modo Ecclesiasticæ sanciuntur leges, ab illis necesse est, observentur, qui ei subjiciuntur potestati, qua sancitæ sunt.

IV. Quinetiam ubi ista Ecclesiasticas sanciendi leges potestas resideat, & quomodo ab ea sanciendæ sunt, ab ipsis sacris scripturis haud obscurè indigitatur. Nimirum in Actis Apostolorum traditur, quòd cum quæstio in Ecclesia recens nata de circumcisione & lege Mosaica Gentilibus conversis imponenda exorta esset, ad hanc decidendam controversiam, & legem de ea re sanciendam Apostoli & seniores in synodo conveniebant, Συνήχθησαν δὲ οἱ Ἀπόστολοι, καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἰδεῖν περὶ τοῦ λόγου τούτου. Act. Apost. c. xv. ver. vi. Re in utramque partem deliberata, controversia decisa est, & Canon sive lex Ecclesiastica ea de re sancita, & in Epistola synodica promulgata, quod nimirum Gentilibus fidem Christianam amplexis nihil amplius imponendum est, quam ut ab istis quæ immolata sunt simulacris, & sanguine, & suffocatis, & fornicatione abstineant, ver. xxviii. xxix. Ubi primo observatum velim, absolute & in se neutiquam necessarium fuisse, ut omnes Apostoli tunc temporis convenirent ad hanc determinandam quæstionem, cum singuli eam determinare potuissent, siquidem unusquisque eorum infallibili in Ecclesiasticis præsertim omnibus dijudicandis causis spiritu donatus fuerit. Unde obvium est cuipiam colligere, eos ad hanc methodum in isto edendo statuto cœlitùs directos fuisse, ut futuræ Ecclesiæ innotesceret, quo pacto leges in ea ferendæ sunt. Nimirum ut ii quibus in Ecclesia animarum cura committitur, Apostolorum & seniorum, qui ibi commemorantur, successores, in unum congregati collatis omnium rationibus, illud pro lege statuant, quod in Dei gloriam & animarum sibi commissarum salutem magis conducere visum fuerit. Nec opus est illud totidem verbis in sacris scripturis contineatur. In Apostolica enim ista synodo tam è providentia quam scriptura Divina disputatum est: & Canon iste Apostolicus ex iis quæ Deus pro Gentilibus fecerat, æque ac ex iis quæ Judæis præceperat, collectus. Namque S. Petrus primò ostendit, ut Gentiles per suam Evangelii prædicationem ad Christum conversi, & per spiritum sanctificati fuerunt, vers. vii. viii. ix. Sanctus deinde Paulus & Barnabas declarant, quanta Deus miracula & prodigia inter gentes per ipsos ediderat. vers. xii. Quod S. Petrus demum asseruerat, S. Jacobus scriptis propheticis consentaneum esse probat, vers. xv. xvi. Quibus itaque perpensis, etiamsi nuspiam Dominus disertè imperasset, circumcisionem Gentilibus non imponendam esse, ipsi nihilo secius statuunt ne imponatur, nimirum quod hoc ad Ecclesiæ ædificationem magis expedire visum est. Hæc itaque forma est, atque ordo in controversiis definiendis, & Ecclesiasticis condendis legibus divinitùs præscriptus, & ab Ecclesiâ propterea perpetuò observandus.

V. Hâc ipsis Apostolis præmonstatâ viâ itum est etiam ab Apostolica ipsa & primitiva Ecclesia, licet diris adhuc persecutionibus exagitata. Namque & tribus prioribus à Christi navitate seculis, frequentia passim celebrata fuerunt Episcoporum concilia, à quibus Ecclesiasticæ, quæ emerserunt, causæ judicatæ sunt & leges conditæ, ut ex Tertul-

Digitized by Google

liano, Cypriano, Euſebio, aliiſque conſtat. Et his quidem temporibus Canones, qui Apoſtolorum dicuntur, & Apoſtolici, conſtituti ſunt, & in codicem canonum Eccleſiæ primitivæ, qui primum in hoc opere locum obtinet, collecti, ſub finem ſcilicet ſecundi, vel ſaltem ſub initium tertii à verbo incarnato ſeculi, uti in præfatione ad annotationes in eoſdem canones probatum dedimus. Contra opinionem iſtam à nobis ibi aſſertam nihil hucuſque objectum audivimus, niſi quod unus ex iſtis canonibus contra Eunomianos conſtitutus videatur, qui non niſi quarto labente ſeculo exorti ſunt. Is eſt canon Apoſtolicus L. quo cautum eſt ne baptiſma unâ ſed tribus immerſionibus peragatur. Sozomenus autem tradidit, nonnullos aſſeruiſſe Eunomium, alios Theophronium Cappadocem & Eutychium Eunomii diſcipulos, primùm affirmaſſe, quòd ſacrum baptiſma non tribus ſed unâ tantum merſione peragendum eſt, in mortem nimirum Domini, Soz. Hiſt. Eccleſ. l. VI. cap. XXVI. Hæc itaque opinio iſti ferendo canoni occaſionem dediſſe videtur. Verum, ut huic doctiſſimi viri objectioni paucis hic ſatis fiat, ſicet hoc ipſum eſſe quod in dicto Apoſtolico canone prohibetur conceſſerim, minime tamen exinde conſequitur, iſtum canonem antea non conſtitutum fuiſſe. Primò enim Sozomenus hoc in loco de ſuis tantum diebus loquitur, vel iis ſaltem quibus Eunomius & diſcipuli ejus Theophronius & Eutychius extiterunt: adeo ut nihil amplius ex iſtis verbis probari poſſit, quam antiquum baptizandi ritum ab aliquo eorum iſtis diebus innovatum eſſe; Ac proinde etiamſi demus Eunomium, vel alium aliquem primùm iſtis temporibus aſſeruiſſe, baptiſma non in Trinitatem, ſed in mortem Chriſti, atque ideo non trinâ ſed unâ merſione peragendum eſſe, nihil tamen obſtat quin nonnullis retro ſeculis, ad quæ Sozomenus nequaquam reſpicit, idem ab aliis aſſertum fuerit. Quod etiam ex eo indubium redditur, quod longe ante Eunomium, Monarchiani, Praxeani, aliique complures hæretici Trinitatem denegarant: qui autem Trinitatem negant, trinam in baptiſmo merſionem admittere non poſſunt; quippe quæ tres diſtinctas in divina natura perſonas ſupponit, in quas ſingulas baptizatur. Quinetiam Tertullianus Praxean in Trinitatem non baptizaſſe, ac proinde nec trinam adhibuiſſe merſionem, haud obſcure indicat, ubi de Chriſto adverſus Praxean loquens, ait, *Et noviſſime mandans ut tingerent in Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, non in unum.* Tertul. adv. Prax. cap. XXVI. Neque enim video quare iſta verba, *Et non in unum*, adderet, niſi vel Praxeas ipſe, vel alius ſaltem aliquis hæreticus, non in Trinitatem, ſed *in unum*, Chriſtum ſcilicet, vel ejus mortem baptizandum eſſe contenderit. Sed ne diutius in his immoremur, hoc tantum adjiciam, quod non tantum ex Tertulliani aliorumque veterum ſcriptorum teſtimoniis, verum etiam ex ipſis Sozomeni verbis, loco ſupra citato, certiſſimum eſt, trinam in baptiſmo merſionem diu ante Eunomium ab Eccleſia Catholica uſitatum fuiſſe, uſque adeo ut ab ipſis etiam Apoſtolis manaſſe viſum fuerit, & Sozomenus eam vocaverit πλὴν ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων εἰσέτι καὶ ἐν πᾶσι φυλαττομένην παράδοσιν. Verum enimvero hoc nullibi in ſacris ſcripturis præceptum legitur. Præceptum eſt fateor, ut baptiſmus in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti celebretur: ut baptizatus autem ter, ſemel videlicet ad nomen cujuſque perſonæ, in aquam immergatur, nuſpiam præſcribitur. Nec veri quidem ſimile videtur, talem ritum in ipſum baptiſmatis ſacramentum aliter introductum fuiſſe, quam ab aliqua Apoſtolicorum ſaltem virorum ſynodo, ut qui ſoli eum inſtituendi poteſtatem habuerint. Adeo ut hic ex iis potius nobis videatur canonibus, è quibus veneranda reliquorum antiquitas evincatur, quippe qui ab ipſis Eccleſiæ Chriſtianæ primordiis obtinuerit. Hinc itaque conſtat, quod ſi quid ponderis in iſto argumento concedatur, ſaltem non tanti eſt, ut alia omnia, quæ plurima ad noſtram adſtruendam opinionem accumulavimus, eo unico ſubvertantur. Sed venia huic digreſſioni impetrata, redeamus unde divertimus.

VI. Cæ-

Digitized by Google

VI. Cæterum diſperſis tandem aliquando nigris perſecutionum nebulis, & læta per ſummam Dei miſericordiam Eccleſiæ indulta ſerenitate, multò frequentiora ubique terrarum coacta ſunt concilia, à quorum nonnullis reliqui, quos hoc opere exhibemus, canones conſtituti ſunt, aut confirmati. Prius autem quam de ſingulis agamus, locus exigit, ut pauca de conciliis in genere prælibemus: ut neminem fugiat, qualia fuerint concilia à quibus ſinguli Canones editi fuerunt. Conciliorum itaque duo fuerunt genera; Alia enim generalia, alia Particularia nuncupantur. Generalia ſunt ad quæ omnes totius Chriſtiani orbis Epiſcopi convocantur unde à S. Auguſtino, *Plenaria Concilia ex orbe univerſo*, non inepte appellata ſunt. Græci ea perpetuo vocant οἰκουμενικὰς συνόδους, hoc eſt, ſynodos ex toto τῆ οἰκουμένης, *terræ habitabilis* orbe collectas: licet vox οἰκουμένη etiam *Imperium Romanum* nonnunquam ſignificet, ut Luc. II. ver. 1. Ad conſtituendum autem hujuſmodi concilium, non opus eſt ut omnes totius orbis Epiſcopi eidem præſentes adſint, modo omnes accerſantur, ut adeſſe poſſint, ſi velint. Niſi autem omnes principalium quinque ſedium, Romanæ ſcilicet, Alexandrinæ, Antiochenæ, Conſtantinopolitanæ, & Hieroſolymitanæ Epiſcopi, vel per ſe, vel per Encyclicas Epiſtolas interſint, ea ſynodus Oecumenica, ſive generalis non habita eſt, præſertim poſtquam illi Patriarchæ audire cœperint. Neque etiam ullum eſt generale concilium, quod non Imperatoris juſſu, tam ex orientali, quam occidentali Eccleſia congregatum eſt. Sin hæc duo concurrant, ut Imperator orientis pariter atque occidentis concilium convocet, & celebriores illi Epiſcopi aliquo ex dictis modis interſint, illud Generale nominatum eſt Concilium, & univerſa Eccleſia ibidem congregata exiſtimatur. Hujuſmodi generalia Concilia, ſive Oecumenicas ſynodos, Romani plures, Græci octo tantum numerant, Nicænam I. ſub Conſtantino Magno, Conſtantinopolitanam I. ſub Theodoſio ſeniore, Epheſinam ſub Theodoſio juniore, Chalcedonenſem ſub Marciano, Conſtantinopolitanam II. ſub Juſtiniano, Conſtantinopolitanam III. ſub Conſtantino Pogonato, Nicænam II. Conſtantino & Matre ejus Irene imperantibus, & Conſtantinopolitanam IV. ſub Baſilio Macedone celebratam. Nonnulli nonam addunt ſub Andronico Palæologo & Joanne filio ejus adverſus Barlaam & Acondynum habitam: plerique autem eam ex Oecumenicarum ſynodorum numero potiore jure extrudunt. Particularia quæ dicuntur Concilia, in duas claſſes diſtribuantur. Sunt enim vel Provincialia, vel Diœceſana. Concilia Provincialia ſunt, quæ in ſingulis provinciis ſub earum metropolitanis celebrantur. In cujuſque enim Metropolitani poteſtate ſitum eſt, omnes provinciæ ſibi ſubjectæ Epiſcopos ad concilium convocare: qui etiam ad locum quem Metropolitanus elegerit, convenire tenentur, ex undeviceſimo ſynodi Chalcedonenſis, aliiſque canonibus hoc opere divulgatis. Concilia Diœceſana ea vocamus, quæ poſt Patriarchas conſtitutos à quovis illorum ex omnibus diœceſeos ſuæ provinciis coacta ſunt. Ut ſi Epiſcopus Antiochenus ex quindecim Orientis, quæ ſua eſt diœceſis, concilium congreget, illud *Diœceſanum* appellari meruit. Et ad hanc fere claſſem reducantur, quæ *Nationalia* dicuntur Concilia, quæ ex univerſis ſcilicet in natione aliqua conſtitutis provinciis ſub primate ſuo conflantur: ac propterea *Univerſalia* etiam, iſtius nimirum nationis reſpectu, nonnunquam audiunt. Cujus generis multa fuerunt in Africâ univerſalia dicta concilia, necnon in Galliâ, alibique. Sic etiam in Angliâ Nationalia ſæpe habuimus concilia, ex utrâque ſcilicet provinciâ, Cantuarienſi, & Eboracenſi convocata. Hiſce de variis Conciliorum generibus ſic prælibatis, proximo loco diſquirendum occurrit, à quibus, & qualibus Canones in hoc opere cum ſcholiis editi, primò conſtituti fuerint, aut confirmati, & quomodo in hoc corpus collecti ſunt.

VII. Primo itaque quarti æræ Chriſtianæ ſeculi quadrante propemodum elapſo, Oecumenicarum prima, & omnium poſt Apoſtolos celeberrima ſynodus, Conſtantini magni auſpiciis Nicææ coacta eſt; à quâ non modo vera de Chriſto fides contra Arium

Digitized by Google

expoſita, verum etiam viginti de Eccleſiaſticâ diſciplinâ canones ſanciti ſunt. Eodem etiam currente ſeculo nonnullæ provinciales ſynodi congregatæ ſunt: ut alias huc non pertinentes taceam, duæ, decem plus minus annis ante primam iſtam univerſalem, habitæ fuerunt, una Ancyræ, Neocæſariæ altera: è quibus illa XXV. hæc XIV. canones edidit, (licet in hoc opere XV. canones ſynodo Neocæſarienſi attribuantur, decimo tertio ſcilicet in duos diviſo.) Non diu poſt Nicænam, aliæ ſynodi Provinciales celebratæ ſunt, Gangrena, Antiochena, & Laodicena: quarum prima XX. altera XXV. & ultima LIX. canones condidit; Nam viceſimus primus canon ſynodo Gangrenæ hoc opere adſcriptus, non eſt proprie canon, ut in annotationibus ad eundem oſtendimus; & ſexageſimus Laodicenus, pars quinquageſimi noni à pleriſque habetur. Porro eodem ſeculo labente, anno ſcilicet CCCLXXXI. ſecunda Oecumenica ſynodus Conſtantinopoli celebrata eſt, à quâ non plures quam quatuor canones editi ſunt, quanquam hoc opere ſeptem ei attribuantur: ſed & illos quatuor plerique in tres contrahunt, quartum tertio conjungentes. Hic itaque omnes canones numero CLXVI. à duobus Oecumenicis & quinque provincialibus ſanciti conciliis in unum ſtatim corpus collecti ſunt, qui *Codex canonum Eccleſiæ univerſæ* dictus eſt. Et primum quidem codicem è pluribus non conſtitiſſe canonibus quam hic commemoratis, locupletem habemus teſtem Dionyſium Exiguum, qui in Epiſtola ad Stephanum, codici canonum Eccleſiaſticorum à ſe latine verſo præfixa, hæc habet, *Deinde regulas Nicænæ ſynodi, & deinceps omnium conciliorum, ſive quæ ante eam, ſive quæ poſtmodum factæ ſunt, uſque ad ſynodum centum quinquaginta pontificum, qui apud Conſtantinopolim convenerunt ſub ordine numerorum, id eſt, à primo capite uſque ad centeſimum ſexageſimum quintum, ſicut habetur in Græcâ authoritate, digeſſimus.* Ubi primò obſervetur hunc codicem à primo œcumenico concilio incepiſſe, & in ſecundo deſiiſſe, & deinde numerum canonum in eo collectorum fuiſſe CLXV. quem quidem numerum noſter ſupradictus CLXVI. unitate ſuperat. Sed ratio in promptu eſt. Nam Dionyſius Exiguus quartum & quintum canonum concilii Ancyrani pro unico habet, qui in omnibus Græcis codicibus diſtincte recenſentur. Verum ex eo quod iſte codex canonibus Conſtantinopolitanis terminatus fuerit, nec pluribus CLXV. vel CLXVI. conſtiterit, apertè conficitur, eundem collectum fuiſſe, ante tertiam Oecumenicam ſynodum, ſive Epheſinam; alioquin enim canones ab eâ etiam ſanciti in eundem haud dubie collecti fuiſſent. Hæc itaque prima canonum iſtorum, qui hoc opere publicantur, collectio, ex ſolis canonibus ſynodorum ſupradictarum, Nicænæ, Ancyranæ, Neocæſarianæ, Gangrenæ, Antiochenæ, Laodicenæ, & Conſtantinopolitanæ primæ, conflata eſt, idque ante quartum finitum ſeculum. Quiſnam iſtius fuerit collectionis autor, incertum eſt: ſed nihil certius quam eam diu in Eccleſiâ obtinuiſſe, priuſquam aliis canonibus aucta fuerit.

VIII. Quinto currente ſeculo, ſive anno Dom. CCCCXXXI. tertia generalis ſynodus contra Neſtorium Epheſi congregata eſt, cui octo hoc opere canones adſcribuntur: & adulto eodem ſeculo, ſive anno D. CCCCLI. quarta etiam Oecumenica ſynodus Chalcedone contra Eutychetem celebrata eſt; in cujus Actis codex canonum Eccleſiæ univerſæ, ſupra commemoratus laudatur, ut in annotationibus ad ſynodi Antiochenæ can. IV. & XVI. oſtenſum eſt; imo quidem primo ejuſdem ſynodi Chalcedonenſis canone, totus iſte codex univerſalis illius ſynodi autoritate confirmatur, ut ibidem probavimus. Hactenus enim etſi obtinuiſſet, (ut ab eo etiam apparet, quod ab hâc ſynodo citetur, & ſententia ſynodalis ex eo feratur) à nullo tamen generali ſynodo totus confirmatus fuerat. Poſtquam autem ſynodus hæc Chalcedonenſis canones in eo collectos confirmaverat, & ſic ſuos fecerat, adjunctam univerſalis concilii autoritatem habuit.

IX. Sexto demum à Chriſti natalitiis fluente ſeculo, Juſtinianus ſummam Imperii Romani tenuit. Hic autem decrevit, ut vim legum obtinerent omnes Eccleſiaſtici canones,

Digitized by Google

nes, qui à sanctis quatuor Oecumenicis conciliis prædictis, vel constituti fuerant, vel confirmati; scilicet à Nicæno, Constantinopolitano, Ephesino, & Chalcedonensi, Θεσπίζομεν inquit, τοίνυν τάξιν νόμων ἐπέχειν ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων τεσσάρων συνόδων ἐκτεθέντας, ἢ βεβαιωθέντας, τουτ' ἔστι τῆς ἐν Νικαίᾳ, καὶ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ τῆς ἐν Εφέσῳ πρώτης, καὶ τῆς ἐν Χαλκηδόνι. Justin. novel. cxxxi. Unde colligimus prisco codici canonum Ecclesiæ universæ, istis saltem temporibus, Ephesinos etiam atque Chalcedonenses canones adjectos fuisse, licet de ipso temporis articulo quo adjecti sunt, nihil habeamus. Quinetiam sub eodem Imperatore duo doctissimi claruerunt viri, Dionysius Exiguus & Joannes Antiochenus; è quibus ille æræ à Christi natalitiis computatæ institutor, veterem codicem canonum Græcè scriptum in latinum sermonem elegantissime transtulit, cui etiam præfixit canones Apostolicos quinquaginta, & subjunxit Chalcedonenses canones xxvii. (quibus Græcos canones finitos asserit) necnon canones à concilio Sardicensi xxi. & à concilio Carthaginensi cxxxviii. editos, ut ipse testatur in Epistolâ ad Stephanum dicens, *Tum sancti Chalcedonensis concilii decreta subdentes, in his Græcorum canonum finem esse declaramus. Ne quid præterea notitiæ vestræ credat velle subtrahere, statuta quoque Sardicensis concilii, atque Africani, quæ latine sunt edita, suis à nobis numeris cernuntur esse distincta.* Ille autem non primus fuit qui Græcos istos Canones, Latinos fecit. Ipse enim de antiquiori versione meminit, sub initium ejusdem Epistolæ, dicens, *Quamvis charissimus frater noster Laurentius, assiduâ & familiari cohortatione parvitatem nostram regulas Ecclesiasticas de Græco transferre pepulerit, confusione credo priscæ translationis offensus.* Unde palam est, ejus etiam diebus aliam fuisse, eamque priscam Græcorum canonum translationem, quæ eadem videtur atque ea quæ ex vetustissimo MS. in Christophori Justelli, de re canonicâ optime meriti, bibliothecâ in lucem non ita pridem emissa est; in quo Sardicenses & Chalcedonenses canones veteri codici adjuncti sunt, sed non item Apostolici & Africani. Porro eodem seculo & sub eodem quo Dionysius Exiguus Imperatore, claruit Joannes Scholasticus presbyter Antiochenus, qui etiam ab eodem ad Thronum Constantinopolitanum Eutychii expulsi loco promotus est. Hic autem omnes canones ab Ecclesia Græca tunc temporis receptos, in quinquaginta titulos digessit. Quod eximium opus vocavit συναγωγὴν τῶν κανόνων, *collectionem canonum*, cui indicem præfixit omnium canonum, quos ipse ad dicta quinquaginta capita reduxerat. Verum tam in isto indice quam in ipsa collectione præter canones in prisco codice congestos, ille Apostolicos etiam, Sardicenses, Ephesinos, Chalcedonenses, & S. Basilii nonnullos canones recenset, idque hoc ordine, Apostolorum canones lxxxv. Synodi Nicænæ xx. Ancyranæ xxv. Neocæsarianæ xiv. Sardicensis xxi. Gangrenæ xx. Antiochenæ xxv. Laodicenæ lix. Constantinopolitanæ i^æ. vi. Ephesinæ vii. Chalcedonensis xxvii. S. Basilii lxviii. Hos autem canones ille haud dubie in quinquaginta titulos non redegisset, nisi omnes in Græcorum nomocanonem antea recepti fuissent: quos propterea universos in Ecclesia Græca tunc dierum obtinuisse constat; etiamsi incertum sit, utrum à concilio aliquo, an à privato viro antiquus codex reliquis istis canonibus adauctus fuerit.

X. Septimo autem seculo [illegible]ente, & Justiniano secundo imperante, synodus in Trullo Constantinopoli hab[illegible], non modo eos omnes, quos Joannes Antiochenus in suum opus congesserat, verumetiam complures alios canones secundo ipsius canone confirmavit, nimirum canones concilii Carthaginensis, necnon Constantinopolitani sub Nectario Patriarcha C P. & Theophilo Alexandrino, in causa Agapii & Bagadii, cum uterque Episcopatum Bostræ sibi vendicaret, habiti: Item multorum Patrum canones, puta Dionysii Alexandrini, Petri Alexandrini, Gregorii Neocæsariensis sive Thaumaturgi, Athanasii Alexandrini, Basilii Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopi (cujus etiam

Digitized by Google

canones LXVIII. Joannes Antiochenus in ſuam collectionem retulit) Gregorii Nyſſeni, Gregorii Theologi, ſive Nazianzeni, Amphilochii Iconii, Timothei, Theophili, & Cyrilli Alexandrini, Gennadii Conſtantinopolitani, & unum denique canonem à concilio ſub Cypriano celebrato editum. Hi omnes in hoc opere exhibentur, Codex autem ex omnibus hiſce canonibus conſtitutus, prius collectus videtur, quam ab hac ſynodo confirmatus fuerit. A quo autem hujus ſynodi autoritate fultus eſt, in Eccleſia orientali diu ſolus obtinuit, unà cum canonibus numero CII. ab eadem ſynodo conſtitutis.

XI. Octavo deinde quaſi exeunte ſeculo, alia Nicææ coacta eſt ſynodus, quæ Græcis *Septima Oecumenica*, nuncupatur. Hæc etiam XXII. canones conſtituit, quorum primo ſex priorum univerſalium ſynodorum decreta confirmavit; Trullanos nimirum canones quintæ pariter atque ſextæ ſynodo adſcribens, neutra enim earum canones edidit, præter iſtos qui à ſynodo Trullana ſanciti ſunt, quæ propterea πενθέκτη, q. d. *Quiniſexta* Græcis paſſim appellatur. Canones igitur à Synodo iſta Trullana conſtitutos, una cum omnibus ab eadem confirmatis, ſecunda hæc Nicæna ſynodus ratos fecit. Qui autem ab eadem conditi ſunt canones, in nomocanonem idcirco relati videntur, quòd ab univerſali ſynodo editi crederentur: quicquid enim ab univerſali decretum eſt ſynodo, eo ipſo nomine religioſe obſervandum eſſe, Græci perpetuò judicarunt. In Baſilicis autem omnes etiam ſeptimæ hujuſce ſynodi canones legum vicem obtinere ſtatutum eſt. Θεσπίζομεν τοίνυν τάξιν νόμων ἐπέχειν τοὺς ἁγίους ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων ἑπτὰ συνόδων ἐκτεθέντας, ἢ βεβαιωθέντας, τοῦτ' ἔστι τῆς ἐν Νικαίᾳ. *Sancimus igitur ut ſacri Eccleſiaſtici canones legum vicem obtineant, qui à ſanctis ſeptem ſynodis conſtituti ſunt, aut confirmati, hoc eſt, Nicænâ &c.* Et recenſitis ſex primis Oecumenicis conciliis mox additur, Καὶ ὅτι πάσας τὰς ἐν Νικαίᾳ τὰς δηλουμένας, ἐξ ἧς οἱ τῶν ἁγίων εἰκόνων λυτιμαῖται ἐξ ἴσου τοῖς προλαβοῦσιν αἱρετικοῖς τὴν καθολικὴν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν ἀπεχρύσησε. τῶν γὰρ προφημένων ἁγίων συνόδων τὰ δόγματα, καθάπερ τὰς θείας γραφὰς δεχόμεθα, καὶ τοὺς κανόνας ὡς νόμους φυλάττομεν. *Ad ultimum, Nicæna ſecunda, in quâ illi qui adverſus ſanctas imagines furore perciti erant, pariter cum anterioribus hæreticis à Catholicâ Dei Eccleſiâ abdicati ſunt, Prædictarum enim ſynodorum decreta perinde ut divinas ſcripturas ſuſcipimus, & canones ut leges cuſtodimus.* Baſil. l. v. Tit. III. cap. II. Quæ eadem verba citantur etiam à Balſamone in nomocanonem Photii tit. I. cap. II. Quinetiam ipſe Photius in textu ibidem ait, Η γ'. διάταξις τοῦ β'. πάλιν τῶν νεαρῶν τοὺς τῶν ἑπτὰ συνόδων κανόνας θέλει κρατεῖν, καὶ τὰ δόγματα αὐτῶν ὡς τὰς θείας γραφάς. *Conſtitutio* III. *tit.* II. *novellarum ſeptem conciliorum canones vult valere, eorumque dogmata tanquam ſacras ſcripturas.* Ubi Balſamon obſervat, Conſtitutionem III. tit. II. novellarum, eſſe novellam Juſtiniani CXXXI. poſitam in Baſilicis loco ſupra citato. Verum enimvero Juſtinianus ille pluſquam ducentis annis prius mortuus eſt quam ſeptima illa iſta ſynodus Nicææ celebrata fuerit; qui proinde nihil de iſta ſynodo conſtituere potuit. Sed & Juſtinianus in iſta novella quatuor tantum univerſalia concilia confirmavit, uti ex verbis ejus ſuperiùs laudatis manifeſtum eſt, quæ etiam eadem ſunt, quæ in ipſa Juſtiniani novella, ut in Baſilicis relata, leguntur, niſi quod ἑπτὰ pro πατέρων ſubſtituatur, & tres aliæ ſynodo quatuor illis addantur, quæ à Juſtiniano confirmatæ ſunt. Quæ quidem Juſtiniani novellæ interpolatio priùs facta videtur, quàm Βασιλικαὶ λέξεις, ſive, ut Græcis vocant, Βασιλικὰ vel à Leone Philoſopho perfecta fuerint, vel à patre ejus Baſilio inchoata. Namque Photius, etiamſi Baſilio iſto imperante claruit, non tamen è Baſilicis, ſed è tertia conſtitutione ſecundi tituli novellarum, iſtam conſtitutionem citat. Unde conſtat illam Juſtiniani novellam corruptam fuiſſe, & dicta trium iſtarum ſynodorum acceſſione exauctam, anteaquam in Baſilicis poſita fuerit. Quo autem pacto, quove jure tanta acceſſio dictæ novellæ adjecta eſt, nobis haud ſatis liquet: Ac proinde, neque compertum habemus, qua autoritate ſeptima iſta ſynodus una cum canonibus ab eâ ſancitis, con-

Digitized by Google

confirmata eſt. Hoc tantum conſtat, canones ab ea conſtitutos in Græcorum nomocanonem ſtatim receptos fuiſſe, cum Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus, qui minus quàm centum ab iſto concilio annis floruit, in nomocanone à ſe digeſto eos laudaverit.

XII. Nono denique fluente ſeculo, Photius Patriarchatum Conſtantinopolitanum obtinuit; ſub quo duæ habitæ fuerunt ſynodi, una quæ *Prima & Secunda* dicitur, in templo S. Apoſtolorum, Altera in templo S. Sophiæ, ſive ſapientiæ: quarum illa XVII. hæc III. canones expoſuit, quibus additis nomocanon abſolutus eſt. Additi ſunt autem ab ipſo Photio, ſub quo editi, idque primùm in nomocanone ab ipſo elaborato, ut colligere eſt ex ipſius præfatione in eundem nomocanonem, in bibliotheca juris canonici veteris ex MS. noſtro Bodleiano edita, ubi de ſuo ipſius opere loquens, ait, περὶ τούτοις ὁ ὃς μὴ ταῦτα ἢ ἐν Κωνσταντινουπόλει πρώτη καὶ δευτέρα συνόδοις ἐκείνοις τισὶν αἀρρήτοις διέσεσι καὶ πρώτοις ναὸν τῶν ἁγίων ἀποστόλων ποιησαμένη τῶν περιτομῆς ἀκροατήριον ἐτυπώσατο. ἀνὰ μὲν ὃς ἢ μετὰ ταῦτα συνόδος ὑπὲρ κοινῆ τῆς ἐκκλησίας ὁμοιοία συζᾶσα, καὶ τὸν ἐν Νικαίᾳ συνόδου ὑποστερεγίσασα, αἱρετικὸν ὁ πᾶν καὶ σχισματικὸν ἀποβαλοῦσα πλάνον, καὶ τούτοις τοῖς τῶν ἀδελφῶν συνόδων ἡμῶν συνέταξεν. *Præterea verò eos etiam canones complectitur, quos poſtea prima & ſecunda ſynodus Conſtantinopolitana in venerando Apoſtolorum templo celebrata, motâ ac ventilatâ quâdam controverſiâ ſancivit, necnon etiam quos illa ſynodus conſtituit, quæ communi Eccleſiæ concordiâ poſtmodum habita eſt, quæque Nicænam ſynodum confirmavit, omnem verò hæreticum atque ſchiſmaticum errorem ſuſtulit. Hos inquam eodem quo ſimilium ſynodorum canones ordine collocavit.* Poſtquam itaque Photius canones hoſce à duabus ſynodis ſub ſe celebratis editos in nomocanonem ſuum congeſſiſſet, Eccleſia orientalis iſtos ab eo uſque tempore tanquam partem canonici ſui juris perpetuò habuit, quo factum eſt, ut iſti etiam inter alios hoc operè recenſeantur, quo omnes canones à ſynodo aliquâ conſtituti aut confirmati, & ab Eccleſiâ Græcâ recepti, quique hucuſque commemorati ſunt, exhibentur. Hîc autem inſuper obſervandum eſt, inter Photii & Zonaræ ætatem primum canonum horum ordinem aliquantulum immutatum eſſe, ut concilia nimirum Oecumenica priori in loco, ordine quodque ſuo, omnia collocentur, cum non modo Concilii Trullani, ſed & Photii diebus ſynodi provinciales, Ancyrana, Neocæſarienſis, Gangrena, Antiochena, & Laodicena ante omnes Oecumenicas, præter Nicænam primam, juxta veterem codicem collocatæ fuerint.

XIII. Cùm hoc canonici Græcorum juris corpus omnibus hoc modo numeris ſuis abſolutum, omneſque Eccleſiaſticæ cauſæ ex canonibus in illud collectis per totam Græciam dijudicatæ fuiſſent; poſtea de ipſis canonibus & eorum autoritate nunquam controverſum eſt, ſed tantum de verâ ipſorum interpretatione. Quo factum eſt, ut complures è doctiſſimis viris & juris canonici peritiſſimis, multum ſtudii & laboris in iis interpretandis impenderint. Hoc ſtudiorum genus, duodecimo præcipuè ſeculo, in Oriente viguit, quo currente tres Eruditiſſimi viri, Theodorus Balſamon, Joannes Zonaras, & Alexius Ariſtenus claruerunt, qui omnes egregiam huic rei canonicæ operam dederunt. Horum itaque ſingulorum ſcholia in hoc libro exhibemus, idque ea methodo, ut ſinguli canones trium iſtorum Interpretum commentaria ſibi annexa habeant. In quibus tamen diſponendis ordinem temporis, quo quiſque ſcripſit, non obſervamus, ſed Theodorum Balſamonem, qui tempore poſtremus fuit, primo in loco conſtituimus, nimirum ob ſummam ejus in hiſce ſtudiis autoritatem, & maximam in Eccleſiâ dignitatem; Nam Patriarcha fuit, uti mox oſtendemus. De ſingulis autem hiſce Scholiaſtis, quos edimus ordine quem in libro occupant, ratio pariter atque conſuetudo poſtulat, ut nonnihil hoc loco præmittamus.

XIV. Theodorus Balſamon Conſtantinopoli oriundus eſt. Ipſe enim ſe Conſtantinopolitanum appellat, in alterâ interpretatione duodetriceſimi canonis Chalcedonenſis,

* * *

dicens,

Digitized by Google

dicens, Ἐγὼ δὲ Κωνσταντινουπολίτης ὢν ἀκραιφνέστατος, καὶ τοῦ ἁγιωτάτου θρόνου τῆς Κωνσταντινουπόλεως μέρος γεγονώς; *Ego verò, cùm Constnntinopolitanus civis sim integerrimus, & sanctissimi throni Constantinopolitani pars factus.* Unde simul colligitur eum in istâ Ecclesiâ primò ordinatum fuisse. Nimirum Diaconus, Nomophylax, atque etiam Chartophylax istius Ecclesiæ fuit, ut patet ex inscriptione Constitutionum Ecclesiasticarum quas ipse collegit, quæ in Codice M S. Nicolai Peirescii senatoris Aquissextiensis à Carolo Annibale Fabroto in notis ad easdem constitutiones citato, sic se habet, Θεοδώρου Διακόνου τῆς ἁγιωτάτης τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας νομοφύλακος, καὶ χαρτοφύλακος, καὶ πρώτου τῶν Βλαχερνῶν τοῦ Βαλσαμῶνος, τοῦ μετὰ χρόνους τινὰς γεγονότος πατριάρχου θεουπόλεως μεγάλης Αντιοχείας, *Theodori Diaconi sanctissimæ Dei Ecclesiæ nomophylacis & Chartophylacis, & primi Blachernarum Balsamonis, post aliquot verò annos Patriarchæ Theopolis magnæ Antiochiæ.* Quæ eadem ferè habentur & in inscriptione hujus operis mox citandâ. Quinetiam à Philotheo Patriarchâ in refutatione execrationum ab Harmenopulo scriptarum ὁ σοφὸς νομοφύλαξ appellatur. Ipse etiam se Chartophylacem fuisse in scholiis ad primum synodi Nicænæ 1. canonem testatus est, his verbis, Καὶ ὅτε δὲ χαρτοφυλακικὸν ἐνήργουν ὀφφίκιον καὶ μετὰ δὲ πατριαρχεῦσαι. E quibus ultimis verbis se Patriarcham etiam fuisse fidem facit; Antiochiæ scilicet, quam Patriarchalem sedem eum occupâsse Isaacii Angeli diebus, qui imperare cœpit anno Domini CIƆCLXXXV. ex Nicetæ Choniatæ annalibus discimus; qui memoriæ tradidit, ut dictus Imperator in animo habens Dositheum Patriarcham Hierosolymitanum ad sedem Constantinopolitanam Leontii expulsi loco promovere, & certior factus hoc contra canones esse, ad Balsamonem Antiochenum, utpote jure canonico exercitatissimum se contulerit, de hac re consulturus, Εἰδὼς δὲ τοὺς κανόνας τοῦτο μὴ συγχωροῦντας, μέτεισιν ὑπούλως τῶν διέποντα τῶν θρόνον τοῦ θεοῦ πόλεως μεγάλης Αντιοχείας, Θεόδωρον τῶν Βαλσαμὸν, ἄνδρα ὑπὸ τοὺς τότε πάντας ὄντα νομοτριβῆ. *Quod cum canones non permittere sciret, ad Theodorum Balsamum thronum Dei civitatis magnæ Antiochiæ administrantem, virum eâ ætate supra omnes alios juris consultissimum subdolè accedit.* Et paucis interjectis scribit, ut idem Imperator cum Balsamone colloquens simulaverit se eum voluisse Antiochiâ Constantinopolim transferre. Καὶ τοιαῦθ' ἕτερα σχετλιαστικῶς προαναβαλόμενος, ἐπήγαγε πάλαι μὲν βούλεσθαι μετενεγκεῖν αὐτὸν ἐκ τῆς Αντιοχέων ἐκκλησίας εἰς τὴν οἰκουμενικὴν περιωπὴν ὡς λύχνον τῆς τῶν νόμων τηλαυγείας πάμφωτον. *Hæc & id genus alia non sine questu præfatus subjunxit, olim fuisse sibi in animo illum ex Antiochenâ Ecclesiâ ad Oecumenicam dignitatem, ut illustrem legalis puritatis lucernam transferre.* Nicet. Choniat. in Isaac. Angel. lib. 11. E quibus simul constat quanti nominis atque in jure canonico authoritatis Theodorus hic Antiochenus tum dierum fuerit: Qui nihilominus ad thronum sibi commissum nunquam accedere potuit, Latinis tunc temporis Antiochiam tenentibus, ac propterea omnia Ecclesiastica, quæ ad Patriarchatum suum pertinebant negotia Constantinopoli administrare coactus est.

XV. Hunc porro Theodorum Balsamonem jure canonico paritur ac civili instructissimum fuisse, non tam ex aliorum testimoniis, quàm ex suis ipsius operibus constat. Multa siquidem composuit, quæ omnia ad Jurisprudentiam spectant. Hic enim autor fuit collectionis illius Constitutionum Ecclesiasticarum, quæ sub paratitlorum nomine à Joanne Leunclavio primo latinè edita est, & postea Græcè à Carolo Annibale Fabroto I C. ut idem Fabrotus in notis probavit. Plurimos etiam tractatus conscripsit, ut de patriarcharum privilegiis; de duobus illis officiis Chartophylacis & primi Defensoris; de quæstione ista, an unus & idem duabus consobrinis conjungatur: de incensis quæ à Patriarchâ dari solent eo die, quo catechesis habetur; & de convocatione quæ fit ad sacras monasteriorum ædes per tria signa, qui omnes sub meditatorum nomine septimum librum Juris Græco-Romani à Johanne Leunclavio emissi constituunt. Scripsit etiam responsa ad lxiv. canonicas interrogationes à Marco Alexandrino Patriarcha ipsi propositas, quæ etiam in quinto dicti Juris-Græco-Romani libro extant. Horum procœmio istæ interrogationes factæ dicuntur, Imperante Isaacio Angelo, & Georgio Patriarcha-

Digitized by Google

archatum Constantinopolitanum tenente, menſe Februario, indictione XIII. Anno poſt incarnationem Domini CIↃCCIII. μηνὶ φεβρουαρίῳ, ἰνδικτιῶνος ιγ'. ἐτῷ μετὰ τὴν σάρκωσιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ασγ'. Hæc autem ſibi non conſtant. Nam anno CIↃCCIV. a Venetis & Francis occupata eſt Conſtantinopolis. Verùm poſt Iſaacium, Alexius Angelus octo annos, & alius poſt eum Alexius, Ducas cognomine, aliquantiſper imperavit ante captam urbem; quinetiam poſt Georgium iſtum Xiphilinum Joannes Camaterus thronum Conſtantinopolitanum quinque annos & octo menſes adminiſtravit, priuſquam urbs à Latinis caperetur. Ac proinde ſi iſtæ interrogationes factæ fuerint ſub imperio Iſaacii, & patriarchatu Georgii, ante annum CIↃCCIII. factæ ſint neceſſe eſt. Neque etiam indictio convenit; iſto enim anno, non XIII. ſed VI. indictio currebat; in utroque itaque numero, & anni ſcilicet & indictionis, error admiſſus eſt. Nec video quomodo corrigatur, niſi pro ασγ'. ſcribatur, αρϛγ'. & ια'. pro ιγ'. Ut iſtæ nimirum interrogationes Balſamoni propoſitæ fuerint anno D. CIↃCXCIII. indict. XI. quo quidem anno Iſaacius Angelus imperium, & Georgius Xiphilinus Eccleſiam Conſtantinopolitanam gubernabat: quam facilis autem frequenſque ſit lapſus in Græcis deſcribendis numeris, neminem latet.

XVI. Inter omnia autem opera, quæ illuſtris hic in utroque jure princeps elaboravit, primum illud jure merito habetur, quo antiquos conciliorum patrumque canones interpretatus eſt, quodque his verbis inſcribitur, Ἐξήγησις τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων, τῶν τε ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων καὶ τῶν ἱερῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, ἁπλῶς δὲ καὶ τοπικῶν ἅπαν μερικῶν καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων πατέρων· πρός τε καὶ λύσεως τῶν ἐναντιούντων νόμων, καὶ μὴ ἐναντιούντων, τῶν ἀναπτερουμένων ἐν τοῖς δέκα πρὸς τοῖς πέντε βίβλοις τοῖς κατ' ἀρχὰς τῶν κανόνων κεφαλαίοις· ποιηθεῖσα κατὰ πρόσταξιν βασιλικὴν καὶ πατριαρχικὴν Θεοδώρῳ τῷ βήτλῃ Βλαχέρνῃ ὁ ἀγιωτάτης τοῦ θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας νομοφύλακι, χαρτοφύλακι, καὶ πρώτῳ τῶν Βλαχερνῶν, τῷ Βαλσαμῶνι, τῷ μετὰ χρόνους ὕστερον πατριάρχῃ θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας καὶ πάσης ἀνατολῆς. *Expoſitio ſacrorum divinorumque canonum, ſanctorum celebratiſſimorumque Apoſtolorum & ſacrorum Oecumenicorum atque etiam provincialium ſive particularium conciliorum, reliquorumque ſanctorum Patrum: inſuper & declaratio efficacium atque inefficacium legum in quatuordecim titulis ante canones poſitis collocatarum; Elaborata juſſu Imperatorio atque Patriarchali, à Theodoro Balſamone, ſanctiſſimæ Dei magnæ Eccleſiæ Diacono, nomophylace, & Chartophylace, præfecto Blachernarum, qui etiam poſt aliquot annos Theopolis magnæ ſcilicet Antiochiæ & totius orientis Patriarcha factus eſt.* Hoc eſt eximium illud opus, quod totum hoc libro in publicum damus, niſi quod illam declarationem legum in titulo commemoratam, hoc eſt, nomocanonis Photii in quatuordecim titulos diſtributi, interpretationem prætermittere viſum eſt; partim quòd in bibliotheca veteris canonici juris non ita pridem edita eſt, & partim quod de legibus civilibus potiùs quàm de canonibus Eccleſiaſticis agit: unde & in ipſa hac canonum interpretatione, ubi de legibus politicis loquitur, ibique ſolùm, iſtam nomocanonis expoſitionem citat, ſub nomine τοῦ πρώτου συντάγματος. Ut in ſecundum canonem concilii Conſtantinopolitani, novellam citat καταγραφῇ εἰς τὸ ἑρμηνείᾳ τοῦ ε'. κεφ'. τοῦ α'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος: hoc eſt, *in interpretatione quinti capitis primi tituli Nomocanonis Photii ſitam.* Quod παρὸν σύνταγμα propterea appellat, quòd iſte nomocanon ipſis canonibus præfigi, & unum cum iis volumen componere ſolitus fuerit; quod hîc lectorem præmonitum eſſe ſufficiat. Cùm autem in titulo ſupra laudato, hoc opus elaboratum dicatur κατὰ πρόσταξιν βασιλικὴν καὶ πατριαρχικὴν, hoc idcirco aſſerit, quòd illud aggreſſus eſt juſſu Manuelis Comneni Imperatoris & Michaelis Anchiali Patriarchæ Conſtantinopolitani; ut ipſe ſub initium præfationis ſuæ in nomocanonem Photii, quæ eadem & huic canonum interpretationi inſervit, teſtatus eſt, dicens, τοῦτο δὴ ἡμῖν ὁπλοθέντες παρὰ τῆς θεοστέφους ἁγίας ἡμῶν αὐτοκράτορος ἁγίας Μαρίας Κομνηνῆς καὶ τοῦ πανευσεβεστάτου ἡμῶν δεσπότου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου τοῦ γενναίου ὑπάτου τῶν φιλοσόφων, κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Ἀγχιάλου, τοῦ ἱεροῦ κανόνας κατασκέψασθαι, καὶ ἃ ἐν αὐτοῖς ἀσαφῆ καὶ τοῖς νόμοις ὃ δοκεῖν ἐναντιούμενα σαφηνίσαι

Digitized by Google

νίσαι καὶ ἑρμηνεῦσαι. *Quapropter nos sanè, ubi à divinitùs coronato sancto nostro Imperatore D. Manuele Comneno, & sanctissimo domino nostro & Oecumenico Patriarchâ D. Michaele Anchialo, qui philosophorum princeps fuit, decretum esset, ut sacros canones diligenter inspiceremus, & quæ in illis obscuriora essent, modoque aliquo legibus adversari viderentur, declararemus, atque interpretaremur.* Ubi etiam observare licet, hoc ei opus impositum fuisse, prius quàm Patriarcha creatus esset, & cum adhuc officio aliquo in Ecclesia Constantinopolitana fungeretur: siquidem Patriarcham Constantinopolitanum Dominum suum appellet. Cœptum est igitur hoc opus Michaele Anchialo thronum Constantinopolitanum tenente; sed non consummatum est usque ad Georgium Xiphilinum ad sedem istam evectum anno Domini CIↃCXCI. plus minus. Huic enim Patriarchæ Balsamon præclarum hoc opus à se elaboratum dedicavit: & ad eundem carmina quædam dedicatoria conscripsit, quæ Gentianus Hervetus ex codice Tiliano latinè vertit in hunc modum.

Theodori Patriarchæ Antiocheni ad Sanctissimum Patriarcham Dominum Georgium Xiphilinum, Carmen.

Perquam pias traditiones canonum
In vasto ego mari tremens Atlantico
Pervasi, ut Ascræus Charybdin hospes trajicit,
Vel rubrum ut Pelagus Israelites senex,
Tuæ manus dextræ stabilitus gratiâ,
O Patriarcharum valde pium decus.
Unde bacilli mystici calamo levans
Illorum inaccessum itiner bifariam
Ipse in duobus tradidi scripto libris,
Quæ canonicæ disciplinæ sunt opera.
Te rogo, qui bonis nites actionibus,
Et luce doctrinæ cunctos illuminas,
Hujus libri columna itineris ut sies,
Ægyptiorum mores quidem exustulans,
Verùm in salutis viâ lucem porrigens.
Hæc tibi scribo Theodorus Balsamon,
Qui Patriarcha sum religione inclytæ
Antiochiæ, atque adeo Orientis totius.

XVII. Egregium hoc opus à Patriarchâ Antiocheno non citiùs editum est, quam summo à plerisque applausu exceptum, licet nonnullos invenerit malevolos, qui illud vellicare studuerant. Namque Constantinus Cabasila Archiepiscopus Dyrrachii hanc ad Joannem Episcopum Citri quæstionem proposuit. Αἱ παρὰ τοῦ μακαρίτου πατριάρχου Ἀντιοχείας Θεοδώρου τοῦ ἐπιλεγομένου Βαλσαμὼν γεγονυῖαι ἀποκρίσεις πρὸς τὰς ἐρωτήσεις Μάρκου. τοῦ ὁσιωτάτου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας εὑρίσκονται τινὰς παρεκβάσεις ποιούμεναι ἔν τε κανονικαῖς καὶ νομικαῖς διατάξεσι. δεῖ οὖν ταύταις προσέχειν; *A beatæ memoriæ Patriarchâ Antiochiæ, cognomine Balsamon, factæ responsiones ad interrogationes Marci sanctissimi Alexandriæ Patriarchæ, comperiuntur quasdam digressiones facere in canonicis & civilibus constitutionibus, an iis adhærendum sit necnè?* Respondet Joannes, Ὁ ἱερὸς οὗτος ἀνὴρ, ὁ Ἀντιοχείας, τρίβων μὲν ἦν ἐς ἀκριβὲς τῶν νομικῶν καὶ κανονικῶν νομοθετημάτων, καὶ παρὰ πᾶσιν ἐν τούτοις περιαδόμενος. τὰ μέντοι συγγράμματα τούτου, ὅσα πρὸς κανονικὰ καὶ νομικὰ λήμματα ἐξηνέχθησε, οὐκ ἐς τὸ πᾶν ἀκριβείας ἐχόμενα καταφαίνονται, τὸ παράδοξον· ἀλλ' ὡσπερεὶ ἐκ λήθης μάλιστα καὶ παροράσεως προΐοντα, καὶ που καὶ ἐφ' ἑαυτὸν μεριζόμενα. καὶ οὐκ ἄντις ἐφιστῶν τούτοις, οὐκ ἀπορήσειεν, εὑρίσκων τῇ ἐκείνου ἀκριβείᾳ τὰ ἑαυτοῦ συγγράμματα μὴ συντρέχοντα. Ἐγὼ δὲ καὶ ζῶντος ἐκείνου πολλῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει νομοτριβουμένων ἀκήκοα ἐπιλαμβανομένων τινῶν τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου γνωμοδοτημάτων, ὡς μὴ κατὰ μοῖραν ἐξενεχθέντων, ἔν τε κανόνων ἑρμηνείαις καὶ νόμων, καὶ ἄλλοις τοιοῖς δὲ συντάγμασι. *Divinus ille vir, Antiochiæ Patriarcha, accuratè percallebat civiles & canonicas constitutiones, & ab omnibus in hisce rebus celebratus fuit. Ejus autem scripta, quæ ad canonica & civilia lemmata edita sunt, non in omnibus, quòd mirum est, accurationem habere cernuntur, sed velut ex oblivione maxime & inconsiderantiâ procedentia; alibi etiam in seipsis divisa. Nec de eo dubitet, qui diligenter considerârit, inveniens ejus scripta subtilitati viri non respondentia. Ego autem etiam illo vivo multos audivi*

Con-

Digitized by Google

Constantinopoli legisperitos, qui quasdam viri illius sententias reprehenderent, quòd non essent rectè prolatæ in canonum & legum interpretationibus, & aliis hujusmodi voluminibus. Et deinde addit eum oportere in jurisprudentia instructissimum esse, qui hæc commentaria evolvit. Sed, ut ut ab aliis sugillatus fuerit, ipso etiam Joanne Judice, Balsamon canonicas æque ac civiles constitutiones accuratè tenuit, & ab omnibus propterea celebratus fuit.

XVIII. Quantæ autem autoritatis Balsamon ipse, & hæc illius in canones commentaria Constantinopoli olim fuerant, ipse Philotheus Patriarcha clarè satis indicat; quippe qui in refutatione scriptarum ab Harmenopulo execrationum, hæc habet, τοῦτο γὰρ φησιν ὁ ϛοφὸς νομοφύλαξ ἡ τῶν ὁμοίων σοι σπουδαστὴς Βαλσαμών, ὁ ἐν νόμοις τε ἡ κανόσι πολυμαθέστατος ἡ σοφώτατος, ὁ ἡ πατριάρχης Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης ἀναδειχθεὶς ὕστερον ὅπερ οὐδέ σε ἀγνοεῖν εἴποιμι ἂν ἔγωγε ποτε σοφότητι οἶμαι, ἡ σπουδᾶσαι τὰ τοιαῦτα, εἴπερ τινα. *Hoc enim tradit eruditus ille Nomophylax & consimilium tuis studiorum particeps Balsamon in legibus & canonibus summè instructissimus, & sapientissimus, qui & magnæ illius Antiochiæ Patriarcha tandem designatus est: id quod nec te quidem ignorare dicerem, virum doctum, & hujusmodi imprimis rerum studiosum.* Et paulo post, Ὁ τοίνυν προρρηθεὶς πατριάρχης Ἀντιοχείας, ὁ σοφὸς Βαλσαμών, τοὺς ἱεροὺς ἐξηγούμενος κανόνας, τά δὲ φησιν ἐν ᾧ προοιμίῳ τῆς ἐξηγήσεως τῶν κανόνων ἦν ὁ Γάγγρα συνόδου. Ἡνίκα παρῆσαν σύνοδοι. *Prædictus igitur Antiochenus Patriarcha, sapiens ille Balsamon, dum sacros exponit canones, hæc in præfatione expositionis canonum synodi &c.* Et deinde recitatis Balsamonis in synodum Gangrenam verbis, iisdem scilicet quæ in hoc opere loco ibi citato legas, illum in ea fuisse sententia asserit, quòd tomus synodalis, sub Constantino Porphyrogenneta Imperatore & Alexio Patriarcha factus, in usu esse desierit. Hoc enim ita esse ait, κατὰ τὸν σοφὸν Βαλσαμῶν, ὅπερ ἡμῖν ὁ σκοπὸς ἐδόκει ἐπιδεῖξαι, *secundum sapientem illum Balsamonem, quod nobis etiam propositum erat ostendere.* Nimirum ac si indubium illud redderetur, cùm sapiens ille Balsamon ita esse affirmaret. Quin & citantur Balsamonis scholia à Nicolao Hydruntino, in scholio è principio codicis Græci MS. Barberini, à Leone Allatio, de perpetua consensione Ecclesiæ occidentalis & Orientalis lib. cap. 1. xxi. laudato, ubi hæc habet, Εὗρον δ' ὅτως ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἐν τῇ βίβλῳ Θεοδώρου τοῦ Βαλσαμῶν πατριάρχου Ἀντιοχείας· φησὶ γὰρ ἐκεῖνος ἐν τῇ κατ' αὐτὸν ἑρμηνείᾳ τῶν νομοκάνονος· ὑμεῖς δὲ διελόντων εἴ πού τινι ἀπηχάφως σφάλμα γράφοντι ὃ φησὶ Κελεστίου (ἀπὸ γὰρ Κελεστίου, Κελεστῖνος μέμνηται) μὴ παρέχητε τοῖς ὕστερον γεγραμμένοις. ὁ γὰρ Κελεστῖνος πάπας τῶν Ῥώμης, ὀρθόδοξος, ὡς ἄνωθεν εἴρηται· ὁ δὲ Κελέστιος ὁμόφρων τῷ Νεστορίῳ, ἤτοι αἱρετικὸς ὢν. *Et cum essem Constantinopoli, illud ita esse comperi in libro Theodori Balsamonis Patriarchæ Antiocheni; Ille enim dicit in suâ canonum expositione; Tu verò inveniens in nonnullis codicibus errorem scripturæ circa Celestini nomen (namque pro Celestio Celestinus insertus est) dictis scriptis ne animum advertas. Nam Celestinus papa erat Romanus, orthodoxus, ut supra dictum est: Celestius verò cum Nestorio sentiebat, sive hæreticus erat.* Quæ ipsa Balsamonis verba extant in scholiis ejus ad primum synodi Ephesinæ canonem. Matthæus Blastares etiam in alphabetico ipsius syntagmate, secundo hujus operis tomo nunc primum edito, hæc Balsamonis scholia non citat modo, sed & subinde transcribit. Quinetiam Isidorus Mercator, ad latinam suam canonum versionem exornandam, hisce commentariis usus est. Is enim suæ duodecimi canonis synodi Gangrenæ versioni hæc interserit, *Beros videtur Balsamon Episcopus Antiochenus hunc locum interpretans, vocare vestes ex serico contextas.* Et ita quidem Balsamonem vocem βήρυς interpretatum esse, ex scholiis ejus in dictum canonem eluceset.

XIX. A tempore autem quo consummata sunt doctissima hæc Balsamonis in nomocanonem Photii, & conciliorum, patrumque canones commentaria, quadringentos propemodum annos inter Græcos latuerunt, Latinis plerisque incognita: donec Gentianus Hervetus, Tridenti, cum concilium ibi haberetur, commorans, & accuratum eorum nactus exemplar à Joanne Tilio, Episcopo Briocensi, illud latinè vertit: Quæ ejus versio sine Græco textu, à Guilielmo Morelio Lutetiæ Parisiorum typis mandata fuit anno,

Dom.

Digitized by Google

Dom. CIↃDLXI. Poſt multos autem annos bibliopolæ Pariſienſes Græcum quoddam conſecuti apographum, illud unà cum prædictâ Herveti verſione in publicam lucem emiſerunt, Lutetiæ Pariſiorum an. D. CIↃDCXX. Et hæc quidem editio, eaque ſola, ab eo uſque tempore doctorum manibus trita fuit. Verum enimvero licet ad iſtam exornandam editionem Pariſienſem, multa ex MSS. Vaticanis, & nonnulla ex codice hæredum Achillis Harlæi, primi in ſupremâ curiâ Pariſienſi præſidis, collecta fuerint; quamplurima tamen in ea doctis adhuc deſiderata ſunt. Multæ enim lacunæ in ipſo Græco textu relictæ ſunt, quæ à nullo exemplari Græco ſuppleri poterant: & ipſi editores ingenuè fatentur, ſe in nullum incidiſſe perfectum & expletum codicem Græcum, qui Latinam Herveti verſionem æquaret, quam nihilo ſecius adhibuerunt. Quo factum eſt, ut inter Græcum textum & latinam verſionem, quamplurimis in locis minime conveniat, cum exemplar, quo uſus eſt Gentianus Hervetus, nunc plura, nunc pauciora habuerit, quàm illud quod ejus verſioni adjunxerant. Et ubi totidem utrobique ſunt ſententiæ, ſenſus tamen hic atque ibi alius ſæpe deprehenditur.

XX. Cùm itaque Pariſienſis horum Balſamonis in canones commentariorum editio adeo mutila fuerit, atque imperfecta, ſummo rei canonicæ emolumento accidit, ut vetus admodum & completum eorundem exemplar in locupletiſſima noſtra bibliotheca Bodleiana Oxoniæ haberemus, quod quadringentis circiter abhinc annis, ut ex charta, characteribus, ligaturis, aliiſque iſtiuſmodi antiquitatis indiciis conjicimus, eleganti manu exaratum prælo tandem aliquando ſubjecimus, & publici hoc in opere juris fecimus. Neque enim fas erat, ut tam pretioſum juris canonici κειμήλιον in una bibliotheca diutiùs lateret: quo non modo omnes, quæ in priori fuerunt editione, lacunæ ſuppletæ ſunt; verumetiam alia quamplurima ibi deſiderata, hîc interſeruntur, & omnia ferè uſque adeo emendantur, ut vera Balſamonis Antiocheni in canones commentaria nunc primum in lucem emiſſa videantur.

XXI. Ad majorem tamen operis ornatum duobus aliis eorundem ſcholiorum codicibus MSS. uſi ſumus, Ætonienſi, & Amerbachiano; quorum illud Ampliſſimo Viro Richardo Alleſtry, SS. Theologiæ Profeſſori Regio in Academia Oxonienſi, & regalis collegii Ætoniæ conſtituti Præfecto acceptum ferimus: utpote qui curam adhibere dignatus eſt, ut variantes ex codice MS. in bibliotheca ejuſdem collegii repoſito lectiones colligerentur. Alter codex MS. quo adjuti ſumus, eſt vetuſtus ille & inſignis, qui in publicâ Academiæ Baſileenſis bibliothecâ extat, cui eum Clariſſimus vir Baſilius Amerbachius (à cujus nomine Amerbachianum appellamus) legato dedit anno Dom. CIↃDXCIII. quo inter alia, Balſamonis ſimul & Zonaræ in canones commentaria, nitido & vetuſto charactere deſcripta, continentur; ſed Zonarâ perpetuò Balſamoni præmiſſo. Hujus elegantis codicis uſum-fructum honoratiſſimi illius Academiæ Proceres ad hanc editionem adornandam permiſerunt nobis exhibendum per manum & induſtriam Doctiſſimi Viri Domini Joannis Rodolphi Wetſtenii, Filii, qui tanta fide, tanta diligentiâ MS. iſtum codicem cum Pariſienſibus Balſamonis & Zonaræ editionibus contulit, ut pares ei gratias referre nequaquam poſſimus; Neque nos ſolos, verùm & omnes omnino juris canonici ſtudioſos hoc ſingulari ipſius officio ſibi in æternum devinctos habebit. Omnes enim variantes lectiones exquiſitiſſimè collegit; & multa inſuper antiqua in canones ſcholia è codice iſto excripſit, quæ nec in Balſamonis, nec Zonaræ commentariis, nec alio, quantum ſcimus, codice habentur. Hoc ſanè dolendum eſt, quòd neſcio quo fato accuratæ iſtæ collectiones, per biennium fere in itinere hærentes, ſeriùs ad manus noſtras pervenerunt, quàm ut dicta ſcholia ipſi operis hujus corpori ſuis in locis interſeri poterant. Ne quis tamen de iis omnino hîc deſideratis conquereretur, ea omnia, latinè etiam à nobis verſa, annotationibus inſeruimus, ad eoſdem relata canones, quibus in codice Amerbachiano adſcripta ſunt. Ex variantibus autem lectionibus pro

Digitized by Google

pro comperto habemus, codicem istum Amerbachianum cum Bodleiano nostro plerunque convenire, etiam ubi Parisiensis editio ab utroque discrepat: adeo ut inter innumeras illas, quas clarissimus vir, MS. Amerbachianum cum Parisiensibus codicibus conferens, varias collegit lectiones, raro admodum ulla, notatu saltem digna, occurrat, quæ à codice nostro hîc impresso dissidet. Quod idem & de codice Ætonensi dicendum est. Namque inter tres hosce codices optimè convenit; quemadmodum in annotationibus multoties observare licet, ubi tres hosce codices se invicem confirmantes sæpe producimus. Inter eos autem & Parisiensem editionem multum discriminis passim occurrit, & idcirco etiamsi Latinam Gentiani Herveti versionem, quoad ejus fieri potuit, retinere eniteremur; eam tamen quamplurimis in locis immutare coacti sumus, ut Græco eam textui à nobis edito adaptaremus. Et ubi Gentianus Hervetus sensum alicujus loci, quod sæpe accidit, malè intellexit, vel saltem non bene expressit, nos versionem ejus emendavimus, & emendationis istiusmodi rationem in annotationibus ut plurimum reddidimus.

XXII. Hactenus de Balsamone, & eruditis ejus in canones commentariis: Sequitur Zonaras, qui sub Alexio Joanne Comneno floruit, & summos in imperio Orientali honores gessit: nam magnus Drungarius viglæ, & protoasecretarius fuit, sive primus à secretis. Post aliquot autem annos secularium pertæsus negotiorum, ad monasticam vitam secessit, quam transigens, multa scripsit, quibus posteros sibi obligatos tenet. Primò enim universalem conscripsit historiam à mundo condito usque ad Alexii Comneni Imperatoris, sub quo vixit, obitum, hoc est, usque ad annum Domini CIↃCXVIII. Elegantem etiam orationem composuit, quæ inscribitur, Ἰωάννου τοῦ Ζωναρᾶ τοῦ γενομένου μεγάλου δρουγγαρίου τῆς Βίγλης καὶ πρωτασηκρήτης λόγος πρὸς τοὺς τὸν φυσικὸν τῶν γυναικῶν ῥύπον οἰομένους. *Joannis Zonaræ, magni quondam Drungarii Viglæ, & primi à secretis oratio ad eos, qui naturalem feminis effluxum immunditiem existimant.* Extat in Juris-Græco-Romani lib. v. Quin etiam majorum jussu & amicorum suasu compulsus, canonico Græcorum juri interpretando egregiam operam navavit, quod eruditum opus à se conscriptum sic inscripsit; Ἐξήγησις τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων τῶν τε ἁγίων καὶ σεπτῶν Ἀποστόλων, καὶ τῶν ἱερῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν τοπικῶν ἤτοι μερικῶν, καὶ λοιπῶν ἁγίων πατέρων, πονηθεῖσα Ἰωάννῃ μοναχῷ τῷ Ζωναρᾷ, τῷ γενομένῳ μεγάλῳ Δρουγγαρίῳ τῆς Βίγλης, καὶ πρωτασηκρήτης. *Expositio sacrorum divinorumque canonum, tam sanctorum & venerandorum Apostolorum, quam sacrarum Oecumenicarum synodorum, sed & localium sive particularium, reliquorumque sanctorum Patrum, elaborata per Joannem Zonaram Monachum, qui fuit olim magnus Drungarius Viglæ, & primus à secretis.* Ipsi autem operi hanc præfationem præmisit, quam suo loco prætermissam hîc apponere visum est. Ἡ δήλωσις τῶν λόγων σου φωτεῖ καὶ σωφρονίζει νηπίους, ὡς ὁ θεὸς ἔφη διὰ τοῦ προφήτου, καὶ θεοπάτωρ Δαβίδ. λόγος δὲ τοῦ θεοῦ εἰκότως ἄν τις καὶ τοὺς τῶν θείων Ἀποστόλων καὶ πατέρων νομίσαιτο διατάγματα, ἐπειὶ τῷ θείῳ πνεύματι ἐσηχημένοι σοφοὶ ταῦτ' διετάξαντο. Εἴ τις οὖν ποιήσαιτο τινὰ τῶν ἱερῶν κανόνων σαφήνειαν, καὶ διὰ τοῦτον νῦν ἀναπτύξας δηλώσειε, φωτὸς μὲν ἁπλότητα καὶ ἀπλανείαν νηπιάζουσιν, καὶ μὴ πεφυκόσι τὸ καθαρὸν ἐξικνεῖσθαι τῶν κανόνων τῶν ἱερῶν. Διὰ ταῦτά μοι ἐγχειρητέον τῷ ἔργῳ, ὡς εἰς ὠφέλειαν ἴσως ἐσομένῳ πολλοῖς, καὶ ὡς δυνάμεις ἑκάστῃ διαλαγῇ τῶν ἱερῶν Ἀποστόλων, καὶ σεπτῶν πατέρων, μᾶλλον δ' ὅτι, ὡς ἂν δόξη θεός, ἐξαίζας ποιητέον καὶ σωστέον μηδενὶ ἐξήγησιν. Μή τις δέ μοι καταγνοίη προπετείᾳ· ὑπὸ γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ τῷ πονήματι ἐγχειρῶ, ἀλλὰ πολλαχοῦ ὑπεκυψα, καὶ τῷ πόνῳ δέδωκα ἐμαυτόν, ἵνα μὴ δι' ἀπορίαν κατακριθῶ. *Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat parvulis; Hæc Deo dicit propheta, & divinus pater David. Porro Dei sermones meritò quis & probabiliter dixerit esse divinorum Apostolorum patrumque præceptiones, quia divino ipsi afflati doctique spiritu hoc instituerunt. Si quis igitur elucidationem sacrorum canonum fecerit, eorundemque sententiam referans declarârit, his quidem certè lumen intulerit, qui per simplicitatem morumque ruditatem sunt velut infantes, haud dum satis apti in sacrorum canonum profunditatem penetrare. Propterea mihi sumendum fuit hoc opus in manus, ut usui fortasse futurum multis, ut etiam pro meâ virili sit unaquæque sacrorum Apostolorum patrumque venerandorum*

Digitized by Google

dorum disposítio nota, Maximè quidem, prout dederit ipse Deus, peculiarem compendiosamque faciens enarrationem. Nullus autem me condemnet insolentiæ vel temeritatis. Nec enim meâ sponte labori manus admolior; sed rogatus obsecundavi, negotioque me dedi, ne propter inobedientiam coarguerer.

XXIII. In hisce autem scholiis in canones componendis, Zonaræ aliud atque Balsamoni propositum fuit. Hic enim civilis æque ac canonici juris consultissimus, utriusque concordiam persequitur, apparentes discrepantias componit, & canonicas quæstiones à se motas multoties solvit. At Zonaras è contra ipsis canonum verbis & sensui interpretandis strictè adhæret, raro admodum ad civiles leges digrediens. Hinc fit, quòd Balsamon totum Zonaræ commentarium totidem nonnunquam verbis transcribat; superfluum nimirum judicans, alia Zonaræ dictis addere, cum nihil in tali canone occurrat, de quo ex legibus politicis & imperialiabus constitutionibus disputatio instituatur, hoc est, nihil quod ad suum propositum pertineat. Subinde etiam Zonaræ interpretationem celato nomine perstringit; neque ullibi ejus mentionem facit, præterquam in commentariis ad Epistolam canonicam sancti Athanasii ad Ammum, ubi eum vocat ὑπερφυέστατον σχολιαστὴν Ζωναρᾶν, *summè excellentissimum illum Zonaram*, eumque dictam Epistolam σοφῶς καὶ ὑπερδιξίως, καὶ ὡς οὐκ ἄν τις κρείττονως, *Sapienter, & peraptissimè, atque ita ut nemo meliùs*, interpretatum esse affirmat.

XXIV. Quinetiam Matthæus Blastares Zonaræ scholia subinde citat, nomine etiam ejus nonnunquam iis præfixo, ut lit. E. cap. XI. Εἰ μήπως τις εἴποι, ὁ ὑπερφυὴς ἢ τοῦτό φησι Ζωναρᾶς, *Ne forte dixerit quispiam, Insignis autem hoc dicit Zonaras*, scilicet in syn. Chalced. can. 28. Alias rarò invenimus hæc Zonaræ commentaria ab antiquiori aliquo laudata; nisi quod Anonymus quidam à Leone Allatio, de perpetuâ consentione Ecclesiæ occidentalis & orientalis lib. II. cap. X. citatus, hæc de iis habeat. Τελευταῖος ἢ σφόδρα ἐκ ὁ Θαυμασὸς Ζωναρᾶς μοναχὸς Ἰωάννης τοὺς θείους καὶ ἱεροὺς κανόνας τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων, καὶ τῶν ἑπτὰ ἁγίων οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ πάντων τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν σαφέστατα ἐκ βλασφήμως ἐξηγησάμενος, ἐκ ὑδαμοῦ τὸν πάπαν ὡς ὀρθόδοξον ὠνόμασε· μᾶλλον ἢ καὶ τῷ ἀναθέματι καθυπέβαλεν ἐκεῖνον τοὺς τὰ ὅρια πατέρων σαλεύοντας, καὶ ἀθετοῦντας τοὺς θείους κανόνας. *Omnium verò postremus, & admirabilis ille Joannes Zonaras Monachus, divinos sacrosque Canones sanctorum & perillustrium Apostolorum, & septem sanctarum Oecumenicarum synodorum, & omnium sanctorum patrum nostrorum, clarissimè & pijssimè interpretatus, nullo in loco Papam orthodoxum vocavit: sed eos potiùs, qui terminos patrum transmovent, & sacros canones pervertunt, anathemati subjecit.* Ex quo tamen uno testimonio satis abunde constat, quanti hæc canonum expositio à Joanne Zonarâ elaborata, apud Græcos suos æstimata fuerit.

XXV. Quod ad priores horum Zonaræ in canones commentariorum editiones spectat, primò quidem scholia ejus in canones Apostolorum sola latine versa & in lucem emissa sunt an. Dom. CIↃDLVIII. per Joannem Quintinum, in Academiâ Parisiensi juris canonici tunc temporis professorem. Postea Antonius Salmatia commentarios ejus etiam in canones Conciliorum latine versos edidit Mediolani, anno Dom. CIↃDCXVIII. Latinæ cujus versioni Typographus Parisiensis Græcum etiam textum ex Codice MS. in bibliothecâ regis Christianissimi erutum, addidit, & evulgavit Lutetiæ Parisiorum an D. CIↃDCXVIII. Sed adhuc desiderata erant commentaria ejus in canonicas sanctorum Patrum Epistolas, quæ propterea ibidem impressa sunt unà cum S. Gregorii Neocæsariensis sive Thaumaturgi, Macarii Ægyptii, & Basilii CIↃIↃCXXII. Adeo ut omnia Zonaræ in canones commentaria, ante hanc nostram eorum editionem Oxoniensem, simul nusquam prodierint. Ad hanc autem exornandam editionem, non modò variantibus lectionibus ex codice Henrici II. insignibus ornato, & ex altero illo Augusti Gallandi in Parisiensi foro advocati, in supplemento ad Parisiensem editionem collectis, usi sumus, verumetiam consultum ivimus antiquum MS. codicem in Bibliothecâ nostrâ Bodleianâ, quo

omnes.

Digitized by Google

omnes habentur Apoſtolorum canones unà cum Zonaræ & Balſamonis commentariis iis annexis. Summo autem ornamento huic noſtræ editioni fuit, Codex ille Amerbachianus ante commemoratus, ex quo variantes lectiones per univerſa Zonaræ non ſecus ac Balſamonis commentaria, clariſſimus vir, Joh. Rod. Wetſtenius ſupradictus, nobiſcum communicare dignatus eſt. Quibus omnibus codicibus ſummâ diligentiâ & fidelitate inter ſe collatis, perfecta tandem & completa Joannis Zonaræ in omnes Apoſtolorum, conciliorum, & Patrum canones commentaria, unà cum prioribus Latinis verſionibus, ſed innumeris in locis emendatis, & Græco textui longe accommodatioribus edimus.

XXVI. Poſt Balſamonis & Zonaræ commentaria, Epitome cujuſque canonis, & Alexii Ariſteni in eandem ſcholia hoc opere exhibentur. Quantum primo ad canonum epitomen ſpectat, ea partim in Bibliothecâ Juris canonici veteris edita eſt, idque ſub ipſius Alexii Ariſteni nomine, perinde nimirum ac ſi is epitomes iſtius autor fuiſſet. Sed multa ſunt, quæ iſti opinioni refragantur. Eadem enim epitome, licet alio conciliorum ordine obſervato, etiam Symeoni Logothetæ in eâdem bibliothecâ attribuitur. At veri prorſus diſſimile eſt, ut ambo canones in epitomen redigentes in eadem verba conſpirarent. Nec video quidem, quo jure hæc epitome utrivis eorum adſcribatur. Sanè Alexio Ariſteno adſcribi nequit, quippe qui eam nonnunquam redarguit, & autorem ejus, quicunque demum is fuerit, canonem non rectè intellexiſſe aſſerit, ut in ſcholiis ejus ad epitomen canonis Apoſtolici lxxv. dicit, Ὁ δὲ παρὸντα συνοψίσας κανόνα οὐ καλῶς τοῦτον ἐνόησεν, *Qui ſynopſin præſentis canonis fecit, eum non bene intellexit.* Et ad epitomen undeviceſimi canonis ſynodi Ancyranæ, ait, ὁ γοῦν συνοψίσας τὸν παρόντα κανόνα τὸν περὶ τὸ πλάτος κείμενον ἀφορισμὸν τῶν διγάμων, τῷ ἀθετοῦντι τὸν παρθενίαν παρέδραμε, *Qui hujus itaque canonis ſynopſin fecit, digamorum ſegregationem in latitudine poſitam in eum qui cœlibatus profeſſionem irritam fecit, tranſtulit.* Adeo ut ſole meridiano clarius eluceſcat, Alexium Ariſtenum hujus canonum epitomes autorem non fuiſſe.

XXVII. Quiſnam itaque epitomes hujus ſive abbreviationis canonum autor fuit, minus compertum habemus. Hoc ſaltem conſtare videtur, quod ea diu ante Ariſtenum memoriæ ſublevandæ cauſa confecta fuit, atque adeo ut nonnunquam totius cujuſvis canonis vicem ſuppleret, ejuſque loco citaretur. Cujus rei illuſtre habemus exemplum in Nicolai Hydruntini (qui ſub Alexio Angelo floruit) ſcholio ex Leone Allatio ſuperius citato, quod ſic incipit, Σχόλιον Νικολάου ἱδρῦντος, περὶ Κελεστίου καὶ Κελεστίου πάπων Ῥώμης. ὁ βλασφημῶν ἐν τῷ τέλει τοῦ τετάρτου κανόνος τῆς ἐν Ἐφέσῳ ἁγίας συνόδου, οἵτινες τῷ κληρικῷ Κελεστίῳ ἢ Νεστορίῳ συμφρονήσωσιν, καθαιρετοὶ, μὴ ἀναγινωσκέτω Κελεστίῳ μετὰ τοῦ ν'. ἀλλὰ Κελεστίῳ χωρὶς τοῦ ν'. ὁ μὲν γὰρ Κελεστῖνος ἅγιος ἦν καὶ ὀρθόδοξος πάπας Ῥώμης, ὁ δὲ Κελέστιος ἦν αἱρετικός. *Scholium Nicolai Hydruntini de Celeſtino & Celeſtio Papis Romanis. Qui offendit in fine quarti canonis ſanctæ Epheſinæ ſynodi, Clerici,* qui Celeſtino ſive Neſtorio conſenſerint, deponendi, *ne legat Celeſtino cum n. ſed Celeſtio ſine n. Namque Celeſtinus ſanctus erat & orthodoxus Papa Romæ, Celeſtius autem hæreticus.* Iſta enim verba, Οἵτινες τῷ κληρικῷ Κελεστίῳ ἢ Νεστορίῳ συμφρονήσωσιν, καθαιρετοὶ, in ipſo quarto canone ſynodi Epheſinæ non inveniuntur; ſed in epitome iſtius canonis quam hîc exhibemus, totidem verbis leguntur; niſi quòd pro οἵτινες, in noſtro codice leviſſima mutatione ſcribatur εἴτινες. Unde palam eſt ipſam epitomen hîc citari, idque ſub nomine totius canonis. Adeo ut hæc canonum ſynopſis legis vicem iis ſuppleviſſe videatur, quibus integri canones haud præſto eſſent. Et hinc, ni fallor, eſt, quòd nunc Alexii Ariſteni, nunc Symeonis Logothetæ, & aliquando forſitan aliorum nomina ſibi inſcripta habeat, à quibus ad privatum uſum deſcripta fuit. Vel forſitan quòd Symeon Logotheta, non minùs quàm Alexius Ariſtenus, ſcholia in eam edidit, quæ modo perierunt. Et nos enim Ariſteni nomen ad epitomen eo tantum nomine præfiximus, quod ille eam interpretatus eſt.

XXVIII. Iſtam autem antiquam canonum abbreviationem olim factam fuiſſe, ex eo conſtat, quòd Alexius Ariſtenus tantum operæ & laboris in ea interpretanda conſumpſerit. Neque enim in re nihili ſe tamdiu exercuiſſe cenſendus eſt. Nec parum huic

* * * * *

pro

Digitized by Google

pro antiqua hujus epitomes autoritate argumento exinde accreſcit, quod Ariſtenus eam ſcholiis illuſtrare dignatus eſt, etiam poſt divulgata erudita illa Joannis Zonaræ in integros canones commentaria, Ariſtenus enim Zonara poſterior claruit, ſed anterior Balſamone, vel ſaltem eadem ætate. Balſamon enim eum commemoravit in ſua ſexti canonis Apoſtolici interpretatione, ubi ait, ὃν ὁ θεοφιλέστατος ἐκεῖνον καὶ μέγαν οἰκονόμον, καὶ Ἀριστηνὸν λέγει τριακονθημέρων δημοσιευμάτων τριῶν ἐπεφωνήκατο ἡ ἁγία σύνοδος ἀποχὴν τῆς δικαιοδοτικῆς ὀφφικίου. *Nam & incomparabilem illum, & magnum Oeconomum Ariſtenum, tribus publicis* XXX. *dierum edictis à juris dicendi officio ceſſare juſſit ſancta ſynodus.* Ubi etiam obſerves, quanto hic officio in Eccleſiâ Conſtantinopolitanâ functus eſt, cùm magnus in ea Oeconomus fuerit; item quanto eum elogio Balſamon ornat, θεοφιλέστατον appellans: quam honorificam ejus mentionem idem Balſamon etiam in ſcholiis ſuis ad ſynodi Trullanæ canonem XXXVII. facit, his verbis, παρεβάλετο γὰρ καὶ τοῦτον κανόνα ὁ θεοφιλέστατος ἐκεῖνος κῦρις Ἀλέξιος ὁ Ἀριστηνὸς τῷ ἁγιωτάτῳ ἐκείνῳ πατριάρχῃ ἱεροσολύμων κυρῷ Νικηφόρῳ. *Hunc enim canonem incomparabilis ille dominus Alexius Ariſtenus contra ſanctiſſimum illum Patriarcham Hieroſolymitanum Nicephorum protulit.* Ubi obiter etiam obſervatum velim, quantum in jure canonico interpretando nomen Alexius Ariſtenus tunc dierum habebat, cùm conſultus eſſet, & in iſto jure contra Patriarcham reſponderet. Ex iſtis inſuper verbis colligere eſt, quibus temporibus ille floruit. Namque Nicephorum ille Hieroſolymitanus, contra quem Ariſtenus iſtum canonem protulit, ſynodo interfuit Conſtantinopoli celebratæ anno mundi VICIↃIↃCLXXIV, ſive Chriſti, CIↃCLXVI. ut ex ſubſcriptionibus patet, quas Leo Allatius edidit, de perpetuâ conſenſ. Eccleſ. occidentalis & orientalis lib. II. cap. XII. Is erat annus Manuelis Comneni XXIII. cujus Imperatoris juſſu Balſamon ſua in canones commentaria aggreſſus eſt; ut è ſupradictis liquet. Sub eodem igitur Imperatore Ariſtenum etiam claruiſſe certum eſt: etiamſi Leo Allatius tractatu de ætate & interſtitiis, in collatione ordinum etiam apud Græcos ſervandis, eum juſſu Joannis Comneni, qui Manuelem proximus in imperio præceſſit, nomocanonem ſuum edidiſſe aſſeruerit.

XXIX. Porro hæc Alexii Ariſteni in dictam canonum ſynopſin commentaria, in codice MS. quem edimus, ſic inſcripta ſunt, Νομοκάνονον σὺν θεῷ ἑρμηνευθὲν παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου νομοφύλακος κυρίου Ἀλεξίου τοῦ Ἀριστηνοῦ, *Nomocanonum, Deo adſiſtente, interpretatum per Deo chariſſimum nomophylacem dominum Alexium Ariſtenum.* Ubi primo obſervare licet, hanc ipſam canonum in epitomen contractorum collectionem νομοκάνονον vocari: quo nomine etiam integrorum canonum collectio ſæpe nuncupatur. Nemo fateor inficias eat, quin veteres iſtiuſmodi ſolos libros, quibus νόμοι καὶ κτώνες leges civiles & canones Eccleſiaſtici ſimul collecti ſunt, νομοκανόνας appellarint; quemadmodum Joannes Antiochenus librum iſtum, quo canones ſolos in quinquaginta titulos digeſſit, ſimpliciter συναγωγὴν τῶν κανόνων vocavit; iſtum autem, quo canonibus Eccleſiaſticis leges Imperatorias & civiles adjunxit, νομοκανόνα nuncupavit. Et ob eandem etiam rationem Photii nomocanon nomen iſtud ſortitus eſt: quem Balſamon in præfatione ad eundem, etiam νομοκάνονον appellat. Verumenimvero quævis integrorum canonum collectio νομοκάνονον etiam nonnunquam audit: quod miror ab ullo unquam denegatum fuiſſe, cum hæc vox in iſto ſenſu ab ipſo Balſamone ſæpe uſurpetur; ut in nomocan. Phot. tit. I. cap. IX. ait, Αὐτὸς ἐπέμεινε λέγων, μὴ δίκαιον εἶναι κεραίαν ἀφανισθῆναι ἐκ τῶν ἐν τῷ νομοκανόνι γεγραμμένων, τῷ ὡς θεογράφους πλάκας παρὰ τῇ ἐκκλησίᾳ λογιζομένῳ. *Ipſe perſtitit dicens, non æquum eſſe ut vel apex aboleretur ex iis, quæ in nomocanono ſcripta ſunt, quod inſtar divinarum tabularum ab Eccleſiâ reputatur.* Ubi νομοκάνονον corpus canonum Eccleſiaſticorum aperte ſignificat, quemadmodum & in ejuſdem Balſamonis ſcholiis ad ſynodi Trullanæ canonem I. dicentis, Τὰ νῦν νεόγραφα νομοκάνονα, ὡς μὴ ἔχοντα τὴν ἐπιγραφὴν τῶν ἁγιωτάτων καὶ σοφωτάτων βασιλέων καὶ πατέρων παρέδραμον· ἐψηλάφησα δὲ παλαιόγραφα νομοκάνονα. Et ſic paſſim alibi; ut nihil certius eſſe poſſit, quàm ipſas canonum collectiones

Digitized by Google

nes νομοκάνονα vocitari. Hoc autem nomen etiam ſynopſi canonum ab Alexio Ariſteno interpretatæ inſcriptum eſt, ut ex titulo ſuperius citato conſtat, quod prius expoſitam noſtram de hâc canonum epitome ſententiam egregie confirmat; cùm hæc eodem nomine, quo ipſa integrorum canonum collectio, νομοκάνονον ſcilicet, appelletur: nimirum quod totum jus canonicum in eâ non ſecus atque in ipſis canonibus exhiberi perſuaſum eſſet. Hoc itaque nomocanonum Alexius Ariſtenus interpretatus eſt, qui in inſcriptione Νομοφιλέστατος νομοφύλαξ nominatur, quem etiam magnum Oeconomum aliquando fuiſſe, Balſamonis verba ſuperiùs laudata fidem faciunt.

XXX. Hæc Ariſteni in nomocanonum abbreviatum ſcholia non memini ab antiquiori quopiam ſcriptore commemorata eſſe vel laudata; niſi quod ſcholiaſtes in codice Amerbachiano nonnulla ex iis mutuatus eſſe, & Balſamon ea nonnunquam citaſſe videatur, ut in annotationibus ſubinde obſervatum eſt. Ex recentioribus, Gilbertus Genebrardus libro de Trinitate Alexium Ariſtenum citat, eumque Diaconum Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ fuiſſe affirmat. Leo Allatius hæc ſcholia ſæpe laudat, ſed ex bibliotheca Vaticana: nunquam enim antehac edita fuerunt. Ad hanc autem noſtram eorum editionem perpoliendam, quatuor uſi ſumus codicibus MSS. quorum unum nobiſcum communicavit clariſſimus vir Joannes Pearſon SS. Theologiæ profeſſor Margareticus in univerſitate Cantabrigienſi, qui in bibliotheca collegii SS. Trinitatis, cui ipſe præfectus eſt in eadem univerſitate, codicem iſtum nitidè exaratum inveniens, eundem nobis latinè vertendum concedere dignatus eſt, & ſic primam huic edendo operi occaſionem præbuit. Iſte autem Codex è longè vetuſtiori in bibliothecâ Bodleianâ Oxoniæ exſcriptus fuerat, quem propterea ſæpe conſulere neceſſum habuimus. Quin & alium ſuppeditavit Inſigniſſimus vir Thomas Brown SS. Theologiæ profeſſor, & capellæ regiæ Windeſoriæ præbendarius. Cùm opus autem pene ad umbilicum perductum fuerit, alius in ſupradictâ bibliothecâ Bodleianâ inventus eſt codex MS. eleganti & vetuſto charactere exaratus: è quo nonnulla excerpta ſunt, quæ in aliis codicibus deſiderantur, ac proinde poſt canonicas Epiſtolas, ad quas pertinent, in ſecundo tomo eduntur. Eorum autem collectionem pariter atque verſionem viro multis nominibus honorando D. Johanni Fell S. T. P. Eccleſiæ Cathedralis Chriſti Decano in Univerſitate Oxonienſi debemus, qui ad uberiorem hujus operis ornatum curavit, ut illud opus à docto quodam viro in eadem Academiâ perficeretur. Sed & eidem etiam præclarâ eruditione & inſigni pietate viro accuratam totius hujuſce operis editionem reſpublica canonica acceptam referat, quippe cujus ſolius cura atque concilio in omnibus adhibito, accuratè adeo & politè prodit.

XXXI. Hactenus de tribus iſtis eruditis egimus ſcholiaſtis, quorum commentaria ſingulis ferè canonibus annectuntur. Porro juxta fidem in ſpecimine hujus operis antehac datam, Arabicam Joſephi Ægyptii in quatuor prima œcumenica concilia eorumque canones paraphraſin, ad calcem primi tomi, qui totus ex conciliorum canonibus conſtat, adjecimus. Quiſnam primo iſte Joſephus fuerit, & quando ſcripſerit, ex præfatione ad MS. iſtum codicem in bibliotheca Bodleiana, ex quo iſtam ejus paraphraſin hauſimus, abundè conſtat. Ipſam præfationem ſi voles, tota ſic ſe habet, كان ضيرورة التلميذ الحقير في عبيد السيد المسيح المتجسد من العذري مسطره يوسف الشهر بالطبيب ابن المرحوم المشيح التاج قسيسا علي كنيسة ستنا السيدة العذري الزكية والدة الكلمة الخالقة الازلية الكاثوليكي بمصر المحروسة في سنة ستة الاف وتسعماية وستة وصار المذكور ابروطس علي الكنيسة المذكورة يوم الاربعا المبارك رابع عشر ايلول وهو عيد رفع عود الصليب الكريم سنة ستة الاف وثمان ماية وتسعة وتسعون لكون العالم الموافق لسابع عشر توت سنة الف وماية وسبعة للشهدا الابرار الموافق لثالث شوال سنة اثني وتسعون وسبعماية لسني الهجرة وكادت الشرطونية علي يد الاب الاقدس الطوباني الروحاني كير مرقص بابا وبطريرك مدينة العظمي الاسكندرية وساير الديار المصرية في كنيسة

Digitized by Google

كنيسة الملاك ميخاييل الكاثوليكي بمصر وللسول من الرب الاله المسيح بكل لسان اللجن
في كل صقع ومكان النبي انا الي خلاص جنس البشر ان يعيننا علي حفظ وصاياه
المخلصة ولعمل بما يرضي الثالوث الاقدس ويوقنا عن ميامنه في اليوم العظيم المرهوب ويسمعنا
ذلك الصوت الفرح القايل تعالوا يا مباركي ابي رثوا الملك المعد لكم من قبل انشا العالم
يكون ذلك امين بشفاعة ستنا السيدة العذري البتول وجميع القديسين اصحاب العمل المقبول
امين والسبح لله دايما ابدا ؛؛ *Humillimus è Domini Chriſti ex virgine incarnati ſervis diſcipulus, ſcriba ejus, Joſephus* Al-ſhaher Bil-tabib, *Filius* Al-marchum Al-maſhiki Al-tagi, *conſtitutus fuit presbyter ſuper catholicam Eccleſiam dominæ noſtræ, dominæ virginis immaculatæ, æterni verbi creatoris genitricis, in Ægypto cuſtoditam anno ſexies milleſimo nongenteſimo ſexto. Et factus fuerat idem* ⲁⲡⲁ *ſuper dictam Eccleſiam feriâ quartâ benedictâ decimâ quartâ die menſis elul, quo feſtum exaltationis ligni crucis honorabilis celebratur, anno ſexies milleſimo octingenteſimo nonageſimo nono à mundo condito; qui coincidit cum decimo ſeptimo die menſis Thoth, anno milleſimo centeſimo ſeptimo ſanctorum martyrum; qui convenit itidem tertio diei menſis Shawal, anno ſeptingenteſimo nonageſimo ſecundo annorum Hegiræ. Ordinatio autem ejus celebrata fuit per ſanctiſſimum, beatum, & ſpiritualem patrem dominum Marcum papam, & Patriarcham magnæ civitatis Alexandriæ, & omnium Ægypti locorum habitabilium in Catholicâ Eccleſiâ Angeli Michaelis in Ægypto. Et rogatum eſt à Domino Deo omni linguâ laudato, & in omni regione locoque honorato, qui ad genus humanum ſervandum venit, ut nos adjuvet ad cuſtodienda præcepta ipſius ſalutifera, & ad ea facienda quæ ſacroſanctæ Trinitati grata ſunt, & ſtatuat nos ad dextram ejus, in magno illo & terribili die, & nos exaudire faciat lætam iſtam vocem dicentem,* Venite O benedicti à patre meo, hæreditario jure poſſidete regnum vobis paratum ante mundi creationem. *Sic revera fiat per interceſſionem Dominæ noſtræ, dominæ immaculatæ virginis, & omnium ſanctorum, qui accepta opera perfecerunt. Amen. Et gloria ſit Deo in ſecula ſeculorum.* Ex hac præfatione apertiſſimè conficitur, quâ ætate Joſephus ſacerdos Ægyptiacus Arabicorum canonum collector & paraphraſtes vixit: ea namque certiſſimis temporum characteriſmis hîc definitur. Se enim Presbyterum ordinatum dicit anno mundi VICIↃIↃCCCCVI. hoc eſt Chriſti CIↃCCCXCVIII. Antea autem conſtitutus fuerat ابرطس ⲁⲡⲁ ejuſdem Eccleſiæ, quemadmodum & Balſamon ⲁⲡⲁ τῆς Βλαχερνῶν fuit. Joſephus autem ſe in hoc officio conſtitutum aſſerit anno Mundi conditi VICIↃIↃCCCXCIX. Auſer VCIↃICVIII. & reſiduus fiet annus Chriſti CIↃCCCXCI. qui tamen juxta hunc atque alios nonnullos Arabicos pariter atque Græcos ſcriptores à Kal. Septembribus anno præcedenti, ſive CIↃCCCXC. computandus eſt, non autem Romanorum more à Kalendis Januariis. Hoc præmiſſo omnia optimè hîc correſpondent. Dicit enim ſe decimo quarto die menſis elul conſtitutum fuiſſe, eamque quartam fuiſſe feriam. Menſis elul in anno Syriaco unà cum ſeptembri Juliano init. Anno autem Chriſti CIↃCCCXC. Cyclus ſolis erat XXVII. Ergo litera dominicalis B. Character XIV. diei ſeptembris in Kalendario Juliano eſt E. Ea itaque quarta erat feria. Iſto etiam die feſtum exaltationis crucis quotannis celebratur; ut rectè hîc aſſeritur. Porro hunc diem & annum mundi coincidere dicit cum XVII. die Thoth, anno CIↃCVII. Sanctorum Martyrum ſive æræ Diocletianæ. Ad CIↃCVII. adde CCLXXXIII. quo anno à Chriſti nativitate expleto iſta æra cœpit, & habebis itidem annum Chriſti CIↃCCCXC. Neomenia Thoth in anno Actiaco ſive Ægyptiaco fixo hîc uſurpato, in Auguſti XXIX. perpetuò incidit. Ergo XVII. dies Thoth in anno iſto Ægyptiaco idem eſt atque XIV. Septembris in anno Juliano. Denique neomenia Muharram anno Hegiræ IↃCCXCII. juxta methodum à nobis alibi traditam, incidit in Decembris XX. anno D. CIↃCCCLXXXIX. Ergo Neomenia Shawal iniit XII. die ſeptembris anno CIↃCCCXC. ac proinde tertius dies menſis Shawal anno Hegiræ IↃCCXCII. cum XIV. Septembris anno Domini

Digitized by Google

mini CIↃCCCXC. recte coincidit. Cùm omnes igitur hi temporum characteres à Josepho Ægyptio de sua in supradicto officio constitutione collati exacte adeò inter se conveniant, nihil apertius esse potest, quàm eum in isto constitutum fuisse anno Domini CIↃCCCXC. ac propterea trecentis abhinc annis plus minus claruisse.

XXXII. Hic itaque Josephus Sacerdos Ægyptiacus omnes propemodum canones ab Ecclesiâ Græcâ receptos Arabico idiomate παραφραστικῶς interpretatus est; idque in magno satis volumine MS. quod ex oriente allatum in Bibliotheca Bodleiana repositum habemus. Ex eo nos quatuor prima selegimus concilia Oecumenica, Nicænum 1. Constantinopolitanum 1. Ephesinum, & Chalcedonense, quæ sola à Justiniano confirmata sunt; & quicquid Josephus de iis ex Arabum & Ægyptiorum sententia dixit, hoc opere divulgamus: nisi quod is præter viginti istos synodi Nicænæ canones, quos solos Ecclesia Græca semper agnovit, alios, nescio quos, alio in loco eidem concilio adscribat, de quibus in annotationibus disputamus. Hîc interim observes, concilium Chalcedonense, & canones ab eo sancitos, in isthoc libro comprehendi: unde perspicuum redditur Ægyptios secus atque Æthiopes sive Abissinos istud etiam concilium admisisse, licet communis ipsorum Patriarcha Dioscorus injuste, ut iis visum est, ab eo condemnatus fuerit.

XXXIII. Cum hic autem Josephus iis vixerit diebus, quibus literæ, in Ægypto saltem, incultæ jacuerunt, & doctrina raro admodum inventa est, etiamsi is suis fortasse doctissimus visus fuerit, quæ tamen scripsit nobis Europæis, fœliciori solo & doctiori prognatis ætate, non minus quàm alia nonnulla scripta Arabica, jejuna videantur; præcipuè cum sensus nonnunquam perturbatus sit, & vix sibi cohærens; eadem subinde bis terve repetantur; canones ad alienum aliquando detorqueantur sensum, & nihil subtilitatis, eloquentiæ parum ullibi appareat. Siquidem autem hæc ipsa paraphrasis, sive collectio canonum, à doctissimis viris laudata fuerit, & à multis avidè expetita, tanquam si veteris Ecclesiæ legibus multum lucis allatura esset; ne quid celare aut dissimulare videremur, quod divinis hisce studiis profuturum hucusque creditum est, hanc saltem paraphraseos istius partem, qualis qualis est, publicare visum est; ex qua rectiùs de tota judicium feratur. Nec sane nulli inserviet usui. Primo enim receptus in Ægypto canonum cujusque concilii numerus ex ea innotescet: ubi etiam de vera alicujus canonis lectione ambigitur, quomodo is in codice Græco, ex quo hæc paraphrasis tralata est, lectus fuit, ex eadem conjiciatur. Nonnulli etiam Ecclesiæ Alexandrinæ ritus, unà cum doctrina, nimis antehac nobis incomperti, ex eadem eliciantur, ut juxta quos canones sæpe interpretatur. Ex hac etiam paraphrasi videre est, quo sensu quatuor istarum universalium synodorum decreta, ab eadem Ecclesia istis saltem diebus intellecta sunt. Quanto denique simplicior atque illiteratior videatur hæc paraphrasis, tanto clarius ex eâ elucescit, quæ fides octoginta istis Arabicis canonibus synodo Nicænæ adscriptis adhibenda est, qui ex Ægypto primùm allati sunt; quâ omnis eruditio multis ante annis expulsa fuit; adeo ut ipsi etiam sacerdotes plurimum ignorarent, quid sincerum quidve adulterinum esset; quibus propterea non mirum est, si fictitii isti canones pro genuinis synodi Nicænæ decretis subdole obtrusi fuerunt. Hisce itaque perpensis, candidos lectores æquiori erga hanc nostram paraphraseos istius editionem animo futuros speramus. Quod idem & erga latinam nostram versionem ab iis implorandum est. Stylus enim, quo Josephus utitur, cùm recentior sit, quam quo scripta Arabica antehâc edita fuerunt, à reliquorum Arabum idiomate, à vulgatis Grammaticorum regulis, & à veteris linguæ puritate subinde discedit. Unde sensus nonnunquam obscurior, &, nobis saltem, eum latinè exprimere conantibus, perplexior redditur, præsertim cùm aliud non præsto esset exemplar, quo errata graphica corrigerentur.

XXXIV. Adhuc ne quid rei canonicæ studiosis in hoc opere desideraretur, secundo illius tomo celebre illud à multis recentioribus laudatum, à nonnullis promissum,

* * * * * *

ad-

sed à nemine antehâc editum, Alphabeticum Matthæi Monachi, sive Blastaris syntagma adjunctum est, quod ab ipso autore sic inscribitur. Σύνταγμα κατὰ στοιχεῖον τῶν ἐμπεριεχομένων ἁπάντων ἱερῶν τε καὶ θείων κανόνων πονηθὲν τε ἅμα καὶ συντεθὲν παρὰ τοῦ ἐλαχίστου ἱερομονάχου ἐλαχίστῳ Ματθαίῳ τῷ Βλαστάρει. *Syntagma Alphabeticum rerum omnium, quæ in sacris divinisque canonibus comprehenduntur, elaboratum pariter & compositum per minimum ex Hieromonachis Matthæum Blastarem.* Ex quâ inscriptione constat, eum Hieromonachum fuisse, hoc est, Monachum consecratum, vel sacerdotem in monasterio aliquo ordinatum. Quando scripserit, ipse disertis verbis testatus est lit. Π. cap. VII. ubi ad cyclum lunæ inveniendum ait, κάθου δὲ ἐφ' ἡμῶν ϛωμγ'. *Statuatur præsens hic annus* VICIↃIↃCCCXLIII. Et paulo post, de cyclo solis inveniendo, ait, ὡσαύτως δὲ καὶ τοῦ ἡλίου κράτησον τοῖς χρόνοις δ' πλέον ἀρτίως ϛ'ωμγ'. ἔτος, *Similiter & de sole annum jam currentem* VICIↃIↃCCCXLIII. *digitis computa.* Aufer VCIↃIↃVIII. & reliquus fit annus æræ Dionysianæ CIↃCCCXXXV. quo propterea anno à Christi nativitate currente, Matthæus Blastares ista scribebat. Unde lucem mutuatur obscurus alioquin locus in præfatione ad idem opus, ubi ait, ὡς ἂν δὴ καὶ ὁ χρόνος λαθοῖεν εἴπερ τοῦ ἐκτυχόντος, ὃς ὑπ' αὐγὰς ἡλίου τὰ τ' παραγματείας προσοίσεται τοιαύτας, μετὰ τὴν ἑξαπλῆν αὖθις ἑκατοντάδα τέλεσι καὶ παραρχοῖ ἔτος τὴν φορὰν ἀπριβῶς ἐμπεῖραι τοῦ χρόνου. *Porro ne tempus quoque, quod hoc opus in lucem solarem protulit, lectores lateat, post sextuplicem rursus centuriam, annus quadragesimus tertius temporis cursum exactè emensus est.* Cùm primus, fateor, in hæc verba inciderem, mentem autoris haud statim assecutus sum: sed recolens postea eum ante definiisse annos quibus singulæ, universales saltem, synodi celebratæ fuerant, eum hoc in loco ad istos annos respectum habuisse deprehendi. Ultimum autem concilium, cujus celebrandi tempus indicat, est Nicænum secundum, quod habitum dicit anno mundi, VICIↃCCXCVI. & multis deinde interjectis, opus suum emissum asserit post sex alias centurias & annos XLIII. sive post annos IↃCXLIII. sin hi addantur ad VICIↃCCXCVI. annus emerget mundi VICIↃIↃCCCCXXXIX. Christi CIↃCCCCXXXI. Ex locis autem supra citatis colligere est, in isto numero VICIↃCCXCVI. ad IↃCXLIII. addendo, numeros denarios & monadicos puta XCVI. omittendos esse: His enim omissis & IↃCXLIII. ad VICIↃCC. additis, prior numerus exactè colligetur, nimirum VICIↃIↃCCCXLIII. Unde palam est ipsam etiam præfationem isto mundi anno juxta civilem Græcorum computum conscriptam esse, sive anno Christi CIↃCCCXXXV.

XXXV. Egregium hoc Matthæi Blastaris, (cujus quæstiones & causas matrimoniales Joannes Leunclavius in Juris Græco-Romani lib. VIII. edidit) Syntagma in lucem hîc emissum est, ex duobus optimæ notæ codicibus MSS. quorum unum vetustum satis & eleganter scriptum Bibliotheca Bodleiana; alterum vir spectatissimus D. Isaacus Vossius, celebre cujus nomen per omnium ora volitat, pro summa, quâ pollet, humanitate, & flagranti in rempublicam literariam, de qua tota optimè meritus est, amore, ex sua ipsius instructissima Bibliotheca suppeditavit. Hi itaque duo MSS. codices inter se collati sunt, & quicquid in uno defuit, ex altero suppletum est; adeo ut ambo hîc in lucem prodeant. Quod autem ad Latinam spectat versionem, nos eruditam tantum præfationem Latinam fecimus, ipsum operis corpus à doctis quibusdam viris Oxonienſibus translatum est. Ab iisdem etiam tractatus iste Matthæi Blastaris syntagmati appensus, de synodo quæ Photium restituit, ex MS. Bodleiano erutus est, & latinè versus, de quo nonnihil dicendum restat.

XXXVI. Iste tractatus, ut titulus ostendit, ex Becci operibus excerptus est. Joannes iste Beccus, Michaele Palæologo imperante, Chartophylax erat magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, ut testatur Nicephorus Gregoras, qui de eo hæc habet, Ἐν τούτοις μάλιστα τοῖς καιροῖς τῆς μεγάλης τοῦ ἐκκλησίας χαρτοφύλαξ ὄνομα Βέκκος, σεσωστὸς ἀνὴρ ἐν τοῖς μάλιστα, καὶ λόγου καὶ παιδείας ζῆλος· πρὸς δὲ καὶ τῆς φύσεως συγκεκροτημένος χαρίσμασιν, ὅσοις τὴν τότε αἰῶνα ἤδεις. *His temporibus magnæ Ecclesiæ Chartophylax erat nomine Beccus, excellenti vir ingenio, & in*

Digitized by Google

in doctrinæ ſtudiis ab ineunte verſatus ætate, præterea tantis naturæ dotibus ornatus, quantis nullus alius iſtius ætatis. Nic. Greg. hiſt. Rom. lib. v. Poſtea ab eodem Imperatore ad Patriarchatum Conſtantinopolitanum evectus eſt, ut idem hiſtoricus tradidit his verbis, Δι' ἃ δὴ ἡ ὑπὲρ τὸ πατριαρχικὸν ἀναβεβηκὼς θρόνον, πάντα ἦν αὐτῷ τῷ βασιλῆ, ἡ γλῶττα, ἡ χεὶρ, ἡ κάλαμος γραμματέως ἐξυγράφων, ἡ λέγων, ἡ γράφων, ἡ δογματίζων. *Quamobrem Patriarchicâ ſede conſcensâ Imperatori unus fuit omnia, & lingua, & manus, & ceteris ſcriptoris calamus, & dicendo, & ſcribendo, & dogmata ſtatuendo.* Greg. ibid. Poſtquam autem octo in Patriarchico iſto throno annos ſediſſet, dignitate depoſitus, & in exilium miſſus, in carcere diem obiit, ut Pachymeres tradidit, dicens, Θνήσκει δὴ καὶ Ἰωάννης ὁ εἰς πατριάρχου ἀναβὰς ἀξίωμα ὁ Βέκκος, ἐν τῇ καθ' ὃ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου φρούριον εἱρκτῇ. *Moritur verò & Joannes Beccus Patriarcha dictus, in carcere, qui in ſancti Gregorii arce eſt.* Pachym. hiſt. lib. ix. Vita autem ſic defunctus eſt ſub Andronico ſeniore, qui imperium invaſit anno Chriſti CIↃCCLXXXIII. Hic multa conſcripſit, ſed nihil adhuc editum eſt præter epigraphas ejus in ſententias S. Patrum de proceſſione Spiritus Sancti, & ſententias ſanctorum patrum de eodem argumento, ab eo collectas, quas Petrus Arcudius Corcyræus Romæ edidit. Ut alia ejus ſcripta hactenus ἀνέκδοτα omittam, unum confecit librum inſcriptum, περὶ τῆς ἑνώσεως καὶ εἰρήνης τῶν τῆς παλαιᾶς καὶ νέας Ῥώμης ἐκκλησιῶν. *De unione & pace veteris & novæ Romæ Eccleſiarum.* Et alterum de eodem argumento inſcriptum, περὶ τῆς αὐτῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης, ὅθεν τὸ σκανδάλου ἀλόγιστον καὶ ἐκ μόνης ἱστορίας ἀποδεικνύοτος. *De eâdem Eccleſiaſticâ pace, ex ipsâ hiſtoriâ ſolâ ſcandali abſurditas demonſtratur.* Hic autem liber in MS. bibliothecæ Vaticanæ, ſic incipit, ὡς ἂν μακάριον ἀληθῶς εἶναι τὸ διαγγελικὸν κηρύγματος. In hoc ſummum inter Joannem VIII. Papam Romanum, & Photium Conſtantinopolitanum conſenſum perſequitur, in ea præſertim celebranda ſynodo, quæ Photium in ſedem ſuam Conſtantinopolitanam reſtituit. Cùm ex hoc igitur erudito Becci Patriarchæ Conſtantinopolitani ſcripto nonnemo olim ea excerpſiſſet, quæ ad dictam ſynodum pertinent, excerpta iſta ſic inſcripſit, Περὶ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς Συνόδου ἥτις ἀποκατέστησε Φώτιον τὸν ἀνωτάτω πατριάρχην εἰς τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως καὶ διέλυσε τὰ σκάνδαλα τῶν δύο ἐκκλησιῶν, τῆς παλαιᾶς καὶ νέας Ῥώμης ἀπὸ τοῦ λόγου τοῦ Βέκκου οὗ ἡ ἀρχὴ, ὡς ἂν μακάριον. *De ſanctâ & Oecumenicâ ſynodo, quæ Photium ſanctiſſimum Patriarcham in ſedem Conſtantinopolitanam reſtituit, & duarum Eccleſiarum, veteris ſcilicet & novæ Romæ, ſcandala diſſolvit. Ex Becci oratione, cujus initium eſt.* Ὡς δὴ μακάριον. Cùm Acta igitur hujus ſynodi nondum edita, ſed ab omnibus deſiderata fuerint, dicta autem excerpta, ſic inſcripta, ex Becci ſcriptis in Bibliothecâ Bodleianâ inventa ſunt, in quibus magna pars Actorum continetur, eadem publicare viſum eſt, præſertim cum hæc ea ſit ſynodus, à quâ canones iſti ſub Photio conſtituti ſunt, quos etiam hoc opere cum commentariis edimus. Quæ hîc autem de iſtâ ſynodo dicta ſunt egregiè cum iis conveniunt, quæ Baronius ad annum 879. ex codicibus Vaticano & Columnenſi de eodem concilio ſcripſit.

XXXVII. Ad calcem denique totius operis annotationibus ſubjunximus; in quibus quid præſtitimus, vel ſaltem præſtare conati ſumus, paucis expediemus. Primo enim nobis minimè propoſitum fuit, in ſingulos canones eorumque ſcholia commentarios edere, quod operæ nobis pretium haud viſum eſt. Ac proinde iſtiuſmodi tantummodo locis, quæ obſcuriora viſa ſunt, quæ perperam ab aliis intellecta, aut majoris momenti, & frequentioris in Eccleſiaſticis diſcutiendis controverſiis uſûs, dilucidandis, vendicandis, & ad genuinum ipſorum ſenſum reſtituendis, totam, qualis qualis fuit, operam locavimus. Hinc etiam variantes paſſim lectiones ex codicibus tam MSS. quàm impreſſis, adnotavimus; Alia etiam quamplurima ſcholia, quæ ut neque ad Balſamonis, nec Zonaræ, nec Ariſteni ἑρμηνείας pertinentia, in ipſo operis corpore conſulto prætermiſſa ſunt, ex MSS. Bodleianis & Amerbachiano, ad ſuos quæque canones inter annotationes appoſuimus. Quicquid etiam ſcholiaſtes in Conſtantini Harmenopuli epitomen canonum conſcripſerunt, ad locum itidem quodque ſuum congeſſimus. Adeo ut nihil à Græcis quibuſlibet

Digitized by Google

bet in hoc canonici ipſorum juris corpus conſcriptum ad notitiam noſtram pervenit, quod non in hoc unico opere collectum exhibetur. Ut hæc autem omnia, quæ in plurimis codicibus manu exaratis & impreſſis diſperſa hujuſque latuerunt, in unum hoc corpus tandem aliquando colligerentur, & publici juris fierent; Omnes bonarum literarum & rei præſertim canonicæ ſtudioſi, celebri illi Bibliopolæ Londinenſi Roberto Scot ſingulares debent gratias, quippe qui nec ſumptui pepercit, nec labori, quo canonicum hoc opus inſtructiſſimum, quoad ejus fieri potuit, & accuratiſſimum in lucem prodiret.

C Zonar. Sanctorum quoque Apostolorum multi Canones, qui à suis Episcopis segregati sunt, eos à nemine ad communionem admitti licere decernunt. Quoniam verò segregationem immerentibus irrogari quandoque contingit, ob ejus forte, qui segregavit iracundiam, vel simultatem, aut ob animi perturbationem aliquam, quam & acerbitatem hic nominavit, idcirco hunc Canonem sacri Patres edidere, quo segregationes, quandocunque scilicet ii qui segregati sunt, injustè se ab eo qui segregavit, communione motos esse conquerantur, examinari jubent. Eam verò causæ disquisitionem, à provinciæ Episcopis omnibus, aut certe si qui infirmitate valetudinis, aut itinere necessario, aliave justa causa impediti forte, cum reliquis non adfuerint, à pluribus haberi volunt. Porro duas Synodos singulis annis, quod sanctorum quoque Apostolorum Canone sancitum fuit, in unaquaque provincia celebrandas esse decrevere. Verum illi quidem uni Synodo habendæ, quartam hebdomadam Pentecostes; alteri Hyperberetæum, hoc est, Octobrem mensem præfinivere: sancti verò hujus Synodi Patres, tempus commutavere pro quartâ Pentecostes hebdomade ante quadragesimam celebrari Synodum decernentes: Ejúsque rei subdidere causam, ut omnis, in-

C Ζωναρ. Καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων διάφοροι κανόνες διαλαμβάνουσι, μὴ δέχεσθαι παρά τινων τὺς παρὰ τῶν ἰδίων Ἐπισκόπων ἀφορισθέντας. ἐπεὶ δὲ τινας ἀφορίζεσθαι μὴ δικαίως συμβαίνῃ, διὰ θυμὸν ἴσως καὶ μικροψυχίαν τοῦ ἀφορίσαντος, ἢ δι' ἐμπάθειάν τινα, διὰ καὶ ἀηδίαν ὠνόμασεν, διὰ τοῦτο πάντα κανόνα οἱ ἱεροὶ πατέρες ἐξέθεντο, ἐξετάζεσθαι διαλαμβάνοντες τὺς ἀφορισμούς, ὅταν φιλάσθῃ οἱ ἀφορισμένοι αἰτιῶνται τὺς ἀφορίσαντας, ὡς παρὰ δίκαιον ἀφορισθέντες· τῷ δὲ ἐξέτασιν, παρὰ τῆς Ἐπισκόπων τῆς ἐπαρχίας γίνεσθαι, ἢ πάντων, ἢ τῆς πλειόνων, εἰ τινὰς μὲν συνίναι τοῖς λοιποῖς συμβαίνῃ δι' ἀσθένειάν ἴσως, ἢ ἀναγκαίαν ἀποδημίαν, ἢ ἄλλως ἀπαραίτητον αἰτίαν. γίνεσθαι δὲ συνόδους καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ὡρίσθαι δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ, ὅπερ καὶ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις κεκρόνισται. ἀλλ' οἱ μὲν τῷ τετάρτῃ ἑβδομάδι τῆς Πεντηκοστῆς τῷ μίαν γίνεσθαι τῶν Συνόδων διετάξαντο· τῷ δ' ἑτέραν κατὰ Ὑπερβερεταῖον μῆνα, ἤγουν Ὀκτώβριον· οἱ δὲ τῆς Συνόδου ταύτης ἅγιοι πατέρες μὲν καιρὸν ἐνήλλαξαν, ἀντὶ τῆς τετάρτης ἑβδομάδος τῆς Πεντηκοστῆς πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς ὁρίσαντες τῷ Συνόδου γίνεσθαι· καὶ τῷ αἰτίαν ἐπίγα-

Digitized by Google

ἐπήχηον· ἵνα, φασί, πᾶσα μικροψυχία ἀφαιρῆται. ὁ γὰρ νομίζων μὴ δεδικαίως ἀφορισθῆναι, πάντως λυπεῖσθαι μέλλει τῇ ἀφορισμῷ. ὁ δὲ ἀφορίσας ἢ ἀκέων μὴ ἀνεγνωσμένος δεχόμενον τὸν ἀφορισθέντα ὃ βέλτιον, ἀλλὰ καταγελᾶν ἔοικε αὐτὸς οὐκ ἀπαθῶς πρὸς αὐτὸν διακείσεται. ὅτῳ δὴ πρὸς ἀλλήλους ἐκείνων αὐτοῖς πῶς ἂν προσενεχθείη ὃ δῶρον καθαρῶς τῷ θεῷ; διὰ τοῦτο πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς φαίνομεθα τιὼ μίαν συνόδον γίνεσθαι, τιὼ δὲ λοιπιὼ τῇ ὃ μεῖζονα. καὶ ὁ Ὀκτώβριος δὴ μείζων ἐστίν· ἐν δὲ ταῖς συνόδοις ταύταις ἐξετάζεσθαι τὰ τοιαῦτα ζητήματα διετάξαντο, καὶ οἱ ὁμολογουμένως καὶ μὴ ἀμφιβόλως πρασσεκφυκότες, εἰκὸς γὰρ ἀρνεῖσθαι τὸ βέλτιον θέσθαι τοῦ Ἐπισκόπου αὐτὸν ἐπικαλέμενον ἁμάρτημα, τῷ λόγον ἔχειν. δικαίως ἀκοινώνητοι ἔσονται πρὸ πᾶσι, μέχρις ἂν κοινῇ τοῖς Ἐπισκόποις δόξῃ φιλανθρωπότερόν τι περὶ αὐτοῦ ἀποφήνασθαι. ἀλλ' εἴποι τις ἂν πῶς καὶ ὃ ἀφορίσθη ἀνεβέτη πρὸ τοῦ κανόνος ἢ ψῆφος ἢ ὑπὲρ τοῦ ἀφορισθέντος, ἀλλὰ τῷ κοινῷ τῷ Ἐπισκόπων; τοῦτο δὴ οἶμαι εἰρῆσθαι, ὅταν ὁ ἀφορίσας σκληρύνηται, καὶ μὴ θέλῃ μετὰ καιρὸν, λῦσαι τὸν βέλτιον ἢ ἄνθρωπον, ἢ ἐὰν ἴσως ὁ ἀφορίσας τελευτήσῃ μὴ λύσας τὸ ἐπιτιμηθέντα. τότε γὰρ δέξεται τὴν συνόδου εἰ συνόδῃ τὸ καιρὸν τοῦ βέλτιμοῦ ἀρχῆσθαι, καὶ τιὼ μετάνοιαν τοῦ βέλτιμηθέντος, ἀναλόγων ὃ ἁμαρτήματι ψηφισαμένου ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ λῦσαι τῷ ἀνθρώπῳ ὃ βέλτιον, κἂν ὁ Ἐπίσκοπος αὐτὸς ἀπέχθεσθαι μένῃ καὶ ἀνένδοτος, κἂν ἀπεθάνῃ τυχόν. ὁ μὲν οὖν τῶν ἁγίων ἀποστόλων τριακοστὸς ἕβδομος κανών, ὁ δὲ πρὸν δὶς τοῦ ἔτους διατάττων γίνεσθαι συνόδους· ὁ δὲ ὄγδοος τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου καινίσας τοῦτο, ἅπαξ τοῦ σινιαυτοῦ διορίζεται ἐν ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ γίνεσθαι σύνοδον ἀπὸ τοῦ πάσχα μέχρις ὅλου τοῦ Ὀκτωβρίου μηνός· ἐν τόπῳ, ὃν ὁ τῆς μητροπόλεως ὁρίσῃ ἀρχιερεύς. τοὺς δὲ μὴ συνερχομένους ἐπισκόπους ὑπαινίσσεται, καὶ ἐνδημοῦντας ταῖς ἑαυτῶν πόλεσι, καὶ μή τινα ἑτέραν ἀρρωστίαν βλάπτον καὶ ἀπραίτητον ἔχοντας, ἀδελφικῶς ἐπιπλήττεσθαι· ἦγουν μετὰ σπουδῆς ἐπιτιμᾶσθαι. νυνὶ δὲ τὸ τῶν συνόδων τούτων, πάντη καταπεφρόνηται ὡς μηδέποτε γίνεσθαι. περὶ ἐπιτιμίων τῶν μὴ ἀπαντησάντων ἐν ταῖς συνόδοις, ἀναγνωθι τῆς ἐν Καρθαγένῃ κανόνας ς'.

quiunt, simultas tollatur. Alterum namque, qui immerenti sibi pœnam segregationis inflictam esse existimet, omnino segreganti succensere necesse est. Rursum ubi damnationem ab eo qui segregatus est, non æquo animo latam, sed quærelis exceptam fuisse segregator inaudiverit, erit homini non amicissimus. Ita verò affectis utrinque mentibus, qua ratione munus Deo purè offeratur? Proinde alterius quidem ante quadragesimam, alterius verò Autumni tempore (nam in Autumnum October incidit) Synodi celebrandæ dies est constitutus. In Synodis autem istis, controversiarum ejusmodi discussionem induci placet: quosque manifesto & sine controversiâ nocentes esse, apparuerit (facilè namque fieri potest, ut objectum ab Episcopo crimen, ille cui mulcta irrogata est, perneget) tanquam ex præscripto rationis, hoc est jure communione privati ab omnibus habebuntur, donec Episcopis omnibus communi consilio humanius aliquid de iis statuere placitum fuerit.. Jam vero, dicet aliquis, cur ad Episcoporum potius conventum, quam ad Episcopum illum, qui segregationis auctor fuit, de eo qui segregatus est decernendi facultas delata? Ego verò id ita arbitror accipiendum, ut quoties auctor segregationis Episcopus æquo duriorem se præbeat, neque decursu temporis hominem pænâ absolvat, vel nondum absoluto forte decesserit, tunc quem & supplicii diuturnitate, & dolore animi, satis pœnarum pro criminis ratione dedisse cognitum sit, licet Episcopus ejus inexorabilis & implacabilis perseveret, aut forte defunctus sit, de illo statuendi, hominemque pœnâ absolvendi penes Synodum sit facultas. Sanctorum igitur Apostolorum Canon trigesimus septimus & præsens bis quotannis habendas esse Synodos decernunt. Octavus autem sextæ œcumenicæ Synodi, hac immutata constitutione decernit semel in unaquaque provincia, singulis annis, tempore quod intra Paschæ solemnia ad Octobrem usque extremum intercedit, loco vero eo, quem Metropolitanus elegerit, Synodum haberi. Qui verò Episcopi, nec valetudine impediti, nec à suis urbibus terrarum spatiis disjuncti, nec alia justa, necessariave occupatione detenti convenire neglexerint, fraternè corrigi, hoc est leni animadversione puniri jubet. Nostris vero temporibus tota hæc synodorum ratio eousque negligitur, ut nuspiam celebrentur. De illorum vero pœnis qui ad synodos non convenerint, vide syn. Carth. can. lxxvi.

ΑΡΙΣΤ. Οἱ ὑπ' ἄλλων ἀφοριζόμενοι, ὑφ' ἑτέρων μὴ προσδεχέσθωσαν, πλὴν εἰ μή πως μικροψυχίαν, ἢ φιλονεικίαν, ἢ τι τοιοῦτον, ὁ ἀφορισμὸς ἦγεν· τοῦτο γὰρ ἕνεκεν ἔδοξε δὶς τοῦ ἔτους καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν σύνοδον γίνεσθαι· μίαν μὲν πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς, ἑτέραν δὲ περὶ τὸ μετόπωρον.

ARIST. *Ab aliis excommunicati ab aliis ne suscipiantur, nisi per pusillanimitatem, aut contentionem, aut quid istiusmodi excommunicatio facta sit. Eapropter enim visum est, ut bis quotannis in unaquaque provinciâ Synodus celebretur, una quidem ante quadragesimam, altera circa autumnum.*

Δεῖ, κατὰ τὴν παροιμίαν, τὸ πρωσανὲς ἐπάγειν καὶ τὴν ἴασιν· καὶ μὴ τὸ ὑπὸ τοῦ ἰδίου Ἐπισκόπου ἀφορισθέντα, ὑφ' ἑτέρων προσδέχεσθαι ἀνεξετάστως οὕτω, καὶ χωρὶς Ζητήσεως· ἀλλὰ τὸ αἴτιον τοῦ ἀφορισμοῦ καταμαθόντας, μήποτε ὀρθῶς συλλόγως ἐπιπλέχθη ὁ ἀφορισμός· ὅπερ ἢ μικροψυχίας, ἢ φιλονεικίας, ἢ ἑτέρας τινὸς ἀνδίας τοῦ Ἐπισκόπου. ἵνα γὰρ μήτε οἱ ἀφοριζόμενοι, ὡς ἔτυχεν ἀφορίζονται, μήτε οἱ ἀφορίζοντες αὐτοὺς Ἐπίσκοποι καταφρονῶνται, ἑτέρων τούτους Ἐπισκόπων προσδεχομένων ἀνεξετάστως· δὶς τοῦ ἔτους καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν Σύνοδον γίνεσθαι τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ Συνόδῳ ἔδοξεν· ἵνα κοινῇ γνώμῃ πάντων τῶν Ἐπισκόπων τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας, πᾶν ζήτημα ἐκκλησιαστικὸν, καὶ πᾶσα ἀμφιβολία λύηται· καθὼς καὶ ὁ λζ'. ἡμῶν τῶν ἁγίων ἀποστόλων διαρρήδην. πλὴν, ὡς ὀφεῖσα ἐξαίφνης, ὁ ὄγδοος κανὼν τῆς ἐν Τρούλλῳ ἕκτης Συνόδου, καὶ ὁ ἕκτος τῆς ἐν Νικαίᾳ δ' δεύτερον, διὰ τὴν Συνοχὴν καὶ τὸ εὐθέως ἔχειν πρὸς εὐδιποφίαν τοὺς συναθροιζομένους Ἐπισκόπους, ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ Σύνοδον γίνεσθαι διετάξαντο εἰς ἑκάστην ἐπαρχίαν, ἔνθα ἂν ὁ τῆς μητροπόλεως δοκιμάσῃ Ἐπίσκοπος, ἀνὰ μέσον τῆς ἁγίας τοῦ πάσχα ἑορτῆς, καὶ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνός.

Oportet, ut ait proverbium, vulnerantem adjicere & medelam, & non à proprio Episcopo excommunicatum inexploratè adeo & sine examine ab aliis admitti, sed in excommunicationis causam inquirere ne forte injustè illata sit excommunicatio, ne ex pusillanimitate, aut contentione, aut aliâ aliquâ Episcopi acerbitate. Ut itaque nec excommunicati, ut contingat, excommunicentur, nec qui eos excommunicarunt contemnantur Episcopi, dum alii eos Episcopi sine examine admittunt, sanctæ huic Synodo bis quotannis in unaquàque provinciâ Synodum haberi visum est, ut communi omnium in istâ provinciâ Episcoporum sententiâ, omnis quæstio Ecclesiastica & controversia omnis determinetur: ut & xxxvii. Canon Sanctorum Apostolorum edicit. Sed ut ibi scripsimus, octavus sextæ Synodi in Trullo Canon, & sextus Nicænæ secundæ ob molestiam, & quod insufficientes sint ad tale suscipiendum iter congregati Episcopi, semel quotannis in unaquaque provinciâ fieri Synodum decreverunt, loco quem metropolis approbaverit Episcopus, intra sanctum paschæ festum & mensem Octobrem.

Digitized by Google

Canon VI.

Antiqui mores ſerventur qui ſunt in Aegypto, Lybia & Pentapoli, ut Alexandrinus Epiſcopus horum omnium poteſtatem habeat, quandoquidem & Epiſcopo Romano hoc eſt conſuetum. Similiter & in Antiochia, & in aliis provinciis, ſua privilegia Eccleſiis ſerventur. Illud autem eſt omnino manifeſtum, quòd ſi quis abſque Metropolitani ſententia factus ſit Epiſcopus, eum magna Synodus definivit non eſſe Epiſcopum. Quòd ſi quidem communi omnium electioni, quæ & rationi conſentanea, & ex regula Eccleſiaſtica facta eſt, duo vel tres propter ſuam qua delectantur contentionem contradicant, vincant plurium ſuffragia.

Bals. Præſens & ſeptimus Canon ſtatuunt quatuor patriarchas, videlicet Romanum, Alexandrinum, Antiochenſem, & Hieroſolymitanum (de Conſtantinopolitano enim in aliis Canonibus tractabitur) ex antiquis moribus honorari: & Alexandrinum quidem Epiſcopum præeſſe provinciis Ægypti, & Libyæ & Pentapolis: Antiochenum ſimiliter Syriæ, Cœleſyriæ, Meſopotamiæ, & utrique Ciliciæ: Hieroſolymitanum autem, provinciis Palæſtinæ, Arabiæ, & Phœnices, Quoniam, inquit, & Romanus Epiſcopus præeſt occidentalibus provinciis. Sic autem volunt Canones, patriarchas ſuis præeſſe Metropolitanis, & rurſus Metropolitanos ſuis Epiſcopis, ut nihil magnum & arduum ſine iis fiat ab Epiſcopis qui ipſis ſubjecti ſunt: quocirca etiam jubent eum ne eſſe quidem Epiſcopum, qui ſine Primi ſententia factus eſt Epiſcopus, addentes, quòd ſi canonica facta electione quidam contradicant, obtinere debent juxta leges plurium ſuffragia. His ita definitis quæſivit aliquis, cùm præſens Canon definiat in omnibus cauſis plurium ſuffragium vincere, Novella autem conſtitutio potentis & ſacri noſtri Imperatoris Domini Manuelis Comneni quæ menſe Julio indictione xiiii. anno ιοο. cιο. ιο. c. lxxiiii. prolata eſt, cùm cæteris & hæc diſertis verbis definiat: Quòd ſi non omnium eadem ſententia fuerit, ſed aliqui à plurium ſententia diſſideant, aut par ſit numerus eorum qui diſſident: eorum ſententia præferatur, quibuſcum is ſentit, qui judicio præeſt: cuinam debemus attendere? Ac nonnulli quidem dixerunt, non exaudiri Novellam in cauſis Eccleſiaſticis, atque idcirco in ipſis vetera jura valere, eóſque Canones qui cum his convenientes ſanciti ſunt: alii verò contrà dixerunt Novellam pro toto mundo & omni cauſa locum habere, ac generalem eſſe legem: mihi verò locum habere non videtur Novella in Eccleſiaſticis electionibus, nec in Eccleſiaſticis quæſtionibus; quòd neque traditio canonica per eam ſit everſa. Quære etiam Canonem xix. Synodi Antiochenæ. Sanè quidem Patriarcha Hieroſolomytanus Æliæ Epiſcopus eſt appellatus, quòd urbs Hieroſolymorum aliquando Solyma, aliquando Jebus vocata ſit: poſtquam autem in ea per regem Solomonem conditum eſt celeberrimum illud templum, & in eo ſacra ſunt repoſita, Hieroſolyma eſt appellata: cùm verò in captivitatem redactus populus ejus eſſet à Babyloniis, & urbs everſa, poſtquam illam Romanorum Imperator Ælius Hadrianus inſtauraſſet, ex ejus nomine dicta eſt Ælia: generali autem nomine cùm ipſa urbs Hieroſolymorum, tum omnis ei ſubjecta regio, Palæſtina vocantur. Quæſitum eſt autem à nonnullis, quid eſt quod à Canone dicitur, habeat honoris conſequentiam, Metropoli proprio honore ſervato? Et audierunt Cæſaream eſſe Palæſtinæ metropolim: Hieroſolymorum autem Eccleſiam ejus epiſcopatum fuiſſe. Vult ergò Canon Metropoli ſua jura ſervari, etiamſi ab ea Ælia abſtracta eſt, & honoratus eſt ejus Epiſcopus propter ſalutiferam Chriſti paſſionem. Quære & viii. actionem acto-

Κανων ς'.

Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω, τὰ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Λιβύῃ καὶ Πενταπόλει, ὥσωερ καὶ ἐν Αλεξανδρείᾳ Επίσκοπον πάντων τούτων ἔχειν τὴν ἐξουσίαν· ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν τῇ Ρώμῃ Επισκόπῳ τοῦτο σύνηθές ἐςιν· ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν Αντιόχειαν καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις, τὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι ταῖς ἐκκλησίαις. καθόλου δὲ σαφὲς ἐκεῖνο, ὅτι εἴ τις χωρὶς γνώμης τοῦ μητροπολίτου γένοιτο Επίσκοπος καὶ ζοιοῦτον ἡ μεγάλη σύνοδος ὥρισε μὴ δεῖν εἶναι Επίσκοπον. ἐὰν μέντοι τῇ κοινῇ πάντων ψήφῳ δι' ὀλίγων ἦσιν, καὶ κατὰ κανόνα ἐκκλησιαστικὸν δύο ἢ τρεῖς δι' οἰκείαν φιλονεικίαν ἀντιλέγωσι, κρατείτω ἡ τῶν πλείονων ψῆφος.

Bals. Ὁ πρὸ κανὼν καὶ ὁ ζ'. διορίζονται τοὺς δ'. πατριάρχας, δηλαδὴ καὶ Ρώμης, καὶ Αλεξανδρείας, τὸν Αντιοχείας, καὶ τὸ Ιεροσολύμων (περὶ γὰρ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐν ἑτέροις κανόσι διαληφθήσεται,) καὶ τὰ παλαιὰ ἔθη τιμᾶσθαι, καὶ τὸν μὲν Αλεξανδρείας, πρέσχειν τῶν ἐν Αιγύπτῳ, καὶ Λιβύῃ, καὶ Πενταπόλει ἐπαρχιῶν· τὸν Αντιοχείας ὁμοίως, τῆς Συρίας, τῆς κοίλης Συρίας, τῆς Μεσοποταμίας, καὶ ἑκατέρας Κιλικίας· τὸν δὲ Ιεροσολύμων, τῶν ἐν τῇ Παλαισίνῃ ἐπαρχιῶν, τῶν ἐν Αραβίᾳ καὶ τῶν ἐν Φοινίκῃ, ὅτι φησὶ καὶ ὁ Επίσκοπος τῆς Ρώμης πρέσχειν τῶν ἑσπερίων ἐπαρχιῶν. ὅτω δὲ θέλουσιν οἱ κανόνες πρέσχειν τοὺς Πατριάρχας τῶν ὑπ' αὐτὸν μητροπολιτῶν, καὶ πάλιν τοὺς μητροπολίτας τῶν ὑπ' αὐτοὺς Επισκόπων, ὥσε μηδὲν χωρὶς τούτων γίνεσθαι πρεῖτον παρὰ τῶν ὑπ' αὐτοὺς Επισκόπων· διὰ γὰρ τοῦτο καὶ προκελεύονται μηδὲ εἶναι Επίσκοπον, ἄνευ γνώμης τοῦ πρώτου γενομένου Επισκόπου, προσιδόμενοι ὅτι ἐὰν κανονικῶς γνωμένης τῆς ψήφου τινὲς ἀντιλέγωσιν, ὀφείλει κρατεῖν καὶ τοὺς νόμους ἡ τῶν πλειόνων ψῆφος· τούτων οὕτω διορισθέντων, ἠρώτησέ τις ὡς τοῦ μὲν πρόσθεν κανόνος διορίζομένου ὅτι πάσαις ταῖς ὑποθέσει τῶν πλειόνων ψῆφον νικᾶν· τῆς δὲ νεαρᾶς νομοθεσίας τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ τῆς καὶ τὸν Ιούλιον μῆνα τῆς ιδ'. ἰνδικτιῶνος τοῦ ς'χοδ'. ἔτους ἐξενεχθείσης, διορίζομένης μὴ τῶν ἄλλων καὶ ζοῦτα ῥητῶς· εἰ δέ γε μὴ ὁμογνωμονήσουσι πάντες, ἀλλά τινες διαφονῆσι τοῖς πλείοσιν, ἢ ἐξισῶνται οἱ διαφωνοῦντες, ἐκείνων τῶν ψῆφον προκρίνεσθαι, οἷς καὶ ὁ τοῦ δικαστηρίου προεδρεὺς συμφωνεῖ· τίνι προσέχειν ὀφείλομεν; καὶ τινὲς μὲν εἶπον μὴ ἐξακούεσθαι τῶν νεαρᾶν εἰς τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς ὑποθέσεις, καὶ διὰ τοῦτο κρατεῖν ἐπ' αὐταῖς τὰ παλαιὰ νόμιμα, καὶ τοὺς ἑπομένως τούτοις διορισθέντας κανόνας· ἕτεροι δὲ ἀντιφθεγξάμενοι τῶν νεαρᾶν εἰς πάντα κόσμον καὶ πᾶσαν ὑπόθεσιν ἐκφωνηθῆναι, καὶ εἰς καινὴν διαμοθεσίαν εἶναι. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ μὴ ἔχειν χώραν τὰ τῆς τοιαύτης νεαρᾶς εἰς τὰς ψήφους τῶν ἐκκλησιῶν, ἢ εἰς ἐκκλησιαστικὰ ζητήματα· ὅτι δὲ οὐδὲ κανονικὴ παράδοσις διὰ ταύτης ἀνεγράπη. ζήτει καὶ τὸ ιθ'. κανόνα τῆς ἐν Αντιοχείᾳ συνόδου. ὁ μέντοι πατριάρχης Ιεροσολύμων, Επίσκοπος Αἰλίας ἐκλήθη, ὅτι ἡ τῶν Ιεροσολύμων πόλις ποτὲ μὲν Σόλυμα, καὶ Ιεβὺς ἐκαλεῖτο· μετὰ δὲ ᾠκήθη ἐν ταύτῃ. διὰ τὸν Βασιλέως Σολομῶντος τὸν περίπυσον ἐκεῖνον θεῖον ναὸν, καὶ ἀποτεθῆναι ἐν αὐτῇ τὰ ἱερά, ὠνομάσθη Ιεροσόλυμα· τοῦ δὲ ἐν αὐτῇ λαοῦ διὰ τῶν Βαβυλωνίων αἰχμαλωτισθέντος, καὶ τῆς πόλεως κατασκαφείσης, ἐπεὶ ὁ βασιλεὺς Ρωμαίων ὁ Αἴλιος Αδριανὸς ἀνήγειρε ταύτην, ἐκλήθη ἐκ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ Αἰλία. γραικῷ δὲ ὀνόματι αὐτή τε ἡ πόλις τῶν Ιεροσολύμων, καὶ πάντα τὰ ὑπ' αὐτὴν Παλαισίνη καλοῦνται. ἐζητήθη δὲ διά τινων τί ἐςὶ τὸ διὰ τοῦ κανόνος λεγόμενον, ἔχειν τὴν ἀκολουθίαν τῆς τιμῆς τῇ μητροπόλει σωζομένου τοῦ οἰκείου ἀξιώματος καὶ ἤκουσεν μητρόπολιν εἶναι, ἐν Παλαισίνῃ δὲ Καισάρειαν, τὴν δὲ ἐκκλησίαν τῶν Ιεροσολύμων ταύτης ποτὲ ὑπήκοον εἶναι. θέλει οὖν ὁ κανὼν φυλάτεσθαι τῇ μητροπόλει τὰ οἰκεῖα δίκαια, κἂν ἐκ ταύτης ἀποσπάσθη ἡ Αἰλία, καὶ ἐπιμένῃ ὁ

Επί-

Ἐπισκοπῶ αὐτῆς, ἀλλὰ τὰ σωτηρίωδη τῆ Χριστῆ πάσῃ ζήτει
καὶ τιμᾶ. πρᾶξιν τῆς πρακτικῆς τῆς δ'. συνόδου, καὶ μάν-
θανε, ὅτι ἀπὸ αἱρεσκείας, Μαξίμου Ἐπισκόπου Ἀντιοχείας, καὶ
Ἰουβεναλίου Ἐπισκόπου Ἱεροσολύμων, ἔδοξε τῷ μὲν Ἀντιοχείας
ἔχειν τὰς δ'. Φοινίκας, καὶ τῇ Ἀραβίαν, τῷ δὲ Ἱεροσολύμων
τὰς τρεῖς Παλαιστίνας. καὶ τότε μὲν οὕτως ὡρίσθη. σήμερον δὲ ἡ
τῆς πραγμάτων ἀνάγκη, ὡς ἔοικε, καὶ ταῦτα μετήμειψεν.

ZONAR. Βέλεται ὁ κανὼν τὰ παλαιὰ ἔθη κρατεῖν,
ὁ καὶ ἡμῖν μεταγενέστεροι, καὶ νόμοι πολιτικοὶ διορίζουσι. τὸν
Ἀλεξανδρείας μὲν Ἐπίσκοπον θεσπίζει τῶν ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Λιβύῃ
καὶ Πενταπόλει προέχειν, καὶ τῆς Ἀντιοχείας τῆς αὐτῇ ὑπο-
κειμένων ἐπαρχιῶν, Συρίας δηλαδὴ καὶ Κοίλης Συρίας, καὶ Κι-
λικίας ἑκατέρας, καὶ Μεσοποταμίας, καὶ τοὺς ἄλλους Ἐπισκόπους
τῆς ὑπ' αὐτὸν ἐξουσιάζειν χωρῶν, καθὼς καὶ τῷ ἐν τῇ Ῥωμαί-
ων ἐκκλησίᾳ προεδρεύοντι, τῆς Ἑσπερίων ἀρχὴν ἔθος ἐκράτησε. καὶ τοσοῦτον βέλεται προέχειν τοὺς Ἐπισκόπους ἐν ταῖς
ἐπαρχίαις αὐτῶν, ὥστε καθόλου δίδωσι τύπον μηδὲν χωρεῖν αὐ-
τῶν εἰς ἐκκλησιαστικὴν διοίκησιν ἀναφερόμενον γίνεσθαι, ἧς ὃ
μεῖζον καὶ κυριώτερον, ἡ τῶν Ἐπισκόπων χειροτονία ἐστί. λέγε
τοίνυν, εἰ γνώμης τοῦ μητροπολίτου χωρεῖς καταξαίη Ἐπί-
σκοπον, τοῦτον μὴ εἶναι Ἐπίσκοπον. κἂν γὰρ ὁ παλαιὸν τὰ πλήθη
τῆς πόλεως καὶ Ἐπίσκοπον ἐψηφίζοντο, ἀλλὰ ἐπὶ τότε μὲν τῷ
ψῆφον, τῷ μητροπολίτῃ τὰ περὶ αὐτῆς ἀνεφέρετο καὶ παρ' ἐ-
κείνου ἐκυροῦντο, καὶ ὃν ἐκεῖνος ἐδοκίμασεν, αὐτὸς τῆς χειροτο-
νίας ἠξίωτο. εἶτα ἐπάγει ὁ κανών, ὅπερ ἐλέχθη ἐν τῇ ψήφῳ
κανονικῇ ἔστω οἱ πλείονες συμφωνήσωσι, καὶ ὁμογνωμονήσωσι,
δύο ἢ τρεῖς φιλονεικῶς, ἀλλὰ σὺν εὐλόγως, καὶ τοῖς
ἄλλοις ἐναντιῶνται, ἡ τῶν πλόνων κρατείτω ψῆφος, ὃ καὶ
ἐν ῥητοῖς διατάξεσι τοῖς πολιτικοῖς νόμοις τεθέσπισται.
καὶ ὁ ἑνδεκαδέκατος ἡμῶν τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου
τὰ αὐτὰ περὶ τῆς τῶν Ἐπισκόπων ἀνταλλαγίας διατάττε-
ται.

ARIST. Αἰγύπτου, καὶ Λιβύης, καὶ Πενταπόλεως, ὁ
Ἀλεξανδρείας ἐχέτω τὴν ἐξουσίαν· καὶ ὁ Ῥώμης, τῶν ὑπὸ
Ῥώμην· καὶ ὁ ἐν Ἀντιοχείᾳ, καὶ οἱ λοιποὶ, τῶν οἰκείων.
εἰ δέ τις Ἐπισκόπῳ τῆς τοῦ μητροπολίτου δίχα γνώμης
γνώμης, μὴ ἔσται Ἐπίσκοπος. ὅτι δὲ τὴν τῶν πολλῶν
ψῆφον γινόμενον κατὰ κανόνας, εἰ τρεῖς τινὲς ἀντιλέγοιεν,
εἶεν ἀβέβαιοι.

Ἕκαστος τῶν Πατριαρχῶν τοῖς ἰδίοις προνομίοις ἀρκεῖσθαι
ὀφείλει, καὶ μή τινα τούτων ἐπαρχίαν ἑτέραν, οὐκ οὖσαν ἄνω-
θεν, καὶ ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ χεῖρα, ὑφαρπάζειν· τοῦτο
γὰρ τύφος ἐστὶ κοσμικῆς ἐξουσίας. Δεῖ δὲ καὶ τοὺς Ἐπισκόπους ἑκά-
στης ἐπαρχίας τῶν ἑαυτῶν πρῶτον ἐπιγινώσκειν, ἤγουν καὶ ἐν
τῇ μητροπόλει προεστῶτα Ἐπίσκοπον. καὶ δίχα γνώμης αὐ-
τοῦ Ἐπίσκοπον μὴ ψηφίζεσθαι. εἰ δέ τινα καὶ ψηφίσονται τινα πρὸς
γνώμην αὐτοῦ, καὶ τοῦτον μὴ εἶναι Ἐπίσκοπον. εἰ δὲ γνώμῃ τοῦ
μητροπολίτου οἱ Ἐπίσκοποι συνελθόντες ἐπὶ τὴν ψῆφον ποι-
ήσασθαι, εἰς τὸν αὐτὸν καὶ μίαν ἑ συνέλθωσι πάντες γνώμην,
ἀλλὰ δι' οἰκείαν φιλονεικίαν τινὲς λέγουσιν· ἡ τῶν πλειόνων
κρατείτω ψῆφος. καὶ ζήτει τῆς ἐν Ἐφέσῳ συνόδου κανόνα
ὄγδοον· ἀποστόλων κανόνα λδ'. συνόδου Ἀντιοχείας κανόνα
β'. καὶ γ'. καὶ συνόδου Σαρδικῆς κανόνα τρίτον.

rum quartæ Synodi, & cognoscas quòd Maximi Antioch. Episcopi sententia, & Juvenalis Hierosolymorum Episcopi, decretum est ut Antiochiæ quidem Episcopus haberet duas Phœnicias, & Arabiam: Hierosolymitanus verò tres Palæstinas: & tunc quidem ita constitutum est: hodie autem, rerum, ut videtur, vicissitudo, hæc etiam immutavit.

ZONAR. Antiquas consuetudines, quod aliis quoque posterioribus Canonum, legúmque civilium decretis cautum est, retineri vult Canon. Alexandrinum igitur Episcopum, iis qui in Ægypto, Libya, ac Pentapoli sunt, præsidere, Antiochenum subjectis sibi provinciis, Syriæ nimirum, Cœlesyriæ, Ciliciæ utrique, Mesopotamiæ, ac alios Episcopos, in regiones quemque sibi subjectas auctoritatem exercere, quemadmodum & Ecclesiæ Romanæ præses, in Occidentales provincias principatum consuetudine obtinet, præesse jubet. Tantumque Episcopis, in sua cuique ditione, juris esse vult, ut eorum quæ in Ecclesiastica administratione versentur, nihil penitus absque illorum auctoritate transigi licere patiatur. Cujus quidem præcipua, maximéque propria pars est Episcoporum ordinatio. Si quis igitur, inquit, inconsulto Metropolitano creatus fuerit, Episcopus omnino ne sit. Nam etsi olim populi suffragiis Episcopi in urbibus eligerentur, adhuc tamen post suffragium integra res ad Metropolitanum deferebatur, ab eoque confirmabatur electio, & quem ille approbasset, is demum manuum impositione creabatur. quod si in electione, subjicit Canon, verè canonicâ, consentientibus plurium inter se suffragiis, duo tresve contentionis studio, non aliqua certa ratione discrepent, aliisque adversati sint quod in pecuniaria quoque controversia civili lege cautum est, plurium sententia prævaleat. Quod idem undevigesimus quoque Antiochenæ Synodi Canon, in Episcoporum dissidio servandum esse pronunciat.

ARIST. *Super Ægyptum, Libyam, & Pentapolin Alexandrinus Episcopus potestatem habeat. Et Romanus super Romæ subjectos. Item Antiochenus, aliique super suos. Si quis autem sit Episcopus citra metropolitani sententiam, ne sit Episcopus. Quod autem multorum suffragio juxta Canones factum est, si tres aliqui contradicant, nullius sint autoritatis.*

Unumquemque Patriarcharum propriis privilegiis contentum esse oportet, & neminem eorum aliam provinciam, quæ antea & à principio sub suâ non fuerat potestate, usurpare, hoc enim secularis potestatis est superbia. Oportet autem & Episcopos cujusque provinciæ Primum suum agnoscere, videlicet Episcopum metropoli præsidentem: & sine ejus sententiâ Episcopum non eligere. Si autem & aliquem elegerint præter sententiam illius, talem non esse Episcopum. Si autem metropolitani sententiâ ad electionem faciendam convenientes Episcopi in unam eademque sententiam omnes non consentiant, sed nonnulli per contentionem suam aliis contradicant, plurium suffragia vincant. Quære & Synodi Ephesinæ Canonem octavum, Apostolorum Canonem xxxiiii. Synodi Antiochenæ Can. ix. Synodi Constantinopolitanæ Can. ii. & iii. & Synodi Sardicensis Canonem tertium.

CANON

CANON VII.

Quoniam obtinuit consuetudo & antiqua traditio, ut qui est in Ælia Episcopus, honoretur, habeat honoris consequentiam, Metropoli propria dignitate servata.

BALS. Præsens Canon expositus fuit in sexto Canone, qui est ante ipsum.

ZONAR. Quemadmodum superiori Canone, Alexandrino, Antiochenoq; Patriarchæ sua in ipsorum provinciis privilegia decreta sunt, sic Æliano Episcopo honorem in sua ditione habendum, suaque dignitate Hierosolymorum urbem, quæ Ælia dicitur, quippe quæ inter alias Palæstinæ, Arabiæ, Phœniciæque urbes excellat, honestandam esse hic Canon constituit. Vt enim hoc tempore, sic olim quoque regio illa universa, Palæstinæ nomen obtinuit. Vrbs vero ipsa jam inde ab antiquissimo tempore, Solyma, ac Iebus dicta, deinde Hierosolyma appellata fuit. Captam vero à Romanis & eversam, cum Romanorum Imperator Hadrianus instauraſſet, Æliamque de suo nomine, (Ælius siquidem ipse Hadrianus vocatus) nuncupasset, id postea illa nomen obtinuit: Nonnulli tamen hic Metropolim, Cæsaream nominare Canonem affirmant; Cæsaream vero in Palæstina sitam, Stratonis cognomine antiquis dictam.

ARIST. *Episcopus Æliæ honoretur, servatâ Metropoli sua dignitate.*

Novella cxxiii. in primo titulo primi libri posita, Hierosolymorum, quæ & Ælia dicitur, Episcopum, Patriarcham vocat. Oportet itaque secundum hunc Canonem Æliæ Episcopum Patriarchæ dignitate honorari. Sed quoniam Cæsarea prima est metropolis Palæstinæ & (sub eâ sit) sancta civitas, Patriarcham suo honore potiri oportet, sed & Cæsareæ Metropoli (cui antea subjacebat) suam servari diguitatem. Lege & Chalcedonensis Synodi Canonem duodecimum.

KANΩN ζ'.

Επειδὴ συνήθεια κεκράτηκε καὶ παράδοσις ἀρχαία, ὥστε τὸν ἐν Αἰλίᾳ Επίσκοπον τιμᾶσθαι, ἐχέτω τὴν ἀκολουθίαν τῆς τιμῆς, τῇ μητροπόλει σωζομένου τοῦ οἰκείου ἀξιώματος.

Ὁ παρὼν κανὼν ἡρμηνεύθη ἐν τῷ πρὸ αὐτοῦ ἕκτῳ κανόνι.

ZΩNAP. Ωσπερ τῷ Αλεξανδρείας, καὶ τῷ Αντιοχείας ὁ πρὸ τούτου κανὼν τὰ προσοῦσα ἐν ἐπαρχίαις αὐτῶν ἀπένεμεν, οὕτως ὁ παρὼν κανὼν τῷ τῆς Αἰλίας Επισκόπῳ τιμὴν ἐν τῇ οἰκείᾳ ἐπαρχίᾳ ἐπεψηφίσατο, καὶ σώζεσθαι τὴν τῶν Ιεροσολύμων πόλιν, ἥτις Αἰλία λέγεται, τὸ οἰκεῖον ἀξίωμα διωρίσατο ὡς ὑπάρχειν μὲν τῶν ἐν Παλαιστίνῃ πόλεων, καὶ Αραβίαν καὶ Φοινίκην. καὶ πόλεις μὲν καὶ νῦν ἡ χώρα πᾶσα ἐκείνη, Παλαιστίνη ὀνόμασταί τε καὶ ὀνομάζεται. ἡ δὲ πόλις ἣ μὲν ἀρχαιότατον, Σόλυμα καὶ Ιεβοῦς ἐκαλεῖτο, ὕστερον δὲ ἐκλήθη Ιεροσόλυμα. μετὰ δὲ ἁλῶναι ὑπὸ Ρωμαίων καὶ κατασκαφῆναι, ὁ βασιλεὺς Ρωμαίων Αδριανὸς ἀνεγείρας τὴν πόλιν, Αἰλίαν αὐτὴν ἐπωνόμασεν ὀπὶ τοῦ οἰκείου ὀνόματος. Αἴλιος γὰρ Αδριανὸς ἐκεῖνος ἐκαλεῖτο, καὶ ὅτως ἐχρημάτιζε. τινὲς δὲ Μητρόπολιν τὴν Καισάρειαν λέγουσιν ὀνομάσαι καὶ ταύτην. Καισάρειαν δὲ τὴν ἐν Παλαιστίνῃ, ἥτις τὸ παλαιὸν Στράτωνος ἐκαλεῖτο.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ Επίσκοπος Αἰλίας τιμάσθω· σωζομένου τῇ μητροπόλει τοῦ αὐτοῦ ἀξιώματος.

Η' ἐκφωνηθεῖσα τρίτη νεαρὰ ἡ ἐν τῷ πρώτῳ τίτλῳ τοῦ πρώτου βιβλίου κειμένη, περὶ Ιεροσολύμων Επίσκοπον, ἥτις καὶ Αἰλία καλεῖται, πατριάρχην λέγει. δεῖ οὖν καὶ τὸν παρόντα κανόνα, καὶ τῆς Αἰλίας Επίσκοπον τῇ τοῦ πατριάρχου τιμᾶσθαι τιμῇ. Επεὶ δὲ ἡ Καισάρεια μητρόπολις τυγχάνει πρώτη Παλαιστίνης, καὶ ἡ ἁγία πόλις, δεῖ καὶ τὸν πατριάρχην τὴν οἰκείαν ἔχειν τιμὴν, σώζεσθαι δὲ καὶ τῇ Καισαρείᾳ τῇ μητροπόλει, [ὑφ' ἣν πρώτην ἐτύγχανε,] τὸ οἰκεῖον ἀξίωμα. καὶ ζήτει τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου κανόνα δωδέκατον.

CANON VIII.

De iis, qui seipsos καθαρὺς, id est, puros, quandoque nominant, ad Catholicam autem & Apostolicam Ecclesiam accedunt, sanctæ Synodo visum est, ut impositis eis manibus sic in Clero maneant: ante omnia autem hoc in scriptis ipsos profiteri convenit, quod adhærebunt & sequentur catholicæ Ecclesiæ decreta: id est, quòd & cum digamis communicabunt, & cum iis qui in persecutione lapsi sunt, in quibus & tempus constitutum est, & opportunitas præfinita, ut ipsi sequantur in omnibus Catholicæ Ecclesiæ decreta. Vbi ergo omnes, sive in vicis, sive in urbibus, ipsi soli inveniuntur ordinati, qui inveniuntur in Clero, erunt in eodem ordine. Si autem Catholicæ Ecclesiæ Episcopo vel Presbytero existente, accedunt aliqui, clarum est quòd Ecclesiæ quidem Episcopus, Episcopi dignitatem habebit: qui autem apud eos qui Cathari dicuntur, nominatur Episcopus, Presbyteri honorem habebit, nisi utique Episcopo placeat ipsum nominis honorem impertire. Si autem hoc illi non placeat, vel Chorepiscopi vel Presbyteri locum excogitabit, ut esse omnino in Clero videatur, ne in civitate duo sint Episcopi.

BALS. Novatus ille erat Romanorum Ecclesiæ Presbyter, ut scribit Eusebius Pamphili. Cùm autem facta esset persecutio, & multi propter metum mortis lapsi essent, & pœnitentiam agerent, ipse à Dæmone inflatus, eos nolebat admittere. Sed neque cum digamis, ut qui esset ipse continens communicabat. Qui ergo eadem atq;

KANΩN η'.

Περὶ τῶν ὀνομαζόντων μὲν ἑαυτοὺς Καθαρούς ποτε, προσερχομένων δὲ τῇ Καθολικῇ καὶ Αποστολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, ὥστε χειροθετουμένους αὐτοὺς, μένειν οὕτως ἐν τῷ κλήρῳ. πρὸ πάντων δὲ τοῦτο ὁμολογῆσαι αὐτοὺς ἐγγράφως προσήκει, ὅτι συνθήσονται καὶ ἀκολουθήσουσι τοῖς τῆς Καθολικῆς δόγμασιν ἐκκλησίας, τοῦτ' ἔστι, καὶ διγάμοις κοινωνεῖν, καὶ τοῖς ἐν τῷ διωγμῷ παραπεπτωκόσιν· ἐφ' οἷς καὶ χρόνος τέτακται, καὶ καιρὸς ὥρισται· ὥστε αὐτοὺς ἀκολουθεῖν ἐν πᾶσι τοῖς δόγμασι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. ἔνθα μὲν οὖν πάντες εἴτε ἐν κώμαις εἴτε ἐν πόλεσιν αὐτοὶ μόνοι διεσώθησαν χειροτονηθέντες, οἱ διασωθέντες ἐν τῷ κλήρῳ ἔστωσαν ἐν τῷ αὐτῷ τάγματι· εἰ δὲ τοῦ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας Επισκόπου ἢ πρεσβυτέρου ὄντος προσέρχονταί τινες, πρόδηλον, ὡς ὁ μὲν Επίσκοπος τῆς ἐκκλησίας, ἕξει τὸ ἀξίωμα τοῦ Επισκόπου· ὁ δὲ ὀνομαζόμενος παρὰ τοῖς λεγομένοις Καθαροῖς Επίσκοπος, τιμὴν τοῦ πρεσβυτέρου τιμὴν ἕξει. πλὴν εἰ μὴ ἄρα δοκοίη τῷ Επισκόπῳ ἡ τιμῆς τοῦ ὀνόματος αὐτὸν μετέχειν. εἰ δὲ τοῦτο αὐτῷ μὴ ἀρέσοι, ἐπινοήσει τόπον ἢ χωρεπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου ὑπάρχειν τοῦ ἐν τῷ κλήρῳ ὅλως δοκεῖν εἶναι, ἵνα μὴ ἐν τῇ πόλει δύο Επίσκοποι ὦσιν.

ΒΑΛΣ. Ο Ναυάτος ἐκεῖνος πρεσβύτερος ἦν τῆς τῶν Ρωμαίων ἐκκλησίας, καθὼς ἱστορεῖ ὁ τοῦ Παμφίλου Ευσέβιος. ὀργισθεὶς δὲ διωγμῷ, καὶ πολλῶν παραπεπτωκότων διὰ φόβον θανάτου, καὶ μετανοούντων, αὐτὸς ὑπὸ τοῦ δαίμονος φυσιούμενος, ἤθελε τούτους μὴ παραδέχεσθαι, ἀλλ' αὐτὸς διγά-

μους

μως ὡς δῆθεν σωφρονῶν κοινωνῆ. οἱ γοῦν τὰ ἐκείνου φρονήσαντες, Ναυατιανοὶ λέγονται, καὶ κατ' εἰρωνείαν καθαροί. ἐπεὶ ὁ Συνόδου γενομένης ἐν Ρώμῃ ὅτε Κορνηλίου Πάπα τῆς τῶν Ρωμαίων ἐκκλησίας, βασιλεύοντος Δεκίου, ἀνεθεματίσθη ὁ Ναυάτος, καὶ οἱ αἱρεσιῶται αὐτοῦ, φησὶν ὁ κανών, ὅτι εἰ τινες ἐκ τούτων μετ' εἰλικρινοῦς μετανοίας ἀποστῶσι τῆς προτέρας κακίας, καὶ ἀσφαλίσωνται φυλάττειν τὰ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας δόγματα, δεχθήσονται. καὶ εἰ μὲν εἰσι κληρικοί, ἔξουσι πρώτως τοὺς οἰκείους βαθμούς, ὡς μὴ σφάλλοντες πρὸς τὸ πίστιν, ἀλλ' ὡς μισάδελφοι καλακρινόμενοι. εἰ δὲ Επισκοπικὸν ἀξίωμα ἔχουσιν, ἄλλων μὲν κατὰ χώραν εἰς ὃν ἔτοι ἐπεκυρώθησαν, διεισκομένων Επισκόπων, αὐτοὶ ὄνομα Επισκόπου τι οὐκ ἐνεργήσουσι, ἀλλὰ φροντίσει ὁ Επίσκοπος ἢ μόνον ὄνομα τούτους ἔχειν Επισκόπου, ἢ δι' ἑτέρου καλεῖσθαι ὀνόματος. μὴ ὄντων δὲ ἐγχωρίων Επισκόπων, οἰκονομήσουσιν αὐτοὶ καὶ τὰ τῆς ἐπισκοπῆς. ὃ δὲ, ἐφ' ὧν καὶ χρόνος ὥρισται, καὶ καιρὸς τέτακται, ἐρρέθη περὶ τῶν προπεπτωκότων ἐν καιρῷ διωγμοῦ, καὶ τῶν διγάμων. ἀλλὰ καὶ οἱ κληρικοὶ μετὰ τὸ δεχθῆναι, τότε ἐν κλήρῳ συναριθμήσονται, ἐφ' ᾧ προεχειροτονήθησαν, ὅτε οὐκ ἐτύγχανον ἀντὶ τούτων ἕτεροι κληρικοί. Τινῶν δὲ τινων διεισκομένων, γνώσεται ὅ, τι καὶ περὶ τῶν Επισκόπων ἐγράφη ἄνωθεν. ἐρωτῶ δὲ, ἐάν τινες ἐκ τούτων πρὸς μείζονα βαθμὸν προαναβιβασθῆναι θελήσωσιν, ἐμποδισθήσονται ἀπὸ τοῦ κανόνος τούτου λέγοντος καὶ ὡς ἀρχάς, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, ὥστε κεκρατημένους αὐτοὺς μόνον ὅτως ἐν τῷ κλήρῳ ἢ ἀκωλύτους προήχθαι; λύσις. ἀπὸ τοῦ π'. ἀποστολικοῦ κανόνος, καὶ τοῦ β'. κανόνος τῆς πρώτης Συνόδου δέδοκται καὶ τοὺς πάντη ἀπίστους καὶ βαθμοὺς ἱερᾶσθαι. ἵνα τι γοῦν οἱ Ναυατιανοὶ καὶ Καθαροὶ λεγόμενοι, ἢ προαναβιβασθήσονται, τῇ τῶν πίστιν, ὡς εἴρηται, μὴ σφαλλόμενοι ἀλλ' ὡς ἀσυμπαθεῖς καλακρινόμενοι; ὃ μὲν ἀυτοὺς ὅτως ἐν ᾧ κλήρῳ, μᾶλλον ὑπὲρ ἐκείνων ὠφελῆναι νοσται μοι. εἰκὸς γὰρ λέγειν τινὰς, ὀφείλειν δεχθῆναι μὲν αὐτοὺς, πλὴν εἰ ὡς ἁπλῶς πιστοὺς λαϊκοὺς, καὶ μὴ ἐνεργεῖν τοὺς προτέρους τούτων βαθμούς· ὅπερ οὐκ ἤρεσε τῇ Συνόδῳ. οὐκ ἐδέχθη, ἀλλ' ἐνεδόθη ἀποκατασταθῆναι τούτους εἰς τοὺς οἰκείους βαθμούς· τῷ δὲ ὀνόματι τῆς ἀποκαταστάσεως, καὶ τὸ δίκαιον τῆς προκοπῆς συναναφαίνεται.

A iste sentiebant, Novatiani dicuntur, & per ironiam καθαροὶ, id est, puri. Quoniam autem Synodo Romæ habita sub Cornelio Papa Romanorum Ecclesiæ, imperante Decio, anathemate percussus est Novatus, & qui ejus hæresin sequebantur, dicit Canon quòd si aliqui ex iis cum sincera pœnitentia à sua improbitate defecerint, & se Catholicæ Ecclesiæ decreta servaturos affirmaverint, suscipientur: & si sint quidem Clerici, proprios gradus habebunt, ut qui non quòd in fide errent, sed fratres odio habeant, condemnentur. Si autem Episcopalem dignitatem habeant, si alii inveniantur Episcopi in regione, in qua ipsi electi sunt, ipsi quidem nihil B Episcopale exercebunt: sed providebit Episcopus ut vel illi solum Episcopale nomen habeant, vel alio nomine appellentur. Si autem non sint in ea regione Episcopi, ipsi quoque Episcopatum administrabunt. Illud autem, In quibus & tempus constitutum est, & opportunitas præfinita, de iis qui tempore persecutionis lapsi sunt, & de diganis, dictum est: sed & Clerici, postquam susçepti fuerint, tunc Clero connumerabuntur in quo priùs ordinati fuerant, quando pro iis alii Clerici ordinati non fuerint. Si autem tales inveniantur, fiet & quod superiùs de Episcopis scriptum est. Quæro autem, si qui eorum ad majorem gradum provehi voluerint, an prohibebuntur ex hoc Canone, qui dicit in principio: Visum est sanctæ Synodo, ut eis impositis manibus, sic in Clero maneant: an citra impedimentum promovebuntur? Solutio. Ex lxxx. Can. Apost. & ii. Can. præsentis Syn. statutum est ut etiam qui sunt omnino infideles, per gradus ad sacerdotium admittantur. Quidni ergo Novatiani, & qui Cathari dicuntur, promovebuntur, qui ut dictum est, in fide non errant, sed tanquam immisericordes damnantur? Quòd autem illos in Clero manere constitutum est, id mihi pro eis magis facere videtur: verisimile enim erat dicere aliquos, debere quidem ipsos suscipi, sed esse simpliciter ut fideles laïcos, & non priores D suos gradus exercere: quod Synodo non placuit: sed concessum est ut ipsi in gradus suos restituerentur. Restitutionis autem nomine unà jus quoque promotionis ostenditur.

ΖΩΝΑΡ. Καθαροὶ λέγονται οἱ Ναυατιανοί. ὁ δὲ Ναυάτος πρεσβύτερος τῆς Ρωμαίων ἐκκλησίας, ὃς τοὺς ἐν τῷ διωγμῷ προπεπτωκότας, μετανοοῦντας οὐκ ἐδέχετο, ἔτε διγάμοις κοινωνῆ. δι' καὶν μὴ περὶ τὴν πίστιν ἐσφάλλετο, ἀλλά γε διὰ ἀσυμπαθὲς αὐτῷ καὶ μισάδελφον, Συνόδου γενομένης ἐν Ρώμῃ ἐπὶ Κορνηλίου τῆς Ρώμης Πάπα, Δεκίου βασιλεύοντος, ἀπεβλήθη, καὶ ἀνεθεματίσθη, ὡς ὁ τοῦ Παμφίλου Εὐσέβιος ἱστορεῖ. τοὺς γοῦν αἱρεσιώτας τούτου προερχομένους, δέχεσθαι ὁ κανὼν ὅτος οὐκ εἰᾷ, ὁμολογοῦντας ἐγγράφως, ὅτι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τηρήσουσι δόγματα, καὶ τοὺς δι' ἀνάγκην ἀρνησαμένους Χριστὸν δέξονται, καὶ οἰκονομήσουσιν αὐτοὺς κατὰ τοὺς καιροὺς τοὺς ὡρισμένους τῇ μετανοίᾳ τῶν προπεπτωκότων· τοῦτο γὰρ δηλοῖ ὃ ἐφ' ὧν καὶ χρόνος ὥρισται, καὶ καιρὸς τέτακται· καὶ τοῖς διγάμοις κοινωνήσουσι, καὶ εἰ κεχειροτονημένοι εἰσὶν εἰς Επισκόπους ἢ πρεσβυτέρους ἢ Διακόνους οἱ δὲ αὐτῶν προσιόντες τῇ ἐκκλησίᾳ, μένειν αὐτοὺς ἐν τῷ κλήρῳ καὶ τοὺς οἰκείους βαθμούς, ἐὰν ἴσως ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐν αἷς ἐχειροτονήθησαν, ὐκ εἰσὶν ἕτεροι. ὅτι γὰρ οὐ περὶ τὴν πίστιν ἐσφάλοντο, ἀλλ' εἰς μισαδελφίαν καὶ ἄρνησιν μετανοίας τοῖς προπεπτωκόσι καὶ ὑπερέφυσι, λέγω τοῦτο δὲ τὴν χειροτονίαν αὐτῶν ἡ Συνόδος ἐδέξατο, καὶ μένειν αὐτοὺς ἐν τοῖς οἰκείοις βαθμοῖς διωρίσατο, εἰ μὴ Επίσκοπος εἴη ἐν τῇ καθολικῇ τῆς πόλεως ἐκείνης ἐκκλησίᾳ εἰ δὲ ἐν ἐκκλησίᾳ εἰσὶν ἔνθα Επίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ὁ μὲν Επίσκοπος ἔξει τὸ τῆς Επισκοπῆς ἀξίωμα καὶ τὸ ὄνομα· ὁ δὲ τοῖς Καθαροῖς κεκλημένος Επίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος ἔξει τιμὴν, ἢ πῶς χωρε-

ZONAR. Cathari (hoc est puri) Navatiani dicuntur. Fuit autem Navatus Romanæ Ecclesiæ presbyter, qui in persecutione lapsos, culpæ licet pertæsos, repellebat, atque à digamorum communione penitus abhorrebat. Propterea, quamvis nullo errore in iis quæ fidei sunt, teneretur, ob morum tamen implacabilitatem, E fraternúmque odium, in Synodo, quæ Cornelio Romanorum Papa, Decio imperante Romæ habita fuit, ut Eusebius Pamphili memorat, ejectus, atque anathemate damnatus est. Ex illo igitur hæreticorum grege, si qui cum Ecclesia in gratiam redire cupiant, eos hic Canon recipiendos esse decernit: Modo se tamen ab Ecclesiæ Catholicæ placitis non discessuros, ac eos, qui necessitate coacti Christum, & Deum negaverunt, ubi statuta criminibus expiandis tempora expleverint, (id namque verba illa indicant, in quibus & tempus constitutum est, & præfinita dies) admissuros, & cum digamis communicaturos esse, chirographi sui testimonio profiteantur. Ac siquidem, qui ex ipsis ad Ecclesiam accedunt, Epi- F scopi jam, aut Presbyteri, aut Diaconi creati sunt, neque Ecclesiæ forte, quarum ministerio ii sunt ascripti, alios habent, suum in Clero dignitatis ordinem retinere. Quod enim in fide nihil ejusmodi homines offenderint, sed tantum fraterno odio, veniáque lapsis & resipiscentibus deneganda peccarint, propterea ordinationem eorum admisit Synodus, & in suo quenquam gradu, nisi cum alter in eadem urbe Catholicarum partium Episcopus foret, manere voluit. At si in Ecclesiâ sunt, quæ Episcopum, aut Presbyterum habeat, Episcopi nomen, ac dignitatem

Digitized by Google

ipſe retinebit, qui verò apud Catharos Epiſcopus dictus fuerat, Presbyteri, aut Chorepiſcopi ad ſummum honore fungetur, ut in Clero connumeretur, eoque non excidat. Niſi eidem Catholici Epiſcopi indulgentia, Epiſcopi nomen, honorémque permittat. Functiones tamen Epiſcopi proprias, ne duo unius urbis Epiſcopi ſint, nequaquam exerceat.

ARIST. *Cathari dicti accedentes primo profiteantur, quòd Eccleſiæ ſanctionibus aſſentient, & cum digamis communicabunt, veniamque lapſis concedent. Et ſic qui repertus eſt Ordinatus, in eodem ordine conſtituatur. Ut ſi verè eſt Epiſcopus, ſit Epiſcopus. Qui verò apud Catharos Epiſcopus fuit, ſit Chorepiſcopus, vel Presbyteri, vel Epiſcopi honore gaudeat. In unâ enim Eccleſiâ duo non erunt Epiſcopi.*

Ex iis qui ad ſanctam catholicam & Apoſtolicam Dei eccleſiam veniunt, nonnulli quidam baptizantur, alii autem unguento illinuntur, alii vero ſolùm ſuam & aliam omnem hæreſin execrantur. Qui itaque à Novato decepti & Cathari ab eo nominati ſunt ut reſipiſcentiam eorum qui peccarunt non recipientes & ſecundas prohibentes nuptias, ſi ad Eccleſiam venerint, & confeſſi fuerint ſe & digamos admiſſuros, & iis quos peccatorum pœnituit veniam daturos, & omnia prorſus Eccleſiaſtica obſervaturos dogmata, & ſuam & alias execrantes hæreſes admittentur, & tantum ſancto unguento illinentur. Et ſi quidem aliqui eorum ſint Epiſcopi aut Chorepiſcopi, in eadem rurſus manebunt dignitate, niſi forte in eadem civitate alius catholicæ Eccleſiæ inveniatur Epiſcopus, ante adventum ipſorum ordinatus. Sic enim præferetur qui ab initio proprie erat Epiſcopus, & ſolus Epiſcopatûs thronum retinebit. Quoniam non oportet duos eſſe Epiſcopos in eadem civitate. Ille autem qui à Catharis dicitur Epiſcopus ut presbyter honorabitur, vel ſi Epiſcopo placuerit, & Epiſcopi nominis particeps erit, at jus aliquod epiſcopale non exercebit.

ΑΡΙΣΤ. Οἱ λεγόμενοι Καθαροὶ προσερχόμενοι, πρῶτον ὁμολογείτωσαν, ὅτι Συνήσουσι τοῖς ἐκκλησίας θεσμοῖς, καὶ κοινωνήσουσι διγάμοις, καὶ συγχωρήσουσι τοῖς πεπτωκόσι. καὶ ὅταν ὁ διερωτώμενος κεχειροτονημένος εἶεν ἐν τῷ αὐτῷ τάγματι. οἷον, ὁ μὲν κωλύων Ἐπίσκοπος, εἴη Ἐπίσκοπος· ὁ δὲ πρὸς τοῖς καθαροῖς Ἐπίσκοπος, ἢ χωρεπίσκοπος ἔσω, ἢ πρεσβύτερος τιμὴν ἢ Ἐπισκόπου κεκλήσθω· οὐ γὰρ ἔσονται δύο εἰς μίαν ἐκκλησίαν Ἐπίσκοποι.

Ἀπὸ τῶν προσερχομένων τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ, οἱ μὲν βαπτίζονται, οἱ δὲ μύρῳ χρίονται, οἱ δὲ μόνον ἀναθεματίζουσι τὴν ἰδίαν, καὶ πᾶσαν ἄλλην αἵρεσιν. Οἱ γοῦν δελεασθέντες ὑπὸ τοῦ Ναυάτου, καὶ καθαροὶ πρὸς αὐτοῦ ὀνομασθέντες, ὡς μὴ καταδεχόμενοι τὴν μετάνοιαν τῶν ἁμαρτησάντων, ἢ δεύτερον γάμον κωλύοντες, ἐὰν τῇ ἐκκλησίᾳ προσέλθωσι, καὶ ὁμολογήσωσι καὶ διγάμους προσδέχεσθαι, καὶ τοῖς ἁμαρτήμασι μελανοήσασι συγχωρεῖν, καὶ ἁπλῶς πᾶσι τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἐπακολουθεῖν δόγμασι, τὴν ἰδίαν ἀναθεματίζοντες αἵρεσιν, καὶ τὰς ἄλλας προσδέχηται, καὶ μόνῳ τῷ ἁγίῳ μύρῳ χρισθήσονται. καὶ εἰ μέν τινες αὐτῶν εἰσὶν ἢ Ἐπίσκοποι, ἢ χωρεπίσκοποι, ἐν τῇ αὐτῇ πάλιν ἀξίᾳ μενοῦσιν, εἰ μή τις ἐν τῇ αὐτῇ πόλει ἕτερος Ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας εὑρίσκεται, ποὸ τῆς ἐλεύσεως αὐτῶν χειροτονηθῇ. προτιμηθήσεται γὰρ ὅτως ὁ ἐξ ἀρχῆς κυρίως Ἐπίσκοπος, καὶ μόνος τῆς Ἐπισκοπῆς θρόνον καθέξει. Δεῖ δὲ μὴ δύο Ἐπισκόπους ἐν μιᾷ πόλει τυγχάνειν· αὐτὸς γὰρ πρὸς τοῖς καθαροῖς ὀνομαζόμενος Ἐπίσκοπος, ὡς πρεσβύτερος τιμηθήσεται, ἢ, εἰ δόξει τῷ Ἐπισκόπῳ, καὶ τοῦ ὀνόματος μεθέξει τοῦ Ἐπισκόπου. Ἐπισκοπικόν δέ τι δίκαιον οὐκ ἐνεργήσει.

CANON IX.

Quicunque citra examinationem promoti ſunt Presbyteri, vel examinati ſua peccata confeſſi ſunt, eiſque confeſſis, præter Canonem moti homines manus impoſuerunt, eos Canon non admittit. Quod eſt enim à reprehenſione alienum, defendit Eccleſia.

BALS. Multa ſunt quæ ad ſacerdotium ne perveniatur, prohibent, cum quibus eſt & fornicatio. Si quis ergo fuerit fornicationis damnatus, ſive antequam conſecraretur, ſive poſtea, deponitur. Vnde dicit Canon, quòd ſi quis citra examinationem eſt conſecratus vel & ante ordinationem quidem eſt peccatum confeſſus, ſed præter Canonem eſt ordinatus, ex ordinatione non juvatur, ſed poſtquam id cognitum fuerit, deponitur. Dicebant enim nonnulli, quemadmodum baptiſma novum hominem facit eum qui baptizatus eſt, ita & ſacerdotium ea quæ priùs admiſſa ſunt peccata abſtergit: quod Canonibus non eſt conſonum.

ZONAR. Qui ad ſacros ordines evehuntur, vitæ integros, nec ullis vitiorum maculis, quibus infecti ab ordinibus arcentur, notatos eſſe ac illorum propterea vitam, & mores ſedulo examinari Canon jubet. Quod ſi qui forte, inquit temere nullóque delectu ad ſacros ordines admittantur, aut ſuamet vitia ipſi confitentes, contra Canonis præſcriptum, ordinibus inſigniti fuerint, non admittendos eſſe, nec quicquam iis illegitimam crea-

Εἴ τινες ἀνεξετάστως προήχθησαν πρεσβύτεροι, ἢ ἀνακρινόμενοι ὡμολόγησαν τὰ ἁμαρτήματα αὐτοῖς, καὶ ὁμολογησάντων αὐτῶν τὰ κωλύοντα κινήσαντες οἱ ἄνθρωποι ἐπὶ τοιούτοις χεῖρα ἐπέθηκαν, τοῦτους ὁ κανὼν οὐ προσίεται. Τὸ γὰρ ἀνεπιλήπτον ἐκδικεῖ ἡ ἐκκλησία.

ΒΑΛΣ. Διάφορα εἰσὶ τὰ κωλύοντα τὴν ἱερωσύνην, μεθ' ὧν ἔστι καὶ ἡ πορνεία. εἰ γοῦν καταληφθῇ τις πορνείαν ἁμαρτικῶς, κἂν πρὸ τῆς ἱερωθῆναι, κἂν ἅμα μὴ ζῶντα, καθαιρεῖται. ὅθεν φησὶν ὁ κανὼν ὅτι ἀνεξετάστως ἱερωθέντα, ἢ καὶ ἐξομολογησάμενον μὲν πρὸ τῆς χειροτονίας τὸ ἁμάρτημα, πρὸς δὲ κανόνος χειροτονηθέντα μὴ ὠφελεῖσθαι ἐκ τῆς χειροτονίας, ἀλλὰ μετὰ ἀφόρισιν καθαιρεῖσθαι. ἔλεγον γάρ τινες ὅπως ὥσπερ τὸ βάπτισμα νέον ἄνθρωπον ποιεῖ ὅτι βαπτισθέντα, ὅτω καὶ ἡ ἱερωσύνη τὰ πρὸ τῆς ἱερωσύνης ἁμαρτήματα ἀπαλείφει, ὅπερ τοῖς κανόσιν οὐκ ἔδοξεν.

ΖΩΝΑΡ. Ἀνεπιλήπτους καὶ καθαρεύοντας ἀπὸ ἁμαρτιῶν κωλυόντων ἱερᾶσθαι, βέλεται ὁ κανὼν τοὺς εἰς ἱερωσύνην προαγομένους εἶναι, καὶ βίον καὶ τὴν διαγωγὴν αὐτῶν ἐξετάζεσθαι. εἰδ' ἴσως τινές φησιν ἀνεξετάστως προαχθῶσιν εἰς ἱερωσύνης βαθμὸν, ἢ ἐκείνων ὁμολογησάντων τὰ ἑαυτῶν ἐλαττώματα, οἱ χειροτονῆσαι αὐτοὺς πρὸς κηρύκων χειροτονήσουσιν, ἀπροσδέκτους αὐτοὺς εἶναι δηλοῖ, καὶ μηδὲν ἐκ τῆς

Digitized by Google

τῆς χϑεροτονίας τῆς ἀνθέσμου ὠφελϑῆναι· καθαιρεθήσονται γάρ.

ARIST. Οἱ ἀνεξετάστως χειροτονέμενοι, εἰ μὲν ἐξῆς ἐλέγχοιντο ὅτι ἥμαρτον ὄντως, πεπαύσθωσαν.

Εἰ γὰρ ἁμαρτήσας τις διέλαθε, καὶ ἀνεξετάστως εἰς Ἐπισκοπὴν, ἢ πρεσβυτέρου βαθμὸν προήχθη· ἐὰν μετὰ τὴν χειροτονίαν ἐλέγχηται ὅτι ἥμαρτε, τῆς ἱερωσύνης παυθήσεται.

A tionem prodesse decernit. Depositione namque mulctabuntur.

ARIST. *Qui sine examinatione ordinantur, si postea convincantur quod revera peccarunt, deturbentur.*

Si quis enim clam peccavit, & citra examinationem ad Episcopi aut Presbyteri gradum provectus fuit; si post ordinationem convictus fuerit quod peccavit, sacerdotio movebitur.

ΚΑΝΩΝ ι'.

Ὅσοι προεχειρίσθησαν παρὰ παραπεπτωκότων καὶ ἀγνοίαν, ἢ καὶ προδότων παρὰ προχειρισαμένων, τοῦτο ὑπὸ προκρίνῃ τῷ κανόνι τῷ ἐκκλησιαστικῷ. γνωσθέντες γὰρ καθαιρεθήσονται.

B

ΒΑΛΣ. Τοὺς ἀρνησαμένους μετανοίας εἰλικρινοῦς, δεχόμεθα, ἱερᾶσθαι οὐ παραχωροῦμεν, ἀλλὰ καὶ κληρικοὺς ὄντας καθαιροῦμεν, καθὼς τοῦτο φησὶν ὁ ξβ'. ἀποστολικὸς κανών. εἴ τινες οὖν ἐκ τούτων ἐχειροτονήθησαν, ἀγνοούντων παρὰ χειροτονησάντων, ἢ καὶ εἰδότων, μετὰ δέ γνῶσιν καθαιρεθήσονται, ὡς μὴ ὠφελούμενοι ἐκ τῆς χειροτονίας, κἂν ἐν εἰδήσῃ τοῦ χειροτονήσαντος αὐτὴν γένοιτο. ἴσως γὰρ εἴπέ τις ὠφελεῖσθαι αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ χειροτονηθῆναι παρ' ἀνθρώπων εἰδότων ὅ τούτων ἁμάρτημα, καὶ οἷς συγχωρησάντων αὐτὸ δεῖ τῆς χειροτονίας. ταῦτα δὲ περὶ ἱερέων καὶ διακόνων καὶ λοιπῶν ἐκληπτέον, οὐ μὴν περὶ Ἐπισκόπων. περὶ τούτων γὰρ ζήτει κ. ιϑ'. κανόνα τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ Συνόδου καὶ τὰ ἐν αὐτῷ γεγραμμένα.

C

ZONAR. Τοὺς κύριον ἅπαξ Ἰησοῦν Χριστὸν ἀρνησαμένους εἶτα μετανοήσαντας εἰς ἱερωσύνην προάγεσθαι οὐ χρή. πῶς γὰρ ἱερεὺς ἔσεται, ὃς τῆς ἀγιάσματος δεῖ βίου σὺν αὐτῇ ἀξιοῦται, εἰ μὴ ἐν τῷ θανάτῳ αὐτῷ; εἰ δ' ἴσως ἀγνοοῦντι τοῦ χειροτονοῦντος ἢ καὶ εἰδότος, ἱερωσύνης ἀξιωθείη, καθαιρεθῶσι αὐτὸν εἰ μετὰ ταῦτα γνωσθείη, ὁ πρῶτον κανὼν διατάττεται. Ὃ γὰρ ἀνθέσμως γενόμενον, τῷ κανόνι οὐ προκρίνῃ ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐμποδίζῃ οὐ βλάπτῃ.

D

CANON X.

Quicunque ex iis qui lapsi sunt, vel per ignorantiam, vel scientibus iis qui promoverunt, ordinati sunt, hoc Ecclesiastico Canoni non præjudicat. Ii enim cogniti deponuntur.

BALS. Eos qui Deum negaverunt, si sincerè pœnitentiam agunt, recipimus, ad sacros autem ordines eos non admittimus, sed &, si sint Clerici, deponimus, ut dicit lxii. Apostolicus Canon. Si qui ergo ex istis ordinati sunt, insciis illis qui ordinarunt, vel etiam scientibus, postquam id cognitum fuerit, deponentur; ut qui ex ordinatione non juventur, licèt ipsa sciente illo qui ordinat, facta sit. Posset enim fortasse aliquis dicere illos juvari, ex eo quòd ab hominibus essent ordinati, quibus eorum peccatum cognitum fuit, & qui per ordinationem illud quodammodo permiserunt. Hæc autem de Sacerdotibus & Diaconis & reliquis sunt intelligenda, non autem de Episcopis, de iis enim quære Can. xii. Synodi in Ancyra, & quæ in eo scripta sunt.

ZONAR. Qui Christum dóminum semel abnegaverunt, licet resipiscentes ad sacros ordines evehi non oportet. Quo pacto namque sacerdotis officia obeat, cui præterquam extremum spiritum agenti, ad sacrorum munerum perceptionem aspirare nullatenus licet? Quod si quis forte eo qui creavit insciо, aut etiam sciente, sacerdotio dignus habeatur, hominem, re patefacta, hic Canon deponi jubet. Neque enim quod contra legum interdicta effectum est, Canoni præjudicium affert, hoc est, illius auctoritatem non retundit, nec lædit.

ΚΑΝΩΝ ια'.

Περὶ τῶν παραβάντων χωρὶς ἀνάγκης, ἢ χωρὶς ἁρπαγῆς ὑπαρχόντων, ἢ χωρὶς κινδύνου, ἤ τινος τοιούτου, ὃ γέγονεν ὅτι τῆς τυραννίδος Λικινίου· ἔδοξε τῇ Συνόδῳ, εἰ καὶ ἀνάξιοι ἦσαν φιλανθρωπίας, ὅμως χρηστεύσασθαι εἰς αὐτούς. ὅσοι οὖν γνησίως μετανοοῦσιν, τρία ἔτη ἐν ἀκροωμένοις ποιήσουσιν ὡς πιστοὶ, καὶ ἑπτὰ ἔτη ὑποπεσοῦνται. δύο δὲ ἔτη χωρὶς προσφορᾶς κοινωνήσουσι τῷ λαῷ τῆς εὐχῆς.

E

F

CANON XI.

De iis qui sine necessitate, vel sine facultatum suarum ablatione, vel sine ullo periculo, vel aliquo ejusmodi, transgressi sunt; quod sub Licinii tyrannide factum est, synodo visum est, etsi humanitate indigni sunt; clementia tamen in eos uti. Quicunque ergo germanè pœnitentia ducuntur, tres annos inter auditores exigent, ut fideles, & septem annis prosternentur: duobus autem annis, absque oblatione, erunt orationum cum populo participes.

ΒΑΛΣ. Ο ξβ'. ἀποστολικὸς κανὼν διαλαμβάνει περὶ τῶν κατὰ βίαν παραβάντων κληρικῶν· ὁ δὴ πρῶτον, περὶ τῶν χωρὶς βίας ἀρνησαμένων Χριστόν· καί φησι δέχεσθαι τούτους, γνησίως ἤτοι ἀληθῶς μετανοοῦντας· καὶ τρία μὲν ἔτη ἔξω ἱστασθαι τοῦ ναοῦ, καὶ ἀκροᾶσθαι τῶν ὑμνῳδιῶν τοῦ Θεοῦ, ἑπτὰ δὲ

BALS. Lxii. Canon Apostolicus tractat de Clericis qui per vim transgressi sunt: præsens autem Canon, de iis qui sine vi Christum negaverunt: & dicit eos oportere recipi, si germanè, id est verè, pœnitentiam agant: & tribus quidem annis stare extra templum, &

Digitized by Google

Dei hymnos audire: ſeptem autem annis ſubſterni ſive intra Eccleſiam ſtare, ſed poſt ambonem, & cum catechumenis exire. Completo autem ſeptennio, cum fidelibus quidem unà comprecabuntur integre: poſt biennium verò digni habebuntur ſacramentis.

A ἔτη ὑποπίπτειν, ἤγουν ἵστασθαι ἐντὸς τῆς ἐκκλησίας, ὄπισθεν μένοντι τοῦ ἄμβωνος, καὶ ἐξέρχεσθαι μετὰ τῶν κατηχουμένων. πληρωθείσης δὲ τῆς ἐπταετίας ζωσθύξονται μὲν μετὰ τῶν πιστῶν καθολικήσεων, τῶν δὲ ἁγιασμάτων μετὰ διετίαν ἀξιωθήσονται.

Zonar. De iis qui ob violentiam multam & neceſſitatem fidem negarunt, alii Canones extant. Hic autem eos tangit, qui ſua voluntate à fidei propoſito deſciverunt. Ac hujuſmodi quidem homines, licet, inquit, indignos venia, ſi tamen germana pœnitentia, hoc eſt, vera, non ficta, & ſimulata duci conſtet, ardorémque animi non vulgarem præ ſe ferant, ex indulgentia videlicet quadam, fidelium numero aggregari placet. Et mandat ut triennium quidem inter Audientes agant, cum quibus ſcilicet extra templum religati in porticu conſiſtant, diviniſque ſcripturis audiendis vacent; Septem annis in ſubſtratione ſint, hoc eſt, in Eccleſiam quidem ingrediantur, verum poſt ambonem ſtent, & cum Catechumenis exeant; biennio demum, cum fidelibus ſtationem habeant, cumque iis precationi vacent, non tamen ad ſanctorum perceptionem, niſi elapſo decennii tempore, admittantur.

ΖΩΝΑΡ. Ἕτεροι μὲν κανόνες περὶ τῶν ἐκ βίας πολλῆς καὶ ἀνάγκης ἀρνησαμένων τὴν πίστιν διαγορεύουσιν, ὁ δὲ πρὸ ὀλίγου περὶ τῶν χωρὶς ἀνάγκης ἀποβαλόντων διαλαμβάνει, ὃς καὶ ἀναξίους μὲν φιλανθρωπίας φησὶν, ἀλλ' ὅμως καὶ τοὺς τοιούτους διὰ χρηστότητα δέχεται, εἰ γνησίως μεταμέλονται, τουτέστιν ἀληθῶς, ἀλλ' ὑπούλως, καὶ ἐψευσμένως, μετὰ θερμότητος· ὃ καὶ προθυμίας πολλῆς. καὶ τρία μὲν ἔτη ἀκροᾶσθαι διακελεύεται, ἤγουν ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἵστασθαι ἐν τῷ νάρθηκι καὶ τῶν θείων ἀκούειν γραφῶν, ἑπτὰ δὲ ἔτη ὑποπίπτειν, ἤτοι ἐντὸς μὲν τῆς ἐκκλησίας εἰσέρχεσθαι ἐν ᾧ τῷ ὀπισθεν μέρει τοῦ ἄμβωνος ἵστασθαι καὶ ἐξιέναι μετὰ τῶν κατηχουμένων· ἐναυτοὺς δὲ δύο ζωΐστασθαι καὶ ζωσθύκτους μετὰ τῶν πιστῶν, μὴ μέντοι καὶ τῆς τῶν ἁγιασμάτων μεταλήψεως ἀξιοῦσθαι, ἕως ἂν ἡ διετία παρέλθῃ.

B

Aris. *Quotquot citra neceſſitatem tranſgreſſi ſunt, etiamſi veniâ ſint indigni, aliquali tamen veniâ dignati duodecim annos proſternantur.*

Quicunque fidem citra neceſſitatem abnegarunt, quanquam humanitate ſint indigni, nihilominus aliquâ indulgentiâ conſentur digni, ut qui ex iis legitimè pœnitentiam egerint, tres quidem annos inter audientes ſive in foribus ſtent Baſilicis, & divinas ſcripturas audiant. Sed poſt illud triennium intra Eccleſiæ ambitum introducantur, & cum ſuccumbentibus in poſticâ Ambonis parte ſeptem annos permaneant, unà cum Catechumenorum exclamatione exeuntes. Et poſt ſeptennium expletum, per alios duos annos unâ cum fidelibus conſiſtant, participes cum eis precationum uſque ad myſtagogiam completam, divinæ autem communionis nec iſtis duobus annis participes fiant. Sed iis exactis & myſteriorum participatione digni habebuntur.

ΑΡΙΣΤ. Ὅσοι χωρὶς ἀνάγκης ἀπέβησαν, εἰ καὶ συγγνώμης ἦσαν ἀνάξιοι, συγγνώμης τινὸς ἀξιούμενοι, δώδεκα ἔτη ὑποπιπτέτωσαν.

C

Οἱ τὴν πίστιν ἀπηρνήσαντο χωρὶς ἀνάγκης, κἂν ἀνάξιοι φιλανθρωπίας ὦσιν, ὅμως συγγνώμης τινὸς ἀξιοῦνται· ὥστε τοὺς γνησίως ἐξ αὐτῶν μεταμελομένους, τρία μὲν ἔτη ἐν τοῖς ἀκροωμένοις, ἤτοι ἐν τοῖς βασιλικοῖς ἐξώναις πυλῶσι, τὴν θείων ἀκροάσεις γραφῶν. μετὰ δὲ τὸ τρίετες χρόνον, ἔνδον τοῦ περιβόλου τῆς ἐκκλησίας εἰσαχθέντας, καὶ μετὰ τῶν ὑποπιπτόντων ἐν τῷ ὀπισθίῳ μέρει τοῦ ἄμβωνος ἑπτὰ ἔτη διατελέσαι, τὴν τῶν κατηχουμένων ἐκφώνησιν συνεξερχομένους· καὶ μετὰ πληρωθέντα τοῦ ἑπταετοῦς χρόνου, ὅτι δυσὶν ἄλλοις ἔτεσι μετὰ τῶν πιστῶν πλὴν Cύσασιν δέξασθαι, κοινωνοῦντας αὐτοῖς τῶν προσευχῶν μέχρι Cυμπληρώσεως τῆς μυσταγωγίας, τῆς θείας μέντοι μεταλήψεως οὐδὲ ὅτι τοῖς δυσὶ τούτοις μέλλουσιν ἔπεσθαι· ἀλλὰ μετὰ τοῦτο, καὶ τῆς μετοχῆς τῶν ἁγιασμάτων ἀξιωθήσονται.

D

Canon XII.

Qui autem à gratia quidem evocati, & primum ſuum ardorem oſtenderunt, & cingula depoſuerunt, poſtea autem ut canes ad ſuum vomitum reverſi ſunt, ut nonnulli etiam pecuniam profunderent, & beneficiis militiam aſſequerentur, hi decem annis proſternantur ſupplices, etiam poſt triennii auditionis tempus. In his autem omnibus examinare convenit conſilium & ſpeciem pœnitentiæ. Quicunque enim, & metu, & lacrymis, & tolerantia, & bonis operibus, converſionem opere & non tantùm habitu oſtendunt, hi impleto auditionis tempore quod præfinitum eſt, merito orationum communionem habebunt, cum eo quod etiam liceat Epiſcopo humanius aliquid de eis ſtatuere. Quicunque autem non adeo graviter tulerunt, ſatiſque ſibi eſſe putarunt in Eccleſias ingredi ad converſionem, tempus omnino impleant.

ΚΑΝΩΝ ιβ'.

Οἱ δὲ προσκληθέντες μὲν ἀπὸ τῆς χάριτος, καὶ τῷ πρώτῳ ὁρμῷ ἐνδειξάμενοι, καὶ ἀπεδέμενοι τὰς ζώνας, μετὰ δὲ ταῦτα ὅτι ὡς οἰκεῖον ἔμετον ἀναδραμόντες ὡς κύνες, ὡς τινὰς καὶ ἀργύρια προέδωκαν, καὶ βενεφικίοις κατορθώσαντο τὴν ἀναστρατείαν· ἤτοι δέκα ἔτη ὑποπιπτέτωσαν, μετὰ τὸν τριετῆ ἀκρόασιν χρόνον. ἐφ' ἅπασι δὲ τούτοις, προσοχὴ ἐξετάζειν τὴν προαίρεσιν καὶ τὸ εἶδος τῆς μετανοίας. ὅσοι μὲν γὰρ καὶ φόβῳ καὶ δάκρυσι καὶ ὑπομονῇ καὶ ἀγαθοεργίαις, τὴν ὁμοτρόπῳ ἔργῳ καὶ οὐ χρήματι ὁμολογίαν δείκνυσι, ὅτοι πληρώσαντες τὸν χρόνον τὸν ὡρισμένον τῆς ἀκροάσεως, εἰκότως τῶν εὐχῶν κοινωνήσουσι, μετὰ τοῦ ἐξεῖναι τῷ Επισκόπῳ καὶ φιλανθρωπότερόν τι περὶ αὐτῶν βουλεύσασθαι. ὅσοι δὲ ἀδιαφόρως ἤνεγκαν, καὶ ὡς ἔθνεσι τὴν εἴσοδον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀρκεῖν ἑαυτοῖς ἡγήσαντο πρὸς τὴν ὁμοτροπίαν, ἐξ ἅπαντος πληρέτωσαν καὶ χρόνον.

E

Balſ. Beneficium apud Latinos omne donum & benefactum dicitur. Quoniam ergo nonnulli milites, tempore perſecutionis divino zelo moti, ipſarum militiarum cingula depoſuerant, & ad martyrium impetu quodam procurrerant: poſtea autem dæmoniaca pœnitentia adacti, à martyrio defecerant, & infideles perſecutores ſecuti erant, & pecuniis vel aliis donis priores ſuas militias receperant, hoc enim eſt beneficium, ut dictum eſt, & ad proprium vomitum redierant, dicit Canon, quòd ſi ii cum ſincera compunctione ad Eccleſiam acceſſerint, recipientur, debentes tribus quidem annis

ΒΑΛΣ. Βενεφίκιον λέγεται παρὰ Λατίνοις πᾶν δώρημα, καὶ εὐεργέτημα. ἐπεὶ οὖν τινὲς στρατιῶται ἐν καιρῷ διωγμοῦ, ζήλῳ θείῳ κινηθέντες τὰς ζώνας τῶν στρατειῶν αὐτῶν ἀπέθεντο καὶ πρὸς μαρτύριον ὥρμησαν· ὕστερον δὲ ὑπὸ δαιμονιώδους μεταμελείας ζωωθηθέντες, ἀπέστησαν τοῦ μαρτυρίου, καὶ τοῖς ἀπίστοις διώκταις προσεκολλήθησαν, καὶ χρήμασιν, ἢ ἄλλοις δωρήμασι, τοῦτο γάρ ἐστι τὸ βενεφίκιον ὡς εἴρηται, τὰς πρώτας αὐτῶν στρατείας ἔλαβον, καὶ εἰς τὸν οἰκεῖον ἔμετον ἀνέδραμον, φησὶν ὁ κανὼν ὡς εἴγε καὶ ἔτοι μετὰ εἰλικρινοῦς κατανύξεως προσέλθωσι τῇ ἐκκλησίᾳ, δε-

F

χθήσονται,

Digitized by Google

χθήσονται, ὀφείλοντες, τρία μὲν ἔτη ἔξωθεν τῆς ἐκκλησίας ἱστάσθαι, καὶ ἀκροᾶσθαι τῶν θείων γραφῶν, δέκα δὲ ἔτη ὑποπίπτειν ἤτοι ἱστάσθαι ὅπισθεν τῶν ἀμβώνων, καὶ ἐξέρχεσθαι μετὰ τῶν κατηχουμένων· μετὰ δὲ ταῦτα ζωοδύχεσθαι μετὰ τῶν πιστῶν· πρότερον δὲ τῶν ἀγιασμάτων οὐκ ἀξιοῦσθαι, εἰ μὴ διετία παρέλθῃ, καθὼς καὶ ἄνωθεν εἴπομεν, ὅτι καὶ ἔθνοι ἐν τῷ ἐκκλησίᾳ θεραπεύονται εἰσίν. ἐπέδωκε δὲ ὁ κανὼν τῷ Ἐπισκόπῳ μεῖον τὸ ὀπτίμιον καὶ τῷ τῶν ὀπτιμηθέντων ὀπτροφίᾳ.

A extra Eccleſiam ſtare, & divinas ſcripturas audire, decem autem annis ὑποπίπτειν, id eſt poſt ambonem ſtare, & cum Catechumenis exire, poſt hæc autem unà cum fidelibus orare: ſacramentis autem omnino digni non habeantur, niſi biennium præterierit, ſicut & ſuperiùs diximus. Quoniam & ii ſunt ex iis qui ſua ſponte labuntur. Concedit autem Canon Epiſcopo ut pœnam minuat, pro ejus cui pœna impoſita eſt, converſione.

ΖΩΝΑΡ. Περὶ στρατιωτῶν ὁ κανὼν διαλέγεται, καὶ ἀποῤῥιψάντων μὲν τὰς ζώνας, ἦγουν τὰ τῆς στρατείας σημεῖα, ὁρμήσαντων δὲ πρὸς μαρτυρίου ἐνδοξασμένων, ὡς καὶ ὑπὸ τῆς θείας χάριτος κληθῆναι φησὶν, ὡς δι' ἐκείνης ὑπερφυῶς πρὸς τὴν ἔνστασιν τῆς ὁμολογίας τῆς πίστεως, εἶτα ἐν μεταμελείᾳ γενομένων καὶ αὖθις εἰς τὴν στρατείαν ἐπιπηδησάντων στρατείου, καὶ ταύτην ἀργυρίοις ἀναλησαμένων ἢ βενεφικίοις. Διὰ μὲν γὰρ τῶν ἀργυρίων δηλοῦται τὰ χρήματα, διὰ δὲ τῶν βενεφικίων ἄπαν εἶδος χαρίτος καὶ δεξιώσεως. ἡ γὰρ Λατίνων διάλεκτος ἔστι ἡ λέξις, ἐνεργούμενα δηλοῖ πρὸς Ἑλλωΐδα μεθερμηνευομένη διάλεκτον. ἐνεργητὴς δέ τις, ἢ χρήματα παρέχων, ἢ ἄλλως θέλημα οἱονδήποτε πληρῶν τινος. δῆλον δὲ πάντως, ὅτι εἰδεῖς τοιοῦτος ἀναστατῶσαι ἠδυνήθη ἄν, εἰ μὴ τῇ πλάνῃ συνέθετο. τοὺς γοῦν τοιούτους μετὰ τὴν τριετῆ ἀκρόασιν, δηλονότι δεκαετίαν ὑποπίπτειν ὁ κανὼν διατάττεται, καὶ ἐξιέναι μετὰ τῶν κατηχουμένων. δίδωσι δὲ τῇ κρίσει τοῦ Ἐπισκόπου καὶ μεῖον τὸ ὀπτίμια, εἰ δύοι μὲν μελανοοῦντα θερμότητα ἐν τῇ μετανοίᾳ ἐπιδεικνύμενον, καὶ δάκρυσι μὲν θεὸν ἱλεούμενον, καὶ τῷ φόβῳ αὐτοῦ στοιχοῦμενον, καὶ τὴν ἐκ τῶν ὀπτιμιῶν κάκωσιν ὑπομένοντα, καὶ ἀγαθοεργίαις, ἤγουν ἀρεταῖς ἀσκήσει καὶ μεταδόσει τῇ πρὸς τοὺς δεομένους, εἰ σπουδάζοι ἡ χεὶρ αὐτοῦ, προσκείμενον, καὶ ὅλως εἰπεῖν, ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ὅσα ἐν σχήματι τὴν μετάνοιαν ἐνδεικνύμενον. εἰ δὲ ἀδιαφόρως καὶ ἀνημένως ὁρᾷ μὲν ὀπτιμηθέντα πρὸς τὴν ὀπτίμησιν βαρούμενον, καὶ ὅτι ὅλως παραχωρεῖται εἰσιέναι εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀρκούμενον, καὶ ὑ δακνόμενον καὶ λυπούμενον, ὅτι ὑ συνίστανται τοῖς πιστοῖς, ἀλλὰ καὶ ὄπισθεν τῶν ἀμβώνων ἱστάσθαι, καὶ ἐξιέναι μετὰ τῶν κατηχουμένων, τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ σχῆμα τοῦ εἰσιέναι, ὑ γὰρ ἀληθῶς εἰσέρχονται οἱ ὕστερον εἰσιόντες, ἀρχὴν αὐτὸν λογιζόμενον, μὲν ὅλον τῆς δεκαετίας χρόνον ἐν τῷ ὀπτιμίῳ τῆς ὑποπτώσεως πληρῶν αὐτὸν διακελεύεται ὁ κανών.

B C D

ZONAR. De militibus hoc Canone agitur, qui zonas, inſignia militiæ videlicet, obeundi martyrii cupiditate demonſtrata ſemel abjeciſſent, quos etiam cæleſti munere vocatos, atque ut ſolidam in veræ fidei profeſſione conſtantiam retinerent, divinitus confirmatos aſſerit, deinde mutato conſilio priorem militiam repetiverunt, ad eamque ſibi aditum, vel argento, vel beneficiis iterum aperuerunt. Ac argenti quidem nomine pecunia intelligitur, beneficii vero, quicquid in alterum gratiæ, benignitatiſque collocatur. Beneficium namque Latina vox eſt, *ἐνεργούμενα*, ſi Græce interpretemur, indicans. Ille verò beneficium contuliſſe dicitur, qui vel pecuniam largitus ſit, vel quomodocumq; alterius voluntati obſecundarit. Illud autem plane certum eſt, nemini reditum ad iſtiuſmodi militiam, niſi abdicata religione patuiſſe. Ejuſmodi igitur hominibus, poſt triennium inter Audientes exactum, decennii ſubſtratio, & cum Catechumenis abſceſſio mulctæ nomine, decreto Canonis præfinita. Epiſcopo tamen, ſi alicujus in luendis pœnis ardorem animi, in propitiando numine lacrymas, conceptúmque divinæ majeſtatis timorem in primis animadverterit, & hominem ob irrogata ſupplicia patienter dolere, & bonis actionibus, hoc eſt virtutum exercitationi operam dare, ac ſi manus ejus abundet, indigentibus elargiri, ſi denique, uno verbo, ſerio, non ficta ſpecie reſipiſcentiam demonſtrantem invenerit, de iiſdem pœnis aliquid pro arbitrio remittendi conceditur facultas. Si quem verò impoſitis pœnis leviter tangi videat, Atque eo quod Eccleſiam ingredi permittitur, ſatis eſt contentus, & non moleſtè fert, nec dolore movetur quod inter fideles non conſtituatur, ſed quod poſt ambonem ſtet, & cum Catechumenis exeat (Hoc enim præ ſe fert ſpeciem ingrediendi, ſed qui ſic ingreditur, vere non ingreditur) ſibi ſufficere arbitratur; totum ab eo decennium in ſubſtrationis pœna Canon expleri jubet.

ΑΡΙΣΤ. Οἱ βιαζόμενοι, καὶ δέξαντες ἀντιστῆναι, εἶτα καταδηλούμενοι τῇ ἀσεβείᾳ, καὶ ἀναστρατευσάμενοι, δεκαετίαν ἀφορίζεσθωσαν. σκοπητέον δὲ ἐφ' ἅπασι τὸ εἶδος τῆς μελανοίας· καὶ θερμοτέρως μὲν μεταμελουμένῳ τὸν δεξάμενον τὸ ὀπτίμιον φιλανθρωπότερον ὁ Ἐπίσκοπος διατιθέσθω· ψυχροτέρως δὲ, δραστικώτερον.

E

ARIST. Qui vim paſſi & reſtitiſſe viſi, deinde impietati conſenſerunt, militiamque reſumpſerunt, decennium excommunicentur. Conſiderandum verò eſt in omnibus pœnitentiæ genus. Et ſi is qui pœnam ſuſcipit, ſe ferventiorem in pœnitendo geſſerit, humaniùs cum eo agat Epiſcopus, ſeveriùs verò ſi frigidiorem.

Ὅσοι ὑπὸ τῆς θείας χάριτος προσκληθέντες καὶ μὲν τῇ πρώτῃ ὁρμῇ βιασθέντες συνθέσθαι τῇ ἀσεβείᾳ ἀντέστησαν, ὥστε καὶ τὴν στρατιωτικὴν ἀποθέσθαι ζώνην· εἶτα ὑπεξάντες, καταδεδεγμένοι φρονεῖν τὰ τῶν ἀσεβῶν, ὥστε εἰς τὴν προτέραν αὐτοὺς καταστῆναι τιμὴν, καὶ τὴν στρατείαν αὖθις ἐπανα λαβεῖν· δεῖ πρότερον ἔτεσιν ἀκροώμενοι, δεῖ δεκαετίαν ὑποπίπτοντες· καὶ οὕτω τῆς πεῖρας ἀξιούσθωσαν· ἐξέστω δὲ τοῖς Ἐπισκόποις, καὶ μειῶν, καὶ αὔξειν, τὰ ὀπτίμια, πρὸς τὴν μετάνοιαν ἀφορῶσι τῶν ὀπτροφόντων, εἴτε συμφόβῳ καὶ ὑπομονῇ, καὶ δάκρυσι γίνεται, εἴτε καταφρονητικῶς, καὶ ἀδιαφόρως.

F

ARIST. *Qui vim paſſi & reſtitiſſe viſi, deinde impietati conſenſerunt, militiamque reſumpſerunt, decennium excommunicentur. Conſiderandum vero eſt in omnibus pœnitentiæ genus. Et ſi is qui pœnam ſuſcipit, ſe ferventiorem in pœnitendo geſſerit, humaniùs cum eo agat Epiſcopus, ſeveriùs vero ſi frigidiorem.*

Quicunque divinâ vocati gratiâ, primo quidem impetu compulſi in impietate ſocietatem inire reluctati ſunt, adeo ut militarem etiam zonam deponerent, poſtea cedentes quæ ſunt impiorum iterum ſapiunt, adeo ut ad priorem redeant iſti ſtatum, & militiam rursùs ſuſcipiant, per triennium ſtent audientes, per decennium ſuccumbentes, & ſic perfectione digni habeantur. Liceat autem Epiſcopis & minuere, & augere ſupplicia, ad converſorum reſpicientibus pœnitentiam, ſi cum timore & patientiâ, & lachrymis, aut contemptim & indifferenter fiat.

Digitized by Google

A

Canon XIII.

De iis autem qui excedunt, antiqua & canonica lex nunc quoque ſervabitur, vt ſi quis vita excedat, ultimo & maximè neceſſario viatico ne privetur. Si autem deploratus & communionem aſſecutus, rurſus in vivos relatus ſit, cum iis ſit qui orationum ſunt tantùm communionis participes. In ſumma autem, de quolibet excedente, & Euchariſtiæ participationem petente, Epiſcopus cum examinatione cum oblatione impertiat.

ΚΑΝΩΝ ιγ'.

Περὶ τῶν ἐξοδευόντων, ὁ παλαιὸς καὶ κανονικὸς νόμος διαφυλαχθήσεται καὶ νῦν, ὥστε, εἴ τις ἐξοδεύοι τελείως καὶ ἀναγκαιοτάτῃ ἐφοδίῳ μὴ ἀποστερεῖσθαι. εἰ δὲ ἀπογνωσθεὶς καὶ κοινωνίας πάλιν τυχών, πάλιν ἐν τοῖς ζῶσιν ἐξετασθῇ, μετὰ τῶν κοινωνούντων τῆς εὐχῆς μόνης ἔστω. καθόλου δὲ καὶ περὶ πάντος ὅτιν᾽ οὖν ἐξοδεύοντος, αἰτοῦντος τὸ μεταλαβεῖν εὐχαριστίας, ὁ Ἐπίσκοπος μετὰ δοκιμασίας μεταδιδότω τῆς θεοσεφοῦς.

B Bals. Hic eſt Canon generalis. Jubet enim, omnem cui pœna impoſita eſt, & ſacramentis eſt privatus, præclaro ſanctæ communionis viatico non privari, in extremo ſpiritu, cum examinatione Epiſcopi. Si non ſit autem Epiſcopus, cum examinatione ſacerdotum, ne bono viatico privetur, homo ob Epiſcopi abſentiam. Addit autem, quòd ſi talis poſt ſacramentorum participationem, mortem evaſerit, unà cum fidelibus precabitur. Sacramenta autem non aſſequetur, niſi præſtitutum pœnæ tempus omnino impletum fuerit. Puto autem, quòd tunc poſt ſanitatem unà cum fidelibus orare permittetur ei cui pœna impoſita eſt, quando & ante morbum unà cum eis precabatur. Si enim in loco audientium ſtabat, eundem habebit locum etiam poſt ſanitatem.

B ΒΑΛΣ. Οὗτος ὁ κανὼν γνωμικός ἐστι. θεσπιλδύεται γὰρ πάντα βαπτισθέντα, καὶ τῆς ἁγιασμάτων στερέμενον, ἀξιοῦσθαι τῆς καλῆς ἐφοδίου τῆς ἁγίας μεταλήψεως, ἐν ταῖς τελευταίαις ἀναπνοαῖς, μετὰ δοκιμασίας τοῦ Ἐπισκόπου. μὴ ὄντος δὲ Ἐπισκόπου μετὰ δοκιμασίας ἱερέων, ἵνα μὴ στερηθῇ τῆς καλῆς ἐφοδίου ὁ ἄνθρωπος διὰ τὴν ἀποδημίαν τοῦ Ἐπισκόπου. θορυβήσει δὲ ὡς εἰκὸς ὁ τοιοῦτος μετὰ τὴν μετάληψιν τῆς ἁγιασμάτων διαφύγῃ καὶ θάνατον, μετὰ τῶν πιστῶν μὴ σωθῆναι, τῆς δὲ ἁγιασμάτων οὐκ βαπτευθῆναι, εἰ μὴ πληρωθῇ πάντως ὁ νενομισμένος χρόνος τοῦ βαπτίσματος. νομίζω δὲ ὅτι τότε μετὰ τὴν ὑγείαν σωθῆναι δοῖς πιστοῖς συγχωρηθήσεται C ὁ βαπτισθείς, ὅτε καὶ πρὸ τῆς νόσου τούτοις συνήρχετο. εἰ γὰρ ἐν τόπῳ ἀκροωμένων ἵστατο, καὶ αὐτὸν ἕξει τόπον καὶ μετὰ τὴν ὑγείαν.

Zonar. Cum iis qui lapſi fuerant, ad conſtitutas pœnas, certa quoque tempora à communione abſtinendi ſancti Patres definiviſſent, iiſdem nihilominus in extremo vitæ diſcrimine poſitis, quamvis mulctæ nomine communione interdictum ſit, ſacramenta impartiri, ut eo quaſi viatico inſtructi decedant, nec ea quæ ex illis efficitur ſanctitate priventur, hoc Canone Patres jubent. Si cui verò in eo vitæ diſcrimine, communio quaſi morienti conceſſa eſt, ſeque is poſtea morti ſubtraxerit, cum D fidelibus quidem orare, non tamen iterum communicare ſacramentis licebit. Et verò quicunque in extremo ſpiritu, inquit Canon, luendis pœnis obnoxius, ſanctæ oblationi communicare ſe velle oſtendit, ei cum approbatione Epiſcopi, hoc eſt, re per illum examinata, & probata, fiat facultas.

ΖΩΝΑΡ. Διαταξάμενοι οἱ ἱεροὶ πατέρες περὶ βαπτισμάτων, ἐπὶ ὅτῳ καὶ ἐφ᾽ ὅσον οἱ περιπίπτοντες ἀκοινωνήτοις ἔσονται, ὁρίζουσι διὰ τοῦ παρόντος κανόνος, καὶ ὑπὸ βαπτισμὸν ἀκοινωνησίας ὡσί τινες, πλουτῶσι δὲ, μεταδίδοσθαι αὐτοῖς τῆς ἁγιασμοῦ· ἵνα ἐφόδιον αὐτὸ ἔχωσι, καὶ μὴ στερηθῶσι τοῦ ἐκ τούτων ἁγιασμοῦ. εἰ δέ τις περὶ τοῦ ζωοῦ κινδυνεύων ἀξιωθείη, ὡς θνήσκων τῆς κοινωνίας, εἶτα διαφύγῃ καὶ θάνατον, μετὰ τῆς πιστῶν μὴ σωθήσεται, καὶ μόνοι καὶ τῆς ἁγιασμοῦ μεταλήψεται. καὶ πᾶς δὲ ἐν βαπτισμῷ ὢν περὶ τοῦ τελευταίου γνώμης ἐξόδιον φησιν ὁ κανὼν, εἰ ζητεῖ μεταλαβεῖν τῆς ἁγίας θεοσεφοῦς, μεταλαμβανέτω, μετὰ δοκιμασίας ἤγουν γνώμης τοῦ Ἐπισκόπου καὶ ἐξετάσεως.

Arist. *Vitâ exceſſuri communicent. Si quis autem eorum convaleſcat cum iis ſit qui precum ſunt participes & cum iis ſolum.*

Omnis fidelis in extremo ſpiritu boni viatici particeps fiet, ſanitati autem reſtitutus cum iis erit qui orationum E ſunt participes, ſed divinorum ſacramentorum partem non habebit. Sed expleto tempore quo in orationibus conſiſtere debet, poſtea & illâ gratiâ dignus habebitur.

ΑΡΙΣΤ. Οἱ ἐξοδευόμενοι κοινωνείτωσαν· εἰ δέ τις αὐτῶν ὑγιάνοι, ἔστω μετὰ τῆς εὐχῆς κοινωνούντων, καὶ μόνον.

Πᾶς πιστὸς ἐν ταῖς τελευταίαις ἀναπνοαῖς νόμου τοῦ ἀγαθοῦ ἐφοδίου βαπτιζέσθω. ὑγιάνας δὲ, μετὰ τῆς κοινωνούντων τῆς εὐχῶν ἔσται· ὁ μέντοιγε καὶ τῆς θείων ἁγιασμάτων μεταλήψει· ἀλλὰ πληρώσας ἐν ταῖς εὐχαῖς καὶ τῆς συστάσεως χρόνον, ἔκτοτε καὶ τῆς χάριτος ταύτης ἀξιωθήσεται.

Canon XIV.

De catechumenis, & qui lapſi ſunt, viſum eſt ſanctæ & magnæ Synodo, ut ii tribus annis tantùm audientes, poſtea orent cum catechumenis.

ΚΑΝΩΝ ιδ'.

Περὶ τῶν κατηχουμένων καὶ παπτόντων ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, ὥστε τρισὶν ἔτεσι αὐτοὺς ἀκροωμένους μόνον, μετὰ ταῦτα εὔχεσθαι μετὰ τῶν κατηχουμένων.

Bals. Eum qui ex infidelitate ad veram fidem acceſſit, & initiatus eſt: & poſt initiationem aberravit, & priorem ſuperſtitionem repetiit, non ſimpliciter ad catechumenorum locum rurſus recipi redeuntem ſancti patres definiunt: ſed priùs triennio extra templum ſtare cum audientibus: eo autem impleto, in priorem ſtatum & ordinem catechumenorum recipi.

ΒΑΛΣ. Τὸν ἐξ ἀπιστίας τῇ ἀληθεῖ πίστει προσελθόντα, καὶ κατηχηθέντα, καὶ μετὰ τὸ κατήχεσιν πλανηθέντα, καὶ τὸ προτέρου δρησκείαν ζητήσαντα, μὴ ἁπλῶς δέχεσθαι εἰς F τόπον τῶν κατηχουμένων, πάλιν ἐπιστρέφοντα, οἱ ἅγιοι πατέρες διορίζονται, ἀλλὰ πρότερον ὅτι τριετίαν ἔξωθεν τοῦ ναοῦ ἵστασθαι μετὰ τῶν ἀκροωμένων. πληρωθείσης δὲ ταύτης, ἀποκαθίστασθαι εἰς τὸν προτέραν τάξιν καὶ στάσιν τῶν κατηχουμένων.

Zonar. Qui ob fidei amplectandæ ſtudium inter Catechumenos relati, poſtea lapſi fuerint, eos ordine & ſtatione catechumenorum movendos eſſe, ac triennium inter Audientes exigere, eo elapſo, priorem ordinem &

ΖΩΝΑΡ. Εἰσί τινες προσελθόντες τῇ πίστει, καὶ γνώμοι κατηχούμενοι πάλιν πέσωσιν, ἐπιβιάζεσθαι τῆς τάξεως, καὶ τῆς στάσεως τῶν κατηχουμένων ὡρίσθησαν πρὸ τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ ἐν τῷ τῶν ἀκροωμένων βαπτισμῷ γίνεσθαι

Digitized by Google

ὅπ τριετίαν, εἶτα πάλιν ἐπιμέρχεσθαι πρὸς τὴν προσευχὴν μόνην καὶ φάσιν, καὶ συνίστασθαι τοῖς κατηχουμένοις.

ΑΡΙΣΤ. Εἴ τις προσκλαίοι κατηχούμενος, ἔτος τρισὶν ἀκροάσθω, καὶ μόνον· εἶτα μετὰ τῶν κατηχουμένων εὐχέσθω.

Δύο εἴδη τῶν κατηχουμένων. οἱ μὲν γὰρ ἄρτι προσέρχονται· οἱ δὲ γεγόνασι πλεώτεροι, ἐφ' ἱκανὸν τὸ τῆς πίστεως μυηθέντες. ὁ γοῦν πλεώτερος κατηχούμενος παραπεσὼν καὶ ἁμαρτήσας, ἀνεπιτίμητος οὐκ ἔσται, κἂν καὶ τὸ ἅγιον βάπτισμα ἱκανὸν ᾖ πάντα ῥύπον ψυχικὸν ἀποπλῦναι· ἀλλὰ μετὰ τῶν ἀκροωμένων συνταττέσθω, καὶ μετὰ τριετίαν μετὰ τῶν κατηχουμένων αὖθις συνίστασθαι. Καὶ ζήτει τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου κανόνα ε'.

ΚΑΝΩΝ ιέ'.

Διὰ τὸ πολὺν θόρυβον καὶ τὰς στάσεις τὰς γινομένας, ἔδοξε πανταπασι περιαιρεθῆναι τὴν συνήθειαν τὴν παρὰ τὸν κανόνα εὑρεθεῖσάν ἔν τισι μέρεσιν. ὥστε ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μὴ μεταβαίνειν, μήτε Ἐπίσκοπον, μήτε πρεσβύτερον, μήτε διάκονον. εἰ δέ τις μετὰ τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην συνόδου ὅρον, τοιούτῳ τινὶ ἐπιχειρήσειεν, ἢ ἐπιδοίη ἑαυτὸν πράγματι τοιούτῳ, ἀκυρωθήσεται, ἐξαπαντος δὲ καταλυθήσεται τὸ κατασκεύασμα, καὶ ἀποκατασταθήσεται τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐν ᾗ ὁ Ἐπίσκοπος ἢ ὁ πρεσβύτερος ἐχειροτονήθη.

ΒΑΛΣ. Ὁ μὲν ἀποστολικὸς ιέ'. κανὼν, μηκέτι λειτουργείτω φησὶν ὁ κληρικὸς ὁ παρὰ γνώμην τοῦ οἰκείου Ἐπισκόπου ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μεταβαίνων. ὁ δὲ παρὼν κανὼν τὰ αὐτὰ καὶ περὶ Ἐπισκόπων διορίζόμενος, ἄκυρον εἶναι φησὶ καὶ παρὰ ταῦτα ἴσως γινόμενον.

Ἑτέρα ἑρμηνεία.

Τοῦ ιδ'. ἀποστολικοῦ κανόνος τὸν μὲν ἀπὸ παροικίας εἰς παροικίαν βάσιν ἤτοι ἐπιδημίαν τῶν Ἐπισκόπων κωλύοντος τὸν δὲ μεταθέσιν ἐπιτρέποντος διὰ μεγάλην καὶ εὔλογον αἰτίαν· καὶ τοῦ ις'. κανόνος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου διορίζομένου ἐὰν χωλαίζοντα ὑπὸ χωλαίζεσθαι μεταβαίνειν μὴ διαγνώσεως καὶ παρακλήσεως πλείας συνόδου· ὡσαύτως καὶ τοῦ α'. καὶ δευτέρου κανόνος τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου μεγάλως κωλαζόντων διὰ μέθοδον καὶ οἰκονομίας φαύλης τὸν λαχεῖσθαι αὐτὸν καταλιμπάνοντα, καὶ μείζονα ἐκκλησίαν ἁρπάζοντα, καὶ τοῦ πρόντος ιέ'. κανόνος τῆς α'. συνόδου πανταπασι μὲν κωλύοντος τὸν ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μετάβασιν τῶν Ἐπισκόπων, τῶν πρεσβυτέρων καὶ τῶν διακόνων· μὴ κωλάζοντος ὅμως τοῦτον, ἀλλὰ διορίζομένου ἀκυροῦσθαι τὸ κατασκεύασμα, καὶ ἀποκαθίσαντος τῇ πρώτῃ ἐκκλησίᾳ τὸν Ἐπίσκοπον, ἢ τὸν πρεσβύτερον, ἢ τὸν διάκονον εἰς ὃν ἐχειροτονήθησαν, εἴποι τις ἐναντίους τοὺς κανόνας ἀλλήλοις, ἄλλα καὶ ἄλλα διαμοθετοῦντας. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο. Διαφορὰ γάρ ἐστι ἀλλήλοις, μεταθέσεως, μεταβάσεως, καὶ ἐπιβασίας. μετάθεσις γάρ ἐστιν, ἡ ἀπὸ παροικίας εἰς παροικίαν μετένεξις, ὅταν τύχῃ Ἐπίσκοπος πανσοφίᾳ κεκοσμημένος, μετακληθῇ παρὰ πλήθους Ἐπισκόπων, εἰς μείζονα ἐκκλησίας χρηάσεως βοήθειαν κινδυνευούσης παρὰ τὸν δυσέβειαν. οἷόν τι γέγονεν εἰς τὸν μέγαν Γρηγόριον τὸν Θεολόγον, ἀπὸ τῶν Σασίμων εἰς Κωνσταντινούπολιν μετατεθέντα. ὃ ἔστιν αὖτη συγχωρητέα, καθὼς πρόσταται ἀπὸ τοῦ ιδ'. κανόνος τῶν ἁγίων ἀποστόλων. μεταβασίς ἐστιν, ὅταν τι χωλαίζων δηλονότι μὴ ἔχων παροικίαν, ὡς ὑπὸ ἐθνῶν κατεχομένην, ἀναγκασθῇ παρὰ Ἐπισκόπων πολλῶν εἰς χωλάζουσαν ἐκκλησίαν μεταβῆναι, διὰ τὸ παρὰ τὴν ὀρθοδοξίαν, καὶ τὰ λοιπὰ ἐκκλησιαστικὰ, χρησιμώτατον αὐτό. καὶ ἔστι καὶ αὖτη δεκτέα παρὰ τοῖς θείοις κανόσι τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ συνελθόντων ἁγίων πατέρων. ἐπιβασις δέ ἐστιν, ἡ αὐτόνομος, ἡ καὶ μετ' οἰκονομίας φαύλης

A stationem repetere, & cum Catechumenis orare, sanctorum patrum decreto cautum est.

ARIST. *Si quis Catechumenus lapsus fuerit, tres iste annos audiat idque solum, deinde cum Catechumenis oret.*

Duæ sunt species Catechumenorum: nonnulli enim modo advenerunt, alii evaserunt perfectiores, in fide sufficienter initiati. Perfectior itaque Catechumenus lapsus & peccans sine reprehensione non relinquitur, tametsi sacrum baptisma ad omnem diluendam sordem sufficiens sit, sed inter audientes collocatur, & post triennium cum Catechumenis rursum precatur. Quære & Synodi Neocæsariensis Can. v.

CANON XV.

Propter multum tumultum, & seditiones quæ fiunt, omnino visum est ut consuetudo quæ præter Canonem in nonnullis partibus invenitur, tollatur, ut à civitate in civitatem nec Episcopus, nec Presbyter, nec Diaconus transeat. Si quis autem post sanctæ & magnæ Synodi definitionem tale quippiam adgressus fuerit, vel si rei ejusmodi dederit, quod factum erit omnino infirmabitur, & Ecclesiæ restituetur cui Episcopus vel Presbyter ordinatus fuerit.

BALS. Apostolicus quidem decimus quintus Canon, Ne amplius ministret, inquit, Clericus, qui præter proprii Episcopi sententiam, à civitate in civitatem transit. Præsens autem Canon eadem etiam de Episcopis definiens, irritum esse statuit quod præter hæc fortasse factum fuerit.

ALTERA EXPOSITIO.

Cum xiiii. Canon Apostolicus à parochia in parochiam invasionem seu irruptionem prohibeat: translationem autem propter magnam & honestam causam permittat, & xvi. Canon Antioch. Synodi decernat, ut qui vacat in vacantem Ecclesiam transeat, cum dijudicatione & examinatione perfectæ Synodi: similiter primus & secundus Canon Sardic. Synod. eum valde puniat qui improba via ac ratione, eam quæ ipsum sortita est, relinquit, & majorem Ecclesiam occupat & arripit: & præsens xv. Canon primæ Synodi transitum Episcoporum Presbyterorum & Diaconorum à civitate in civitatem omnino prohibeat, eum autem non puniat, sed irritum esse decernat id quod factum fuerit, & priori Ecclesiæ restitui Episcopum & Presbyterum, vel Diaconum in quam ordinati erant, dixerit quispiam Canones sibi invicem repugnare, ut alia atque alia sancientes. At non ita est. Nam est differentia inter translationem, transitionem, & invasionem, translatio enim est, quæ fit à parochia in parochiam traductio: quando fortasse Episcopus varia ac multiplici scientia instructus ab Episcoporum multitudine, in majus Ecclesiæ viduæ de verâ religione in periculum adductæ, auxilium accersitus fuerit. Quod magno Gregorio Theologo usu venit, qui à Sasimis Constantinopolin translatus est: & ea est permittenda, quandoquidem à Sanctorum Apostolorum xiiii. Canone inducitur. Transitio est, quando vacans videlicet quispiam, non habens parochiam quæ à Gentilibus detinetur, à multis Episcopis in vacantem Ecclesiam transire coactus fuerit propter ejus in recta de fide sententiam & reliquis Ecclesiasticis utilitatem: & est hæc quoque suscipienda à divinis Canonibus Sanctorum patrum qui in Antiochia convenerunt. Invasio autem est libera, vel etiam cum malis artibus improbóque consilio, ejus qui vacat, vel qui etiam habet Ecclesiam Episcopi, ad viduam Ecclesiam injusta aggressio. Quam, qui in Sardic. syno-

do

Digitized by Google

do convenerunt sancti patres, adeò aversati sunt, ut qui eam admiserit, eum cum nullo posse Christiano communicare statuerint, & nec in extremo quidem spiritu eum laïca communione dignum censuerint. xv. autem primæ Synodi Canon de nullo ejusmodi mentionem faciens, nulli eorum, qui superius positi sunt, Canoni adversatur: neque enim de translatione, nec de transitione, nec de invasione docet: sed prohibet Episcopum, vel Presbyterum, vel Diaconum ab urbe in urbem ad suam parochiam pertinentem transmeare ac transilire, sicut ille Derci Episcopus dominus Ioannes, conatus est Derci thronum transferre in Philippopolin, in qua superiorem ipse jurisdictionem habeat, eo quod esset illa frequentior, & fuit synodicè prohibitus. Propterea enim non punitur hoc conatus Episcopus, sed in priorem suam cathedram reducitur. Quòd hoc autem verum sit, ex ipsis Canonis verbis declaratur, quæ civitatis meminerunt, non parochiæ. Vt idem enim Episcopus multas quidem habeat civitates intra limites ejus, fieri potest: sed nequaquam ut multas parochias seu diœceses. Sed & ex eo quòd Canon Presbyterorum & Diaconorum meminit, evidenter veritas ostenditur. Quæ enim translatio, vel transitio, vel invasio in his unquam potest tractari? Nulla omnino: sed sola transmutatio ab urbe in urbem, non alienam, sed ad parochiam, in quam ordinati sunt pertinentem, & propterea non deponuntur, ut qui extra fines suos sacra fecerint, sed Ecclesiæ, ad quam ordinati sunt, restituuntur.

A τοῦ σχολάζοντος, ἢ καὶ τοῦ ἔχοντος ἐκκλησίαν Ἐπισκόπου, πρὸς χηρεύουσαν ἐκκλησίαν παράλογος μετένεξις. ἢν τοσοῦτον οἱ ἐν Σαρδικῇ συνελθόντες ἅγιοι πατέρες ἐβδελύξαντο, ὥστε καὶ ἀκοινώνητον εἶναι παντὶ Χριστιανῷ καὶ ἐργάτην ταύτης διωρίσαντο, καὶ μηδὲ ἐν τῇ τελευταίαις ἀναπνοαῖς λαϊκῆς κοινωνίας ἀξιοῦσθαι αὐτόν. ὁ δὲ ιέ. κανὼν τῆς α΄. συνόδου περὶ μηδενὸς τοιούτου μνείαν ποιούμενος, οὐδ' ἐναντιοῦται τινὶ τῶν ἀνωτέρω καταστρωθέντων κανόνων. οὔτε γὰρ περὶ μεταθέσεως, οὔτε περὶ μεταβάσεως, οὔτε περὶ ἐπιβασίας διδάσκει, ἀλλὰ κωλύει τὸν μεταπίπτειν Ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον ἢ διάκονον ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν ἑτέραν ἀνήκουσαν τῇ αὐτῇ παροικίᾳ,
B ὥσπερ ποτε ὁ Ἐπίσκοπος Δέρκου ἐκεῖνος κύριος Ἰωάννης ἐπεχείρησε καὶ θρόνον τῆς Δέρκου, μεταγαγεῖν εἰς τὸν τοῦ φιλέα πρωτοπαπαδίκιον αὐτοῦ. διὰ τὸν πολυανθρωποτέραν εἶναι, καὶ ἐκωλύθη συνοδικῶς. διὰ γὰρ τοῦτο, οὐδὲ κολάζεται ὁ τοῦτο ἐπιχειρήσας Ἐπίσκοπος, ἀλλ' εἰς τὴν προτέραν αὐτοῦ καθέδραν ἐπανάγεται· ὅτι δὲ τοῦτο ἀληθές ἐστι, δηλοῦται καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν ῥημάτων τοῦ κανόνος, πόλεως μεμνημένου καὶ οὐχὶ παροικιῶν. καὶ αὐτὸν γὰρ καὶ ἕνα Ἐπίσκοπον, πολλὰς μὲν πόλεις ἔχειν ὡς ἐνορίαν, δυνατόν ἐστι· πολλὰς δὲ παροικίας οὐδαμῶς. ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ μεμνῆσθαι καὶ τοιοῦτον κανόνα πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, ἐναργῶς παρίσταται ἡ ἀλήθεια. ποία γὰρ μετάθεσις,
C ἢ μετάβασις, ἢ ἐπίβασις ἐπὶ τούτων τρακταϊσθείη ποτὲ; πάντως οὐδεμία. μετάπτωσις δὲ μόνη ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν οὐκ ἀλλοτρίαν, ἀλλὰ τῇ παροικίᾳ, εἰς ἣν ἐκληρώθησαν, ἀνήκουσαν. διὰ γὰρ τοῦτο οὐδὲ καθαιροῦνται ὡς παρ' ἐνορίαν ἱερουργήσαντες, ἀλλὰ τῇ προτέρᾳ ἐκκλησίᾳ, εἰς ἣν καὶ ἐχειροτονήθησαν, ἀποκαθίστανται.

ZONAR. Ne ex alia Ecclesia in aliam, Episcopus, Presbyter, aut Diaconus migret Sanctorum quoque Apostolorum decreto constitutum est. Sed neglectam & contemptam constitutionem hoc Canone Synodus restituit: Ac sive de migrando è civitate in civitatem aliam Episcopus quispiam, Presbyter, aut Diaconus cogitarit, sive reipsa migrarit, cogitátaque perfecerit, irritum id haberi, cuique primo Ecclesiæ ordinatus est ad eam restituendum esse decernit. Neque enim licere cuipiam absolutè ac sine nomine, sed certo vel Episcopatui, vel Ecclesiæ, vel Monasterio nominatim addictum ordinibus insigniri, altero Canone definitum est.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ μὴ μετιέναι ἐξ ἐκκλησίας εἰς ἑτέραν Ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον ἢ διάκονον, καὶ τοῖς ἱεροῖς κεκανόνισται ἀποστόλοις. ἀλλὰ παρορώμενον καὶ καταφρονούμενον τὸν διάταγμα ἡ ἁγία συνόδος αὕτη διὰ τοῦ παρόντος κανόνος ἀνεκαίνισε, διορισαμένη, κἂν ἐπιχειρήσῃ μεταβῆναι ἐκ πόλεως εἰς ἑτέραν πόλιν Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, κἂν μεταβαίῃ, καὶ εἰς ἔργον ἀγάγῃ τὸν ἐπιχείρημα, ἀκυροῦσθαι τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ, καὶ ἀποκαθίστασθαι ἐν ᾗ χειροτονούμενος ὠνομάσθη. ἕτερος γὰρ κανὼν διατάττεται, μηδένα ἀπολελυμένως ἤγουν ἀνωνύμως χειροτονεῖσθαι, ἀλλ' εἰς τὴν δὲ τὴν Ἐπισκοπὴν, ἢ τὴν ἐκκλησίαν, ἢ τὴν μονήν.

ARIST. *E civitate in civitatem neque Episcopus, nec Presbyter, nec Diaconus transiliat. Alioquin Ecclesiis in quibus ordinati sunt, rursus restituentur.*

ΑΡΙΣΤ. Ἐκ πόλεως εἰς πόλιν μήτε Ἐπίσκοπος, μήτε πρεσβύτερος, ἢ διάκονος μεταβαινέτω· ἐπεὶ πάλιν ἀποδοθήσονται ταῖς ἐκκλησίαις ἐν αἷς κεχειροτόνηνται.

Hic Canon non tantum Episcoporum translationes omnino tollit, sed & Presbyterorum & Diaconorum, & eos quoque qui tale quid facere vel aggrediuntur, restituit rursùm Ecclesiis in quibus ordinati fuere. Primus autem & secundus in Sardicâ Canon eos severiùs punit, excommunicationis supplicio eos subjiciens.

Κανὼν οὗτος, οὐ μόνον τὰς τῶν Ἐπισκόπων μεταθέσεις
E παντελῶς ἀναιρεῖ, ἀλλὰ καὶ τῶν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, καὶ τοὺς ἐπιχειρήσαντας τοιοῦτόν τι ποιῆσαι, ἀποκαθιστᾷ πάλιν τῇ ἐκκλησίαις ἐν αἷς κεχειροτόνηνται· ὁ δὲ τῆς ἐν Σαρδικῇ πρῶτος καὶ δεύτερος κανὼν αὐστηροτέρως αὐτοὺς τιμωρεῖ, ἀκοινωνησίας τούτους ὑποβάλλων ἐπιτιμίῳ.

CANON XVI.

Quicunque temerè & inconsideratè, nec Dei timorem præ oculis habentes, nec Ecclesiasticum Canonem scientes, Presbyteri vel Diaconi, vel quicunque omnino in Canone recensentur, ab Ecclesiis secesserint, ii in aliena Ecclesia nullo modo recipi debent, sed omnino cogendi sunt in suas ipsorum parochias redire. Vel si perseverent, eos à communione separatos esse oportet. Sin autem etiam ausus fuerit quispiam eum qui ad alium pertinet, surripere, & in Ecclesia suâ ordinare, non consentiente proprio Episcopo, à quo recessit qui in canone censetur, irrita sit ordinatio.

ΚΑΝΩΝ ιϛ΄.

Ὅσοι ῥιψοκινδύνως μήτε καὶ φόβον τοῦ θεοῦ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντες, μήτε καὶ ἐκκλησιαστικὸν κανόνα εἰδότες, ἀναχωρήσουσι τῆς ἐκκλησίας, πρεσβύτεροι ἢ διάκονοι, ἢ
F ὅλως ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενοι· οὗτοι οὐδαμῶς δεκτοὶ ὀφείλουσιν εἶναι ἐν ἑτέρᾳ ἐκκλησίᾳ· ἀλλὰ πᾶσαν αὐτοῖς ἀνάγκην ἐπάγεσθαι χρὴ, ἀναστρέφειν εἰς τὰς ἑαυτῶν παροικίας, ἢ ἐπιμένοντας, ἀκοινωνήτους εἶναι προσήκει. εἰ δὲ καὶ τολμήσειέν τις ὑφαρπάσαι τὸν τῷ ἑτέρῳ διαφέροντα, καὶ χειροτονῆσαι ἐν τῇ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ, μὴ συγκατατιθεμένου τοῦ ἰδίου Ἐπισκόπου, οὗ ἀνεχώρησεν ὁ ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενος ἄκυρος ἔστω ἡ χειροτονία.

BALS. Ex fine decimi quinti Canonis ostenditur, quòd omnes qui ordinantur, vel ad Episcopatus eligun-

ΒΑΛΣ. Ἀπὸ τοῦ τέλους τοῦ ιέ. κανόνος παρίσταται, ὅτι πάντες οἱ χειροτονούμενοι ἢ εἰς Ἐπισκοπὰς ἐκληροῦντο, ἤτοι ἐχειροτονοῦντο

ἐχειροτονῆτο, ἢ εἰς μοναστήρια, ἢ εἰς θείους ναούς· ὅθεν ἀκολού-
θως τούτῳ καὶ ὁ ς'. κανὼν τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου καὶ ὁ ι'. διο-
ρίζονται οὕτω τοὺς κληρικοὺς γίνεσθαι, καὶ τὰ παρὰ ταῦτα γε-
νησόμενα κυροθεσίαν ἀκυρῶσθαι. δηλ καὶ δέδοκται μὴ ἔχειν ἐπ'
ἀδείας τινὰ κληρικὸν ἀπὸ παροικίας εἰς παροικίαν μεταβαίνειν
καὶ ἀμείβειν τὸ κλῆρον ἄνευ γραφῆς ἀπολυτικῆς τοῦ χειροτονήσαν-
τος αὐτόν. τοὺς δὲ μεταπεπλεγμένους κληρικοὺς παρὰ τῶν χειρο-
τονησάντων αὐτοὺς, καὶ μὴ πειθομένους, ἀναστρέφειν, ἀκοινω-
νήτους αὐτοὺς εἶναι), ἤγουν μὴ παραχωρεῖσθαι συνιερουργεῖν τούτοις
εἰς τοῦτο γὰρ ὃ μὴ κοινωνίαν ἐκλαμβάνεται, τοῦτό μοι εἰς ὃ μὴ
ἐκκλησιάζειν, ἢ εἰς ὃ μὴ μεταλαμβάνειν τῶν ἁγιασμάτων,
ἀκολούθως πάντως τῷ ιε'. ἀποστολικῷ κανόνι, τῷ διορίζο-
μένῳ μὴ λειτουργεῖν τοὺς τοιούτους. ὁ δὲ ις'. ἀποστολικὸς κανὼν,
ἀφορισμῷ καθυποβάλλει καὶ δεξάμενον Ἐπίσκοπον ἐξ ἑτέρας
παροικίας κληρικὸν ἄνευ ἀπολυτικῆς γραφῆς τοῦ χειροτονή-
σαντος αὐτόν. ὥστε καλῶς ποιεῖ ὁ τῆς καιρὸς τῆς μεγάλης
ἐκκλησίας χαρτοφύλαξ, μὴ παραχωρῶν τοῖς ἐξω χειροτονή-
τοις ἱερατεύειν ἱερουργεῖν, μὴ φερεγγυίζουσι συστατικὰς καὶ
ἀπολυτικὰς γραφὰς τῶν χειροτονησάντων αὐτούς. ἀναγνωθ καὶ κα'. ἀποστολικὸν κανόνα, συνόδου Ἀντιοχείας κανό-
νας ιγ'. καὶ κβ'. συνόδου Ἐφέσου κανόνα η'.

A tur ſive ordinantur, vel ad monaſteria, vel ad divinas ædes. Vnde ei conſequenter & vi. Canon Chalced. Syn. & x. ſtatuunt Clericos ſic fieri, & quæ aliter facta fuerit, manuum impoſitionem irritam haberi. Quocirca etiam placuit non eſſe in Clerici poteſtate à civitate in civitatem migrare, & Clerum commutare ſine dimiſſoriis literis ejus qui ordinavit: Clericos autem qui ab eis qui ordinarunt ipſos, evocantur, & redire non perſuadentur, eſſe à communione ſeparatos, id eſt, non permitti eis ut ſimul ſacrificent. In ea enim ſignificatione non communicare accipitur: non autem in ea quæ eſt, in eccleſiam non accedere, vel ſacramenta non participare: idque omnino fit conſequenter xv. Canoni Apoſtolico, qui decernit eos non miniſtrare. xvi. autem Canon Apoſtolicus ſegregationi ſubjicit etiam Epiſcopum qui ex alia parochia Clericum recipit, ſine dimiſſoriis literis ejus qui eum ordinavit. Quare rectè facit is qui pro tempore eſt magnæ eccleſiæ Chartophylax, non permittens iis qui extra ordinati ſunt, ſacerdotibus, ſacrificare, niſi & commendatitias & dimiſſorias literas eorum à quibus ſunt ordinati, afferant. Lege & xxxv. Can. Apoſt. Synod. Antioch. Can. xiii. & xxii. & ſynod. Epheſ. Can. viii.

ZΩΝΑΡ. Ὁ μὲν περὶ τούτου κανὼν τοὺς ἀναχωρεῖν τῶν οἰκείων ἐκκλησιῶν καὶ ἄλλαις προσερχομένους ἀποκη-
ρύσσεσθαι τῇ ἐκκλησίᾳ διορίζεται ἐν ᾗ κεχειροτόνηται ἕκα-
στος. οὗτος δὲ τοὺς μὴ πλημμελεῖν ἐπιμελεῖσθαι, καὶ ἀκοινωνήτους
εἶναι) διατάσσεται. ἔοικεν οὖν ἐναντιοῦσθαι τῷ ιε'. κανόνι τῶν
ἁγίων ἀποστόλων. ἐκεῖνος γὰρ τοὺς καταλείψαντας κληρικοὺς
τοὺς ἑαυτῶν παροικίας, καὶ εἰς ἄλλην παροικίαν πάμπολλα
μεταστάντας παρὰ γνώμην τοῦ Ἐπισκόπου αὐτῶν μηκέτι λει-
τουργεῖν κελεύει, ὡς ὃ λαϊκοὺς κοινωνεῖν ὀπτεύει ἐκεῖ. οἶμαι
τοίνυν ὅτι τοῦ προλέγοντος κανόνος ὃ ἀκοινωνήτους εἶναι, ὕστε-
ρον νοεῖσθαι, ἤγουν μὴ συγκοινωνεῖν αὐτοῖς τοὺς ἱερατικοὺς δηλαδή.
ἀλλὰ ἀποτρέπεσθαι ὃ συνιερουργεῖν αὐτοῖς τοὺς τοιούτους· κοι-
νωνίαν, ἐνταῦθα τὰ ἁγίων πατέρων, ἐγὼ πάντως μεταλήψιν τῶν
ἁγιασμάτων ὀνομασθήτων, ἀλλὰ πάντως τῶν ἱερῶν συμμεταχεί-
ρισιν καὶ κοινοπραξίαν, καὶ ὃ συλλειτουργεῖν τοῖς οἱουσοῦν
προσῆλθον. ἔστω γὰρ νοούμενος ὁ πρὸ τοῦ κανὼν, ὁ ἀμφω-
νεῖν πρὸς τὸν ἀποστολικὸν κανόνα δόξῃ τινί. εἶτα ἐπάγῃ ὡς
εἰ Ἐπίσκοπός τις τὸν ἀφ' ἑτέρας πόλεως εἰς ἑτέραν μεταναστάσης κληρικὸν χειροτονήσῃ, προαγαγὼν ἴσως αὐτὸν
εἰς βαθμὸν μείζονα μὴ βουλομένου τοῦ Ἐπισκόπου, ἐξ οὗ ἀνεχώ-
ρησεν, ἄκυρος ἔσται ἡ χειροτονία.

ZONAR. Quicunque ſuis relictis Eccleſiis, in alias C divertiſſent, Eccleſiæ in qua quiſque ordinatus eſt, ſuperiori Canone reſtitui jubentur. Hic vero eos qui non paruerint reverti, ac propterea communione privatos eſſe decernit. Hinc ergo aliquis, Sanctorum Apoſtolorum decimo quinto Canoni, conſtitutionem hanc adverſari facile ſuſpicetur. Nam illo quoque, quicunque Clerici in aliam paroeciam, ſua relicta, invito Epiſcopo ſuo tranſmearint, ſacris unquam operari, facta nihilominus Laïcorum communicandi poteſtate, prohibentur. Communionis igitur privationem hoc loco eam intelligendam eſſe arbitror, qua initiati videlicet iis ſacra facientibus nullo modo communicare, ſed eos in ſacro miniſterio penitus averſari jubentur. Communioniſque nomine, D non ſacrorum myſteriorum perceptionem, ſed in ſacris muneribus, ac miniſteriis una cum iis ad quos accedunt obeundis ſocietatem hic à Patribus reor eſſe ſignificatam. Hac ſi quidem ratione explicatum, nihil hunc ab Apoſtolico canone diſcrepare, facile apparebit. Deinde ſubjicit, quod ſi quis Epiſcopus Clericum qui ab unâ in aliam urbem tranſivit ordinaverit, promovens fortaſſis eum in majorem gradum, Epiſcopo à quo diſceſſit, non conſentiente, irrita erit ordinatio.

ΑΡΙΣΤ. Ὅσοι πρεσβύτεροι ἢ διάκονοι τῆς ἐκκλησίας ἀναχωρήσουσιν, ἀδεκτοὶ εἰς ἑτέραν ἐκκλησίαν γενήσονται· E ἀλλ' ὑποστρεφέτωσαν εἰς τὴν αὐτῶν παροικίαν. εἰ δέ τις τὴν ἑτέρῳ διαφέρουσαν χειροτονήσοι χωρὶς γνώμης τοῦ οἰκείου Ἐπισκόπου, ἄκυρος ἡ χειροθεσία.

ARIST. *Quotquot Presbyteri vel Diaconi ab Eccleſiâ receſſerint, in aliam Eccleſiam non ſunt admittendi, ad ſuam verò paræciam revertantur. Si quis autem eum qui ad aliam pertinet, ſine proprii Epiſcopi ſententiâ ordinaverit, irrita erit ordinatio.*

Καὶ ἔοικε ὁ κανὼν τὰ αὐτὰ τῷ πρὸ αὐτοῦ διορίζεται· ὥστε
μήτε τινὰ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον τῆς ἐκκλησίας ἐν ᾗ κε-
κλήρωται ἀναχωρήσαντα, ἐφ' ἑτέρᾳ Ἐπισκόπῳ παραδεχθῆναι·
ἀλλ' ὑποστρέφειν αὖθις εἰς τὴν ἑαυτῶν παροικίαν· εἰ δέ τις Ἐπί-
σκοπος τὸν ἑτέρῳ διαφέροντα κληρικὸν παραδέξεται, καὶ
χειροτονήσας αὐτὸν, εἰς μείζονα προαγάγῃ βαθμὸν ἐν τῇ
αὐτῶν ἐκκλησίᾳ, χωρὶς γνώμης τοῦ οἰκείου Ἐπισκόπου, ἀκυ-
ρωθήσεται ἡ χειροθεσία. F

Et hic Canon eadem ac prior decernit, ut nullus Presbyter aut Diaconus qui ab eccleſiâ in quâ Clericus factus fuit receſſit, ab alio Epiſcopo admittatur, ſed ut ad ſuam rurſus paroeciam redeat. Si quis autem Epiſcopus Clericum qui ad alium pertinet, receperit, & eum cùm ordinavit ad majorem in ſua Eccleſiâ gradum provexerit, præter proprii Epiſcopi ſententiam, irrita erit ordinatio.

Digitized by Google

A

Canon XVII.

Quoniam multi qui in Canone recensentur, plura habendi studium & turpe lucrum persequentes, divinæ scripturæ obliti sunt: quæ dicit, Argentum suum non dedit ad usuram: & fœnerantes, centesimas exigunt: æquum censuit sancta & magna synodus, ut si quis inventus fuerit post statutum usuras ex mutuo sumere, vel eam rem aliter persequi, sesquialteras exigens, vel aliquid aliud excogitare turpis quæstus gratia, è Clero deponatur, & sit alienus à Canone.

Bals. Quadragesimus quartus Canon Apostolicus, eos qui ex mutuo usuras exigunt, Presbyteros, vel Diaconos, deponi jubet, nisi cessent. Præsens autem Canon, omnes Clericos qui fœnerantur, vel sesquialteras exigunt, vel aliquod aliud turpe lucrum excogitant, deponi ἐδικαίωσεν, hoc est sic æquum censuit. Quære & quæ scripta sunt in dicto Apostolico Canone: & xxvii. cap. ix. tit. præsentis operis, dicens, ex parte ab iis qui sacris ordinibus initiati sunt, etiam usuras repeti, scilicet & ex eo quod interest, & ex mora. Cùm verò Apostolicus Canon, & alii, decernant sacerdotes fœnerantes deponi, nisi cessaverint, an eos attendere debemus, an præsentem Canonem, qui dicit ipsos ex hoc ipso deponi? Solutio. Vt mihi videtur, Clericus, post denunciationem, à turpi lucro non abstinens, deponetur, eò quòd Canon Apostolicus humaniùs loquatur. Nota ergo Canonem propter sacerdotes, qui vina cauponantur, & balnea conducunt, & quædam alia ejusmodi faciunt, & quæ Canoni non subjicitur, ultimam anchoram paupertatem prætexunt. Verbum autem quod in præsenti Canone comprehenditur, & dicit, vel rem aliter persequi, vel sesquialteras exigere, est hujusmodi: Quidam sacerdotes Canonem intelligentes, & ipsum circumscribentes, verba quidem servant, mentem autem negligunt. Dant enim nonnullis pecuniam, & tantam ex lucro partem se capturos paciscuntur: periculum autem agnituros qui eam accipiunt, & cùm sint revera fœneratores, verbo tamen societatem prætexunt. Hoc ergo Canon aversatur, & eos qui hujusmodi quid faciunt, deponit. Sesquialteras autem intellige leviores usuræ exactiones. Quamvis enim, inquit, centesimas usuras gravissimas non exigat Clericus, sive pro singulis nummorum libris, duodecim solidos: (centesimæ namque à Canonibus appellatæ sunt usuræ centesimæ, utpote quòd olim non exagia lxxii. Libra complecteretur, ut nunc usus obtinet, sed centum) petat autem dimidium totius usuræ, hoc est, sex solidos, vel etiam his pauciores: sic quoque deponetur. Scito autem quandoquidem hodie libra exagia complectitur lxxii. non C. ut olim, eum qui centesimas pro libra usuras se accepturum pactus est, non duodecim solidos exacturum, sed pro rata parte.

Zonar. Fœnus, veteri quoque lege vetitum universis fuit. Dicit enim, Pecuniam fratri tuo non fœneraberis. Quod si illa minus perfecta lex sanxit, multo magis nostra quæ perfectior est, & spiritalior. Ecce enim aliquid templo amplius est hic. Omnibus quidem igitur fœneratitio lucro interdictum, sed ab eorum instituto, qui sacro ordini mancipati, exemplo Laïcis, atque invitamento ad virtutem esse debent, alienissima ea ratio est. Proinde, quicunque in Canone recensentur, hoc est, in Clerum cooptati sunt, centesimas exigere prohibentur (usuras vid. centesimas.) & quidem cum multa sunt usurarum genera, graviores reliquis sunt centesimæ.

ΚΑΝΩΝ ιζ'.

Επειδὴ πολλοὶ ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενοι, τὴν πλεονεξίαν καὶ τὴν αἰσχροκερδίαν διώκοντες, ἐπελάθοντο τοῦ θείου γράμματος λέγοντος, ὃ ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ, καὶ δανείζοντες ἑκατοστὰς ἀπαιτοῦσιν, ἐδικαίωσεν ἡ ἁγία καὶ μεγάλη Σύνοδος, ὡς εἴ τις εὑρεθείη μετὰ τοῦ ὅρου τοῦτον τόκους λαμβάνειν, ἐκ μεταχειρήσεως, ἢ ἄλλως μετερχόμενος τὸ πρᾶγμα, ἡμιολίους ἀπαιτῶν, ἢ ὅλως ἕτερόν τι ἐπινοῶν αἰσχροῦ κέρδους ἕνεκα, καθαιρεθήσεται τοῦ κλήρου, καὶ ἀλλότριος τοῦ κανόνος ἔσται.

ΒΑΛΣ. Ο μδ'. ἀποστολικὸς κανὼν τοὺς ἀπαιτοῦντας τόκους ἀπὸ δανείου, πρεσβυτέρους ἢ διακόνους, καθαιρεῖσθαί φησιν, εἰ μὴ παύσωνται. ὁ δὲ παρὼν κανὼν πάντας τοὺς κληρικοὺς τοὺς μετὰ τόκου δανείζοντας, ἢ ἡμιολίας ἀπαιτοῦντας, ἢ ἕτερόν τι αἰσχρὸν κέρδος ἑαυτοῖς ἐπινοοῦντας, καθαιρεῖσθαι ἐδικαίωσεν, ἀντὶ τοῦ οὕτω δίκαιον εἶναι ἔκρινε. ζήτει τὰ ἐν τῷ ῥηθέντι ἀποστολικῷ κανόνι γραφέντα, καὶ ὃ κζ'. κεφάλ. τοῦ θ'. τίτλου τοῦ παρόντος Συντάγματος, λέγον ἐν μέρει ἀπαιτεῖσθαι τόκους καὶ παρὰ ἱερωμένων, δηλονότι ἀπὸ διαφέροντος, καὶ τοὺς ἐξ ὑπερθέσεως. τοῦ δὲ ἀποστολικοῦ κανόνος, καὶ ἑτέρων διοριζομένων τοὺς ἱερωμένους τοκίζοντας καθαιρεῖσθαι εἰ μὴ παύσωνται· ἐρωτήσει τις, ἐκείνοις ὀφείλομεν προσχεῖν, ἢ τῷ παρόντι κανόνι, λέγοντι ἀπεντεῦθεν αὐτοὺς καθαιρεῖσθαι; Λύσις. ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, μετὰ παραγγελίαν ὁ κληρικὸς μὴ ἀφιστάμενος τῆς αἰσχροκερδίας, καθαιρεθήσεται, διὰ τὸ τοῦ ἀποστολικοῦ κανόνος φιλανθρωπότερον· σημείωσαι οὖν τοῦ κανόνα διὰ τοὺς ἱερωμένους τοὺς ἐμπορευομένους οἰνάρια, καὶ βαλανεῖα πακτεύοντας, καὶ ἄλλα ἄττα τινὰ τοιαῦτα ποιοῦντας, καὶ προβαλλομένους ἀκανόνιστον τελευταίαν ἄγκυραν, τὴν πενίαν. τὸ δὲ ῥῆμα τὸ περιεχόμενον ἐν τῷ παρόντι κανόνι, καὶ λέγον, ἢ ἄλλως μετερχόμενος τὸ πρᾶγμα ἢ ἡμιολίας ἀπαιτῶν, τοιοῦτόν ἐστιν, Τινὲς τῶν ἱερωμένων, εἰδότες τοῦ κανόνα καὶ περιγράφοντες αὐτὸν, τὰ μὲν ῥήματα φυλάττουσι, τοῦ δὲ νοῦν ἀθετοῦσι. διδόασι γὰρ πρός τινας ἀργύρια, καὶ συμφωνοῦσι τοσήνδε μερίδα ἐκ τοῦ κέρδους αὐτοὺς λαμβάνειν, τοῦ δὲ κίνδυνον ἐπιγινώσκεσθαι παρὰ τῶν λαμβανόντων αὐτά· καὶ τῇ ἀληθείᾳ δανεισταὶ ὄντες, κοινωνοὶ λέγεσθαι σχηματίζονται. ἀποτρέπεται γοῦν καὶ τοῦτο ὁ κανὼν, καὶ καθαιρεῖ τοὺς ποιοῦντας τοιοῦτόν τι. ἡμιολίας δὲ νόησον τὰς ἐλαφροτέρας ἀπαιτήσεις τοῦ τόκου. κἂν καὶ, φησὶν, οὐκ ἀπαιτῇ ὁ κληρικὸς ἑκατοσταίους τόκους βαρυτάτους, ἤτοι ὑπὲρ ἑκάστης ὑπερπύρων λίτρας ὑπέρπυρα ιι. δώδεκα (ἑκατοσταὶ γὰρ παρὰ τῶν κανόνων ἐκλήθησαν οἱ ἑκατοσταῖοι τόκοι· ὡς ἐκ παλαιοῦ τῆς λίτρας μὴ ποσουμένης εἰς ἐξάγια οβ'. κατὰ δὲ σήμερον ἐνεργοῦν, ἀλλὰ εἰς ρ'.) ζητεῖ δὲ τὰ ἡμίση τοῦ ὅλου τόκου, ἤγουν ιι. ἓξ ἢ καὶ τούτων ἥττονα· καὶ οὕτω καθαιρεθήσεται. ἔσο δὲ εἰδὼς ὡς ἐπεὶ ἡ λίτρα σήμερον ἐξάγια ἔχει οβ'. καὶ οὐχὶ ρ'. ὡς δὲ παλαιὸν ὁ συμφωνήσας τόκους λαβεῖν ὑπὲρ λίτρας, οὐκ ἀπαιτήσει ιι. ιβ'. ἀλλὰ τὸ ἀναλογοῦν.

ΖΩΝΑΡ. Επὶ τόκῳ δανείζειν καὶ ὁ παλαιὸς νόμος ἅπασιν ἀπηγόρευσε. φησὶ γὰρ, οὐκ ἐκτοκιεῖς δὲ ἀργύριόν σου τῷ ἀδελφῷ σου· εἰ δὲ ὁ ἀτελέστερος τοῦτο ἐνομοθέτησε, πολλῷ πλέον ὁ τελεώτερος καὶ ὁ πνευματικώτερος. ἰδοὺ γὰρ πλέον, τοῦ ἱεροῦ ὧδε. ἅπασι μὲν οὖν ἀποτέτραπται τὸ ἐπὶ τόκῳ δανείζειν. εἰ δ' ἅπασι, μᾶλλον δὲ εἴη τοῖς ἱερωμένοις τοῦτο ἀνάρμοστον, οἳ καὶ τοῖς λαϊκοῖς εἰς ὑπόδειγμα καὶ παροξυσμὸν εἰς ἀρετὴν εἶναι ὀφείλουσι. διὸ καὶ ὁ κανὼν ἀπαγορεύει τοῖς ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζομένοις, ἤτοι τοῖς ἐν κλήρῳ τεταγμένοις ἑκαστοκὰς ἀπαιτεῖν, τόκους δηλαδὴ ἑκατοσταίους. πολυαρίθμων γὰρ ὄντων τῶν τόκων, βαρύτεροι τῶν ἄλλων οἱ ἑκατοσταῖοι εἰσίν.

ὥσπερ

ὥσπερ γὰρ τοῖς νῦν αἱ λίτραι μέχρι τῆς ἑβδομήκοντα δύο ἀριθμοῦνται· οὕτω τοῖς παλαιοῖς αἱ ἑκατοντάδες ἦσαν, καὶ ἴσως ὁ τόκος τῆς ἑκατὸν νομισμάτων, νομίσματα δώδεκα, ὃ δὴ καὶ ἑκατοστιαῖον ἐλέγετο, ὡς ὅτι τοῖς ἑκατὸν ἀπαιτούμενον. ἀπαγορεύσασα οὖν ἡ Σύνοδος λαμβάνειν τόκους τοὺς ἐν κλήρῳ, ἐπάγει τοῖς μὴ φυλάξουσι τὸν ὁρισμὸν καὶ ἡμόνα καὶ ὀπτίμιον, καί φησιν, ἐδικαίωσεν ἡ ἁγία σύνοδος, ἀντὶ τοῦ δίκαιον ἡγήσατο, ἵνα εἴ τις περιεθείη τὸ ὀφειλόμενον νῦν λαμβάνων τόκους ἐκ μεταχειρίσεως, ἦγουν ὡς οἷόν τινα φενακισμὸν ὑποκίζειν μεταχειριζόμενος ἢ ἄλλως μεταρχόμενος ὃ φενάκισμα. τινὲς γὰρ ἐκφεύγοντες ὃ λέγεται περὶ αὐτῶν ὅτι τόκους λαμβάνουσι, διδόασι τοῖς χρήζουσιν ἀργύρια, καὶ συμφωνοῦσι συμμερίζειν αὐτοῖς ὃ κέρδος· καὶ ὑ δανίζειν ἑαυτὲς, ἀλλὰ συκοινωνοὺς ὀνομάζουσι, καὶ ζημίας μὴ ὄντες κοινωνοὶ, ὅτι τῷ κέρδει μόνῳ κοινοφελοῦσι. ζοῦτα τοίνυν καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα ἀπαγορεύων ὁ κανὼν καθαιρεῖσθαι κελεύει τὲς τοιαῦτα τεχνάζοντας, ἢ ἕτερόν τι ἐπινοοῦντας αἰσχρὸν κέρδος χάριν, ἢ ἀπαιτοῦντας ἡμιολίας. εἰπὼν ἄνω περὶ ἑκατοστιαίων τόκων, ὃς τῶν τόκων ἐστὶν ὁ βαρύτερος· ὡς προείρηται πρόσκαιρον καὶ τὸν κυφοτέρου ἐμνήσθη τῆς ἡμιολίας, ἤ τις ἐστὶ τοῦ ὅλου τὸ ἥμισυ, ἤγουν τῶν δώδεκα νομισμάτων, ἃ πρός εἰσι τῆς ἑκατοστῆς ὁ πληρέστερος καὶ ὁλόκληρος τόκος. εἴποι δ' ἄν τις ζῆς ἡμιολίας, καὶ κατ' ἀριθμητικούς. ἐκείνοις γὰρ οἱ μὲν τῶν ἀριθμῶν ἐπιτρίτοι λέγονται, οἱ ὃ ἐπιτέταρτοι, ἐπιπέμπτοι τε καὶ ἔφεκτοι, οἱ ὃ ἡμιόλιοι, ὡς ὁ ἕξ, καὶ ὁ ἐννέα, ὅτι ὅλους ἔχουσιν ἐν ἑαυτοῖς ἀριθμὺς, καὶ τὰ ἥμισυ αὐτῶν. ἔχουσι γὰρ ὁ μὲν ἕξ τὰ τέσσαρα καὶ τῶν τεσσάρων τὸ ἥμισυ, ὃ ἐστι τὰ δύο. ὁ ὃ ἐννέα, τὰ ἕξ, καὶ τούτων τὸ ἥμισυ τὰ τρία δηλονότι. ζῆ γοῦν ἡμιολίας, ὡς ἂν νοοῖτο αὐτὴ, τοῦτο μονονουχὶ λέγει ὁ κανὼν, ὡς εἰ μόνον τὸν βαρύτερον ὑ λήψονται τόκον οἱ ἐν τῷ κλήρῳ, ἀλλ' οὐδὲ ἄλλον τινὰ μειοτώτερον.

A Ut enim hoc tempore libræ, ad ſeptuaginta, duabus additis, numerantur, ita priſci habuere centurias, atque in centenos nummos duodeni, fœnoris nomine, ſolvebantur. Ex quo centeſimæ quoque nomen, quod ex centenis exigeretur, petitum eſt. Synodus itaque cùm prohibuiſſet Clericos uſuras accipere, pœnam quoque in eos, qui non obtemperaverint, conſtituit. Et ait, ἐδικαίωσεν, hoc eſt, æquum cenſuit Sancta Synodus, ut ſi quis poſt ea quæ nunc ſtatuuntur, inventus fuerit uſuras ex tractatione, hoc eſt, quaſi inſtar negotiatoris fœnerationem ſibi tractandam ſuſcipiens, aut alia quacunque ratione exigens, (fœneratorii enim nominis infamiam aliqui declinantes, pecuniam ita dant mutuam, ut ſibi lucri partem B ex ea paciſcantur, nec ſe fœneratores, ſed ſocios dicunt, ac emolumentorum tantummodo participes, nullum interea jacturæ periculum ſubeunt.) Hæc igitur, & hujuſmodi omnia Canon vetat, eáque qui exercent, aut aliud quidpiam turpis lucelli gratia excogitaverint, aut ſeſquialteras exegerint, deponi jubet. Cum namque ſupra egerit de centeſimis, quæ ſunt omnium uſurarum, ut diximus, iniquiſſimæ, mox eam quæ minus injuriæ habet, ſeſquialteram quoque rejicit. Eſt autem ſeſquialtera, totius dimidium, duodecim videlicet nummorum altera pars, ex quibus conficitur centeſimæ integrum, atque perfectum fœnus. Sed dicat fortaſſe aliquis ſeſquialteras etiam juxta Arithmeticos. Apud illos namque numerorum alii ἐπίτριτοι dicuntur, hoc eſt, ſeſquitertii, alii ἐπιτέταρτοι, ἐπιπέμπτοι & ἔφεκτοι, quaſi ſeſquiquartos dicas, quintos, & ſextos, alii verò ſeſquialteri, ut ſenarius, & novenarius, quod totum, ac ejus præterea dimidiam partem contineant, ſenarius quidem quaternum, ejuſque dimidium, qui eſt binarius, novinarius ſenarium ſenariique dimidium, nempe ternarium. Sed quocunque demum pacto ſeſquialteram intelligas, ea videlicet Canonis eſt ſententia, ut Clericis non graviſſimarum ſolum, ſed mediocrium quoque uſurarum exactione in- D terdictum eſſe denuntiet.

ΑΡΙΣΤ. Εἴ τις τόκους, ἢ ἡμιολίας λαμβάνοι, ἀλλότριος ἔστω, μετὰ καὶ ὅσον τοῦτον τῆς ἐκκλησίας, καθαιρούμενος.

ARIST. *Si quis uſuras, aut ſeſquialteras accipit, alienus erit, & poſt hanc Eccleſiæ determinationem depoſitus.*

Οἱ μὲν ἑκατοστιαῖοι τόκοι, οἵτινες καὶ μείζονες τῆς τόκων πρώτων γνωρίζονται, τὰ δώδεκά εἰσι νομίσματα· οἱ ὃ ἥμισυς τούτων, τὰ ἕξ. εἴτις οὖν τῆς ἐφωμένων δανείσας τινὶ, ἢ τοὺς βαρυτέρους ἀπαιτήσῃ τόκους, ἤγουν τοὺς ἑκατοστιαίους, ἢ ἡμιολίας, ἤτοι τὸ ἥμισυ τούτων, ἤγουν τὰ ἕξ, ὡς τοῦ θείου ὁπλαδόμου γράμματος τοῦ λέγοντος, τὸ ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ὅτι τόκῳ· τοῦ κλήρου καθαιρεθήσεται· κἂν ὁ πατερικὸς πατρικὸς τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανὼν, καὶ ὁ δεκατος τῆς ἕκτης Συνόδου τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ, οὐκ ἀπενίδυθεν αὐτὸν καθαιρῶσιν· ἀλλ' ὅπως παραγγελθεὶς ὑ παύηται τοῦτο ποιῶν.

E Centeſimæ quidem uſuræ quæ & omnium habentur maximæ, duodecim ſunt numiſmata, dimidiæ autem earum, ſex. Si quis itaque è conſecratis mutuo dans alicui per uſuram vel graviores exiget uſuras ſive centeſimas, vel ſeſquialteras, ſive dimidium earum aut ſextas, ut divinæ oblitus ſcripturæ dicentis, pecuniam ſuam non dedit in uſuram, clero deponetur: Etſi quadrageſimus quartus Apoſtolorum Canon & ſextæ Synodi in Trullo decimus non exinde eum deponunt niſi quando admonitus hoc facere non deſinat.

Digitized by Google

A

CANON XVIII.

Pervenit ad ſanctam Synodum, quòd in nonnullis locis & civitatibus Diaconi dant Presbyteris Euchariſtiam, quod neque Canon, neque conſuetudo tradidit, ut qui offerendi poteſtatem non habent, iis qui offerunt, dent corpus Chriſti. Jam verò illud etiam cognitum eſt, quòd quidam ex Diaconis etiam ante Epiſcopos Euchariſtiam attingunt. Hæc ergo omnia auferantur, & Diaconi intra ſuas menſuras permaneant, ſcientes quòd ſunt quidem Epiſcopi miniſtri, Presbyteris vero minores. Accipiant autem ſuo ordine Euchariſtiam poſt Presbyteros, eis præbente Epiſcopo vel Presbytero. Sed nec in medio quidem Presbyterorum liceat Diaconis ſedere. Id fit enim præter Canonem & ordinem. Si quis autem non vult obedire, etiam poſt has conſtitutiones, à diaconatu deſiſtat.

B

ZONAR. Et Apoſtolicis & ſynodicis jam olim decretis, & legum quoque civilium ſanctionibus damnata hæc conſuetudo fuit, neque tamen vel antiquis vel noſtris illa temporibus ullatenus intermiſſa. Ejus itaque convellendæ ſtudio, quæ ſacris nimirum Canonibus adverſaretur, hæc conſtitutio, quamvis irrito ea quoque ſucceſſu, à ſynodo promulgata. Quoniam igitur quidam, inquiunt, ex iis qui Clero adſcripti ſunt, alienis agris colendis operam locant, & negotiorum ſecularium, quod civili quoque lege vetitum eſt, conductores fiunt. Sunt vero conductores, qui ſpe lucri aliena onera vel negotia tractant, ſeque proinde curis humanarum rerum perturbationibúſque, atque adeo contentionibus implicantes, alienarum quoque poſſeſſionum adminiſtrationem, auri cupiditate illecti, ſuſcipere non recuſant. Ne quid ergo hujuſmodi in poſterum Epiſcopo aut Clerico aut Monacho liceat, niſi ſi tamen minorum quorundam tutela ſuſcipienda ſit, hoc Canone decernitur: Ac tutelæ quidem nomine impuberum curam ſynodus innuit, (iis nempe tutores aſſignantur) quod autem minorum mentionem fecerit, curatoris munus indicavit. Sunt namque impuberes, qui annis xiiii. minores ſunt: Minores verò, qui puberes cum ſint, annum tamen ætatis xxv. nondum attigere, quibus quidem curatores dari ſolent. Sed hæc ipſa, inquit, tutoris curatoriſve munia tum demum ſubeant, cum ea legibus ſuſcipere neceſſario coguntur, non ea ſibi ultro ipſi depoſcant atque appetant. Et cum Epiſcopus urbis, in quâ ſacerdotes in Clerum cooptati ſunt, & juxta quam Monachi inhabitant, (nam & monachos cujuſque urbis Epiſcopis ſubjectos eſſe debere proxime ſequenti Canone conſtitutum reperias) negotiorum Eccleſiaſticorum procurationem, pupillorumve aut viduarum, quibus non providetur, curam commendaverit. Sic etenim, in Actis quoque S. Lucas factum fuiſſe ab Apoſtolis memorat, qui ſeptem Diaconos elegerunt, ne in miniſterio videlicet quotidiano viduæ ſpernerentur. Certorum quoque hominum patrocinium, qui ſeſe maxime auxilii Eccleſiaſtici indigentes obtulerint, Eccleſiaſticis viris, qui in eo non ſpe lucri, aut inanis gloriæ cupiditate, ſed ſola erga Deum pietate ducantur, eodem Epiſcopo permittente, amplecti liceat. Tales ſunt, qui dynaſtarum metu, per quos injuſte vexantur, ad Eccleſiam confugiunt; quive, licet aliquid forte offenderint, ſuppetias ſibi nihilominus ab Eccleſia ferri poſtulant, tales, & qui injuſtè in ſervitutem rediguntur, cæteríque hujuſmodi, quibus ſublevandis Defenſores creari conſuetum eſt. Si quis autem contra hujus decreti conſtitutiones quidpiam admiſerit, pœnis hominem obnoxium eſſe decernit. Pœnarum tamen nomina nulla ſigillatim adjuncta. Quid ita? quia ſcil. Apoſtolici hac de re promulgati Canones vi. & lxxxiii. qui ſe negotiis ſecularibus implicaverint, aut Romanum magiſtratum ſimul cum Sacerdotali adminiſtratione invadere attentarint, depoſitione mulctari jubet: lxxxi. verò eorundem Canonum, poſtquam à quacunque publicæ adminiſtrationis procuratione ſacris initiatos homines abſtinere juſſit, & ſubjungit, Aut hoc igitur, non facere ſibi perſuaderi ſinant, aut deponantur. Pœnarum igitur certa deſignatione, quippe quæ jam antea Apoſtolorum auctoritate definitæ fuerunt, S. Synodus hoc loco ſibi ſuperſedendum eſſe ſtatuit. Quod idem Carthaginenſis quoq; Synodus tenuit: etenim illa Canone xvi. decreto hac de re edito, eandem prorſus rationem ſecuta, nullam pœnam appoſuit. Verum iſta licet Canonicis conſtitutionibus ita definita fuiſſent, nihil tamen is morbus videlicet remittebat, eadémq; proinde decreta vi. Synodus xi. Canone renovanda cenſuit. Neque tamen idcirco facta malo huic medicina, quod omnibus locis nunc quoque graſſatur, & nemo coërcendæ huic peſti, non Patriarcha, non Imperator, non Epiſcopus animum intendit. Deſpectui itaq; jam habentur tam multi Canones, & iis, qui ſic à Canonibus deponuntur, Patriarchæ & Epiſcopi comminiſtrant, & communicant.

ARIST.

Digitized by Google

ARIST. *Qui domorum ſecularium curam ſuſcipiunt, corripiendi ſunt, niſi forſitan ad inexcuſabilem inpuberum adminiſtrationem lex eos vocaverit: vel Epiſcopus orphanorum, vel viduarum curam permittit.*

Clerici in ſecularium domos ad filios ſervoſque eorum edocendos recipiantur, juxta decimum Nicænæ ſynodi ſecundæ Canonem: negotiorum autem eorum curam ne ſuſcipiant, niſi reprehenſioni ſe ſubjecerint. Verum orphanorum & viduarum & aliorum miſerorum adminiſtrationem ſibi commiſſam habeant, ut & cognatorum ſuorum ſi impuberes ſint curam, ſi à lege cognationis jurè, ipſi ad hoc vocantur. Epiſcopis autem vel monachis B nec cognatorum ſuorum tutoribus aut curatoribus eſſe licet. At illi omnes rerum ad ſpirituales diſtributiones poſt diſceſſum à quibuſvis relictarum adminiſtratores fiunt. Et tales vocantur etiam Tutores, juxta ſexageſimam octavam Imperatoris domini Leonis philoſophi novellam.

ΑΑΡΙΣΤ. Οἱ κοσμικῶν οἴκων ἐπιμέλειαν ἀναδεχόμενοι, ἐπιτιμητέοι· πλὴν εἰ μὴ καλέσει νόμος εἰς ἀφηλίκων διοίκησιν ἀπαράιτητον· ἢ ὁ Ἐπίσκοπος, ὀρφανῶν καὶ χηρῶν ἐπιμέλειαν ἐπιτρέψει.

Οἱ τοῦ κλήρου, ἐν τοῖς οἴκοις τῶν κοσμικῶν, πρὸς διδασκαλίαν τῶν παίδων αὐτῶν, καὶ τῶν οἰκετῶν προσλαμβανέσθωσαν, καὶ Ⓜ δέκατον κανόνα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου τὸ δεύτερον. ἐπιμελείσθω δὲ τῶν πραγμάτων αὐτῶν μὴ ἀναδεχέσθωσαν, εἰ μὴ βέλονται ἐπιτιμηθῆναι. ὀρφανῶν δὲ, καὶ χηρῶν, καὶ ἄλλων ἐλεεινῶν διοίκησιν ἐπιτρεπέσθωσαν· ὥσπερ καὶ συγγενῶν ἰδίων ἀφηλίκων ὄντων κηδεμονίαν, εἴπερ νόμος αὐτοὺς ἐκ τούτου καλέσει, δικαίῳ τῆς συγγενείας. Ἐπίσκοποι δὲ, ἢ μοναχοὶ, οὐδὲ συγγενῶν ἐπίτροποι, ἢ κυράτορες γινέσθωσαν. διοικηταὶ δὲ ἔστωσαν πάντες τῶν μὴ τῷ ἐκκλησίᾳ καταλιμπανομένων πραγμάτων ὑπό τινων εἰς ψυχικὰς διαδόσεις γίνονται. καὶ καλοῦνται καὶ οἱ τοιοῦτοι ἐπίτροποι, κατὰ τὴν ἕξηκοστὴν ὀγδόην νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ φιλοσόφου.

CANON IIII.

Qui verè & ſincerè monaſticam vitam aggrediuntur, digni convenienti honore habeantur. Quoniam autem nonnulli monachico prætextu utentes, & Eccleſiaſtica & civilia perturbant negotia, temere & citra ullam diſcriminis rationem in urbibus circumcurſantes, quinetiam monaſteria ſibi conſtituere ſtudentes; viſum eſt nullum uſquam ædificare nec conſtruere poſſe monaſterium, vel oratoriam domum, præter ſententiam ipſius civitatis Epiſcopi: Monachos autem, qui ſunt in unaquaque regione & civitate, Epiſcopo ſubjectos eſſe, & quietem amplecti, & ſoli jejunio & orationi vacare, in quibus ordinati ſunt locis fortiter perſeverantes, nec Eccleſiaſticis nec ſecularibus negotiis ſe ingerere vel communicare, propria relinquentes monaſteria, niſi quandoque à civitatis Epiſcopo propter uſum neceſſarium eis permiſſum fuerit. nullum autem in monaſteriis ſervum recipi, ad hoc ut ſit monachus, præter voluntatem ſui domini. Eum autem, qui hanc noſtram definitionem tranſgreditur, definivimus eſſe excommunicatum, ne nomen Dei blaſphemetur: civitatis autem Epiſcopum oportet eam quam par eſt monaſteriorum curam gerere.

KANΩN δ'.

Οἱ ἀληθῶς καὶ εἰλικρινῶς Ⓜ μονήρη μετιόντες βίον, τῆς προσηκούσης ἀξιοῦσθωσαν τιμῆς. ἐπειδὴ δέ τινες τῷ μοναχικῷ κεχρημένοι προσχήματι, τά τε τῆς ἐκκλησίας καὶ τὰ πολιτικὰ διαταράττουσι πράγματα, προϊόντες ἀδιαφόρως ἐν ταῖς πόλεσιν, οὐ μόνον ἀλλὰ καὶ μοναστήρια ἑαυτοῖς σωρεύειν σπεύδοντες· ἔδοξεν μηδένα μήτε μηδαμοῦ οἰκοδομεῖν, μηδὲ σωρεύειν μοναστήριον ἢ εὐκτήριον οἶκον παρὰ γνώμην τοῦ τῆς πόλεως Ἐπισκόπου· τοὺς δὲ καθ' ἑκάστην πόλιν καὶ χώραν μοναζοντας, ὑποτετάχθαι τῷ Ἐπισκόπῳ, καὶ τὴν ἡσυχίαν ἀσπάζεσθαι, καὶ προσέχειν μόνῃ τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ, ἐν οἷς τόποις ἐτάχθησαν προσκαρτεροῦντας, μήτε δὲ ἐκκλησιαστικοῖς μήτε βιωτικοῖς πράγμασιν ἐπεισφρεῖν πραγματείαν ἢ ἐπιχωρεῖν καταλιμπάνοντας τὰ ἴδια μοναστήρια· εἰ μήποτε ἄρα ἐπιτραπείη διὰ χρείαν ἀναγκαίαν ὑπὸ τοῦ τῆς πόλεως Ἐπισκόπου· μηδένα δὲ προσδέχεσθαι ἐν τοῖς μοναστηρίοις δοῦλον ἄνευ γνώμης τοῦ ἰδίου δεσπότου· Ⓜ δὲ βεβαίνοντα τοῦτον ἡμῶν Ⓜ ὅρον, ὠρίσαμεν ἀκοινώνητον εἶναι, ἵνα μὴ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ βλασφημῆται. Ⓜ μήτοι Ἐπίσκοπον τῆς πόλεως, χρὴ τὴν δέουσαν προνοίαν ποιεῖσθαι τῶν μοναστηρίων.

D

BALS. Nota permitti Epiſcopis, ut monachis civilium negotiorum adminiſtrationem concedant: quòd ſi Epiſcopis hoc indultum eſt multo magis Imperatoribus permittitur. Eos qui purè, hoc eſt verè & non ſimulatè, ſunt Monachi, honorari debere dicit Canon: eos verò qui monachali amictu tanquam prætextu utuntur, & homines decipiunt, reprimendos & in ſuæ tonſuræ locum remittendos eſſe viſum eſt, ut qui cùm Eccleſias tum negotia civilia perturbent. Per medium enim forum progredientes, & ſe ſecularibus negotiis ingerentes, fortaſſe etiam docentes, perturbant, hoc eſt humana & divina dividunt ac confundunt, nec ſinunt, ut ea ex propria ſua natura exerceantur: ſecularia ſcilicet negotia à laicis: Monachica autem & Eccleſiaſtica, ab iis qui ſunt Deo dedicati. Quoniam autem, inquit, iidem propter ambitionem etiam monaſteria de integro excitare conantur, ne Epiſcopo ſubjiciantur, definitum eſt nemini licere vel monaſterium vel oratorium præter Epiſcopi mentem uſquè excitare: ſubjici autem Monachos omnes regionis Epiſcopo, & fortiter perſeverare in ea manſione in qua tonſi ſunt. Adjicit autem eos etiam rerum Eccleſiaſticarum communionis & adminiſtrationis non eſſe participes, nec etiam eorum quæ ad vitam pertinent, ſeu civilium, niſi forte civitatis Epiſcopus eis propter uſum neceſſarium hoc permiſerit. Servos autem præter dominorum voluntatem non eſſe tondendos decretum eſt: vel eum certè, qui hoc decretum tranſgreditur, eſſe excommunicatum. Jam verò

E

F

ΒΑΛΣ. Σημείωσαι, ὅτι ἐφεῖται τοῖς Ἐπισκόποις δοῦναι ἐπιτρέπειν μοναχοῖς διοίκησιν πολιτικῶν πραγμάτων. καὶ ἐὰν τοῖς Ἐπισκόποις τοῦτο ἐνεδόθη, πολλῷ πλέον τοῖς βασιλεῦσιν ἐκκεχώρηται. τοὺς καθαρῶς, τουτέστιν ἀληθῶς καὶ μὴ καθ' ὑπόκρισιν, μοναζοντας, τιμᾶσθαι φησὶν ὁ κανών· τοὺς δὲ τῷ μοναχικῷ ἱματίῳ κεχρημένους ὡς ἐν προσχήματι, καὶ πλανῶντας τοὺς ἀνθρώπους, σωφρονίζεσθαι, καὶ εἰς τοὺς ἀποκάρτους αὐτῶν πάντως δέδοκται, ὡς ταράττοντας τούς τε ἐκκλησίας καὶ τὰ πολιτικὰ πράγματα. προϊόντες γὰρ ἀδιαφόρως ἐν μέσῃ τῇ ἀγορᾷ, καὶ παρεμβάλλοντες ἑαυτοὺς κοσμικοῖς πράγμασιν, ἴσως δὲ καὶ διδάσκοντες, ταράττουσι, τουτέστι μερίζουσι καὶ συγχέουσι τὰ θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα, μὴ ἐῶντες ταῦτα κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν ἐνεργεῖσθαι, ἤγουν τὰ μὲν πραγματικὰ ὑπὸ τῶν λαϊκῶν, τὰ δὲ μοναχικὰ καὶ ἐκκλησιαστικὰ ὑπὸ τῶν ἀνατεθειμένων τῷ Θεῷ. ἐπεὶ δέ, φησιν, οἱ αὐτοὶ διὰ φιλαρχίαν καὶ μοναστήρια πειρῶνται ἐκ καινῆς ἀνεγείρειν, ἐφ' ᾧ μὴ ὑποκεῖσθαι τῷ Ἐπισκόπῳ, ὥρισται μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας τινὰ ὁπωσδήποτε μοναστήριον ἀνεγείρειν ἢ εὐκτήριον οἶκον παρὰ γνώμην τοῦ Ἐπισκόπου, ὑποκεῖσθαι δὲ πάντας τοὺς μοναχοὺς τῷ κατὰ χώραν Ἐπισκόπῳ, καὶ προσκαρτερεῖν ἐν ᾗ ἀπεκάρησαν μονῇ. προσίδοσαν δὲ εἴ τινες καὶ ἀμελήσαντες τῆς κοινωνίας καὶ διοικήσεως τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων, ἢ τῶν βιωτικῶν, ἤτοι πολιτικῶν, εἰ μή πως ὁ τῆς πόλεως Ἐπίσκοπος διὰ χρείαν ἀναγκαίαν ἐπιτρέψῃ τοῦτο. τοὺς δὲ λαϊκοὺς δὲ παρὰ γνώμην τῶν δεσποτῶν μὴ ἀποκείρειν θέσθαι, ἢ μᾶλλον Ⓜ προσβαίνοντα ταῦτα, τοῦτον Ⓜ ὅρον

Digitized by Google

ὄφειλον ἀκοινώνητον εἶναι. Ⓐ μήτοι Ἐπίσκοπον τῆς πόλεως χρὴ, φησὶ, φροντίδα τῶν μοναστηρίων. σημείωσαι οὖν ὅτι ἐκεῖσε οἱ μοναχοὶ προσκαρτερεῖν καὶ μονάζειν ὀφείλουσιν, ἔνθα δηλ. ἀπετάξαντο, ἤγουν ἀπεχώρησαν. καὶ ὅτι κατὰ ἐπιτροπὴν τοῦ Ἐπισκόπου δύνανται μοναχοὶ διοικεῖν οὐ μόνον ἐκκλησιαστικὰ πράγματα, ἀλλὰ καὶ βιωτικά, τουτέστι πολιτικά. εἰ δὲ δύναται τοῦτο ποιεῖν ἡ ἐπισκοπικὴ ἐπιτροπὴ, πολλῷ πλέον ποιήσῃ ἡ βασιλικὴ ἐξουσία ἡ προβαλλομένη καὶ Ἐπισκόπους. Περὶ γὰρ τούτου, ὡς ἔοικε, καὶ ὁ μητροπολίτης ἐκεῖνος ὁ Σίδης ἀπρεπτοδίτου τοῦ τῆς βασιλείας οἰκονόμου προσώπῳ τοῦ βασιλέως κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ δούκος· καὶ ὁ μητροπολίτης ἐκεῖνος Νεοκαισαρείας ἀνεχάλασε τὰ τῆς πόλεως ἁλμύρια δίκαια, καὶ ἄλλοι πολλοὶ ἀρχιερεῖς καὶ μοναχοὶ προμοίως ἐνήργησαν δουλείαν βασιλικὴν καὶ δημοσιακήν. ἀνάγνωθι καὶ κα'. κανόνα τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων συγκροτηθείσης συνόδου. ζήτει καὶ περὶ δούλων μοναζόντων παρὰ γνώμην τοῦ δεσπότου ὅλ. κεφ. τοῦ α'. πίναξ τοῦ πρόντος συντάγματος.

A civitatis Episcopum oportet, inquit, Monasteriorum curam gerere. Nota ergo quòd Monachi illic perseverare & permanere debent, ubi seculo renunciarunt seu tonsi fuerunt: & quòd ex permissione Episcopi possunt Monachi non solùm Ecclesiastica negotia administrare, sed ea etiam quæ ad vitam pertinent, hoc est civilia. Si autem hoc potest facere Episcopalis permissio, id multò magis faciet potestas Imperialis, quæ etiam Episcopos promovet. Propterea enim, ut est consentaneum, ille etiam metropolitanus Sides absque ullo impedimento imperii negotia administrabat, in persona Imperatoris domini Michaël Ducæ. Quin & ille Neocæsareæ B Metropolitanus maritima civitatis jura conscripsit: & alii etiam Antistites ac Monachi Imp. & publica ministeria similiter exercuerunt. Lege & primum caput Synodi congregatæ in templo Sanctorum Apostolorum. Quære etiam de servis, qui præter dominorum voluntatem sunt Monachi, xxxvi. cap. primi tit. præsentis operis.

ΖΩΝΑΡ. Τιμᾶς ἀξίους τοὺς ἀληθῶς μονάζοντας καὶ εἰλικρινῶς ἀντὶ τοῦ καθαρῶς, καὶ οὐχ' ὑποκεκριμένως ἢ πρός κακίᾳ ὑπούκτως μετιόντας τὸν μοναδικὸν πολιτείαν ἡ ἁγία σύνοδος ἔκρινε. τοὺς δὲ τῷ μοναδικῷ σχήματι κεχρημένους ὡς ἐν προσχήματι ἀντὶ τοῦ δι' ὑπόδειξιν μόνον εἰς δόλεαρ, C ὥστε δι' αὐτοῦ τοὺς ἀνθρώπους ἀπατᾶν, ἵνα ὡς ὁ ἅγιον σχῆμα ἠμφιεσμένοι τιμῶνται), τὰς ἐκκλησίας ὑποδύνωσι, καὶ διδάσκειν ἴσως ὑπέχωσιν, ἤ τι ἕτερον ἐκκλησιαστικὸν ἐνεργεῖν, καὶ εἰς τὰ τῆς πόλεως πράγματα ἑαυτοὺς εἰσπλοῦντας, καὶ δίκαιον ταῦτα δόλους, καὶ οὕτω ταράσσοντας τὰς ἐκκλησίας τε καὶ τοὺς πολιτείας, οὐκ ἀληθῶς μοναχοὺς ἡγεῖται ἡ σύνοδος. καθάπαξ γὰρ πάντι ἀπηγόρευσε μηδαμοῦ οἰκοδομεῖν μοναστήριον ἢ εὐκτήριον, μὴ ἐν πόλει, μὴ ἐν κώμῃ, μὴ ἐν ἐρήμοις, καὶ ὄρεσι παρὰ γνώμην τοῦ κυρίου τῆς χώρας Ἐπισκόπου, καὶ τοὺς μοναχοὺς τῆς ἑκάστης πόλεως Ἐπισκόπῳ ὑποτάσσεσθαι ἐκέλευσε, καὶ ἡσυχάζειν ἐν οἷς ἀπετάξαντο τόποις, ἐργαζομένους τὰς ἀρετὰς, καὶ ἀμεθέκτους ὄντας πραγμάτων ἐκκλησιαστικῶν ὁμοῦ καὶ πολιτικῶν, μηδὲ καταλιμπάνειν τὰ ἴδια μοναστήρια, καὶ δίκαιον εἶναι κοινωνεῖν πράγμασι, εἰ μή τις ὁ τῆς πόλεως Ἐπίσκοπος ὑπουργόν τινα πρὸς πράγματα οἰκονομίας ἀναγκαίας χρείαν ἀναλαμβάνῃ, κρίνας ἴσως αὐτὸν ὑπηρεσίας πρὸς τοιαύτην δίκαιον, καὶ ἀποῶν ἑτέρων πρὸς τὸ πρᾶγμα τοιοῦτον. ταῦτα καὶ ἡ σύνοδος ἡ ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων συγκροτηθεῖσα ἐν τῷ πρώτῳ κανόνι διακελεύεται, καὶ ὁ ιζ'. κανὼν τῆς ἑβδόμης συνόδου. ἐξῆς δὲ ὁ κανὼν οὗτος οἰκονομεῖ μὴ προσδέχεσθαι δούλους ἐν μοναστηρίῳ μονάσαι θέλοντας, εἰ μὴ γνώμῃ τῶν δεσποτῶν· ἵνα μὴ τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ βλασφημῆται. εἰ γὰρ ἄκοντος τοῦ δεσπόζου δούλου τινὸς κάρῃ, βαρὺ τοῦτο ἡγήσεται ὁ κύριος αὐτοῦ, καὶ βλασφημήσῃ κατὰ τοῦ ἁγίου σχήματος καὶ τῆς μοναχῶν· ἡ δὲ κατ' αὐτοῦ βλασφημία, καὶ εἰς τὸ θεῖον αὐτὸ διαβήσεται. βλασφημηθήσεται δὲ τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ παρὰ τῶν ἀπίστων, καὶ ὅτε τοὺς μοναχοὺς ὁρῶσιν ἐν πόλεσι περιερχομένους, καὶ πολιτικὰ χρηματίζοντας πράγματα. ὑποτάξας δὲ ὁ κανὼν τοῖς κατὰ τόπον Ἐπισκόποις τοὺς μοναχοὺς, καὶ τὰ μοναστήρια ἐπάγει· Ⓐ μήτοι Ἐπίσκοπον τῆς πόλεως χρὴ τῶν θείων προνοίαν ποιεῖσθαι τῶν μοναστηρίων. δύο πραγματεύομεν ἐν ταυτῷ τότε μὴ πράγματα ἔχειν τοὺς μοναχοὺς, μηδὲ ὀχλήσεις παρὰ δὲ αὐτῶν, ἀλλ' εἶναι ἀπερισπάστους, καὶ ἡσυχάζειν, καὶ μόνων φροντίζειν τῶν εἰς ψυχικὴν συντείνοντων ὠφέλειαν, καὶ ὁ Ⓐ Ἐπίσκοπον κἀντεῦθεν κέρδος ψυχικὸν περιποιεῖν ἑαυτῷ, καὶ εἰς δόξαν εἶναι θεοῦ. λαμπάτω γάρ φησιν ὁ κύριος, ὁ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν, καὶ δοξάσωσι Ⓐ πατέρα ὑμῶν Ⓐ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ἐπεὶ δὲ τὰ τῶν ἐκκλησιῶν χρήματα, πτωχικὰ ὀνομάζονται, καὶ εἰς ἐνδείας ἐτάθησαν ἀμαλίσκεσθαι, καὶ τῷ Ἐπισκόπῳ εἰς ἑαυτὸν ἐκ τού-

ZONAR. Qui verè ac syncerè, hoc est animo puro, nec ulla simulationis aut pravitatis labe infuscato, monasticum vitæ genus elegere, iis honorem ex merito deberi sancta synodus existimavit. At quicunque habitu, in prætextum, id est, in ostentationem solùm ad decipiendum utuntur, ut illius obtentu faciliùs homines in fraudem alliciant, ac in sancta veste ipsi sibi honorem aucupentur, cum interea, & Ecclesias obeant, & in iis sibi forte vel docendi munus, vel aliam Ecclesiasticæ auctoritatis partem usurpent, iidémque se urbanis negotiis immisceant, eaque administrare velint, Ecclesiæque simul, ac civitatis statum proinde perturbent, iis verò Monachi nomen convenire synodus haud putat. A Monachis verò quibuscunque monasterium oratoriumve, sive in urbe, sive in oppido, sive in locis desertis, aut montibus, aut ubivis denique, invito cujusque regionis Episcopo, exædificari prorsus D vetat, eosdemque singularium urbium Episcopis subjectos esse, & in iis, quibus destinati sunt locis, silentio vitam agere, virtutúmque exercitationi vacare, cæterum neque Ecclesiasticorum neque civilium negotiorum partem ullam attingere jubet: neque vero, ut rebus gerendis vacare liceat, monasterii sui stationem relinquant, nisi re necessaria coactus Episcopus, aliorumque hominum facultate destitutus, monachorum alicui, probatæ sibi in eo genere industriæ, negotii procurationem committendam esse existimaverit. Eadem, in templo quoque sanctorum Apostolorum habita synodus Canone primo, & decimo septimo Canone synodus sexta decernit. Hinc de servis ad monasticam vitam, nisi dominorum voluntate, E non admittendis, ne Christi nomen scilicet blasphemetur, hoc Canone constitutum. Cujus etenim servus invito ipso detonsus fuerit, rem totam nimirum iniquo animo feret, sanctumque habitum execrabitur, totumque monachorum genus convitiis proscindet, convitia vero in habitum eum conjecta ad ipsum etiam Deum transibunt. Divinum quoque nomen, qui monachos tota urbe volitantes, publicæque administrationi intentos viderint, à fide alieni homines blasphemabunt. Quoniam verò, cujusque regionis Episcopis, ejus loci Monachos & monasteria subjici Canon hic voluit; Episcopus civitatis inF quit, vicissim opportunam monasteriis curam impendat oportet. Ac duo quidem hæc simul curabit, alterum, ut operosis negotiorum curis ac molestiis soluti, tranquillam & quietam vitam, ea solum, unde fructus animo existat, meditantes, Monachi agant: alterum, ut eadem opera spiritualibus incrementis, divinæque gloriæ emolumentis, ipse quoque Episcopus proficiat. Luceat enim, inquit Dominus, lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Quoniam verò Ecclesiarum bona, bona pauperum appellantur, egenorumque sublevandæ inopiæ destinata sunt; ne Episcopo quidem, nisi cui nullæ dome-

Digitized by Google

sticæ facultates suppetant, atque in usus tantum maxime necessarios, aliquid ex eorum proventibus ad se avertere concessum est; ut quadragesimo primo Apostolico, & Antiochenæ synodi vigesimo quinto Canone explicatur. Quomodo etiam Monachis, quibus nullæ sunt facultates, si necessariis ad vitam subsidiis destituantur, ut egentibus ea, quæ ad victum utilia sunt, ab Episcopo suppeditari, Canon hic jubet.

ARIST. *Domus oratoria, vel Monasterium citra Episcopi sententiam, non sunt extruenda. Omnis autem Monachus Episcopo subjiciatur, & è mansione, nisi ab eo invitetur, ne discedat. Servus autem, nisi Domino consentiente, monasticam vitam ne ingrediatur.*

Præter provincialis Episcopi sententiam monasterium aut Ecclesiam condere non oportet. Sed & omnes monachos ei subjectos esse, & à monasterio in quo collocati fuerunt non recedere, nisi ob aliorum emolumentum ab Episcopo permittantur. Servus autem præter domini voluntatem in monasterium, ut monasticam agat vitam, ne admittatur. Qui hæc autem decreta transilierit, excommunicabitur. Oportet vero & Episcopum necessariam monasteriorum curam gerere.

CANON V.

De Episcopis, vel Clericis, qui à civitate in civitatem transeunt, placuit eos qui editi sunt à sanctis patribus Canones, vires obtinere.

BALS. Variè expositus est hic Canon, nec de eo frustra est labor suscipiendus.

ZONAR. Plures Sanctorum Apostolorum Canones in hanc sententiam editi atque à nobis explicati sunt: Plures quoque synodici, quos quidem hic Canon servandos esse decernit. Eadem iterum inculcare supervacui, vel etiam stulti laboris fuerit. Quid iis constitutionibus hac de re definitum sit, si quis scire velit, ipsosmet Canones adeat, ex iis namque totius decreti rationem, & quibus ex locis, & quo modo ex sua civitate in aliam migrare Episcopo permissum sit, facile intelligit.

ARIST. *Qui è civitate in civitatem transeunt, Canonibus de his rebus sanctis subjiciantur.*

Dicitur & in xiii. synodi Antiochenæ Canone, ne ausit Episcopus è sua ad aliam transire provinciam, aut aliquos præter Episcopi provincialis voluntatem ordinare, aut aliquod aliud Episcopale munus obire, nisi vellet ea quæ à se facta sunt irrita manere, & se confusionis suæ pœnam dare, ut hinc à sancta triade depositum: idem igitur & hic Canon decernit.

CANON VI.

Nullum absolutè ordinari, nec Presbyterum, nec Diaconum, nec omnino aliquem eorum qui sunt in ordine Ecclesiastico: nisi specialiter in Ecclesia civitatis vel pagi, vel martyrio, vel monasterio, is qui ordinatur, designetur. Eos autem, qui absolutè ordinantur, decrevit sancta Synodus irritam ac invalidam habere ejusmodi manuum impositionem, & nusquam exercere ac operari posse ad ejus, qui ordinavit, contumeliam.

BALS. Quemadmodum ordinantur Antistites ad hanc vel illam Ecclesiam, ita dicit Canon Clericos quoq; specialiter ad hoc templum, vel hoc monasterium, & non absolutè ordinari: quæ autem non ita facta fuerit, ordinationem irritam esse ac invalidam, eúmque qui alibi præter ordinantis voluntatem celebravit ad ejus contumeliam, nequaquam posse celebrare. Nota ergo, quòd etiam, qui

A τῶν πλεῖω τῆς ἀναγκαίων πάνυ, ὅπε μὴ ἔχοι οἰκόθεν, ἐκεῖθεν διαπομπᾶν ἐφεῖται, ὡς ὁ μα'. κεφαλαίων τῆς ἁγίων ἀποστόλων φησὶ, καὶ ὁ νέ. τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου. καὶ τοῖς μοναχοῖς τοίνυν πράγματα μὴ ἔχουσι, καὶ λειπομένοις τῆς ἀναγκαίων ἅπαντα ὁ κεφαλαίων χορηγεῖν τὸν Ἐπίσκοπον, ὡς ἐνδέχεται, τὰ χρειώδη πρὸς τὴν ζωήν.

ΑΡΙΣΤ. Εὐκτήριον οἶκος, ἢ μοναστήριον, γνώμης δίχα τοῦ Ἐπισκόπου, οἰκοδομεῖται. ἅπας ὁ μοναχὸς ὑποτετάχθω τῷ Ἐπισκόπῳ· καὶ τῆς μονῆς, εἰ μὴ παρ' αὐτοῦ προτρέποιτο, μὴ ἀφιστάσθω. δοῦλος δὲ, εἰ μὴ γνώμῃ τοῦ δεσπότου, μὴ μοναζέτω.

B Ἀνὰ γνώμης τοῦ κατὰ χώραν Ἐπισκόπου, οὐ δεῖ μοναστήριον, ἢ ἐκκλησίαν κτίζεσθαι· ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς μοναχοὺς ὑποτάσσεσθαι αὐτῷ, καὶ τῆς μονῆς, ἐν ᾗ ἀτετάχθη, μὴ ὑπαναχωρεῖν, εἰ μὴ ὑπηρετοῖεν τῷ Ἐπισκόπου δι' ἑτέρων ὠφέλειαν· δοῦλον δὲ, μὴ γνώμῃ τοῦ δεσπότου, ἐν μοναστηρίῳ μὴ προσδέχεσθαι πρὸς τῷ μοναχεῖν· ὁ δὲ παραβαίνων τὸ ὁρισθέν, ἐκκλησιαστικῆς ἀκοινωνησίας. χρὴ δὲ καὶ τὸν Ἐπίσκοπον τῆς θείας προνοίαν ποιεῖσθαι τῶν μοναστηρίων.

C

CANON V.

Περὶ τῶν μεταβαινόντων ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν Ἐπισκόπων ἢ κληρικῶν, ἔδοξε τοῖς περὶ τούτων πεφενέσι κανόνας κεῖσθαι τῶν ἁγίων πατέρων ἐχύρωσιν τῶν ἰσχύν.

ΒΑΛΣ. Διαφόρως ἐξηγήθησαν τὸ τοῦ τοιούτου κανόνος, καὶ οὐ χρὴ περὶ τῆς οὐσίας μεταμορφοῦν.

ΖΩΝΑΡ. Κανόνες διάφοροι τῶν ἁγίων ἀποστόλων περὶ τῆς ὑποθέσεως ταύτης εἰσὶν, οἱ καὶ ἐξηγήθησαν· ἀλλὰ μὴν καὶ διαφόρων συνόδων, οὓς καὶ κρατεῖν ὁ παρὼν κανὼν διαζώννυται. ὃ γοῦν πάλιν τὰ αὐτὰ ἐξηγεῖσθαι περιττόν, ἢ καὶ μεταμορφία ἔξιν. ὁ δὲ βουλόμενος γνῶναι τί περὶ τῆς ὑποθέσεως ταύτης οἱ κανόνες ἑκάστοτε ὁρίζουσι, ζητησάτω αὐτὸς, καὶ γνώσεται τὰ ὀφειλόμενα, καὶ πότε, καὶ πῶς Ἐπίσκοπος ἐκ τῆς ἰδίας πόλεως ἅπτεται εἰς ἑτέραν.

D ΑΡΙΣΤ. Οἱ μεταβαίνοντες ἐκ πόλεως εἰς πόλιν, τοὺς περὶ τούτων κανόνας ὑποπιπτέτωσαν.

Εἴρηται καὶ ἐν τῷ τρισκαιδεκάτῳ κανόνι τῷ ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου, μὴ τολμᾶν Ἐπίσκοπον μεταβαίνειν ἐκ τῆς ἰδίας ἐπαρχίας εἰς ἑτέραν, καὶ χειροτονεῖν τινὰς, ἄνευ γνώμης τοῦ κατὰ χώραν Ἐπισκόπου, ἢ ἕτερόν τι ἐπισκοπικὸν δίκαιον πράττειν· εἰ μὴ βέλοι καὶ τὰ ὑπ' αὐτοῦ πραττόμενα ἄκυρα μένειν, καὶ αὐτὸν δίκην δοῦναι τῆς ἀταξίας αὐτοῦ, καθηρημένον ἐντεῦθεν ὄντα ὑποτῆς ἁγίας τριάδος. τοῦτο γὰρ ἐβούλετο ὁ κανὼν εἰπεῖν.

E

CANON VI.

Μηδένα ἀπολελυμένως χειροτονεῖσθαι, μήτε πρεσβύτερον μήτε διάκονον μήτε ὅλως τινὰ τῶν ἐν τῷ ἐκκλησιαστικῷ τάγματι· εἰ μὴ ἰδικῶς ἐν ἐκκλησίᾳ πόλεως ἢ κώμης, ἢ μαρτυρίῳ ἢ μοναστηρίῳ, ὁ χειροτονούμενος ἐπικυρώσοιτο. τοὺς δὲ ἀπολύτως χειροτονουμένους ὥρισεν ἡ ἁγία συνόδος ἄκυρον ἔχειν τὴν τοιαύτην χειροθεσίαν, καὶ μηδαμοῦ δύνασθαι ἐνεργεῖν ἐφ' ὕβρει τοῦ χειροτονήσαντος.

F ΒΑΛΣ. Ὥσπερ χειροτονοῦνται οἱ ἀρχιερεῖς εἰς τήνδε τὴν ἐκκλησίαν, οὕτω φησὶν ὁ κανὼν χειροτονεῖσθαι καὶ τοὺς κληρικοὺς ἰδικῶς εἰς τόνδε τὸν ναόν, ἢ εἰς τόνδε τὸ μοναστήριον, καὶ μὴ ἀπολελυμένως· τὸ γὰρ μὴ οὕτω νομιζόμενον χειροτονίαν ἄκυρον εἶναι, καὶ τὸν μὲν χειροτονήσαντα ἀλλαχοῦ ἐνεργήσαντα ἐφ' ὕβρει τούτου, μηδαμοῦ δύνασθαι

διάδαγ ἐνεργεῖν. σημείωσαι ὅ ὅτι καὶ οἱ χειροτονούμενοι μοναχοὶ, κληρικοὶ λέγονται, καὶ τῷ κατ' τόπον ὑποκεῖν᾽ Επισκόπῳ, καὶ ὅτι ὀφείλουσι χωρὶς συστατικῆς γραφῆς καὶ ἀπολυτικῆς τοῦ Επισκόπου εἰς ἑτέραν ἐνορίαν ἱερουργεῖν. ἀνάγνωσον καὶ ϟ. κανόνα τῆς πρέσβεως σιώδου. ἐπεὶ δέ τινες ἐκλαμβάνεσθαι λέγουσι τὸν κανόνα εἰς μόνους πρεσβυτέρους, διακόνους, καὶ ὑποδιακόνους, ἀλλὰ μὴν καὶ εἰς ἀναγνώστας, διὰ τὸ μὴ χειροτονεῖσθαι καὶ τούτους, καὶ ἐντεῦθεν διάδαγ αὐτοὺς ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μεταβαίνειν, καὶ δίχα ἐπισκοπικῆς συστατικῆς γραφῆς καὶ ἀπολυτικῆς· φαμὲν ὅτι καὶ οἱ ἀναγνῶσται κληρικοί εἰσι, καὶ χειροθεσίαν ἀρχιερέων ἔχουσι, διὰ χειρὸς τοῦ ἀρχιερέως δηλαδὴ σφραγῖδα. καὶ πρώτως κρατήσας καὶ ὅτι τούτοις ὁ κανών.

ΖΩΝΑΡ. Ιερεῖς καὶ διάκονος, ἢ ὅλως τινὰ τῶν ἐντεταγμένων ἐν κλήρῳ διεταξάτο ἡ σιώδος αὖτη μὴ χειροτονεῖσθαι ἀπολελυμένως, ὥστε ὅπου βέλεται ἀπέναι, καὶ ἱερουργεῖν, ἢ τινὰ ποιεῖν ἱερατικὴν τάξιν· ἀλλ' ἕκαστον χειροτονούμενον ἐν τῇδε τῇ ἐκκλησίᾳ τῆς πόλεως, ἢ τῆς κώμης, ἢ τῷδε τῷ ναῷ ᾧ εἰς μάρτυρος οἱουδήτινος ὄνομα φηγδομημένῳ, ἢ ᾧ μοναστηρίῳ ὀνομάζεσθαι. καὶ ὥσπερ νῦν ἕκαστον τῶν ἀρχιερέων τῆσδε τῆς πόλεως Επίσκοπον ὁ χειροτονῶν αὐτὸν πρεσβεύειν λέγῃ, ὕτως ὃ παλαιὸν πᾶς χειροτονούμενος τῆσδε τῆς ἐκκλησίας ἱερεὺς ἢ διάκονος, ἢ κληρικὸς ἁπλῶς ὠνομάζετο, εἰ καὶ νῦν τοῦτο πάντη καταπεφεύγῃ. τοὺς ὅ ὕτω χειροτονουμένους μὴ ὠφελεῖσθαι ἐκ τῆς χειροτονίας, ἡ ἁγία σιώδος ὥρισεν. ἠρνήσατο γὰρ αὐτοῖς πρὸ ἐνέργειαν, ὥστε μή τι ἱερατικὸν δίκαιον ἐνεργεῖν, καὶ τοῦτο ἐφ' ὕβρει τῆς χειροτονήσαντος. ὕτω γὰρ ὕβρις ἦν ἐκείνου, ὃ ὑπ' αὐτοῦ χειροτονηθέντα ἀφαιρεθῆναι πρὸ ἀπονεμηθείσης αὐτῷ ἐνέργειαν παρὰ τοῦ χειροτονήσαντος αὐτὸν ἀρχιερέως, καὶ ὡς μὴ χειροτονηθέντα λογίζεσθαι.

ΑΡΙΣΤ. Επὶ μαρτυρίοις, ἢ μοναστηρίοις, ἀλλ' οὐκ ἀπολύτως χειροτονήσεις· εἰ δὲ μή, ἀχειροτόνητος ὁ δηθὲν χειροτονούμενος.

Τὸν μέλλοντα γνησίως πρεσβύτερον, ἢ διάκονον, ἢ ὅλως ἐν ἐκκλησιαστικῷ τάγματι συγκαταλεγῆναι, μὴ ἄλλως παραδέχεσθαι εἰς χειροτονίαν, εἰ μὴ ἐν ἐκκλησίᾳ πόλεως, ἢ κώμης ἢ μοναστηρίῳ εὐρίσκοιτο πρότερον ὑπὸ βαθμόν τινα πολὺν ἐκκλησιαστικὸν, καὶ δουλεύων ἐν αὐτῇ. Εἰ δὲ ἀπολελυμένος τις ὢν, πρεσβύτερος, ἢ διάκονος χειροτονηθῇ, μὴ ὢν ἐν ἐκκλησίᾳ ὑπό τινα βαθμὸν, οὐκ ὠφεληθήσεται ἐκ τούτου, ἀλλ' ἄκυρος ἔσται ἡ ἐπ' αὐτῷ χειροθεσία.

ΚΑΝΩΝ ζ'.

Τοὺς ἅπαξ ἐν κλήρῳ τεταγμένους ἢ μοναστὰς, ὡρίσαμεν μήτε εἰς στρατείαν, μήτε εἰς ἀξίαν κοσμικὴν ἔρχεσθαι. ἢ τοῦτο τολμῶντας, καὶ μὴ μεταμελομένους, ὥστε ἐπιστρέψαι ἐπὶ τοῦτο ὃ διὰ Θεὸν πρότερον εἵλοντο, ἀναθεματίζεσθαι.

ΒΑΛΣ. Μὴ ἐναντιωθῇς τῷ πγ'. κανόνι τῶν ἁγίων ἀποστόλων, λέγοντι μόνον καθυπερεῖσθαι τοὺς κολάζοντας στρατείας πρεσβυτέρους ἢ διακόνους, ἀλλ' εἶπε ὅτι ἐκεῖ μὲν μὴ ἱερατικῷ σχήματος στρατιωτικαῖς ἐνηχολεῖτο διὰ λείαις ὁ ἱερωμένος· ἐνταῦθα δὲ τὸ ἱερὸν στολὴν ἀπέδητο καὶ ἐστρατεύσατο ἐπιθυμίᾳ κοσμικῆς ἀξίας. καὶ διὰ τοῦτο ἐκεῖ μὲν ὁ μὴ μὴ ἀναγκαλίαν ἐπιστρέφων καθαιρεῖται, ἐνταῦθα δὲ ὁ μὴ μεταμελόμενος ἀναθεματίζεται. τὸ γὰρ καθαίρεσιν αὐτοὺς ἑαυτῷ ἐψηφίσατο, καὶ πρὸ καταδίκης ἀπογυμνώσας ἑαυτὸν τῆς ἱερᾶς στολῆς, καὶ λαϊκὸς γεγονώς. ἐπεὶ δὲ ἑρμηνεύοντες τὸν πγ'. ἀποστολικὸν κανόνα, εἴπομεν μὴ ἀπεντεῦθεν καθαιρεῖσθαι τοὺς δημοσιακὰς διακονίας ἐνεργοῦντα, ἀλλὰ μὴ ἀναγκαλίαν, ἐρωτήσει τις, γένηται τοῦτο καὶ εἰς τὸν ἀποδέμενον τὸν ἱερὸν στολὴν καὶ στρατευσάμενον, ἢ καὶ πρὸ ἀναγκαλίας ἀπεντεῦθεν ἀναθεματισθήσεται; οἰόμεθα

A ordinantur Monachi, dicuntur Clerici, & loci Episcopo subjiciuntur, & non debent sine commendatitia & dimissoria Episcopi scriptura in alia regione sacra celebrare. Lege etiam viii. Can. præsentis Syn. Quoniam autem dicunt nonnulli Canonem accipi de solis Presbyteris, Diaconis & Subdiaconis, non autem etiam de Lectoribus, eo quòd per manus impositionem non ordinentur, & ideo posse eos ex urbe in urbem transire, etiam sine Episcopali scriptura dimissoria & commendatitia: dicimus etiam Lectores esse Clericos, & habere antistitis manuum impositionem, eam scilicet quæ per antistitis manus fit characteris dationem: & omnino in his etiam valebit hic
B Canon.

ZONAR. Sacerdotes & Diaconos absolutè ordinari, aut alium quemvis hominem ita Clero adscribi, ut ubicunque voluerit proficiscatur sacraque administret, aut sacerdotalem aliquem exerceat functionem, hic Canon vetat. Sed unumquemque Ecclesiæ cuipiam urbanæ, aut oppidanæ, aut dicato martyribus templo, vel monasterio nominatim addictum, ita demum ordinibus insigniri jubet. Et ut nunc dierum quemlibet Antistitum certæ cujusdam civitatis Episcopum, qui eum ordinat promoveri dicit, sic quicunque olim ordinibus insignitus esset, certæ cujusdam Ecclesiæ Sacerdos, Diaconus, Clericusve
C (quamvis hæc postea tota ratio sit neglecta) simpliciter nuncupabatur. Qui sic vero ordinantur, iis nihil prodesse manuum impositionem sancta synodus decrevit, iis enim exercitium negavit, adeo ut nullum opus sacrum peragant, in ejus qui ordines contulit contumeliam. Inuritur enim haud dubiè collatori nota dedecoris, cum ei, cui sacros ordines contulit, ab ipso Antistite communicata obeundi sacra ministeria facultas eripitur, hominémq; eodem loco, ac si nunquam initiatus fuisset, haberi decernitur.

ARIST. *In Martyriis vel Monasteriis, sed non absolutè ordinabis. Alioquin qui ibidem ordinatur, pro non ordinato habetur.*

Qui Presbyteri aut Diaconi aut alium quemcunque ordinem Ecclesiasticum est susceperturus, ne aliter ad ordinationem admittatur, nisi in civitatis aut pagi alicujus Ecclesiâ aut Monasterio in aliquo gradu Ecclesiastico egisse, & in eâ inserviisse priùs inveniatur. Si autem qui absolutus est, Presbyter aut Diaconus ordinetur, cum non sit sub aliquo gradu in Ecclesiâ, nihil ex eo commodi capiet, sed manuum in eum impositio irrita erit.

CANON VII.

E *Eos qui in Clero semel ordinati sunt, & itidem Monachos, statuimus nec ad militarem expeditionem, nec ad secularem dignitatem posse venire. Qui autem hoc audent, & non pœnitentia ducti ad id reverturtur, quod propter Deum priùs elegerant, anathematizari.*

BALS. Ne contrarium esse existimens Canonem sanctorum Apostolorum, Canoni lxxxiii. dicenti deponi solùm Presbyteros, vel Diaconos, qui militiæ vacant: sed dic, quod illic quidem cum sacerdotali amictu militaribus ministeriis vacabat sacerdos: hîc autem sacrum vestitum exuerat, & militaverat secularis dignitatis desiderio. Et propterea illic quidem, nisi post denunciationem
F reversus fuerit, deponitur: hîc autem is, quem non pœnitet, anathematizatur. Ipse enim depositionis sententiam in se tulit, qui se sacra veste etiam ante condemnationem exuit, & laicus factus est. Quoniam autem Apostolicum Canonem lxxxiii. interpretantes, ex eo ipso duximus eum non deponi qui publica ministeria obibat, sed post denunciationem: interogaverit quispiam, fiet ne hoc etiam in eum qui sacrum amictum exuit & militavit: an etiam ante denunciationem est ex eo ipso anathematizatus: puto igitur quòd hic quoq; post denunciationem ana-

Digitized by Google

thematizabitur, nisi convertatur. Vt autem hoc dicam mihi persuadent verba Canonis dicentis, anathematizari eos qui hoc malum audent, & non pœnitentia ducuntur, ut ad hoc convertantur, quod propter Deum priùs elegerant. Atque etiam lxxxiii. Canon Apostolicus ita est expositus, ex eo quod dicat expressè eum deponi qui vacat militiæ, & vult utrumque obtinere, & Romanum magistratum, & sacerdotalem administrationem. Præter hæc autem scias quòd vii. & viii. novella Imperatoris domini Leonis Philosophi statuunt Clericos & Monachos, qui vestitum mutaverunt, & laici facti sunt, etiam invitos ad priorem habitum reverti. Quoniam autem cum hoc quoque necessario anathematizantur, ne sic quidem Clerici vel Monachi reputabuntur: sed toto vitæ tempore in monasterio includentur. Puto autem, quòd qui sic mutato amictu militarunt, ut vult præsens Canon, punientur, qui autem non militarunt, mitiore aliquo supplicio afficientur. Sed tamen nihil ii sacerdotale exercebunt. Lege lxii. Canonem sanctorum Apostolorum, & ejus interpretationem.

ZONAR. In eos qui retento Clerici habitu militiæ vacant, prophanósque magistratus ambire non dubitant, depositionis pœna, octogesimo tertio Apostolico Canone constituta fuit: quo loco etiam, quid sit militiæ vacare nos explicavimus: Hoc vero Canone de Monachis & Clericis, qui sacro habitu rejecto, aut ornatum militarem, tanquam militiæ professione censendi, aut prophanum alium, quasi magistratus in Republica candidati sumpsere, decernitur. Quos quidem, nisi mutato consilio ad prioris vitæ rationi accommodato usi fuerint, anathemate plecti jubet. Qui namque se sacri ordinis dignitate ipsimet abdicassent, isti non depositioni tanquam pœnæ subjiciendi judicati sunt: & idcirco graviori supplicio digni existimantur.

ARIST. *Qui Clericus fit aut Monachus si militiam aut dignitatem arroganter affectet, maledictus.*

Si qui monachi vel qui semel in Clero sunt constituti vitam solitariam Clericamque deserentes, & habitum immutantes, ad militiam transierint, & secularem adierint dignitatem, & facti eos non ita pœniteat, ut ad habitum illum convertantur quem priùs elegerant, anathematizentur. Concinit ergo præsenti Canoni etiam octava Imperatoris domini Leonis philosophi novella, non permittens Monachis laici habitum resumere. Verum constitutio xi. in sexagesimo secundo capite tit. primi lib. quarti Basilic. posita, & præsenti Canoni & isti novellæ adversatur.

CANON VIII.

Clerici ptochotrophiorum, monasteriorum, & templorum martyrum, sub potestate Episcoporum, qui sunt in unaquaque civitate, ex sanctorum patrum traditione permaneant, & non per arrogantiam se à proprio Episcopo, subducant. Qui hanc autem constitutionem evertere ausi fuerint: si sint quidem Clerici, Canonum pœnis subjiciantur: si autem Monachi vel laici, sint excommunicati.

BALS. Vt est verisimile, dicebant aliquando nonnulli, solos Episcopatus vel Metropolis Clericos regionis Episcopo subjici: Monachos autem vel etiam Clericos divinorum templorum, quæ sunt in orphanotrophiis vel etiam gerocomiis, vel etiam in martyriorum Ecclesiis, Episcopo non subjici, etiamsi sint in ejus diœcesi, sed eis qui monasteria & reliqua ædificarunt. Hanc ergo Canonibus repugnantem eorum orationem divini patres rejicientes, statuerunt eos omnes esse in potestate Episcopi regionis, secundum sanctorum patrum de eo traditionem:

A οὖν ὅτι καὶ οὗτοι μετὰ ἐπιφώνησιν ἀναθεματισθήσεται, εἰ μὴ ἐπιστρέψει. τοῦτο δὲ λέγειν πείθουσι μὲ τὰ ῥήματα τοῦ κανόνος, τὰ λέγοντα ἀναθεματίζεσθαι τοὺς τολμῶντας τὸ τοιοῦτον κακὸν, καὶ μὴ μεταμελομένους, ὡς ἐπιστρέψαι ἐπὶ τοῦτο, ὃ διὰ Θεὸν πρότερον εἵλοντο. καὶ ὁ ῥηθεὶς δὲ πγ'. ἀποστολικὸς κανὼν οὕτως ἡρμηνεύθη ἐκ τοῦ λέγειν ἐν μέρει καθαιρεῖσθαι τοὺς σχολάζοντα στρατείᾳ, καὶ βουλόμενον ἀμφότερα κατέχειν, Ρωμαϊκὴν ἀρχὴν καὶ ἱερατικὴν διοίκησιν. ἐπὶ τούτοις γίνωσκε, ὅτι ἡ ζ'. καὶ η'. νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ φιλοσόφου διορίζονται τοὺς κληρικοὺς καὶ τοὺς μοναχοὺς μεταχηματισθέντας, καὶ λαϊκοὺς γενομένους, καὶ ἄκοντας πρὸς τὸ πρότερον σχῆμα ἀποκαθίστασθαι. ἐπεὶ δὲ σὺν τούτῳ καὶ ἀναθεματίζονται ἐξ ἀνάγκης, οὐδὲ ὡς κληρικοὶ ἢ μοναχοὶ λογισθήσονται, ἀλλὰ διὰ βίου ἐγκλεισθήσονται εἰς μοναστήρια. οἴομαι δὲ ὅτι οἱ οὕτω μεταχηματισθέντες στρατευσάμενοι μὲν κατὰ τὸν πρόντα κανόνα κολασθήσονται, μὴ στρατευσάμενοι δὲ, ἄλλως πως μετριώτερον τιμωρηθήσονται, πλὴν ἱερατικόν τι οὐδὲ οὗτοι ἐνεργήσουσι. ἀνάγνωθι καὶ τὸν ξβ'. κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ τὴν ἑρμηνείαν αὐτοῦ.

ΖΩΝΑΡ. Ο μὲν ὀγδοηκοστὸς τρίτος κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων περὶ τῶν μενόντων ἐν τῷ τῶν κληρικῶν σχήματι, στρατείᾳ δὲ σχολαζόντων, καὶ ἀρχὰς μετιόντων κοσμικὰς, διατάττει, καὶ κελεύει καθαιρεῖσθαι αὐτοὺς, ἔνθα καὶ τί ἐστιν ἐκεῖ τὸ σχολάζειν στρατείαις ἡρμήνευται· ὁ δὲ πρὸν κανὼν περὶ μοναχῶν καὶ κληρικῶν διαλέγεται, ἀποδυσαμένων τὸ σχῆμα τὸ ἱερὸν, καὶ ἀμφιασαμένων στρατιωτικὸν ἔνδυμα ὡς στρατευσαμένων, ἢ πολιτικὸν, ὡς ἀξιώματος ἐπιθυμησάντων κοσμικοῦ, οὓς, εἰ μὴ μεταμεληθεῖεν, καὶ ἐπιστρέψοιεν εἰς τὸν βίον, ὅνπερ προείλοντο, καὶ σχῆμα τῷ βίῳ κατάλληλον ἀναλάβοιεν, αὖθις ἀναθεματίζεσθαι ὥρισεν. αὐτοὶ γὰρ ἑαυτοὺς τῆς ἀξίας τῆς γυμνώσαντες οὐκέτι καθαιρέσει ὑπαχθῆναι ὡς κολάσει ἐκρίθησαν. διὸ καὶ μείζονος κολάσεως ἐνομίσθησαν ἄξιοι.

ΑΡΙΣΤ. Ο κληρωθεὶς, ἢ μονάσας, εἰ ἐπὶ στρατείαν, ἢ ἀξίαν ἀπαυθαδιάσοι, ἐπάρατος.

Εὰν οἱ μονασταὶ, ἢ οἱ ἅπαξ ἐν κλήρῳ ταχθέντες, καταλιπόντες τὸν μονήρη βίον, ἢ τὸν ἐν κλήρῳ, καὶ τὸ σχῆμα μεταλλαξάμενοι, ἐπὶ στρατείαν μεταπέσωσιν, ἢ κοσμικὴν ἀξίαν μετέλθωσι, καὶ οὐ μεταμεληθῶσιν, ὥστε ἐπιστρέψαι ἐπὶ τὸ σχῆμα τοῦτο ὃ διὰ θεὸν πρότερον εἵλοντο, ἀναθεματιζέσθωσαν. συνάδει γοῦν τῷ πρόντι κανόνι καὶ ἡ ὀγδόη νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυροῦ λέοντος τοῦ φιλοσόφου, μὴ συγχωροῦσα τοῖς μοναστοῖς λαϊκοῦ σχῆμα ἀναλαμβάνειν· κἂν ἡ ἑνδεκάτη διάταξις ἡ ἐν τῷ ἑξηκοστῷ δευτέρῳ κεφαλαίῳ τοῦ πρώτου τίτλου τοῦ τετάρτου βιβλίου τῶν βασιλικῶν κειμένη, καὶ τῷ πρόντι κανόνι, καὶ τῇ νεαρᾷ ταύτῃ ἐναντιοῦται.

ΚΑΝΩΝ η'.

Οἱ κληρικοὶ τῶν πτωχείων καὶ μοναστηρίων καὶ μαρτυρίων, ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τῶν ἐν ἑκάστῃ πόλει Επισκόπων, κατὰ τὴν τῶν ἁγίων πατέρων παράδοσιν διαμενέτωσαν· καὶ μὴ κατὰ αὐθάδειαν ἀφηνιάτωσαν τοῦ ἰδίου Επισκόπου· οἱ δὲ τολμῶντες ἀνατρέπειν τὴν τοιαύτην διατύπωσιν, εἰ μὲν εἶεν κληρικοὶ, τοῖς τῶν κανόνων ὑποκείσθωσαν ἐπιτιμίοις· εἰ δὲ μονάζοντες ἢ λαϊκοὶ, ἔστωσαν ἀκοινώνητοι.

ΒΑΛΣ. Ὡς ἔοικεν, ἔλεγον ποτέ τινες, μόνους τοὺς κληρικοὺς τῆς ἐπισκοπῆς ἢ τῆς μητροπόλεως ὑποκεῖσθαι τῷ κατὰ χώραν Επισκόπῳ· τοὺς δὲ μοναχοὺς ἢ καὶ τοὺς κληρικοὺς τῶν ἐν τοῖς ὀρφανοτροφείοις καὶ γηροκομείοις θείων ναῶν ἢ καὶ τῶν ἐκκλησιῶν τῶν μαρτυρίων, μὴ ὑποκεῖσθαι τῷ Επισκόπῳ, κἂν ὑπὸ τὴν ἐνορίαν τούτου ὦσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς δομήτορσι τῶν μοναστηρίων καὶ τῶν λοιπῶν. τὸν γοῦν τοιοῦτον ἀκανόνιστον αὐτῶν λόγον οἱ θεῖοι πατέρες ἀποσκευαζόμενοι, ὥρισαν πάντας τούτους ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν εἶναι τῶν κατὰ χώραν Επισκόπου κατὰ τὴν περὶ τούτου τῶν ἁγίων πατέρων παράδοσιν.

τοὺς

Digitized by Google

τὰς δὲ τολμῶντας ἀναστρέπειν τοῦτο, ἤγουν θέλοντας μὴ ὑποκεῖσθαι ἰδίῳ τῷ Ἐπισκόπῳ, κληρικοὺς μὲν ὄντας ὑποπιμᾶσθαι τῷ τοῦ Ἐπισκόπου κρίματι· ὁ δὲ δοκῶν αὐτῷ, μοναζόντας δὲ ἢ λαϊκοὺς, ἀκοινωνήτους εἶναι, ἤγουν ἀφωρισμένους. πτωχεῖα δὲ λέγονται, πάντα τὰ εἰς πτωχῶν τροφὴν ἀφορισθέντα. οἱ γοῦν σήμερον λέγοντες μοναχοὶ ἢ κληρικοὶ μὴ ὑποκεῖσθαι τῷ πατριάρχῃ ἢ τῷ ἐγχωρίῳ Ἐπισκόπῳ, ὡς ἀπὸ ἐλευθέρας μονῆς ἢ ἐκκλησίας ὄντες, περιαλλόμενοι δῆθεν καὶ κληρικῶν τυπικοὺς διατάγματα, τί πρὸς ταῦτα ἀπολογήσονται; πάντων τοίνυν. κἂν γὰρ δομήτωρ τις μοναστηρίου ἢ ἐκκλησίας, ἐν τυπικῷ ἢ διατάξει αὐτοῦ διορίσηται μὴ ὑποκεῖσθαι τοὺς μοναχοὺς ἢ τοὺς κληρικοὺς τούτων τῷ κῷ χωρεπισκόπῳ, ἐὰν εἰσακουσθήσεται, ὡς τοῖς θείοις καὶ ἱεροῖς κανόσιν ἐναντίως διατάξαμενος, καὶ ἀνυπόστατα γράψας. περὶ δὲ τῶν διαλατομένων παρὰ τοῦ βασιλέως χάριν τῶν παρὰ τούτων κτιζομένων μοναστηρίων καὶ ἐκκλησιῶν, ζήτει ἐν πράξει σιωόδου ς'. καὶ ζ'. κανόνα.

ZONAR. Πάντας τοὺς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις καὶ πόλεσι κληρικοὺς καὶ ταῖς τούτων ἐνορίαις μοναχοὺς οἱ θεῖοι κανόνες τοῖς Ἐπισκόποις ὑπείκειν κελεύουσι. διὸ καὶ ὁ παρὼν κανὼν τοὺς τῶν πτωχείων κληρικοὺς τῷ Ἐπισκόπῳ ὑπέταξε, πτωχεῖα δὲ εἰσὶ τὰ εἰς πτωχῶν ἀφωρισμένα τροφεῖα καὶ διοίκησιν, τὰ γηροκομεῖα δηλονότι, ὀρφανοτροφεῖα, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐν οἷς καταπαθεῖς ἀνακίνται, καὶ τρέφονται. ἵνα γὰρ μὴ οἱ ἐν αὐλοῖς ἀνακείμενοι σὺν χῶν εἶεν ἀμέθεκτοι, μὴ δυνάμενοι εἰς τοὺς ἐν ἐκκλησίαις συναξὶς ἀπέναντι διὰ γήρους καθ' ὑπερβολὴν βαρύτητα, ἢ πηρώσεις σωματικὰς, ἢ νόσους, τροφὴν ἔλεγε τοῖς τῶν πτωχείων διοικηταῖς, καὶ κληρικοὺς καταλόγους, ἵν' ἐκπεμπται παρ' αὐτῶν ἡ τοῦ θείου ὑμνῳδία, καὶ οἱ ἐν αὐτῇ ἀνακείμενοι ἀπαλλαπώσεως ταύτης ἀκούσωσι. καὶ τοὺς τοιούτους τοίνυν κληρικοὺς, καὶ τοὺς τῶν μαρτυρείων τῶν ἐπ' ὀνόματι μαρτύρων οἰκοδομηθέντων ναῶν, τῷ κῷ χωρεπισκόπῳ ὑποκεῖσθαι ἡ πρᾶξις κελεύει σιωόδου. ἀλλὰ καὶ τοὺς τῶν μοναστηρίων. τῷ ὀνόματι δὲ τῶν κληρικῶν, καὶ τοὺς ἐν μοναστηρίῳ ὄντας ἱερωμένους διέλαβεν, ὅτι μηδένα χειροτονεῖσθαι ἀπολελυμένως ἢ τοιαύτη σιωόδου. ὥρισεν ἐν τῷ ἕκτῳ κανόνι. ἐπεὶ οὖν καὶ οἱ μοναχοὶ χειροτονέμενοι, τῆς μονῆς τῆσδε ὀνομάζοντο ἱερεῖς ἢ διάκονοι, καὶ ἐφεξῆς οἱ τῶν κατωτέρων ταγμάτων, εἰκότως κεκληρῶσθαι ἔκαστοι τῇ μονῇ, ἢ ὀνομάσθησαν, ἐνομίζοντο, καὶ κληρικοὺς καὶ αὐτοὺς οἱ τῆς σιωόδου θεῖοι πατέρες ἐκάλεσαν. τούτους οὖν ἅπαντας ὑποκεῖσθαι κελεύει τῷ Ἐπισκόπῳ, μηδὲ ἀφηνιάζειν, ἀντὶ τοῦ, τῆς ἐξουσίας ἐκείνου ἐκφεύγειν τε καὶ ἀποστρατᾶν, ὥσπερ πῶλος ἀποπτύσας τὸν χαλινόν· ὄνος γὰρ ἡ ἡνία· τοὺς δὲ παραβαίνοντας τὸν κανόνα, κληρικοὺς μὲν ὄντας, κανονικοῖς ὑποπιμίοις ὑπέκειτο τῇ τοῦ Ἐπισκόπου ἐξουσίᾳ καὶ διακρίσει καταλιπὼν τὸν τῶν ὑποπιμίων ποιότητα. μοναχοὺς δὲ ὄντας, ἢ λαϊκοὺς ἀκοινωνήτους εἶναι ὥρισατο. πῶς δὲ περὶ κληρικῶν διαλεγόμενος ὁ κανὼν λαϊκῶν ἐμνήσθη; οἶμαι τοίνυν τοιαύτῃ εἶναι τὴν ἔννοιαν τῶν πατέρων, τοὺς κληρικοὺς μὴ ἐφ' ἑαυτῶν πλημμῶν καταναυδύεσθαι τῶν ἀρχιερέων ἔκριναν καὶ ἀποστρατᾶν τῆς ἐξουσίας αὐτῶν. ἀλλ' ἴσως δυσαιτοῖς πεποιθότας τισὶ θάρσος ἐκείνοις περιποιοῦσιν ἐκ τῆς σφῶν δυνασείας, ἢ μᾶλλον θράσος πρὸς τὸ αὐθαδίσθαι, κἀκείνους οὕτω τῇ ἀκοινωνησίᾳ ὑπάγει.

ARIST. Ὁ ἐν πτωχείῳ, ἢ σεμνείῳ κληρικὸς, βλεπέτω τὸν ἔξουσίαν τοῦ Ἐπισκόπου τῆς πόλεως· ὁ δὲ τούτου ἀφηνιάζων, γινωσκέτω τὸ ὑποπιμον.

Ὑποκεῖσθαι δὲ ὅτι ὀφείλουσι τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ Ἐπισκόπου τῆς πόλεως· εἰ δὲ πείθονται κατ' οἰκείαν αὐθάδειαν ὑπ' αὐτὸν τελεῖν, τοῖς τῶν κανόνων ὑποπιμίοις ὑποπεσοῦνται.

Eos autem qui hoc evertere audeant, vel nolint Episcopo subjici; si sint quidem Clerici, ab Episcopo puniri, prout ei visum fuerit: si autem monachi vel Laici sint, excommunicatos esse seu segregatos. Ptocheia verò dicuntur omnia, quæ sunt designata, ut mendicis provideatur. Clerici ergo vel monachi, qui dicunt hodie se Patriarchæ vel regionis Episcopo non esse subjectos, tanquam sint liberæ manfionis vel Ecclesiæ, proferentes utique etiam à fundatoribus factorum statutorum ordinationes, quid ad hæc respondebunt? omnino nihil. Etiamsi enim quis fundator monasterii, vel Ecclesiæ, in statutis suis, vel ordinatione sua decreverit, non subjici eorum Monachos vel Clericos regionis Episcopo, non audietur, ut qui divinis sacrisque Canonibus contraria statuerit, & quæ stare non possunt, scripserit. De iis autem quæ ab Impp. ordinantur, propter ea quæ à se extruuntur monasteria & Ecclesias, quære præsentis synodi Can. vi. & xvii.

ZONAR. Quicunq; Ecclesias vel urbes, vel attinentes urbi regiones Clerici, aut Monachi colunt, Episcoporum auctoritati subjecti esse decreto divinorum Canonum omnes jubentur. Quocirca & hic Canon Ptocheiorum Clericos Episcopo subjicit. Sunt vero Ptocheia domus quæ pauperibus sustentandis curandisve destinatæ sunt, quales eæ videlicet, in quas aut pupilli, aut alii ætate variisq; morborum generibus confecti homines recipi, & ali solent. Ne iis enim, qui in illis accumbunt, precationum omni fructu carere necesse foret, per effœtam senectutem aut mutilati corporis debilitatem, aut morbos, Ecclesias, quique in iis celebrantur conventus, adeundi erepta potestate; curam habuerunt hospitalium domorum conditores, & in eis ædiculas excitare, & divinis laudibus persolvendis Clericos constituere, ut ad eas auscultandas tota illa qualiscunque familia non difficile conveniret. Eos igitur Clericos, quique in martyriis, templis scilicet martyrum nomini dicatis, agunt, suæ quemque regionis Episcopo subjectos esse synodus præsens jubet. Quin & idem de monasteriorum quoq; Clericis statuit. Nomine vero Clericorum etiam eos, qui sunt in Monasteriis, consecratos indicavit. Cùm enim quenquam ad sacros ordines admitti, nisi certæ cuidam Ecclesiæ addictum hujus synodi sexto Canone vetitum sit, proindéq; quicunque ordinibus insigniti Monachi forent, certi alicujus monasterii Sacerdotes, aut Diaconi, aut deinceps, sui quisq; ordinis nomine, dicerentur; idcirco ejusdem monasterii Clero adscripti quodammodo putabantur, eosq; synodi sancti Patres hoc loco Clericorum appellatione complexi sunt. int igitur illi omnes, inquit Canon, Episcopo subjecti, neq; habenas excutiant, hoc est, Episcopi imperium detrectent & reluctentur, ut Equuleus respuens frænum; hoc enim est ἡνία. Quicunq; porro hujus decreti constitutionem violarint, si quidem Clerici sint, Canonicis pœnis Episcopi potestate ac judicio eligendis subjicit; si vero Monachi, aut Laici, communione privatos esse decernit. Sed cùm Clericos tantum hæc constitutio attingat, quomodo Laïcorum quoque mentio injecta est? Patrum igitur eam mentem fuisse arbitror, ut Clericos sua sponte Antistitibus per impudentiam obsistere, eorumq; auctoritati adversari nunquam ausuros esse existimarent; sed fortassis è quibusdam potentioribus per potestatem suam fiduciam illis, vel potiùs audaciam ad superbiam usque evectam, ingenerantibus persuasos; proinde illos quoque excommunicationi subjicit.

ARIST. *Qui in Ptocheio aut Monasterio degit Clericus, Episcopi civitatis autoritati se submittat: Qui vero excussis habenis ab eo resilit, pœnam luat.*

Et hi Episcopi civitatis auctoritati subjici debent. Si autem per arrogantiam suam ei se subjicere non persuadeantur, Canonum suppliciis subjicientur.

Digitized by Google

CANON IX.

Si quis Clericus habeat cum Clerico litem, proprium Episcopum ne relinquat, & ad secularia judicia ne excurrat: sed causam prius apud proprium Episcopum agat: vel Episcopi voluntate apud eos, quos utraque pars elegerit, judicium agitetur. Si quis autem præter hæc fecerit, Canonicis pœnis subjiciatur. Si Clericus autem cum proprio vel etiam alio Episcopo litem habeat, à provinciæ Synodo judicetur. Si autem cum ipsius provinciæ metropolitano Episcopus vel Clericus controversiam habeat, diœcesis exarchum adeat, vel Imperialis urbis Constantinopolis thronum, & apud eum litiget.

BALS. Postquam definiissent sancti patres, omnes Clericos regionis Episcopo subjici (Clericorum autem nomine etiam Monachi continentur) per præsentem Canonem inferunt non licere Clerico apud judicium civile adversus Clericum actionem intendere, sed apud proprium Episcopum: vel ejus voluntate, apud eos quos partes voluerint, qui tamen debent esse idonei, id est, Ecclesiastici. Est enim verisimile, futurum ut nolit quandoq; Episcopus causam audire justa aliqua de causa. Eum autem qui præter hæc facturus est, Canon Canonicis pœnis subjicit. Et hæc quidem ita se habent, quando unius regionis duo Clerici inter se invicem habent controversiam. Si autem Clericus habet actionem adversus proprium Episcopum, vel adversus alium Episcopum, examinabitur causa apud idoneum provinciæ Metropolitanum. Si autem Episcopus vel metropolitani Clericus habet actionem adversus metropolitanum, decernit Canon ut de causa cognoscat, vel diœcesis exarchus, vel patriarcha Constantinopolitanus. Debemus ergo dicere, quòd si quis Clericus adversus Clericum vel Episcopum vel Metropolitanum agere velit, forum rei secundum leges sequatur. Clerici enim & Monachi apud regionis Episcopum trahentur, Episcopus apud Metropolitanum, Metropolitanus apud Patriarcham: & non licebit, verbi gratia, Clerico Episcopatus Athyræ apud Heracleæ Metropolitanum adversus conclericum suum actionem intendere: sed ut superius dictum est, facere cogetur. Interrogabit autem quispiam, si Clericus noluerit apud proprium Episcopum cum synclerico litigare, sed apud metropolitanum actionem intenderit, num causa cadet & propriam actionem amittet: quod quidem futurum est, si eum ad judicium seculare traxerit? Solutio. Causa quidem non cedet, ut qui non ad civile judicium actionem intentaverit: sed secundum præsentem Canonem in eum animadvertetur. Nec tibi contrarium esse putetur vi. cap. primi tit. iii. lib. Basilic. dicens: Apud Patriarcham quoque primum actionem quispiam intendere potest, & petere per literas ejus sibi dari judicem aliquem loci Episcoporum, cujus recusata sententia patriarcha rursus judicabit. Sed lege præsentem Canonem diligenter, xv. Can. Carth. Syn. vi. ii. Syn. & i. cap. ix. tit: præsentis operis, & quæ in eo sunt: quæ quidem apparentem contrarietatem dissolvunt. Quod autem hîc dictum est, Vel Episcopi voluntate, apud eos quos utraque pars voluerit, judicium agitetur, ne dicas accipi de judice eligendo, qui jurisdictionem non habet; eum enim partium voluntas judicem facit & pœnæ stipulatio, quod quidem ex præsenti Canone non apparet: sed de judice, qui habet Ecclesiasticam jurisdictionem, sed non est partibus idoneus. Quamobrem, qui præter proprii Episcopi voluntatem apud non competens judicium litigare elegerit, etiamsi sit Ecclesiasticus secundum præsentem Canonem punietur. Provinciæ autem exarchus est, ut mihi quidem videtur, non uniuscujusque provinciæ Metropolitanus, sed Metropolitanus totius diœcesis. Diœcesis autem est, quæ multas sub se habet provincias. Hoc au-

ΚΑΝΩΝ θ'.

Εἴ τις κληρικὸς πρὸς κληρικὸν πρᾶγμα ἔχοι, μὴ ἐγκαταλιμπανέτω ⟨τὸν⟩ οἰκεῖον Ἐπίσκοπον, καὶ ἐπὶ κοσμικὰ δικαστήρια μὴ καταντιχέτω· ἀλλὰ πρότερον τὴν ὑπόθεσιν γυμναζέτω πρὸς τῷ ἰδίῳ Ἐπισκόπῳ, ἢ γοῦν γνώμῃ αὐτοῦ τοῦ Ἐπισκόπου πρὸ οἵων ἂν τὰ ἀμφότερα μέρη βάλωνται τῆς δίκης συγκροτήσῃ· εἰ δέ τις πρὸς ταῦτα ποιήσοι, κανονικοῖς ὑποκείσθω τιμωρίοις. εἰ δὲ καὶ κληρικὸς πρᾶγμα ἔχοι πρὸς τὸ ἴδιον ἢ καὶ πρὸς ἕτερον Ἐπίσκοπον, πρὸς τὴν συνόδῳ τῆς ἐπαρχίας δικαζέσθω· εἰ δὲ πρὸς τὸ αὐτῆς ἐπαρχίας μητροπολίτου Ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς ἀμφισβητοίη, καταλαμβανέτω ἢ ἔξαρχον τῆς διοικήσεως, ἢ τὸν τῆς βασιλευούσης Κωνσταντινουπόλεως θρόνον, καὶ ἐπ' αὐτῷ δικαζέσθω.

Κληρικοὺς ἢ λαϊκοὺς κατηγορούντας Ἐπισκόπων ἢ κληρικῶν, ἁπλῶς καὶ ἀδοκιμάστως μὴ προσδέχεσθαι εἰς κατηγορίαν, εἰ μὴ πρότερον ἐξετασθείη αὐτῶν ἡ ὑπόληψις.

ΒΑΛΣ. Ζήτει κανόνα ϛ'. τῆς β'. Συνόδου, καὶ μάθῃς τὴν τοῦ παρόντος κανόνος ἐξήγησιν.

B

ΖΩΝΑΡ. Καὶ ὁ ἕκτος κανὼν τῆς δευτέρας Συνόδου περὶ τούτων διατάττει. ἃ οὖν ἐγράφη ἐκεῖ, εἰς ἐξήγησιν καὶ τοῦ παρόντος κεφαλαίου ἀρκοῦσι.

ΑΡΙΣΤ. Ἀδοκιμάστως κληρικὸς ἢ λαϊκὸς Ἐπισκόπου κατηγορῶν, ἀνεπίδεκτος.

Δεῖ τὰς ὑπολήψεις τῶν κατηγορούντων Ἐπισκόπων ἢ κληρικῶν ἐξετάζεσθαι· καὶ μὴ ἀποδοκιμάστως αὐτοὺς εἰς κατηγορίαν αὐτῶν παραδέχεσθαι, κἂν κληρικοί εἰσιν οἱ κατηγορούντες, κἂν λαϊκοί· μή ποτε ἀποβεβλημένοι τοῦτοι εἶεν, ἢ ἀκοινώνητοι, ἢ ἐπ' ἐγκλήμασί τισι κατηγορούμενοι, καὶ μήπω φανέντες ἀνεύθυνοι, ἢ ἄλλως πως τὸν βίον ἐπίμεμπτοι, ἢ τὴν θρησκείαν ἀλλότριοι. πολλοὶ γὰρ τοιοῦτοι τὴν ἐκκλησιαστικὴν εὐταξίαν συγχεῖν καὶ ἀνατρέπειν βουλόμενοι, συκοφαντικὰς αἰτίας συῤῥάπτουσι κατὰ τῶν ἀνεπιλήπτων καὶ ὀρθοδόξων Ἐπισκόπων, καὶ κληρικῶν.

C

Canon XXII.

Non licere Clericis post mortem proprii Episcopi res, quæ ad ipsum pertinent, rapere, quemadmodum & adsumentibus, prohibitum est: aut qui hoc fecerint, de proprio gradu in periculum venire.

Bals. Præsens Canon deponi jubet Clericos, qui post mortem proprii Episcopi res, quæ ad illum pertinent, rapiunt; & non solùm ipsos, sed & reliquos, qui eorum sibi custodiam vendicant; Metropolitanos scilicet, & alios, apud quos mortuus est Episcopus, qui etiam παραλαμβάνοντες, hoc est, adsumentes, dicuntur. Tunc autem dicitur Episcopus res habere, & de iis disponere ac testari potest, quando, ut vult xl. Canon Apostolicus, cùm primùm fuit electus, quæ sunt sua propria, & quæ Episcopatus, descripsit. Nisi enim ita fecerit, omnia quæ sunt ejus ad Ecclesiam pertinebunt. Descriptione autem factâ, ut dictum est, si intestatus morietur Episcopus existimo quòd secundùm leges cognati ejus, qui ab intestato vocantur, ei succedent. Etsi enim nonnulli ex lxxxi. Can. Syn. Carth. dixerunt esse in potestate succedentis Episcopi, ut bona ejus qui mortuus est intestatus, ut voluerit, administret: sed mihi videtur, quòd ex eo Canone statuente debere eum, qui intestato Episcopo succedit, Episcopum, descriptionem facere ejus voto congruentem, ostenditur maximè debere fieri secundùm leges rerum defuncti successionem. Hoc enim si fecerit, ejus voto convenientem descriptionem faciet. Quære etiam xxiv. Can. Antioch. Syn. & Syn. in Trul. Can. xxxv.

Zonar. Quadragesimus quoque sanctorum Apostolorum Canon, quænam Episcopi propriæ possessiones, quæque Deo dicatæ sint, notum omnino ac testatum esse decernit; Episcopóque, quod ad proprias possessiones attinet, illas testamento cuicunque libitum fuerit legandi potestatem facit. Eadem Antiochenæ Synodi quarto & vigesimo Canone constituta. Hoc etiam Canone, quæ

ΚΑΝΩΝ κβ'.

Μὴ ἐξεῖναι κληρικοὺς μετὰ θάνατον τοῦ ἰδίου Ἐπισκόπου ἁρπάζειν τὰ διαφέροντα αὐτῷ πράγματα, καθὼς καὶ τοῖς παραλαμβάνουσιν ἀπηγόρευται· ἢ τοὺς τοῦτο ποιοῦντας κινδυνεύειν περὶ τοὺς οἰκείους βαθμούς.

D

ΒΑΛΣ. Ὁ παρὼν κανὼν καθαιρεῖσθαι φησὶ τοὺς κληρικοὺς τοὺς μετὰ θάνατον τοῦ ἰδίου Ἐπισκόπου ἁρπάζοντας τὰ τούτῳ διαφέροντα πράγματα, καὶ οὐ μόνον αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ τοὺς λοιποὺς τοὺς χρεωστοῦντας φυλακὴν τούτων, μητροπολίτας δηλαδὴ καὶ ἑτέρους παρ' οἷς ἐτελεύτησεν ὁ Ἐπίσκοπος, οἳ καὶ παραλαμβάνοντες καλοῦνται. τότε δὲ λέγεται ἔχειν ὁ Ἐπίσκοπος πράγματα, καὶ δύναται διατίθεσθαι, ὅταν κατὰ τὸν μ'. ἀποστολικὸν κανόνα, ἀπογράψηται, ἅμα τῷ χειροτονηθῆναι, τὰ οἰκεῖα καὶ τὰ τῆς ἐπισκοπῆς. εἰ γὰρ μὴ οὕτω ποιήσει, πάντα τὰ τούτου τῇ ἐκκλησίᾳ ἀνήκουσιν. ἀπογραφῆς δὲ γενομένης, ὡς εἴρηται, ἐὰν ἀδιάθετος ὁ Ἐπίσκοπος τελευτήσῃ, νομίζω ὅτι κατὰ νόμους ὑπὸ τῶν ἐξ ἀδιαθέτου καλουμένων προσγενῶν αὐτοῦ κληρονομηθήσεται. κἂν γάρ τινες ἀπὸ τοῦ πα'. κανόνος τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου, εἶπον ἔχειν ἐπ' ἀδείας τὸν μετ' ἐκεῖνον Ἐπίσκοπον τὰ πράγματα τοῦ ἀδιαθέτως τελευτήσαντος Ἐπισκόπου κατὰ τὸ βουλητὸν αὐτῷ οἰκονομεῖν. ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ ὅτι ἀπὸ τοῦ τοιούτου κανόνος λέγοντος ὀφείλειν ἐπιγινόμενον Ἐπίσκοπον, τοῦ ἀδιαθέτου Ἐπισκόπου τὴν διατύπωσιν ἁρμοδίαν τῷ αὐτοῦ ἐπαγγέλματι ποιήσασθαι· μάλιστα παρίσταται κατὰ νόμους γίνεσθαι τὴν διαδοχὴν τῶν πραγμάτων τοῦ τελευτήσαντος. τοῦτο γὰρ ποιῶν, ἁρμοδίαν διατύπωσιν ποιήσει τῷ αὐτοῦ ἐπαγγέλματι. ζήτει τὸν κδ'. κανόνα τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου, καὶ τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ κανόνα λε'.

E

F

ΖΩΝΑΡ. Καὶ ὁ τεσσαρακοστὸς τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανὼν φανερὰ εἶναι ὁρίζει τὰ ἴδια πράγματα τοῦ Ἐπισκόπου, καὶ τὰ κυριακὰ φανερὰ, καὶ ἐξουσίαν δίδωσι τῷ Ἐπισκόπῳ τὰ οἰκεῖα, οἷς βούλεται, καταλιμπάνειν. καὶ ὁ κδ'. τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου κανὼν τὰ αὐτὰ διατάττει. καὶ ὁ παρὼν δὲ κανὼν ἀπαγορεύει τὰ τῷ Ἐπισκόπῳ διαφέροντα πράγματα

Digitized by Google

σμαῖα ἀφ' ἧς κληρικὴν ἁρπάζεσθαι ἐκείνου θανόντος. ὃ δὲ, καθὼς καὶ τοῖς προλαμβάνουσιν ἀπηγόρευται, νοητέον καὶ ἐπὶ λέ. κεφάλαια τῆς ἐν τῇ Τρούλλῳ συνόδου, κωλύοντα καὶ μητροπολίτῃ ᾧ ἐπέκειτο ὁ τελευτήσας Ἐπίσκοπος, μήτε τι τῶν τῆς ἐκκλησίας, μήτε τῶν ἰδικῶν τοῦ Ἐπισκόπου σφετερίζεσθαι· ἀλλ' εἰ μὲν εἴεν ἐν τῇ ὑπηρετῇ κληρικοί, τῶν ἐκείνων κελεύονται τὰ πράγματα φυλάττεσθαι, μέχρις ἂν ἕτερος Ἐπίσκοπος γένηται· εἰ δ' οὐκ εἴεν ἴσως κληρικοὶ, τῷ μητροπολίτῃ τὸν τέτων ἀναπόδεμνον φυλακὴν, ἵν' ἀποδοίη ταῦτα ἀκηνοτόμητα τῷ χειροτονηθησομένῳ Ἐπισκόπῳ. προλαμβάνον- B τας οὖν τοὺς κληρικοὺς ἢ τοὺς μητροπολίτας φησὶν, ὡς τὸν τῶν πραγμάτων φυλακὴν ἐμπιστευομένους. τοῖς δ' ἁρπάζουσιν, ἢ νοσφιζομένοις τι τῶν τῆς ὑπηρεσίας ἢ τοῦ Ἐπισκόπου πραγμάτων ἐπιτίμιον ἐπάγει τὸν ἔκπτωσιν τῶν οἰκείων βαθμῶν. καταλιμπάνειν δ' Ἐπίσκοπον αἱρετικοῖς τὰ οἰκεῖα κεκώλυκε, μᾶλλον δὲ τοιούτοις καταλιπὼν κατ' ἀνάθεμά ἐστιν· ἀλλοτρίου δὲ τοῦ Ἐπισκόπου τελευτήσαντος, ὁ μετ' ἐκεῖνον Ἐπίσκοπος τὰ ἐκείνου ὠφείλησε οἰκονομεῖν πράγματα διαφέρως, καὶ ᾧ κε'. καὶ πα'. τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου κανόνα.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ δὲ ἀνθρώπων Ἐπισκόπου γεγυμνωμένου τὰ ἐκείνου ἁρπάζων, τοῦ βαθμοῦ ἁμαρτήσεται.

Οἱ τῶν κληρικῶν τὰ τοῦ Ἐπισκόπου πράγματα διαρπάζοντες μὴ θάνατον ἐκείνου, πρὸ ἰδίου βαθμοῦ κινδυνεύουσι.

ΚΑΝΩΝ κγ'.

Ἠλθεν εἰς ἀκοὰς τῆς ἁγίας συνόδου, ὡς κληρικοί τινες καὶ μοναζοντες μηδὲν ἐγκεχειρισμένοι ὑπὸ τοῦ ἰδίου Ἐπισκόπου, ἔξω δὲ ὄντες καὶ ἀκοινώνητοι γεγονότες παρ' αὐτοῦ, καταλαμβάνουσι τὴν βασιλίδα τῶν Κωνσταντινούπολιν, καὶ ἐπὶ πολὺ ἐν αὐτῇ διατρίβουσι, παραχὰς ἐμποιοῦντες, καὶ θορυβοῦντες τὴν ἐκκλησιαστικὴν καθίσασιν, ἀναστρέφουσί τε οἰκους τινῶν· ὥρισεν τοίνυν ἡ ἁγία συνόδος, τοὺς τοιούτους ὑπομιμνήσκειν μὲν πρότερον τὴν τῆς ἐκδίκου τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ὅτι δεῖ ἐξελθεῖν τῆς βασιλευούσης πόλεως· εἰ δὲ τοῖς αὐτοῖς πράγμασιν ἐπιμένοιεν ἀναστρεφόμενοι, καὶ ἀκοινώνητοι αὐτοὶ διὰ τὸν αὐτὸν ἐκδίκου ἐκβάλλειν, καὶ τοὺς ἰδίους καταλαμβάνειν τόπους.

ΒΑΛΣ. Ἀπαγορεύουσιν οἱ πατέρες κληρικοὺς ἢ μοναζόντας παρὰ γνώμην τοῦ ἰδίου Ἐπισκόπου, πολλάκις καὶ ἀφωρισμένους ὄντας, καταλαμβάνειν τὴν Κωνσταντινού- E πολιν, καὶ ἐπὶ πολὺ ἐν αὐτῇ διατρίβειν, διὰ ὃ μὴ ἔχειν ἴσως διακονίας ἐκκλησιαστικάς· τοῦτο γὰρ φησὶν ἀναστρέφειν τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν, καὶ τοὺς οἴκους τῶν παραδεχομένων αὐτούς. καὶ ἐντεῦθεν μὲν ἐκδιώκεσθαι τούτους καὶ ἀκοινωνήτους ὁ κανὼν ὁρίζεται, εἰ μὴ θελήσωσι παρὰ τὸν ἐκδίκων· ὑπομιμνησκόμενοι ἐκόντες ὑποχωρῆσαι. ὁ δὲ κ'. κανὼν τῆς πρώσης συνόδου ἀκοινωνήτους εἶναι φησὶ καὶ δεκτέους καὶ δεξαμένους. καὶ μὴ ἐναντιωθῇ σοι, ἀλλ' εἰπὲ ὅτι ἐκεῖ μὲν ἔφθασε δεχθῆναι, καὶ διὰ τοῦτο ἀκοινωνησία καταλυέτω σὺν τοῖς δεξαμένοις αὐτοὺς Ἐπισκόποις· ἐντεῦθεν δὲ οὐκ ἐδέχθησαν εἰσέτι, καὶ διὰ τοῦτο διώκου, καὶ ἀναγκάζονται ἀπελθεῖν ἔνθα ἐχειροτονήθησαν. ἀναγνωθι καὶ τὸ ις'. ἀποστολικὸν κανόνα.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς κληρικοὺς βέλει ὁ κανὼν ταῖς ἐκκλησίαις προϊσταμένους, αἷς ἐκληρώθησαν, κἂν ἴσως μὴ κρίνοιντο παρὰ τοῦ Ἐπισκόπου εἰς ἐγχείρισιν πραγμάτων ἢ τοῦ διοικήσειν ἐπιτήδειοι, κἂν ἴσως καὶ ἐπιμεθῶσι παρ' αὐτοῦ τῆς τῆς ἀκοινωνησίας ἐπιτιμίῳ, καὶ μὴ ἀποσπάσῃ, καὶ ἀλλαχοῦ ἀπέναι καὶ διατρίβειν ἐκεῖ, ἵνα παραχὰς καὶ θορύβους ποιῶν, καὶ συγχέων τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν κακὸν ὑπόδειγμα τοῖς ἄλλοις κληρικοῖς γινόμενος, καὶ οἴκους τινῶν ἀναστρέφοντας, ἢ τῶν μεμυημένων αὐτοὺς κληρικῶν, καὶ τῇ

A Episcopus propria possedit, eo vita functo Clerici rapere atque ad se avertere prohibentur. Verba autem illa [Quemadmodum assumentibus quoque vetitum est] ex synodi Trullanæ Canone trigesimo quinto intelligere facile est. Eò siquidem loci ne Metropolitano etiam Episcopo, cum aliquis ex subjectis sibi Episcopis decesserit; vel ex Ecclesiæ vel ex ipsius Episcopi bonis quidquam in rem suam convertere liceat interdictum: sed siquidem in Episcopatu Clerici aliqui sint, eorum fidei ac diligentiæ, quoad alter Epscopus subrogetur, ea bona commendata esse; sin verò nulli forsitan sint Clerici, à Metropolitano interea asservari, eique, qui suffectus fuerit Episcopo, ad B libellam omnia reddi jubetur. assumentium ergo nomine Clericos aut Metropolitanos intelligit, quorum fidei res illæ creditæ atque commendatæ sunt. Qui vero aliquid ex bonis Episcopatus, aut Episcopi propriis rapiunt aut alienant, ordinum suorum gradibus amoveri decernit. Hæreticos autem testamento hæredes scribere Episcopi prohibentur: quin, si fecerint, etiam anathemate eos teneri constitutum. Quòd si nullo facto testamento Episcopus decesserit, quicunque in ejus locum fuerit suffectus, de illius fortunis ex xxii. & lxxxi. Syn. Carth. Can. quod Deo gratissimum fore arbitrabitur, statuet.

C ARIST. *Qui Episcopo vitâ functo, illius bona rapit, gradu dejicietur.*

Quicunque Clerici Episcopi bona post mortem ipsius diripiunt, de gradibus suis in periculum veniunt.

CANON XXIII.

Pervenit ad aures sanctæ synadi, quòd Clerici quidam & Monachi, quibus nihil à proprio Episcopo mandatum est, & sunt etiam nonnunquam ab ipso communione segregati, ad Imp. Constantinopolis urbem se conferunt, D *& in ea diu morantur, turbas excitantes, statumque Ecclesiasticum perturbantes, & aliquarum domos subvertunt. Statuit ergo sancta Synodus, ut ii priùs à sanctissimæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ defensore admoneantur, ut Imp. urbe excedant: Si autem in iisdem negotiis impudenter perseverent, ut per ipsum defensorem vel inviti ejiciantur, & in propria loca revertantur.*

BALS. Prohibent patres Clericos vel Monachos, præter proprii Episcopi voluntatem, & qui sunt sæpe etiam segregati, Constantinopolim accedere, & diu in ea manere, eò quòd non habeant fortasse Ecclesiastica ministeria: hoc enim, inquit, evertit statum Ecclesiasticum, & domos eorum qui illos suscipiunt. Et hîc quidem jubet Canon eos vel invitos expelli, si à defensoribus moniti nolint sua sponte recedere. Vigesimus autem præsentis Synodi Canon Excommunicatos esse dicit, tam eum qui susceptus est, quàm eum qui suscepit. Nec id tibi esse contrarium videatur; sed dic, quòd illic quidem jam susceptus erat, & propterea excommunicatione condemnantur, cum iis, qui illos susceperunt, Episcopis: hîc autem non erant susceptus, & propterea expelluntur, & eò redire coguntur, ubi ordinati fuerant. Lege & xvi. Canonem Apostolicum.

ZONAR. Ut Clerici quamvis forsitan Ecclesiæ suæ regendæ sive administrandæ ab Episcopo minus idonei judicentur, imo vero etiamsi communione forte privati sint, in Ecclesiis maneant quibus in Clerum cooptati sunt, & non se subducant, aut alio commorandi causa se conferant, Ecclesiasticámque tranquillitatem per tumultum seditionémque perturbent, exemplo aliis item Clericis noxii, ac privatæ quoque quietis eversores, sive Clericorum, quos imitatione sui ad Ecclesiasticos ordines turbandos pelliciunt,

Digitized by Google

ciunt sive aliorum, à quibus recepti negotiis forte administrandis præficiuntur, hoc Canone constitutum. Qui secus fecerint, à defensore admonitos, ex urbe, in quam immigrarunt excedere vult Canon; contumaces vero ac in sua importunitate, inobedientia videlicet impudentiáque obfirmatos, vel commissorum sibi etiam negotiorum administrationem mordicus retinentes, ejici à defensore vel invitos, atque in suam stationem compelli jubet. Eademque constitutione monachos quoque teneri decretum est.

ARIST. *Clerici & Monachi qui Episcopi injussu Constantinopoli commoranitur, & turbas excitant, urbe expellantur.*

Clerici aut monachi, qui præter Episcopi sui sententiam Constantinopoli inveniuntur, & ibi Ecclesiasticum perturbant statum, ab Ecclesiæ Constantinopolitanæ Exarcho civitate expellantur.

CANON XXIV.

Quæ semel voluntate Episcopi consecrata sunt monasteria, perpetuo manere monasteria, & res quæ ad ea pertinent servari, eáque non amplius fieri secularia habitacula. Eos autem, qui hoc fieri permittunt, Canonum pœnis subjici.

BALS. Præsens Canon, qui statuit non fieri secularia diversoria, nec communia fieri quæ de Episcopi sententia consecrata sunt monasteria, eas quoque res servari, quæ ad ipsa pertinent, ut & de monasteriorum ædificatione tacite præcipit, eo quod dicit Episcopi voluntate. Sed quomodo fieri debeant monasteria, à primo Canone Synodi quæ fuit in templo sanctorum Apostolorum, fusiùs disces; & etiam à primo capite primi tit. iv. libri Basilic. quod est cap. lii. cxxiii. Justiniani novellæ, quæ compendio posita est in i. cap. xi. tit. præsentis operis. Interrogaverit autem quispiam, cum quanam custodia res monasteriorum servari jubet Canon, & quænam eæ sint. Ac nonnulli quidem dixerunt omnia monasteriorum tam mobilia quàm immobilia ut ipsa etiam monasteria inalienabilia confervari. Mihi autem videtur Canon hic loqui de magna custòdia, summa scilicet diligentia. Immobilium enim ad ea pertinentium, & præterea etiam sacrorum vasorum nonnunquam alienatio permittitur. Lege totum ii. tit. lib. v. Basilic. docentem justis quibusdam de causis, non solùm dari pignori, sed quavis etiam alienatione alienari Ecclesiarum immobilia & sacra vasa. Quoniam autem dicit eos, qui permittunt communia fieri monasteria, Canonum pœnis subjici, rogaverit quispiam, quænam eæ sint. Scias ergo quòd xiii. Canon vii. Syn. dicit, eos qui sacra communia faciunt, & ea in antiquam formam non restituunt, si sint quidem sacerdotes, debere deponi: Laicos vero vel Monachos segregari. Lege & xlix. Can. Syn. in Trullo.

ZONAR. Cum aliis, quæ primo Canone synodi in templo sanctorum Apostolorum habitæ continentur, & hæc definivit sancta synodus, ne cuiquam nisi Episcopi sententia ac voluntate monasterium extruere liceat & deinceps. Idem libro quarto Basilic. titulo primo, civili quoque lege decretum est. Quæ igitur ea conditione, hoc est Episcopo consentiente, religiosásque preces adhibente monasteria consecrata ac Deo dicata sunt, ne communia reddantur præcipit Canon, sed usum monasterii in posterum semper obtineant, nec profana ac secularia habitacula fiant, ut & bona quoque ad se pertinentia sine fraude possideant. Monasterium verò quodcunque, aut nulla

A τάξῃ μὴ ἐμμενόντων τῆς ἐκκλησίας, ἢ τῷ δεχομένων αὐτὸς καὶ εἰς οἰκονομίαν πραγμάτων ἴσως χρωμένων αὐτοῖς. τὸς τοιούτους οὖν παρὰ τῶν ἐνδίκων ὑπομιμνήσκεσθαι βέλτιον ὁ κῆμων ἐξιέναι τῆς πόλεως, ἢ προικοῦσιν. εἰ δ' μὴ πείθοιντο, τοῖς αὐτοῖς δ πράγμασιν ὑπομένοιεν, τῇ ἀνυποταξίᾳ δηλαδὴ, καὶ ἀναισχυντίᾳ, ἢ τῇ διοικήσῃ τῶν αὐτοῖς ἐγχειρισθέντων πραγμάτων, ἐκβάλλεσθαι καὶ ἄκοντας ὁ κῆμων διατάττει) παρὰ τοῦ ἐνδίκου, καὶ εἰς τὸς ἰδίους ἀπέναι τόπους. περὶ αὐτῶν καὶ περὶ μοναχῶν.

B ΑΡΙΣΤ. Οἱ Ἐπισκόπου δίχα, τῇ Κωνσταντίνου διατρίβοντες πόλῃ, κληρικοὶ καὶ μονάζοντες, & ταραχὰς ἀνεγείροντες, τῆς πόλεως ἐλαυνέσθωσαν.

Οἱ παρὰ γνώμης τοῦ ἰδίου Ἐπισκόπου διεστώμενοι ἐν Κωνσταντινουπόλῃ κληρικοὶ καὶ μονάζοντες, καὶ τ' ἐκκλησιαστικὰ θορυβοῦντες καταλάσσειν, διατοῦ ἐνδίκου τῆς κτ Κωνσταντινοπόλιν ἐκκλησίας, τῆς πόλεως ἐλαυνέσθωσαν.

ΚΑΝΩΝ κδ'.

C Τὰ ἅπαξ καθιερωθέντα μοναστήρια, κτ γνώμῃ Ἐπισκόπου, μηδὲν εἰς ὃ διλωνεὲς μοναστήρια, καὶ τὰ ἀνήκοντα αὐτοῖς πραγματα φυλάττεσθαι, καὶ μηκέτι γίνεσθαι ταῦτα κοσμικὰ καταγώγια. τὸς δὲ συγχωροῦντας τοῦτο γίνεσθαι, ὑποκεῖσθαι τοῖς ἐκ τῶν κανόνων ὑπευθύνοις.

BALS. Ὁ πρὸν κανὼν διορίζόμενος μὴ γίνεσθαι κοσμικὰ καταγώγια, μηδὲ κοινοῦσθαι τὰ κτ γνώμῃ τοῦ Ἐπισκόπου καθιερωθέντα μοναστήρια, φυλάττεσθαι ὅ καὶ τὰ ἀνήκοντα αὐτοῖς πράγματα, ἀσυμφανῶς παρακελεύεται, καὶ τὰ περὶ τῆς ποιήσεως τῶν μοναστηρίων, διὰ τοῦ εἰπεῖν, κτ γνώμῃ τοῦ Ἐπισκόπου. μαθήσῃ δ' πλατύτερον πῶς ὀφείλουσι γίνεσθαι τὰ μοναστήρια, ἀπὸ τοῦ α'. κανόνος τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων D ἀποστόλων συνόδου, καὶ ἀπὸ τοῦ α'. κεφ. τοῦ α'. τίτλου τοῦ δ'. βιβλίου τῶν Βασιλικῶν· ἔνθα δὲ κεφ. νβ'. τῆς ρκγ'. Ἰουστινιανείου νεαρᾶς, συνοψισθὲν εἰς θα'. κεφ. τοῦ ια'. τίτλου τοῦ πρόνοιας συντάγματος. ἐρωτήσῃ δέ τις κτ ποίας φυλακῆς τὰ περὶ μοναστηρίων φυλάττεσθαι ὁ κῆμων παρακελεύεται, καὶ ποῖα ταῦτα εἰσί. καὶ τινὲς μὲν εἶπον ὀφείλειν πάντα τὰ τῶν μοναστηρίων κινητὰ & ἀκίνητα, ὡς καὶ αὐτὰ τὰ μοναστήρια σωτηρίαν ἀνεκποίητα. ἐμοὶ δ δοκεῖ ὅτι ὁ κανὼν ἐνταῦθα περὶ φυλακῆς λέγει μεγάλης, δηλονότι ἄκραν ὑπομελείας. πρὸς γὰρ διαφερόντων τούτοις ἀκινήτων, περὶς δ καὶ πινῶν ἱερῶν σκευῶν, ἔστιν ὅτε ἡ ἐκποίησις ὑπαρέπεται). καὶ ἀνάγνωθι παρὰ ὅλον δεύτερον τίτλον τοῦ ε'. βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, διδάσκοντα ἐξ εὐλόγων αἰτιῶν τινῶν, μὴ μόνον ὑποτίθεσθαι τὰ τῆς ἐκκλησιῶν ἀκίνητα καὶ ἱερὰ σκεύη, ἀλλὰ καὶ ἐκποιεῖσθαι κτ πᾶσαν ἐκποίησιν. ἐπεὶ δ φησὶ τὸς συγχωροῦντας κινεῖσθαι τὰ μοναστήρια, ὑποκεῖσθαι τοῖς τῶν κανόνων ὑπευθύνοις, ἐρωτήσῃ τὶς ποῖα ταῦτα εἰσί. γίνωσκε οὖν ὅτι ὁ ιγ'. κῆμων τῆς ζ'. συνόδου φησὶ τὰς τὰ ἱερὰ κοινωνίας, καὶ μὴ ἀποκαθισώσας αὐτὰ εἰς ὃ ἀρχαῖον σχῆμα, ἱερωμένους μὲν ὄντας, καθαιρεῖσθαι, λαϊκὸς δ' ἢ μοναχὸς ἀφορίζεσθαι. ἀνάγνωσον καὶ παρὰ μθ'. κῆμονα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου.

ZΩNAP. Ὁ παρὼν κανὼν τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν F ἁγίων ἀποστόλων συνόδου Συνόδου περιέχει μὲν τῶν ἄλλων καὶ ταῦτα· ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος μηδενὶ ἐξεῖναι μοναστήριον οἰκοδομεῖν χωρὶς τῆς τοῦ Ἐπισκόπου γνώμης καὶ βουλῆς, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ ὁ πολιτικὸς νόμος ἐν βιβλίῳ πεμπτῳ τῶν Βασιλικῶν κείμενος τίτλῳ παρόντι, τὰ αὐτὰ διορίζεται. τὰ γοῦν ὅπου κτ γνώμῃ δηλονότι τοῦ Ἐπισκόπου καθιερωθέντα μοναστήρια, ἤγουν διὰ τῆς εὐχῆς ἐκείνα ἀναπεφθέντα τῷ θεῷ, μὴ κοινοῦσθαι ἔξεστ ὁ κανὼν διατάττει), μένειν δ' ἀεὶ μοναστήρια, καὶ μὴ κοινὰ καὶ κοσμικὰ καταγώγια γίνεσθαι, φυλάττεσθαι δ καὶ τὰ αὐτοῖς ἀνήκοντα πράγματα

ξμαλα ὡς εἴγε μὴ κῦ γνώμλω Επισκόπυ συςαίη μονὴ, ὐδ' A
συχὴ αὐτῦ τῆς οἰκοδομῆς φροηγήσηται, κὴ οἱά τις ἀρραγὴς
καταβληθείη θεμέλιος, σὸκ μονὴ λογιαθήσεται· Διφ τῦτο
γδ κἀμοὶ ἐπήνεγκε ὅ, κῦ γνώμλω Επισκόπυ. τὸς ὃ ταῦ-
τα παραβαίνοντας κανονικοῖς ὑποκεῖσθαι ἐψη-
φίσαλο.

ΑΡΙΣΤ. Μοναςήριον Επισκόπυ γνώμη παγὲν, μενέτω ARIST. *Monaſterium Epiſcopi ſententiâ extructum immutabile maneat: Et quicquid ad ipſum pertinet, ne alienetur. Qui vero ſecus facere aggredietur, non eſt innoxius.*
ἀμεταποίηλον· κὰ ὅ, τι τύτῳ ἀνήκῃ, ἢ τῦ ἀνεκποίητον·
ὁ δ' ἄλλως ἐπιχερῶν, σὸκ ἀνδύσεται.

B

Τὰ μὴ δίκα γνώμης τῦ Επισκόπυ κλιαθέντα μοναςήρια, Quæ præter Epiſcopi ſententiam extruuntur monaſteria nec ſtare poſſunt nec ſacra eſſe. Quod autem ex Epiſcopi voluntate excitatur monaſterium, cum divini ſit juris, immutabile debet manere, & ſecularium non fieri diverſorium, ſed & ſervari bona ipſius immobilia nullo modo alienata. Qui hæc autem tranſgreſſus fuerit, pœnis Canonicis obnoxius erit.
κὰ ἀσύςατά εἰσι, κῦ ἀνίερα. ὃ ὃ μὴ βυλῆς Επισκόπυ
κλιαθὲν μοναςήριον, ὡς θείυ δικαίυ ὂν, ὀφείλλ μένειν
ἀμεταποίηλον, κῦ μὴ κοσμικῶν κατάγωγιον γίνεσθαι· φυλάτ-
τεσθαι ὃ κῦ τὰς ἀκινήτυς αὐτῦ κλίσεις ἀνεκποιήτυς. ᾧ ὃ
ἀθετυῶτα ταῦτα, τοῖς ἐκ τῶν κανόνων ἔνοχον εἶ ὀπ-
τιμίοις.

ΚΑΝΩΝ κέ.

CANON XXV.

C

Επειδή τινες τῶν Μητροπολιτῶν, ὡς προειρήκαμεν, ἀμε- *Quoniam nonnulli Metropolitani, ut ſæpe à nobis ad-*
λοῦσι τῶν ἐγκεχειρισμένων αὐτοῖς ποιμνίων, κὰ ἀνα- *ditum eſt, & greges ſibi commiſſos negligunt, & Epi-*
βάλλονται τὰς χειροτονίας τῶν Επισκόπων, ἔδοξε τῇ *ſcoporum ordinationes differunt: Sanctæ Synodo*
ἁγίᾳ Συνόδῳ ἐντὸς τριῶν μηνῶν γίνεσθαι τὰς χει- *placuit, ut intra tres menſes ordinationes fiant,*
ροτονίας τῶν Επισκόπων, εἰ μήποτε ἄρα ἀνάγκη *niſi inexorabilis utique neceſſitas effecerit ut dila-*
τις ἀπαραίτητος ἀνάγκη παραςήσασα ὀπταδῆναι κῦ τῆς ἀνα- *tionis tempus prorogetur. Si autem hoc non fece-*
βολῆς χρόνον. εἰ ὃ μὴ τῦτο ποιήσουσι, ὑποκεῖσθαι *rint, eos Eccleſiaſticæ pœnæ ſubjici. Viduæ vero*
ἐκκλησιαςικῷ ὀπτιμίῳ. τιμᾶ μέντοι τοιάσδον τῆς *Eccleſiæ reditum apud Eccleſiæ œconomum ſalvum*
χηρευούσης ἐκκλησίας σῶζον παρὰ τῷ οἰκονόμῳ τῆς *cuſtodiri.*
αὐτῆς ἐκκλησίας φυλάτεσθαι.

D

ΒΑΛΣ. Οἱ θεῖοι πατέρες τὰς τῶν πολλῶν κακεν- Balſ. Divini patres improbas multorum invaſiones amputantes, ſtatuerunt non eſſe in Metropolitanorum poteſtate Epiſcoporum ordinationes diu differre, ſed eas intra trimeſtre ſpacium facere. Et hæc quidem de Metropolitanis qui neminem in Epiſcopatus ſuos eligunt: de electis autem & differentibus ſuſceptionem aut renunciationem ſæpe quæſitum fuit quid fieri debet. Et nondum determinatur quid ſit faciendum. Dico itaque quod trimeſtre ſpatium poſt electionem electo extendi debet ad ſuſcipiendum, vel renunciandum: quod etiam Metropolitano ad aliquem in Epiſcopatum ſuum eligendum ab hoc Canone conceditur. Et ſi intra tres iſtos menſes qui electus eſt nec ſuſcipit, nec renunciat, altera fieri debet electio, iſte vero qui diſtulit poſt trimeſtre ſpatium ordinationem revocare nequit, ſed potius Eccleſiaſticè corrigitur, utpote qui futiliter ludit in rebus minime ludicris, Deique gregem injuriâ afficit. Electum autem ab eo qui elegit citari non oportet, quoniam nec Metropolitanus à Patriarchâ ad eligendum citatur. Collige autem hanc interpretationem etiam ex capit. viii. tituli primi & lib. iii. Baſilic. quo examinatio emergentis de electo controverſiæ in trimeſtre ſpacium contrahitur. Quod etiam ſitum eſt in interpretatione capit. viii. tituli primi præſentis operis. Debet autem ordinationes celebrare intra trimeſte ſpatium, ne res Epiſcoporum ex ea re detrimento afficiantur, & populi doctrina ac inſtructio negligatur. Si autem propter inevitabilem aliquam neceſſitatem, inquiunt, Epiſcopi provectio prohibetur (fortè enim civitas, quæ eſt Epiſcopo vidua, à gentibus capta eſt, nec facile poteſt illuc quiſquam venire) prorogabitur omnino ordinatio. Porro E-

E

F

V piſcopatus

Digitized by Google

piscopatus reditus ab ejus œconomo inferri vult Canon, qui quidem debent dari, non Metropolitano, sed Episcopo, qui est eligendus, etiamsi ad tres menses differatur electio, vel etiam ultra. Metropolitanos autem, qui præter hæc faciunt, pœnæ subjicit: quænam vero sit ista nescio. Existimo autem eam esse quæ à Synodo definietur. Nota ergo quomodo intelligitur illud, Inexorabilis necessitas. Neque enim si Episcopatus injuria aliqua forensi vexetur, aut aliqua alia ejusmodi ratione agitetur, id justam Episcopi electionis dilationem Metropolitano concedit. Lege etiam nonum cap. primi tituli præsentis operis, & quæ in illud scripta sunt.

νία. τὸ μέντοι παράσοδον τῆς ἐπισκοπῆς, παρὰ τοῦ οἰκονόμου ταύτης εἰσπράζεσθαι θέλει ὁ κανών, δυσὶν ὀφείλειν οὐ τῷ μητροπολίτῃ, ἀλλὰ τῷ χειροτονηθησομένῳ Ἐπισκόπῳ, κἂν ἐπὶ τρίμηνον ἡ χειροτονία ὑπερτεθῇ, κἂν ἐπὶ πλέον. τοὺς δὲ παρὰ ταῦτα ποιοῦντας μητροπολίτας ἐπιτιμίῳ καθυποβάλλει· οἵῳ δέ τινι ἐστὶν, οὐκ οἶδα· νομίζω δὲ παρὰ τῆς Συνόδου ὁρισθησόμενον. σημείωσαι οὖν πῶς νοεῖται ἡ τῆς ἀπαραιτήτου ἀνάγκης. ἡ γὰρ ἐπηρεάζεσθαι τὴν τῆς ἐπισκοπῆς ὑπὸ παρανόμου ἀδικίας, ἢ ἕτερόν τι τοιοῦτον, ἀναβολὴν ἄλογον χειροτονίας Ἐπισκόπου τῷ μητροπολίτῃ οὐ δίδωσι. ἀνάγνωθι καὶ κεφ. ϑ'. τοῦ α'. τίτλου τοῦ πρόχ. Συντάγματος. καὶ τὰ ἐν αὐτῷ.

ZONAR. Ne Metropolitani quos penes Episcopos creandi jus est, diu eam rem differant, hoc Canone constitutum. Proinde tempus quoque ultra quod creationem hujusmodi extendere minime liceat, trium videlicet mensium intervallum, definivit. Nec enim commissos eorum curæ populos suo Episcopo diu carere, ac incertos consilii nemine ipsis viam præmonstrante, vagari par est. Si tamen interea, quo minus intra spatium trimestre constitui Episcopus possit, causa aliqua necessaria aliquando impediat; ut si forte captam urbem barbarus occupaverit, nec ad eam aditus cuiquam ita facile pateat: tum demum præfinitum illud tempus extendi & ordinationem deferri licere decernit; qui vero contra constitutionem hanc fecerit, Ecclesiasticis pœnis subjici jubet. Quamdiu autem Episcopi ordinatio differatur, sive per tres menses, sive urgente aliqua necessitate, per plures, proventus futuro Episcopo ab Ecclesiæ Oeconomo reservari debent; ita scilicet, ut quæ opus fuerint in Episcopatûs necessarios usus erogatis, reliqua deinde, si qua forte supererunt, sarta tecta conservet.

ZΩNAP. Τὰς τῶν Ἐπισκόπων χειροτονίας μὴ δεῖ πολὺ ὑπερτίθεσθαι τοὺς μητροπολίτας, οἷς ἡ ἐκείνων ἀνήκει προχείρισις, ὁ πρὼν κανὼν ὁρίζεται. ὅϑεν καὶ χρόνον, ὃν ἐντὸς χειροτονῆσαι δέον τοὺς Ἐπισκόπους, ἔταξεν, ὁ δὲ ὅρισε τρίμηνον. οὔτε γὰρ δεῖ πολὺ χρὴ τοὺς ὑπ' ἐκείνους λαοὺς ἀνεπισκόπητους εἶναι, καὶ ὡς ἔτυχε φέρεσθαι, μὴ ὄντος τοῦ καταρτίζοντος αὐτούς. εἰ δέποτε Συμβαίη ἀπραίτητός τις αἰτία κωλύουσα τὸν ὁρισμὸν τοῦ τριμήνου προχείρισιν, ὑπαδήσεταί φησιν, ὁ χρόνος καὶ ὑπερτεθήσεται ἡ χειροτονία. ἴσως γὰρ ἑάλω ὑπὸ βαρβάρων ἡ πόλις ἐκείνη, καὶ οὐκ ἔστι ῥάδιον ἀπελθεῖν ἐκεῖσέ τινα. τοὺς δὲ μὴ ὅπως ποιοῦντας, ὑποκεῖσθαι κελεύει ἐκκλησιαστικοῖς ἐπιτιμίοις. ἐφ' ὅσον δὲ ἡ χειροτονία τοῦ Ἐπισκόπου ὑπερτεθῇ, εἴτε ἐπὶ τρίμηνον, εἴτ' ἐπὶ πλέον ἀνάγκης ἐπικαμψάσης, ἡ προσοδος φυλάττεσθαι ὀφείλει τῷ χειροτονηθησομένῳ Ἐπισκόπῳ, παρὰ τοῦ οἰκονόμου τῆς ἐκκλησίας ποιοῦντος τὰς ἀναλώσεις ἐξόδους τῆς ἐπισκοπῆς, τὰ δὲ περιττεύοντα ἴσως φυλάττοντος.

ARIST. *Intra tres menses Episcoporum ordinationes fiant: necessitas autem inevitabilis tempus prorogat. Alioquin autem, qui ordinat pœnæ obnoxius erit. Reditus vero penes Oeconomum maneat.*

ΑΡΙΣΤ. Ἐντὸς μιῶν τριῶν αἱ τῶν Ἐπισκόπων τελοῦνται χειροτονίαι· παρατείνει δὲ καιρὸν ἀνάγκη τις ἀπραίτητος· εἰ δὲ μή, ὁ χειροτονῶν ὑπόκειται ἐπιτίμοις· ἡ μὲν πρόσοδος μενέτω τῷ οἰκονόμῳ.

Metropolitanorum nonnulli greges sibi commissos negligentes, & Episcoporum differentes ordinationes, in mandatis habent intra tres menses post unius Episcopi mortem alium ordinare Episcopum. Nisi forsitan ob inevitabilem aliquam necessitatem prorogetur tempus. Si autem plusquam tres menses Episcopo vacaverit Ecclesia sine inevitabili necessitate Metropolitanus reprehensioni subjicietur. Reditus autem vacantis Ecclesiæ ab œconomo salvi interea custodientur.

Τινὲς τῶν μητροπολιτῶν τῶν ἐγκεχειρισμένων αὐτοῖς ἀμελοῦντες ποιμνίων, καὶ τὰς τῶν Ἐπισκόπων χειροτονίας ἀναβαλλόμενοι, ὡρισμένης ἐντὸς τριῶν μιῶν μὴ πλουτιεῖ τῷ Ἐπισκόπῳ ἕτερον χειροτονεῖν Ἐπίσκοπον· εἰ μή τινα ἀπραίτητον ἀνάγκη ὑπαδῇ ὁ καιρός. εἰ δὲ πλέον τῆς τριμήνου Ἐπισκόπου χηρεύσει ἡ ἐκκλησία, ἄνευ τινὸς ἀπραιτήτου ἀνάγκης, ὁ μητροπολίτης ὑποπιμηθήσεται· ἡ μέν τοι προσοδος τῆς χηρευούσης ἐκκλησίας ἐν τῷ μεταξὺ σωθήσεται τῷ τοῦ οἰκονόμου σῶα φυλαχθήσεται.

CANON XXVI.

Quoniam in nonnullis Ecclesiis, ut sæpe à nobis auditum est, Episcopi absque œconomis tractant res Ecclesiasticas, placuit, omnem Ecclesiam Episcopum habentem, ex proprio Clero œconomum quoque habere, qui ex Episcopi sui sententiâ res Ecclesiasticas dispenset: ut nec sine testibus sit Ecclesiæ administratio, atque ideo res ejus dissipentur, & probrum ac dedecus sacerdotio inuratur. Si autem hoc non fecerit, eum Divinis etiam Canonibus subjici.

ΚΑΝΩΝ κϛ'.

Ἐπειδὴ ἔν τισιν ἐκκλησίαις, ὡς ἔθος ἐπιδημεῖν, δίχα οἰκονόμων οἱ Ἐπίσκοποι τὰ ἐκκλησιαστικὰ χειρίζουσι πράγματα, ἔδοξεν πᾶσαν ἐκκλησίαν Ἐπίσκοπον ἔχουσαν, καὶ οἰκονόμον ἔχειν ἐκ τοῦ ἰδίου κλήρου, οἰκονομοῦντα τὰ ἐκκλησιαστικὰ κατὰ γνώμην τοῦ οἰκείου Ἐπισκόπου· ὥστε μὴ ἀμάρτυρον εἶναι τὴν οἰκονομίαν τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἐκ τούτου σκορπίζεσθαι τὰ αὐτῆς πράγματα, καὶ λοιδορίαν τῇ ἱερωσύνῃ περιτρίβεσθαι. εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσοι, ὑποκεῖσθαι αὐτὸν τοῖς θείοις κανόσιν.

Bals. Ut est verisimile, ante præsentem Canonem, complures Episcopi laicos faciebant œconomos. Divini

ΒΑΛΣ. Ὡς ἔοικε πρὸ τοῦ παρόντος κανόνος οἱ πλείους τῶν Ἐπισκόπων λαϊκοὺς ἐποίουν οἰκονόμους. τοῦτο οὖν οἱ θεῖοι πατέρες

Digitized by Google

πατέρες διορθέμενοι παρακελεύονται διὰ κληρικῶν τὰ οἰκονομεῖσθαι τὰ ἐκκλησιαστικὰ κατὰ γνώμην τοῦ Ἐπισκόπου· ἐφ' ᾧ καὶ δῆλόν τι ἔσται τῆς εἰσόδου τῆς ἐκκλησίας, καὶ μὴ σκορπίζεσθαι, καὶ τὸν Ἐπίσκοπον ἀβλαβῆ φυλάττεσθαι· τὸν δὲ μὴ ποιοῦντα ὕτως ἀρχιερέα ὑποκεῖσθαι τοῖς κανόσι παρακελεύονται. μὴ γὰρ ἐναντιοῦσθαι τῷ λη'. καὶ τῷ μα'. κανόνι τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. καὶ γὰρ ἀνεκλόγιστον ἔχουσιν οἱ Ἐπίσκοποι, ἀλλ' οὐκ ἐφεῖται τούτοις ὡς ἰδιωτικοῖς, καὶ δεσποτικῶς αὐτοῖς διαφέρουσι τοῖς ἐκκλησίας πράγμασι προσῆκον, ὅτι καὶ τὰ περιττεύοντα μετὰ τὰς ἀναλώσεις ἐξόδους τοῖς πένησι διδόναι ἀναγκάζονται, ὅτι καὶ πτωχικὰ τὰ ἐκκλησιαστικὰ λέγονται πράγματα. εἰ γὰρ οἰκονομοῦνται ταῦτα διὰ κληρικῶν, ἀνέγκλητος ἔσται ὁ Ἐπίσκοπος, καὶ οὐδέ τις γογγύσει κατ' αὐτοῦ, ὡς μὴ τὰς ὑπ' αὐτῷ κληρικὰς ἢ καὶ ἄλλας πενομένας, χρεωστηθήσεται. εἰ τάχα δὲ ὃ ὀπίσω τῶν παραβαινόντων τοὺς κανόνας οὐ κεῖται, ἀλλὰ ἀνάγνωθι καὶ ια'. κανόνα τῆς ζ'. Συνόδου, καὶ μάθῃς τι γίνεται εἰς τοὺς μὴ διοικοῦντας Ἐπισκόπους διὰ κληρικῶν τὰ τῆς ἐκκλησιῶν αὐτῶν, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ εἰς τοὺς ἡγουμένους.

A ergo patres hoc corrigentes, jubent per Clericos res Ecclesiasticas administrari de sententia Episcopi: ut & manifesti sint Ecclesiæ reditus, nec dissipentur, & Episcopus à probro ac reprehensione alienus conservetur. Antistitem autem, qui non ita facit, Canonibus subjici jubent. Ne repugnare autem hæc existimes xxxviii. & xli. Can. Sanctorum Apostolorum. Etsi enim potestatem reddendæ rationi non obnoxiam habeant Episcopi, iis tamen non permittitur, ut tanquam propriis & jure dominii ad se pertinentibus Ecclesiæ rebus utantur: adeo ut, post necessarias impensas, ea quæ supersunt pauperibus erogare cogantur. Res enim Ecclesiasticæ dicuntur bona pauperum. Si ea ergo per Clericum administrentur, à reprehensione alienus erit Episcopus, neq; quisquam adversus eum murmurabit, quod Clericos qui ei subsunt, aut & alios egentes forte non sublevet, nec sustentet. Si autem forte pœna eorum, qui præsentem Canonem transgrediuntur, hic non sita est, sed lege xi. Canonem vii. Syn. & intelliges quid fit in Episcopos, qui per Clericos suarum Ecclesiarum bona non administrant, & quid in eos etiam, qui præficiuntur.

ΖΩΝΑΡ. Τῶν μὲν ἐξουσίαν τῆς διοικήσεως τῶν ἐπισκοπῆς ἐπῆφθαι πράγματα, οἱ κανόνες τοῖς Ἐπισκόποις ἀναπεφάσικεν· οὐ βέλονται δὲ καθ' ἑαυτοὺς ταῦτα διοικεῖν, μή τινος ἔχοντος εἴδησιν. οὐδὲ οἰκείας τινὰς, συγγενεῖς τυχὸν ἢ ἰδίους θεράποντας προϊστᾶν οἰκονόμους, ἀλλ' ἐκ τοῦ κλήρου τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ οἰκονόμον προβάλλεσθαι παρὰ τοῦ Ἐπισκόπου. ὥστε ἐκείνου τὰ τῆς ἐκκλησίας διοικοῦντος κατὰ γνώμην Ἐπισκόπου, δῆλον ἔσται, ὅπως προνοήσεται τὰ ἐκκλησιαστικὰ πράγματα, καὶ μὴ ὑποψίαν καὶ τοῦ Ἐπισκόπου φύεσθαι ὡς κακῶς ἀναλίσκοντος τὰ τῆς ἐκκλησίας. τοῦτο γὰρ δηλοῦται διὰ τοῦ σκορπίζεσθαι, καὶ λοιδορεῖσθαι καὶ ἀρχιερέα ὡς ἀδέσμως καὶ οὐκ εὐσεβῶς χρώμενον τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς, καὶ ὕτως ἀπιστίαν τοῖς ὑπ' αὐτὸν πίπτειν κατ' αὐτοῦ, καὶ σκανδάλων ἀφορμὰς διδόναι αὐτοῖς διὰ τῆς δυσθείσης αὐτῷ ἐξουσίας. ἁρμόσουσι γὰρ αὐτῷ τὰ τοῦ μεγάλου Παύλου ῥητὰ λέγοντος· βλέπετε μή πως ἡ ἐξουσία ὑμῶν αὕτη προσκομμα γένηται τοῖς ἀσθενοῦσιν, καὶ μελὰ πίνα· ὕτως δὲ εἰς τοὺς ἀδελφοὺς ἁμαρτάνοντες, καὶ τύπτοντες αὐτῶν τὸ συνείδησιν ἀσθενοῦσαν, εἰς Χριστὸν ἁμαρτάνετε. τοὺς δὲ μὴ διὰ οἰκονόμων ἐκ τοῦ κλήρου ὄντων διοικοῦντας τὰ πράγματα τῶν ἐκκλησιῶν ὀπίσω κανονικῶς. τὰ αὐτὰ δὲ νοητέον καὶ ὅτι τοῖς προεστῶσι μονῶν, εἰ καὶ νῦν οὔτε τοῖς πλείοσι τῶν ἀρχιερέων, οὔτε τισὶν ἡγουμένοις μοναχῶν ταῦτα παραφυλάττον).

ZONAR. Penes Episcopos Episcopalia bona administrandi jus, & auctoritatem, Canones esse voluerunt. Non volunt autem ut ea per seipsos administrent, nemine conscio. Neque vero ex domesticis ipsius Episcopi cuiquam, propinquo forte, aut uni é familia, sed homini ex Episcopatus clero delecto, Oeconomi munus ab eodem mandari placet. Quo quidem, ex Episcopi tamen sententia, bona procurante, & quos in usus Ecclesiastici reditus insumantur facile apparebit, nec erit cur quispiam in Ecclesiæ patrimonio dissolutum Episcopum fuisse suspicari queat (id enim dissipandi verbo ostenditur) eumque, quasi sacros proventus perdite irreligioseque effundentem, convitiis contumeliisque proscindat. Qua quidem ex re, cum Episcopi fides multitudini suspecta esse consuevit, tum offensiones quoque populi, velut ex odio male gestæ potestatis, excitantur. Huc illa namque magni Pauli spectant: Videte ne licentia vestra offendiculum fiat infirmis; Et paulo infra, Sic in fratres peccantes. & verberantes ipsorum conscientiam infirmam, in Christum peccatis. Qui vero administrandis Ecclesiarum bonis delectos ex clero Oeconomos non præfecerint, canonicis in eos pœnis animadverti jubent. Quæ item de Monasteriorum Præfectis eodem modo accipienda sunt; Quamvis hoc tempore decreti hujus auctoritatem, & plerique Præsules, & nonnulli etiam Monachorum Rectores omnino contemnant.

ΑΡΙΣΤ. Οἰκονόμος κατὰ πάσας ἔστω τὰς ἐκκλησίας ὑπὸ τοῦ κλήρου. ὁ δὲ τούτου καταφρονῶν Ἐπίσκοπος οὐκ ἀνέγκλητος.

ARIST. *Oeconomus in omnibus Ecclesiis de Clero constituatur. Episcopus autem qui hoc contemnit, non est extra noxam.*

Ἀπὸ τοῦ κλήρου δεῖ ἕκαστον τῶν Ἐπισκόπων προχειρίζεσθαι οἰκονόμον, εἰς ὃν τὰ τῆς ἐκκλησίας πράγματα διοικεῖν, καὶ γνώμην αὐτοῦ. εἰ δέ τις οἰκονόμου κεκλημένου τὰ τῆς ἐκκλησίας διορίσεται τις Ἐπίσκοπος διοικεῖν, ὡς λοιδορεῖται τῇ ἱερωσύνῃ προσηκόντων, διὰ τοῦτο ἀβλαβῆ καὶ ἀμάρτυρον οἰκονομίαν, κανονικῶς ὑποτιμήσεται.

Quemque Episcoporum oportet è clero suo œconomum constituere, ad negotia Ecclesiastica secundum ipsius sententiam administranda. Si quis autem Episcopus sine œconomo constituto Ecclesiasticica administrare inveniatur, ut convitium Sacerdotio fiat, Canonicis pœnis subjicietur.

Digitized by Google

Canon XXVII.

Eos, qui nomine conjugii mulieres rapiunt, vel opem ferunt, vel consentiunt iis qui rapiunt, statuit Synodus, si sint quidem Clerici, proprio gradu excidere: sin autem Laici, anathematizari.

Bals. Præsens Canon, & xcii. Canon Syn. in Trul. eodem omnino modo se habent, definientes, eos qui mulieres rapiunt, vel rapientibus opem ferunt, vel consentiunt, si sint quidem Clerici, deponendos; laicos autem anathematizandos. Lege & tit. ix. præsentis operis, cap. xxx. & quæ ibi sunt. Similiter & lxvii. Apostolicum Canonem. Illic enim fusius docuimus, quomodo punitur raptor, & quomodo qui vim attulit. Dicet autem fortasse quispiam, & quomodo similiter qui rapit, & qui fert opem, & qui consentit, puniuntur? Dic igitur, quod & eos qui opem ferunt, & qui consentiunt, non minus quam eum qui rapuit, aversatur & odio habet Canon. Qui enim rapuit, nefarium amorem prætextum habet. Illi verò, solius improbitatis & iniqui propositi accusantur, quod quidem civitatis honestatem ac decus evertit. Is autem opem ferre dicitur, qui facto ipso, cum eo qui rapit, raptum struit ac molitur. Consentiens autem, qui per consilium, vel aliud etiam auxilium cum eo, qui peccatum admisit, concurrit. Quære & lv. Imp. Domini Leonis philosophi novellam, punientem eum, qui unà cum raptu puellæ vim attulit, non solum per rerum publicationem, sed etiam per pœnam corporalem; similiter & eos qui illi consenserunt: & tractantem, aliter puniri eos qui vi armata rapuerunt, & aliter eos qui non sic se improbè gesserunt; puniri autem etiam & patrem, si factum approbaverit.

Zonar. Et legum civilium decretis in raptores mulierum graves admodum pœnæ constitutæ, vetitis etiam, quamvis eas offensione dimissa virginis pater approbet, raptoris cum rapta muliere nuptiis: Et Canonum quoque sanctionibus, ne impunitum id facinus relinqueretur, provisum. Verum hic Canon aliis severius in raptores animadvertit, Clericos quidem deponens, in Laicos verò anathema denuncians. Nec solum rapinæ auctores, sed eos etiam qui opem ferunt vel consentiunt iisdem pœnis subjicit. Neque id quidem injuria. Qui etenim ex raptu sibi uxorem comparavit, ad facinus illud perpetrandum impellentem se amorem pro excusatione habet, qui vero opem fert aut consentit, cum nihil sit quod ad nequissimam actionem incitare illum poterat, præter propriam pravitatem, per quam solam cum raptore convenit concurritque venia magis indignus est. Ac adjutores quidem intelligimus, qui ad scelus patrandum operam suam raptori commodarunt: consentire vero eos dicimus, quorum manus quidem à scelere abfuit, consilio tamen ac studio delinquentibus suppetias ac opem tulerunt.

Arist. *Clericus mulierem rapiens Ecclesia expellatur: Laicus autem, sit anathema; ut & quicunque isti opitulatur.*

Magnam quidem etiam à legibus habet mulctam qui mulierem rapit, nec minus à Canonibus habet supplicium. Clericus enim, ut loquitur præsens Canon, deponitur; Laicus autem, & qui ei in raptu mulieris opem ferunt, anathematizantur, usquedum raptam, si desponsata quidem fuerit, suo sponso, si soluta autem parentibus ejus restituerunt, juxta vigesimum secundum Basilii magni Canonem.

Κανων κζ'.

Τὺς ἁρπάζοντας γυναῖκας ἐπ' ὀνόματι Συμοικεσίου, ἢ συμπεράτονίας, ἢ Συναιρεμένυς τοῖς ἁρπάζυσιν, ὥρισεν ἡ ἁγία Συνοδ Θ., εἰ μὲν κληρικοὶ εἶεν, ἐκπίπτειν τῦ ἰδίυ βαθμυ· εἰ δὲ λαϊκοὶ, ἀναθεματίζεσθαι.

Βαλσ. Ὁ πρὸν ἡμῶν κὴ ὁ ρβ'. τῆς ἐν τῷ Τρύλλῳ Συνόδυ ἀκριβολάκτως ἔχυσι· διοριζόμενοι τὺς ἁρπάζονλας γυναῖκας, ἢ Συμπεράτονλας, ἢ Συναιρομένυς τοῖς ἁρπάζυσι, κληρικὺς μὲν ὄντας καθαιρεῖσθαι, λαϊκὺς δὲ ἀναθεματίζεσθαι. ἀνάγνωθι κὴ τίτλον θ'. τῦ πρόντ Θ. Συντάγματ Θ. κεφάλ. λ'. κὴ τὰ ἐν αὐτῷ. ὡσαύτως καὶ Ⓜ ξζ'. ἀποστολικὸν κανόνα. ἐκεῖσε γὰρ πλατύτερον ἐδιδάξαμεν πῶς τιμωρεῖται ὁ ἅρπαξ, καὶ πῶς ὁ βίαν πεποιηκώς. ἴσως δέ τις ἐρεῖ, κὴ πῶς ὁμοίως ὁ ἁρπάζων κὴ ὁ Συμπεράτων, καὶ ὁ Συναιρόμεν Θ., κολάζονται; εἰπὲ οὖν ὅτι κὴ τὺς Συμπεράτονλας, κὴ τὺς Συναιρομένυς ἐσὶ τίτλον τῦ ἁρπάσματ Θ. μισάτλε ὁ κανών. ὁ μὲν γὰρ ἁρπάζων ἔχει Ⓜ ἄθεσμον ἔρωτα πρόφασιν, οἱ δὲ κακίας μόνης κὴ ἀδίκυ κατηγορῦνται προθέσεως, καὶ ἀσρεφείας τὴν τῆς πόλεως κοσμιότητα. ἔτι δὲ συμπεράτων ὁ πραγματικῶς τὴν ἁρπαγὴν καταρτύων σὺν τῷ ἁρπάζοντι Συναιρόμεν Θ. δὲ ὁ ἀπὸ Συμβελῆς, ἢ κὴ ὑπηρεσίας ἄλλης συντρέχων τῷ πλημμελήσματι. ζήτει κὴ λέ. νεαρὰν τῦ βασιλέως κύρυ Λέοντ Θ. τῦ φιλοσόφου πιμορῦσθαι Ⓜ μὴ ἁρπαγῆς βιασάμενον κόρην, οὐ μόνον ἀπὸ πραγμάτων ἀφαιρέσεως, ἀλλὰ κὴ ἀπὸ σωματικῆς ποινῆς· ὡσαύτως κὴ τὺς συναιρομένυς αὐτοῖς· κὴ ἀπολαμβάνεσθαι ἄλλως τιμωρεῖσθαι τὺς ἕνοπλον ἁρπαγὴν πονησαμένυς, καὶ ἄλλως τὺς μὴ ὕτως ἀτακτήσαντας· τιμωρεῖσθαι δὲ κὴ Ⓜ πατέρα ἐὰν καταδέξηται τὸ γεγονός.

Ζωναρ. Καὶ οἱ πολιτικοὶ νόμοι σφοδρῶς τὺς ἁρπαγας γυναικῶν κολάζυσι, Ⓒ εἶναι εἰς γυναῖκα συζεύγνυσθαι τῷ ἁρπαγεῖ Συγχωροῦσι τῷ ἁρπαγι, κἂν ὁ ταύτης πατὴρ Συναινῇ συγχωρῶν τὸ ἔγκλημα· Ⓒ οἱ κανόνες δὲ κολάζυσι τὺς τοιύτυς· ὥστε δὲ ὁ κανὼν δριμύτερον τῶν ἄλλων ἐπεξέρχεται τὺς ἁρπαγὴν πλημμελῦντας, τὺς μὲν κληρικὺς καθαιρῶν, τὺς δὲ λαϊκὺς ἀναθεματίζων. κὴ οὐ μόνον τὺς ἁρπάζοντας τιμωρεῖται, ἀλλὰ κὴ τὺς Συμπράττοντας ἢ Συναιρομένυς ὑπὸ Θ̄ς αὐτὰς ποιεῖται κολάσεις, κὴ εἰκότως. ὁ μὲν γὰρ ἑαυτῷ ἁρπάζων γυναῖκα ἔχει Ⓜ ἔρωτα πρὸς τὴν ἀνδρείαν πρᾶξιν αὐτὸν βιαζόμενον· ὁ δὲ Συμπράτων ἢ συναιρόμεν Θ. μᾶλλον ἂν εἴη ἀσύγνως Θ., μηδὲν ἔχων πρὸς τὴν ἐξάγιστον πρᾶξιν συνελαύνον αὐτὸν, ἢ τὴν οἰκείαν κακίαν δι' ἣν μόνην Συντρέχει τῷ τὴν ἁρπαγὴν ἀμβλύνοντι. Συμπράττοντας δὲ νοητέον τὺς συνεργῦντας ὅπῃ τῇ ἁρπαγῇ· συναιρομένυς δὲ τὺς μὴ ἔργῳ Συμβοηθήσαντας, συμβυλὴ δὲ κὴ σπουδὴν εἰσαγαγόντας, κὴ ὕτως ὑπηρετήσαντας κὴ ἀντιλαβομένυς τῶν πλημμελόντων.

Αρισ. Κληρικὸς ἁρπάζων γυναῖκα, ἀνεκκλησίας Θ· ὁ δὲ λαϊκὸς, ἔστω ἀνάθεμα· κὴ τῦτο κὴ ὁ συναιρόμεν Θ.

Ἔχει μὲν κὴ ἀπὸ τῶν νόμων μεγάλην κὴ καθάπαξ ὁ ἁρπαγὴν ποιούμεν Θ. γυναικὸς οὐκ ἔλατον δὲ κὴ ἀπὸ τῶν κανόνων ἔχει τὸ ὑπτίμιον. ὁ μὲν γὰρ κληρικὸς, ὡς ὁ πρὸν Ἀγαλαμβάνει κανών, καθαιρεῖται· ὁ δὲ λαϊκὸς, κὴ οἱ συναιρόμενοι τύτῳ ἐν τῇ τῆς γυναικὸς ἁρπαγῇ, ἀναθεματίζονται, μέχρις ἂν τὴν ἁρπαγεῖσ, εἰ μὴ προμνηστευθεῖσα ἦν, ᾧ οἰκείῳ μνηστῆρι ἀποκαταστήσωσιν· εἰ δὲ ἐκόλαζυσα, τοῖς γονεῦσιν αὐτῆς· κὴ Ⓜ εἰκοστὸν δεύτερον κανόνα τῶν μεγάλυ Βασιλείυ.

Κανων

A

ΚΑΝΩΝ κή'.

Παντὶ τοῖς τῶν ἁγίων πατέρων ὅροις ἑπόμενοι, καὶ τὸν ἀρτίως ἀναγνωσθέντα κανόνα τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφιλεστάτων Ἐπισκόπων γνωρίζοντες, καὶ αὐτῷ καὶ ἡμεῖς ὁρίζομέν τε καὶ ψηφιζόμεθα περὶ τῶν πρεσβείων τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως νέας Ρώμης. καὶ γὰρ τῷ θρόνῳ τῆς πρεσβυτέρας Ρώμης, διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην, οἱ πατέρες εἰκότως ἀπεδέδωκασι τὰ πρεσβεῖα. καὶ τῇ αὐτῇ σκοπῷ κινούμενοι οἱ ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφιλέστατοι Ἐπίσκοποι, τὰ ἴσα πρεσβεῖα ἀπένειμαν τῷ ἁγιωτάτῳ θρόνῳ, εὐλόγως κρίναντες, τὴν βασιλείᾳ καὶ συγκλήτῳ τιμηθεῖσαν πόλιν, καὶ τῶν ἴσων ἀπολαύουσαν πρεσβείων τῇ πρεσβυτέρᾳ βασιλίδι Ρώμῃ, καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ὡς ἐκείνην μεγαλύνεσθαι πράγμασι, δευτέραν μετ' ἐκείνην ὑπάρχουσαν. καὶ ὥστε τὸν τῆς Ποντικῆς καὶ τῆς Ἀσιανῆς καὶ τῆς Θρακικῆς διοικήσεως μητροπολίτας μόνους, ἔτι δὲ καὶ τοὺς ἐν τοῖς βαρβαρικοῖς Ἐπισκόπους τῶν προειρημένων διοικήσεων χειροτονεῖσθαι ὑπὸ τοῦ προειρημένου ἁγιωτάτου θρόνου τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἁγιωτάτης ἐκκλησίας· δηλαδὴ ἑκάστου μητροπολίτου τῶν προειρημένων διοικήσεων χειροτονοῦντος τοὺς τῆς ἐπαρχίας Ἐπισκόπους, καθὼς τοῖς θείοις κανόσι διηγόρευται. χειροτονεῖσθαι δέ, καθὼς εἴρηται, τοὺς μητροπολίτας τῶν προειρημένων διοικήσεων παρὰ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως ἀρχιεπισκόπου, ψηφισμοῖς συμφώνων κατὰ τὸ ἔθος γινομένων, καὶ ἐπ' αὐτὸν ἀναφερομένων.

B

C

ΒΑΛΣ. Περὶ τοῦ πῶς ἐπιμήθη ὁ τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνος, εἰπομεν εἰς τὸν γ'. κανόνα τῆς δευτέρας συνόδου, καὶ ἀνάγνωθι τοῦτον, καὶ ὁ α'. κεφ. τοῦ η'. τίτλου τοῦ πρόχειρου. σημείωσαι δὲ ὅτι πρὸ τοῦ κανόνος τούτου οὐκ ἐχειροτόνουν οἱ πατριάρχαι τοὺς μητροπολίτας, ἀλλ' οἱ ἑκάστης ἐπαρχίας Ἐπίσκοποι· καὶ ὅτι οἱ μητροπολίται ἔχουσι τὰ ἀρχιερατικὰ δίκαια εἰς τὸ ποιεῖν Ἐπισκόπους, καὶ ὅτι οὐκ ὀφείλουσι οἱ πατριάρχαι ἢ οἱ μητροπολίται προυσιάζειν εἰς τὰς ψήφους τῶν μητροπολιτῶν ἢ τῶν Ἐπισκόπων. ζήτει καὶ τὸν δ'. κανόνα τῆς α'. συνόδου, τῆς β'. συνόδου κανόνα ς'. τῆς γ'. ι'. καὶ τῆς ς'. λθ'. γίνωσκε δὲ ὅτι Ποντικοὶ λέγονται μητροπολίται οἱ τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ προκείμενοι μέχρι τῆς Τραπεζοῦντος, καὶ ἐνδοτέρω. Ἀσιανοὶ οἱ περὶ τὴν Ἔφεσον, Λυκίαν, Παμφυλίαν, καὶ τὰ πέριξ αὐτῶν, ὑπὲρ ἀνατολικοί, ὡς φασί τινες. τῆς ἀνατολῆς ὁ Ἀντιοχείας ἔχει χειροτονίαν. καὶ Θρακικοὶ οἱ δυτικοί· καὶ γάρ τινες τὴν Θρᾴκην μέχρι τῶν ὁρίων Μακεδονίας ἐσενοχώρησαν, καὶ εἶπον τοὺς τῆς Μακεδονίας μητροπολίτας, Θετταλούς, Ἑλλαδικούς τε καὶ Πελοποννησίους, ποτὲ χειροτονεῖσθαι παρὰ τοῦ Πάπα Ρώμης, καὶ πρίσασθαι τοῦτο δῆθεν ἐκ τοῦ μὴ ἐνδοδῆναι τῷ Κωνσταντινουπόλεως τὸ τοῦτο χειροτονεῖν· ἀλλὰ σὺ τοῖς λεγομένοις μὴ προσέχῃς. τὸ γὰρ ὄνομα τῆς Θρᾴκης περιέχονται αἱ μέχρι καὶ αὐτῆς τῆς Δυρραχίου μητροπόλεις. τὸν δὲ Πάπαν μάκαρα λέγουσί τινες χειροτονεῖν ποτὲ τὸν Θεσσαλονίκης, καὶ ἑτέρους Δυτικοὺς μητροπολίτας. λεγάτους γὰρ εἶχε τούτους. ὅπου δὲ εἶπε δεῖ) ἐν τοῖς βαρβάροις τὴν Αλανίαν, τὴν Ρωσίαν καὶ ἑσπέρας. οἱ μὲν γὰρ Αλανοὶ τῆς Ποντικῆς εἰσὶ διοικήσεως, οἱ δὲ Ρῶσσοι τῆς Θρακικῆς. περὶ δὲ τῶν λεγάτων τοῦ Πάπα Ρώμης, καὶ τίνες ἦσαν εἰσὶ, καὶ πῶς ἐνεδόθη αὐτοῖς ἡμετέρους μητροπολίτας ἔχειν λεγάτους, εἰρήσεται μετὰ τὴν συμφώνησιν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ Συνόδου.

D

E

F

Canon XXVIII.

Sanctorum patrum decreta ubique sequentes, & Canonem, qui nuper lectus est, centum & quinquaginta Dei amantissimorum Episcoporum agnoscentes, eadem quoque & nos decernimus ac statuimus de privilegiis sanctissimæ Ecclesiæ Constantinopolis novæ Romæ. Etenim antiquæ Romæ throno, quòd urbs illa imperaret, jure patres privilegia tribuêre. Et eadem consideratione moti centum quinquaginta Dei amantissimi Episcopi, sanctissimo novæ Romæ throno æqualia privilegia addixerunt, rectè judicantes, urbem, quæ & imperio & senatu honorata sit, & æqualibus cum antiquiori regina Roma privilegiis fruatur, etiam in rebus Ecclesiasticis, non secus ac illam, extolli ac magni fieri, secundam post illam existentem. Ut & Ponticæ, & Asianæ & Thracicæ diœcesis Metropolitani soli, præterea & Episcopi prædictarum diœcesium, quæ sunt inter barbaros, à prædicto throno sanctissimæ Constantinop. Ecclesiæ ordinentur; unoquoque scilicet prædictarum diœcesium Metropolitano cum provinciæ Episcopis provinciæ Episcopos ordinante, quemadmodum Divinis Canonibus est traditum: Ordinari autem, sicut dictum est, prædictarum diœcesium Metropolitanos à Constantinop. Archiepiscopo, convenientibus de more factis electionibus & ad ipsum relatis.

Bals. Quomodo sit honoratus thronus Constantinopolitanus, in iii. Can. Syn. secundæ dictum est: & lege eum, & primum cap. viii. tit. præsentis operis. Præsens autem Canon postquam dixit, habere quidem thronum Constantinopolis Romanorum Ecclesiæ privilegia, esse autem secundum post illum, adjicit, quosdam Metropolitanos ab illo ordinari, ut & unusquisque ipsorum rursus debeat cum sua Synodo, eos qui subsunt Episcopos ordinare. Metropoleon vero electiones à Metropolitanis de more fieri, & quod factum est ab illis ad Patriarcham referri, ut ejus examinatione ex tribus electis unus ordinetur. Nota ergo, quòd ante hunc Canonem Patriarchæ non ordinabant Metropolitanos, sed uniuscujusque provinciæ Episcopi: & quod Metropolitani antistitum jura habent ad faciendos Episcopos, & quòd non debent Patriarchæ seu Metropolitani in Metropolitanorum aut Episcoporum electionibus interesse. Quære iv. Can. primæ Syn. secundæ Syn. Can. ii. tertiæ viii. & sextæ xxxix. Scias autem, quod Metropolitani dicuntur Pontici, qui prope Euxinum Pontum habitant Trapezuntem usque, & interiùs. Asiani, qui sunt circa Ephesum, Lyciam, & Pamphyliam, & partes circumjacentes; non Orientales, ut dicunt quidam. Antiochia enim habet Orientis ordinationem. Et Thracici, Occidentales. Etsi enim nonnulli Thraciam ad Macedoniæ usque terminos in angustum redegerunt, dixerunt Macedoniæ Metropolitanos, Thessalos, Helladicos, & Peloponnesios à Papâ Romano aliquando fuisse ordinatos, & hoc utique ex eo probari, quod non concessum sit Constantinopolitano Patriarchæ eos ordinare: sed tu his fidem ne adhibueris. Thraciæ enim nomine comprehenduntur Metropoles usque ad ipsum Dyrrhachium. Quidam autem malè dicunt, Papam aliquando ordinasse Thessalonicensem, & alios Occidentales Metropolitanos. Hos enim habuit legatos. Episcopatus autem dic esse inter barbaros, Alaniam, Russiam & alios. Alani enim sunt Ponticæ diœcesis: Russi verò Thraciæ. De legatis autem Papæ Romani & quinam hi sunt, & quomodo illi concessum est, ut nostros Metropolitanos legatos haberet, dicetur post allocutionem synodi quæ fuit in Trullo.

Digitized by Google

ALTERA EXPOSITIO.

Ac preſens quidem Canon ſtatuit Conſtantinopolitanum Archiepiſcopum habere privilegia Papæ Romæ, & eum quemadmodum & ille, in omnibus rebus Eccleſiaſticis honorari ac magni fieri, convenienter iij. Canoni ſecundæ Syn. Nonnulli autem videntes eum nolle Papæ Romani privilegio ſe jactare & extollere (neque enim Imp. loro ei caput tegitur, nec cum imp. ſceptris, ſignis, & vexillis progreditur, nec imperial. præ ſe fert auctoritatem, nec revera induitur & equitat ſecundum id quod Imperiali decreto continetur à ſancto magno Conſtantino ad Papam Romanum ſanctum Silveſtrum & ſucceſſores ejus facto) dicunt ea quæ his Canonibus continentur exoleviſſe & in uſu non eſſe, id etiam quod dicunt ex hoc confirmantes, quod in imperialibus longo poſt tempore ſcriptis & repurgatis non ſitæ ſint leges, quæ definiant Conſtantinopolitanum Archiepiſcopum habere Romani Papæ privilegia quemadmodum & nos ea declaravimus in primo cap. viii. tit. præſentis operis. Ego verò, cum Conſtantinopolitanus civis ſim integerrimus, & ſanctiſmi Conſtantinopolitani throni factus Dei gratia pars opportuniſſima, volo & opto, ut Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus, citra ullum tamen offendiculum, habeat omnia privilegia, quæ à divinis Canonibus ſunt illi honorificè conceſſa.

ZONAR. Conſtantinopolitanæ urbis thronum antiquæ Romæ throno nullo pacto dignitate cedere, ſed æqualibus illi prærogativis honeſtatum fuiſſe, non ſunt qui evincere contendant. Verum hæc controverſia ſecundæ Synodi tertio Canone ſatis jam explicata eſt, hallucinariq; in ea re ejuſmodi homines demonſtratum; quem locum quicunque animadverterit, regiam hanc urbem ſecundam honoris ac dignitatis ordine conſtituendam eſſe facile intelliget. Nam æqualibus frui privilegiis ob imperium & Senatum dicitur: quamvis illud, mutato rerum ſtatu, in tyrannidem degeneravit; hic vero, ſplendore priſtino amiſſo defecit. Ut ſanctorum illorum Patrum ea mens fuerit, quoniam urbs imperio ac Senatu, ſicut olim Roma ornata fuit, eam Eccleſiaſticis quoq; prærogativis iiſdem omnibus, quibus illa honeſtari oportere, ac primum quidem inter alias omnes Eccleſias, ab illâ verò ſecundum dignitatis locum obtinere. Omnibus namque modis æqualem, propter allatas eo loco rationes, intelligere non poſſumus, niſi forte dixerit quiſpiam quoniam divini illi patres ſpiritu ſancto illuminati præviderunt, Romanam Eccleſiam propter errores ſuos ab orthodoxorum cœtu ſegregandam, atque omni fidelium conſortio eliminandam fore, primas huic detulerunt; atq; ita iiſdem eam prærogativis in omnibus decorarunt, quæ ut illa aliquando, principatum olim obtinebit. Nam præpoſitionem, poſt, juxta eos de poſt in tempore conſtitutæ reginæ urbium, intelligi non permittit Canon xxxvi. Synodi Trullanæ, ſecundum Conſtantinopolis thronum poſt veteris Romæ thronum conſtituens & ſubjungens, Poſt hunc Alexandrinus numeretur thronus, deinde Antiochenus, & poſt eum Hieroſolymitanus. Sicut igitur, ubi de aliis ſedibus ſermo eſt, inferiorem dignitatis gradum præpoſitio illa, poſt, ſignificet, ita etiam, cum de Conſtantinopolitana ſede agitur, eodem modo accipiendam eſſe facile conſtat. Et verò clariſſimus Patriarcha Nicephorus divinus, in duodecimo ſcriptorum ſuorum contra Iconomachos capite hæc habet: Eſſe verò iſtos [Iconomachos ſcilicet] ab eccleſia catholica prorſus excluſos atque ejectos, vel ipſæ litteræ quæ à beatiſſimo Antiſtite veteris Romæ hoc eſt, à prima & Apoſtolica ſede miſſæ ſunt ſatis ſuperque teſtantur. His igitur de throni magnæ hujuſce civitatis ordine & honore à ſacra Synodo conſtitutis, de diœceſibus etiam illi olim ſubjiciendis differit, quas dicit eſſe Ponticam, Aſia-

Ετέρα ἑρμηνεία.

Quòd oportet eos qui præsunt Ecclesiis, in omnibus quidem diebus, sed præcipuè dominicis, omnem clerum & populum docere pietatis & rectæ religionis eloquia, ex divina scriptura colligentes intelligentias & judicia veritatis, & non transgredientis jam posita terminos, vel divinorum patrum traditionem: sed & si ad scripturam pertinens controversia aliqua excitata fuerit, nè eam aliter interpretentur, quam ut Ecclesiæ luminaria & doctores suis scriptis exposuerunt; & majorem ex iis laudem assequantur, quàm si proprios sermones componant, ne dum quandoque ad id hæsitant, ab eo, quod convenit, excidant. Per dictorum enim patrum doctrinam, populi, ad eorum quæ sunt bona & expetenda, & inutilia ac rejicienda, cognitionem venientes, vitam in melius componunt, nec ignorantiæ

Digitized by Google

vitii convincuntur, ſed doctrinæ mentem adhibentes, ſeipſos ad id, ne mali quid eis accidat, excitant, & imminentium ſuppliciorum metu ſibi ſalutem procurant.

κὴ τῷ τῆς ἀγνοίας ὑκ ἀλίσκονται πάθῃ ἀλλὰ σφοσήκοντες τῇ διδασκαλίᾳ, ἑαυτὲς σφὸς ὃ μὴ κακῶς παθεῖν σφοθήσυσιν, κὴ φόβῳ τῶν ἐπηρτημένων τιμωριῶν τὸ σωτηρίαν ἑαυτοῖς ἐξεργάζονται.

BALS. Episcopi Ecclesiarum doctores constituuntur: & propterea dicit canon eis omnino necesse esse, cui præsunt populum semper docere, & multo magis in diebus dominicis: in quibus omnes ferè solent in Ecclesiis interesse, ut qui à suis artificiis operibúsque cessent. Eos autem docere oportere decernit, non quæ nimiam continent digressionem, & pro arbitrio, sed ea quæ à sanctis patribus tradita sunt. Et patres quidem hæc. Nonnulli autem hujusmodi præceptum negligunt, eo quòd, ut est verisimile, eis pœna non infligatur: ut mihi autem videtur, etiam à lviii. canone sanctorum Apostolorum hi valde puniuntur. Dicit enim, Episcopus vel Presbyter clerum vel populum negligens, & eos pietatem non docens, segregetur: sin autem in socordia perseveret, deponatur. Nota ergo ex hoc canone, quòd populum docere solis Episcopis datum est, & magnæ Ecclesiæ doctores patriarchæ jure docent. Hoc autem etiam ostenditur ex novella illustris Imp. domini Alexii Comneni, quæ describit, & quomodo & quinam debent in Ecclesiis eligi, & decernit omnibus doctoribus, tam iis qui sunt extra Ecclesiam, quàm iis qui sunt intra, singulis tres numismatum libras, & singulis frumenti modios quinquaginta; & hæc apertè decidit. Sit autem & hic doctoribus honor tributus ut iterum in propriis Ecclesiis, propter quas secesserunt, statim post officiales proximi patriarchæ assideant, tanquam ejus personam repræsentantes. Et audimus enim, quòd qui pontificis locum tenet, maximum habet honorem, & huic rei nemo poterit contradicere. Et rursum qui autem & verbo & opere digni sunt quorum ratio habeatur, ad doctrinæ ministerium introducantur, & per docendi munera ad officia provehantur. Propterea enim, mortuo qui pro tempore Patriarcha, nec ipsi docere possunt.

ΒΑΛΣ. Διδάσκαλοι τῶν ἐκκλησιῶν οἱ Ἐπίσκοποι καθίστανται· κὴ δεῖ τὔτο φησὶν ὁ κανὼν ἔχειν τέτυς πᾶσιν ἀνάγκλιν, κὴ ἀεὶ μᾶλλον διδάσκειν τὸν ὑπ' αὐτὲς λαὸν, πολλῷ δ μᾶλλον ἐν ταῖς κυριωνύμοις, ἐν αἷς εἰώθασιν ἅπαντες σχεδὸν τῇ ἐκκλησίᾳ σφοσεδρύειν, τῶν ἐργοχείων αὐτῶν ἀπαλλατλόμενοι. διδάσκειν δ τέτυς διορίζε δ ὑ πρεσβυτικώτερα τινὰ κὴ οἰκοθεν, ἀλλ' αὐτὰ ἐκεῖνα τὰ σφὸ τῶν ἁγίων πατέρων παραδεδόμενα· κὴ οἱ μὲν πατέρες ταῦτα. τινὲς δ ἀμελῆσι τῇ τοιέτυ αὐτῶν ἐπαγγέλματος, δεῖ δ μὴ ἀπρεπείας αὐτοῖς, ὡς ἔοικε, ποιεῖν. ἐμοὶ δ δοκεῖ ὡς ἀπὸ τῆ νη'. κανόνος τῶν ἁγίων ἀποστόλων μεγάλως ἔτοι κολάζονται. φησὶ γὰρ, Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἀμελῶν τῇ κλήρυ ἢ τῆ λαῆ, κὴ μὴ παιδεύων αὐτὲς τὸ εὐσέβειαν, ἀφοριζέσθω. ὃ πιμένων δ τῇ ῥαθυμίᾳ καθαιρείσθω. σημείωσαι δὲν ἀπὸ τῆ παρόντος κανόνος, ὅτι δ διδάσκειν τὸν λαὸν μόνοις ἐνδέδωται τοῖς Ἐπισκόποις, κὴ οἱ διδάσκαλοι τῆς μεγάλης ἐκκλησίας δικαίῳ τῆ πατριάρχυ διδάσκυσι. παρίσα δ τὔτο κὴ ἀπὸ τῆς νεαρᾶς τῆ ἀοιδίμυ βασιλέως· κὴ τίνες ὀφείλυσι φηφίζεσθαι εἰς τὰς ἐκκλησίας. κὴ τυπωσάσης τοῖς διδασκάλοις πᾶσι τῆς τε ἐντὸς ὄσι δηλαδὴ τῆς ἐκκλησίας, κὴ τῆς ἐκτὸς ἀνὰ νομισμάτων λίτρας τρεῖς, κὴ ἀνὰ σίτυ μοδίυς πεντήκοντα· κὴ διοριζομένης ἐν μέρει κυρῦ Ἀλεξίυ τῆ Κομνηνῆ, τῆς ὑποτυπώσης ὅπως ταῦτα ῥητῶς. ἔτω κὴ αὕτη τοῖς διδασκάλοις, δι' ἃς τὸ ἀναχωρησιν ἐποιήσαντο αὖθις ἐν ταῖς οἰκείαις ἐκκλησίαις ἀπονενεμημένη τιμὴ, ὃ δεύτυς μετὰ τὰς ἀρχοντίκας ἵσασιν, τοῦ ἀγωγίτω πατριάρχη παρισαμένυς, ὡς ἐκπροσωπουμένους αὐτῆ. κὴ ἀκόλυθον γὰρ τὸν πληροῦντα τὸν τῆ ἀρχιερέως τόπον μείζονα ἔχειν ἀεὶ τιμὴν κὴ σπεῦσαι πρὸς τῦτο δυνήσεται ἀπολειπεῖν. κὴ πάλιν· οἱ δ ἀξιολόγοι καλά τε λόγον κὴ πρᾶξιν, εἰσηγάγωσθαι εἰς τὴν τῆς διδασκαλίας ἀφαγνίαν, κὴ δεῖ τῆ διδασκαλικῶν προβαινέτωσαν εἰς τὸ ἀρχοντικία. δεῖ γὰρ τῦτο κὴ πλουτήσαντος τῆ κῆ καιρὸς πατριάρχυ, σπεύδειν αὐτοὶ διδάσκειν.

ZONAR. Et Apostolico quinquagesimo octavo canone in Episcopum, qui cleri populique sibi commissi curam obire, eósque religiosæ vitæ præceptis erudire neglexerit, segregatio primum, ac nisi postea socordiam exuerit, depositionis quoque pœna constituta est. Et magnus præterea Paulus, dum in ea quæ est ad Timotheum epistola formam conditionésque Episcopi describit, docendi quoque facultate præditum esse oportere demonstrat. Ad Titum quoque scribens; Oportet, inquit, Episcopum amplecti eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Hæc & Synodi hujusce Patres secuti, hoc edito canone, cum aliis quoque, tum Dominicis præsertim diebus, Episcopi oratione populum ad pia religionis studia informari, ac institui jubent. Per eos enim dies vacationem à laboribus nacti homines in Ecclesiam conveniunt, & Divinas scripturas audiunt. Quocirca si istis præsertim diebus doceant, majorem exinde fructum populus feret. Quæ porro doceant, non ab ipsis inventa, sed ex sacris literis repetita proferri volunt, quarum quidem explicationem ex sanctorum Patrum fontibus hauriant, non ipsi sibi ex ingenio suo arbitrióque confingant. Si enim judicio in ea re suo uterentur, hærebunt forsitan nonnunquam & à vero aberrabunt. Sanctorum verò Patrum præceptis instituta atque imbuta multitudo, quid potissimum sequi

ΖΩΝΑΡ. Καὶ ὁ πεντηκοσὸς ὄγδος κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανὼν τὸν ἀμελοῦντα Ἐπίσκοπον τῆ οἰκείυ κλήρυ ἢ τῆ λαῆ, κὴ μὴ ἐκπαιδεύοντα αὐτοῖς τὸ εὐσέβειαν ἀφορίζει, ὑπμένοντα δ τῇ ῥαθυμίᾳ κὴ καθαιρεῖ. κὴ ὁ μέγας Παῦλος Τιμοθέῳ μὲν ὑπετέλλων, κὴ οἷς δεῖ τὸν Ἐπίσκοπον εἶναι διατιθέμενος, κὴ διδακτικὸν αὐτὸν τυγχάνειν σφοσκελεύει. τῷ δὲ γε Τίτῳ γράφων, ἀντέχεσθαι δεῖν, φησὶ, τὸν Ἐπίσκοπον τῆ κατ' διδαχὴν πιτῆ λόγυ, ἵνα δυνατὸς ᾖ κὴ σφοκαλεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ, τῇ ὑγιαινύσῃ, κὴ τὰς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν. τέτοις κὴ οἱ τῆς συνόδυ ταύτης ἑπόμενοι τὸν παρόντα κανόνα ἐξέθεντο, ἀεὶ μὲν δεῖν λέγοντες τὰς Ἐπισκόπυς διδάσκειν τὸν λαὸν τὰς τῆς εὐσεβείας λόγυς, μάλιστα δ ἐν ταῖς κυριακαῖς. ἐν γὰρ αὐταῖς σχολάζοντες ἐκ τῶν ἐργοχείων αὐτῶν οἱ ἄνθρωποι συνέρχονται εἰς τὰς ἐκκλησίας, κὴ ἀκροῶνται τῶν θείων γραφῶν. εἰ δῶν ἐν ζύταις μᾶλλον διδάσκυσι, πλείων ἔται κὴ ἡ ὠφέλεια τῆ λαῆ. διδάσκειν δ αὐτὰς βέλον δ μὴ οἰκοθεν, ἀλλ' ἐκ τῆς θείας γραφῆς, κὴ ταύτῃ ἑρμηνεύειν κατ' πῶ τῶν θείων πατέρων ἐξήγησιν, ἀλλὰ μὴ ἐξ οἰκείων νοημάτων καὶ λογισμῶν. εἰ γὰρ τοῖς οἰκείοις, φασὶ, ῥᾳῶν δ λογισμοῖς, ἴσως κὴ ἁπτήσυσί ποτε, κὴ ἐκπεσοῦνται τῆ προσήκοντος. ἐκ δὲ τῆς τῶν θείων πατέρων διδασκαλίας γνώσονται οἱ λαοὶ, τίνα μὲν δεῖ αἱρεῖσθαι,

Digitized by Google

ἀιρεῖσθαι, τίνα ὀφείλει ἀποτρέπεσθαι, καὶ πῶς οἰκείαν ζωὴν ἀποδυνᾶται πρὸς ἀρετὴν, ἐκφοβούμενος δὲ ἐξ ἀγνοίας τὴν θείων ἐντολῶν ὀλιγαρκίαν εἰς ἁμαρτήματα, καὶ φόβῳ τῶν μελλουσῶν κολάσεων ὀκ τῆς καρδίας ἀναμιμνήσκοιτο.

A quidve fugere oporteat, sine controversia diijudicare, morèsque suos ad virtutis normam conformare facile poterit, neque transversam divini imperii ignoratio aget, séque ab omnibus vitiorum maculis futuri supplicii recordatione puram integrámque conservabit.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ προεστὼς ἐκκλησίας, καὶ ἐξαίρετον τῆς κυριακῆς διδασκέτω τὰ δόγματα· καὶ διερμηνευέτω, μὴ οἰκοθεν, ἀλλὰ ὡς οἱ θεῖοι πατέρες διέλαβον.

ARIST. *Præsul Ecclesiæ dominicis præsertim diebus dogmata doceat, & interpretetur, non pro suo arbitrio, sed ut Divini patres tradiderunt.*

Οἱ Ἐπίσκοποι ἐν πάσαις μὲν ἡμέραις, ὀφείλουσι τὸν κλῆρον καὶ τὸν λαὸν ἐκδιδάσκειν τῆς εὐσεβείας τὰ δόγματα· ἐξαιρέτως δὲ ἐν τῇ κυριακῇ. καὶ εἴ τις γραφικὴν τις αὐτοῖς ἐρωτήσῃ λόγον, μὴ οἰκοθεν τοῦτον ἑρμηνευέτωσαν· τοῦτο γὰρ ἔστιν αὐτοῖς εὐδοκίμησις, τὰς παραδόσεις τῶν θεοφόρων πατέρων, καὶ καὶ αὐτὰς λύειν τὰ ἐρωτώμενα· καὶ μὴ οἰκείους λόγους συντίθεσθαι· ἵνα μὴ ἀπόρως ἴσως ἔχοντες πρὸς τὸ ἀφ' ἑαυτῶν λῦσαι ταῦτα, τῆς ἀληθοῦς ἑρμηνείας πόρρω ἐκπέσωσιν. τὸν δὲ ἀμελοῦντα τοῦ κλήρου καὶ τοῦ λαοῦ, καὶ μὴ διδάσκοντα αὐτοὺς τὰ εὐσέβειαν, πρῶτα μὲν ἀφορίζει ὁ πεντηκοστὸς ὅδδοος τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανών, εἶτα τῇ ῥαθυμίᾳ ἐπιμένοντα καθαιρεῖ.

B] Et si quis scripturarum mentem eos rogaverit, ne pro arbitrio illam interpretentur; hoc enim iis laudem conciliat, si divinorum patrum traditiones sciant, & secundùm eas solvant quæstiones, & non sua verba componant; ne forte cum non possint à seipsis eas solvere, verâ interpretatione procul decidant: eum autem qui clerum & populum negligit, eosque pietatem non docet, primo quidem excommunicat quinquagesimus octavus sanctorum apostolorum canon, postea, si in negligentiâ perseverat, etiam deponit.

ΚΑΝΩΝ κ'.

Μὴ ἐξέστω Ἐπισκόπῳ εἰς ἑτέραν τὴν μὴ αὐτῷ προστετηκυῖαν πόλιν δημοσίᾳ διδάσκειν. εἰ δέ τις φωραθείη τοῦτο ποιῶν, τῆς ἐπισκοπῆς παυέσθω· καὶ ὁ τῷ πρεσβυτερίῳ ἐνεργείτω.

CANON XX.

C

Ne liceat Episcopo in alia, quæ ad se non pertinet, civitate publicè docere. Si quis autem hoc facere deprehensus fuerit, ab Episcopatu desistat; Presbyteri autem munere fungatur.

ΒΑΛΣ. Ὁ κανὼν σαφής ἐστι· διορίζεται γὰρ μὴ διδάσκειν δημοσίᾳ Ἐπίσκοπον εἰς πόλιν μὴ ἀνήκουσαν αὐτῷ. ἀτιμία γάρ, φησι, τοῦτό ἐστι τῇ χώρᾳ ἀρχιερέως, καὶ ἀμαθίας κατάκρισις. τοῦτο δὲ νόει, ὅταν γίνηται παρὰ γνώμην τοῦ ἐγχωρίου Ἐπισκόπου. εἰ γὰρ τῇ γνώμῃ αὐτοῦ τοιοῦτόν τι ποιήσῃ τις, οὐ προκεκριμένος, ὅτι καὶ ἱερουργεῖ τις εἰς ἀλλοτρίαν ἐνορίαν ἀποκεκριμένως θελήσει τοῦ ἐγχωρίου αὐτοῦ. καὶ ὁ μέγας δὲ ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος, τοῦ Στασίμων Ἐπίσκοπος ὤν, πολλοὺς λόγους ἀνέγνω εἰς Ναζιανζῷ, τοῦ πάλαι αὐτῷ ἐν ταύτῃ ἀρχιεραλδίοντος, καὶ παρίσταται τοῦτο ἀπὸ τοῦ λόγου τοῦ ὕστερος ἔχοντος, τί λύεις τάξιν ἐπαινουμένην; καὶ ὁ σοφώτατος ἐκεῖνος μητροπολίτης Ἐφέσου, κῦρος Ἰωάννης, ὁ καὶ ποταμὸς περιττῶν τὰ τῆς φιλοσοφίας ῥεύματα, καὶ κολπώδης λεγόμενος, εἰς τὴν λαχοῦσαν αὐτὸν ἀφορμώμενος, μετ' ἀξιώσεως τῶν καθ' χώραν ἀρχιερέων δημοσίᾳ ἐδίδασκεν. ἀνάγνωθι· καὶ εὑρήσεις κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων. καλῶς δὲ προσκεῖται τῷ κανόνι τὸ δημοσίᾳ. ἰδιαιτάτως γὰρ ἀπολογεῖσθαι πρὸς τοὺς ἐρωτῶντας περί τινος ἐκκλησιαστικῆς προβλήματος ἔξεστι παντὶ καὶ πανταχοῦ, καθὼς καὶ ὁ ια'. κανὼν τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου τὰ περὶ τούτου διαγορεύει. εἰ δέ τις ἀπορήσει πῶς ὁ μὲν κθ'. κανὼν τῆς δ'. συνόδου λέγει, ὅτι τὸ ἐξ Ἐπισκόπου εἰς πρεσβυτέρου ἀξίαν καταγαγεῖν, ἱεροσυλία ἐστίν· ὁ δὲ παρὼν κανὼν φησίν, εἴ τις φωραθείη τοῦτο ποιῶν, παυέσθω τῆς ἐπισκοπῆς, τὰ δὲ τῷ πρεσβυτέρου ἐνεργείτω· ἀκούσει ὅτι ἐκεῖ περὶ καθαιρέσεως φησὶν εὐλόγου ἢ περιαλόσεως· ἢ γὰρ διὰ αἰτίαμά τι εὔλογον ἐξεβλήθη τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ οὐδὲ πρεσβύτερος ἔσται· ἢ ἀναιτίως καὶ οὐδὲ ὕστερος εἰς πρεσβυτέρου βαθμὸν καταταχθήσεται, ἀλλ' ἔσται αὖθις Ἐπίσκοπος. ἐνταῦθα δὲ, ἁμάρτημα μέν ὁ Ἐπίσκοπος κωλύων αὐτὸν τῆς ἱερωσύνης οὐκ ἤμβλε· φιλοδοξία δὲ καὶ δόξης ἔρως ὃ ἥμαρτεν. ἵνα γοῦν ἀντίρροπον τῇ τιμωρείαν ἔξῃ τῷ πλαισμάτι αὐτοῦ καὶ ταπεινωθῇ, παύεται μὲν τῆς ἐπισκοπικῆς τιμῆς, καταλάττεται δὲ εἰς πρεσβυτέρου τιμήν. τὸ γὰρ καθαιρεῖσθαι τοῦτον, καὶ γίνεσθαι ἱερέα οὐ δέδοκται τοῖς παλαιοῖς· ἀνάγνωσον, καὶ τὸν ιή'. κανόνα τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου, τὸν ἐνεργῆσαι ἐκλαβοῦς εἰς τὴν διδασκαλικὴν ἐνέργειαν, καὶ μὴ εἰς τὴν ἱεροπραξίαν. οἱ γὰρ ἱερεῖς τὸ παλαιὸν ἐξ ἀνάγκης εἶχον τὸ διδάσκειν.

Ne liceat Episcopo in alia, quæ ad se non pertinet, civitate publicè docere. Si quis autem hoc facere deprehensus fuerit, ab Episcopatu desistat; Presbyteri autem munere fungatur.

BALS. Canon est apertus. Decernit enim, ne Episcopus publicè doceat in civitate quæ ad se non pertinet. Est enim, inquit, hoc dedecus pontificis illius regionis, & ejus ignorantiæ condemnatio. Hoc autem intellige, quando fit præter mentem illius regionis Episcopi. Si quis enim ejus voluntate tale quid fecerit, id ei præjudicium non afferet. Nam & in alia regione sine ullo præjudicio sacra celebrat quispiam, ejus qui illam habet voluntate. Quinetiam magnus theologus Gregorius, cùm Stasimorum esset Episcopus, multa legit Nazianzi, cùm ejus in ea civitate esset Pontifex: & hoc ostenditur ex oratione quæ sic habet; Cur solvitis ordinem laudabilem? Porrò & sapientissimus ille Ephesi Metropolitanus dominus Joannes, qui instar fluvii philosophiæ fluenta effudit, & κολπωδὸς, (id est, Sinuosus) dictus est, in eam regionem veniens, quæ illum erat sortita, cum auctoritate illius regionis Antistitum publicè docuit. Lege & xiv. canonem sanctorum Apostolorum. Canoni autem rectè adjicitur illud, publicè. Privatim enim interrogantibus de Ecclesiastica aliqua quæstione respondere licet cuilibet & ubique, sicut & xi. canon Sardicensis Synodi de ea re apertè loquitur. Si quis autem dubitet, quomodo xxix. canon iv. Synodi dicit, quòd ex Episcopo ad Presbyteri dignitatem deducere, est sacrilegium: præsens autem canon dicit, si quis hoc facere deprehensus fuerit, ab Episcopatu cessat, Presbyteri autem munere fungatur; audiet, quòd illic quidem dicit de depositione justa vel injusta; vel enim propter justam causam Episcopatu dejectus est, & ne Presbyter quidem erit: vel sine causa, & ne sic quidem ad Presbyteri gradum deprimetur, sed erit rursus Episcopus. Hîc autem Episcopus quidem peccatum non admisit, quòd eum à sacerdotio arceat, sed gloriæ tantùm cupiditate & laudis amore peccavit. Ut ergo, quod suo peccato respondeat, supplicium habeat, & humilis evadat, ab Episcopatus quidem honore desistit, in Presbyteri autem honore collocatur. Ut is enim deponatur, & sacerdos fiat, patribus visum non est. Lege & xviii. can. Anc. Syn. Sacerdotis autem munus, accipe etiam de docendi munere, & non de sacrificii celebratione. Sacerdotes enim antiquitus necesse habebant etiam docere.

ZONAR.

Digitized by Google

A

ZONAR. Ne qua inter Episcopos causa offensionis existeret, nulli propterea Episcopo publice in aliena urbe docendi facultatem Patres esse voluerunt. Nec enim id sine aliqua præfecti urbis istius Episcopi contumelia fieri potest. Sed publice tantum docendi facultate interdictum; ut vicissim, quidpiam ex eo privatim quærenti satisfacere, seorsimq; docere, nequaquam Episcopo vetitum, nec aliquid eum qui id faciat in se culpæ suscipere intelligamus. Sed de hac re fusiùs Sardicensis quoq; Synodi undecimo canone constitutum. Dubitaverit porro aliquis, cùm hominem de Episcopali fastigio dejectum, cogi in Presbyterorum ordinē sine sacrilegio non posse, undetrigesimo quartæ Synodi Canone definitum sit, qua ratione Episcopum hoc loco, qui istud faciat, ab Episcopatu cessare, & Presbyterimunere fungi Canon decernat. Igitur in quarta Synodo de justa, vel injusta depositione sermonem esse dicemus. Vel enim ob gravem delicti culpam qui Episcopus fuerat, ea dignitate spoliatus est, ac ne inter sacerdotes quoq; locum teneat idem crimen efficiet; vel innocenti mulcta irrogata, proindéque ne tum quidem sacerdotibus annumerari, sed Episcopali fastigio unde per injuriam dejectus fuerat, restitui hominem oportebit. Hic verò Episcopus nullum, ex quo sacerdotio moveri debeat, in se facinus admisit: sola is ambitione, laudísque immoderata cupiditate peccavit. Ut igitur peccato animadversio respondeat, temerariáque hominis elatio comprimatur, ab Episcopatu gerendo desistere, atq; in Presbyterorum ordinem traduci jubet.

ZΩΝΑΡ. Τοῖς Επισκόποις τὰς τῶν σκανδάλων περιαιροῦντες ἀφορμὰς οἱ θεῖοι πατέρες ὥρισαν μὴ διδάσκειν Επίσκοπον δημοσίᾳ ἐν πόλει μὴ ἀνηκούσῃ αὐτῷ. τοῦτο γὰρ εἰς ἀτιμίαν ἐστὶ τοῦ τῆς πόλεως ἐκείνης ἀρχιερέως. δημοσίᾳ δὲ διδάσκειν κεκώλυται, ὡς ἐξ ἀντιδιαστολῆς νοεῖσθαι, ὡς εἴτις αὐτῷ κατ' ἰδίαν προσέλθοι ἐρωτῶν αὐτὸν, ἐκείνῳ πρὸς τὸ ἐρώτημα ἀποκρινόμενος, καὶ διδάσκων καθ' ἑαυτὸν, οὐχ ἁμαρτάνει. καὶ ὁ ἑνδέκατος δὲ κανὼν τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου θεσμοτεθεῖ τὰ περὶ τούτου πλατύτερον. ἀπορήσει δέ τις, πῶς ὁ μὲν εἰκοστὸς ἔννατος κανὼν τῆς τετάρτης συνόδου λέγει, ὅτι B τὸ ἐξ Επισκόπου εἰς πρεσβυτέρου ἀξίαν καταγαγεῖν ἱεροσυλία ἐστίν· ὁ δὲ παρὼν κανών φησιν, εἴ τις φωραθείη τοῦτο ποιῶν, παυέσθω τῆς ἐπισκοπῆς, τὰ δὲ τοῦ πρεσβυτέρου ἐνεργείτω· εἴποι οὖν ἄν τις, ὅτι ἐκεῖ περὶ καθαιρέσεώς φησιν εὐλόγου ἢ παραλόγου. εἰ γὰρ διὰ αἰτίαμά τι ἐξεβλήθη τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ διὰ τὸ ἁμάρτημα, ἐκεῖνος οὐ δὲ πρεσβύτερος ἔσται, ἢ ἀναιτίως ἐξεβλήθη τῆς ἐπισκοπῆς καὶ οὐδ' οὕτως εἰς πρεσβυτέρου βαθμὸν καταχθήσεται, ἀλλ' ἔσται αὖθις Επίσκοπος. ἐνταῦθα δὲ ἁμάρτημα μὲν ὁ Επίσκοπος κωλύον αὐτὸν τῆς ἱερωσύνης οὐχ ἥμαρτε, φιλοδοξία δὲ ἦν καὶ δόξης ἔρως, ὃ ἥμαρτεν. ἵνα γοῦν C ἀντίρροπον τὴν τιμωρίαν ἕξῃ τῷ πταίσματι αὐτοῦ, καὶ ταπεινωθῇ, παύεται μὲν τῆς ἐπισκοπῆς, κατάγεται δὲ εἰς πρεσβυτέρου τόπον.

ARIST. *Episcopus in aliâ urbe ne publicè doceat. Sin hoc fecisse deprehensus fuerit, ab Episcopatu desistat, Presbyteri muneribus fungens.*

ΑΡΙΣΤ. Επίσκοπος ἐν ἑτέρᾳ πόλει δημοσίᾳ μὴ διδασκέτω· εἰ δὲ φωραθῇ, παυέσθω τῆς ἐπισκοπῆς, τὰ τῶν πρεσβυτέρων ἐνεργῶν.

Episcopus qui hoc facit, quoniam per ostentationem & superbiam & Episcopi, qui ibi præest, contemptum publicè docet, ut eum pudefacere & vilipendere & alienam cathedram sibi conciliare contendens, justè Episcopatu deponitur. Qui aliena enim petit, & suis privatur. Sed ad Presbyterorum locum deducitur, & inter eos munere fungetur. Et nota quando etiam Episcopus ad Presbyteri locum reducitur. Nam undetrigesimus Synodi Chalcedonensis canon è contra sacrilegium vocat Episcopi ad Presbyteri gradum deductionem & hunc præsentem canonem ex eo canone catholico exceptum habeas.

Ο τοῦτο ποιῶν Επίσκοπος, ἐπεὶ δι' ἀλαζονείαν καὶ τύφον καὶ καταφρόνησιν τοῦ ἐκεῖσε Επισκόπου δημοσίᾳ διδάσκει, ὡς D σωουδάζων καταισχύνειν, καὶ κατευτελίζειν, καὶ τὴν ἀλλοτρίαν καθέδραν ἑαυτῷ προμνηστεύεσθαι· εὐλόγως παυθήσεται τῆς ἐπισκοπῆς· ὁ γὰρ τῶν ἀλλοτρίων ἐφιέμενος, καὶ τῶν ἰδίων στερίσκεται· εἰς δὲ τὸν τόπον τῶν πρεσβυτέρων κατενεχθήσεται, καὶ κατ' αὐτῶν ἐνεργήσει. καὶ σημείωσαι, πότε καὶ Επισκοπος εἰς πρεσβυτέρου τόπον κατάγεται. ὁ γὰρ εἰκοστὸς ἔννατος κανὼν τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, ἱεροσυλίαν ἄντικρυς καλεῖ, τὸ, τὸν Επίσκοπον εἰς πρεσβυτέρου κατάγειν βαθμόν· καὶ ἔχε τὸν παρόντα κανόνα ὑπεξῃρημένον ἐκ τοῦ καθολικοῦ ἐκείνου κανόνος.

CANON XXI.

E

ΚΑΝΩΝ κα'.

Qui canonicorum quidem criminum rei facti, & propterea perfectæ ac perpetuæ depositioni subjecti, in laicorum locum detrusi sunt; siquidem ad conversionem sua sponte respicientes peccatum delent, propter quod à gratia exciderunt, & ab eo se penitus alienos efficiunt, cleri habitu tondeantur: Sin autem non sua sponte hoc elegerint, comam sicut laici nutriant, utpote qui mundanam seu secularem conversationem vitæ cælesti præposuerint.

Οἱ ἐπ' ἐγκλήμασι κανονικοῖς ὑπεύθυνοι γινόμενοι, καὶ διὰ τοῦτο παντελεῖ τε καὶ διηνεκεῖ καθαιρέσει ὑποβαλλόμενοι καὶ ἐν τῷ τῶν λαϊκῶν ἀπωθούμενοι τόπῳ· εἰ μὲν ἑκουσίως πρὸς ἐπιστροφὴν ὁρῶντες ἀθετοῦσι τὴν ἁμαρτίαν, δι' ἣν τῆς χάριτος ἐκπεπτώκασι, καὶ ταύτης τέλεον ἀλλοτρίους ἑαυτοὺς καθιστῶσι, τῷ τοῦ κλήρου κειρέσθωσαν σχήματι· εἰ δὲ μὴ τοῦτο αὐθαιρέτως αἱρήσονται, καθάπερ οἱ λαϊκοὶ, τὴν κόμην ἐπιτρεφέτωσαν, ὡς τὴν ἐν κόσμῳ ἀναστροφὴν τῆς οὐρανίου ζωῆς προτιμήσαντες.

F

BALS. Nota ex hoc præsenti canone, quòd qui propter aliquod crimen deponuntur, ut laici reputantur, nec possunt post depositionem aliquid agere, quod ad Clericum ulla ratione pertineat. Eos autem solos, qui à peccato recesserint propter quod depositi fuerant, à fornicatione forte vel aliquo alio, decernit canon esse tondendos capite, ut clericos, id est, habere papalem tonsuram, & Clerici habitu indui. In eos enim est mitior ac clementior propter pœnitentiam.

ΒΑΛΣ. Σημείωσαι ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος, ὅτι οἱ ἀπό τινος ἐγκλήματος καθαιρούμενοι, ὡς λαϊκοὶ λογίζονται, καὶ οὐ δύνανται μετὰ τὴν καθαίρεσιν ἐνεργεῖν οἷον δήτι ἀνῆκον κληρικῷ· μόνους δὲ τοὺς ἀποστάντας τοῦ ἁμαρτήματος δι' ὃ καθῃρέθησαν, τυχὸν τῆς πορνείας ἢ ἑτέρου τινὸς, διορίζεται ὁ κανὼν κείρεσθαι τὴν κεφαλὴν κατὰ κληρικοὺς, ἤγουν ἔχειν παπαλήθραν, καὶ ἐνδύεσθαι σχῆμα κληρικοῦ. φιλανθρωπώτερον γὰρ ἐπὶ τούτοις διατίθεται διὰ τὴν μετάνοιαν.

τοὺς

Digitized by Google

τὴς δὲ γε ἀμεταθέτως ἐξεχομένυς τῆς ἁμαρτίας, τρέφειν τῷ κόμῳ ἀφικελεύεται, καὶ λαϊκὺς, ἵνα ἔχιεν πλείονα αἰσχύνλν, μὴ παραχωρήμενοι ἐν μετοχῇ κληρικοῦ ὅλως ἦι, ἀλλὰ καὶ αὐτῆ τῷ ἐνδύματος σεμνομένοι. καὶ ὁ μὲ κανὼν ταῦτα. ἡ δὲ οθ'. νεαρὰ τῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τῦ φιλοσόφυ καταμφῶς δρειζομένη τὺς μὴ χειροτονίαν γαμοῦντας, ἐυδοκεῖ μήτε τῷ ἡήματος τῆς κληρικῆς αὐτὺς ἀπαλλοτριοῦσθαι, μήτε τῆς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ κοινοτέρας ὑπηρεσίας. καὶ ἡ ζ'. νεαρὰ τῦ αὐτῦ βασιλέως, τὺς ἀπὸ κληρικῆς τροὺς λαϊκὺς μεταχηματισθέντας, καὶ ἄκοντας τροὺς αὐτὸ πάλιν ἀποκαθίσασθαι δρείζεται. φαίνεται οὖν ἐναντιότης ἐν τύτοις. ἐμοὶ μὲν δοκεῖ τὸ μὴ κανόνα νομοθετεῖν τροὶ τῶν καταδικαζομένων διὰ ἔγκλημά τι τροσαγηλθέν, καὶ ἀμεταθέτως ἐξεχομένων τῦ κακῦ· οἷς διὰ μοιχείαν, διὰ ἁρπαγὴν, διὰ ἱεροσυλίαν· τῷ δὲ νεαρᾷν, τροὶ τῶν μὴ τῷ χειροτονίαν διγαμησάντων, ὅτε κἂν καθαίρεσιν ἐπάγῃ, ἀλλ' οὖν διὰ τὸ γάμον συγγινώσκεται. καὶ διὰ τῦτο τροεχωρήθη οἱ τῦτοι ὑπὸ τῆς νεαρᾶς ἐνεργεῖν τὰ ἔξω τῦ βήματος· οἱ δὲ λοιποὶ οἱ μεταχηματισθέντες, ὡς οἶομαι, καὶ τῷ νεαρᾷν ἀναγκασθήσονται μὴ κατορχεῖσθαι τῦ ἁγίυ χήματος.

A Ii autem, qui in peccato perpetuò hærent, comam nutrire jubentur ut laici, ut majori pudore afficiantur, nec in cleri participatione ullo esse modo eis permittatur, sed ipso etiam amictu priventur. Et hæc quidem canon. lxxix. autem Imp. domini Leonis philosophi novella eos deponi debere statuens, qui ducunt uxores post ordinationem, vult neque eos à clericorum habitu alienari, nec à communione ministerii in Ecclesia. Et vii. ejusdem Imp. novella, eos, qui à Clericis in laicos transmutati sunt, eôdem rursus vel invitos redire jubet. Videtur igitur in his esse repugnantia. Existimo autem canonem quidem de iis statuere, qui propter delatum aliquod crimen condemnati, malo assiduè inhærent; quemadmodum propter adulterium, propter rapinam propter sacrilegium: Novellam autem, de iis qui post ordinationem uxorem duxerunt; quod quidem etsi inducit depositionem, eis tamen propter matrimonium ignoscitur. Et ideo eis à novella permissum est, ut ea exerceant quæ fiunt extra sacrum tribunal: reliqui autem transmutati cogentur, ut puto, ex Novellæ sententia & à sancto habitu non desilire.

ZΩNAP. Διάφορά εἰσιν ἐγκλήματα δι' ἃ καθαιρεῦνται οἱ ἱερωμένοι καὶ ἐξωθοῦνται τῦ κλήρου, καὶ συναριθμοῦνται τοῖς λαϊκοῖς. κείσθω δὲ νῦν ἡμῖν εἰς τράδειγμα ἡ πορνεία. εἰ γοῦν, ἁλῷ τις πορνεύσας τρεσβύτερος ἢ διάκονος, καθαιρεῖσθαι καὶ συντάσσεσθαι λαϊκοῖς. εἰ μὲν οὖν μὴ τῷ καθαίρεσιν ἑκουσίως τρὸς μετάνοιαν ἀπενδύσῃ, καὶ ἀπόσχῃ τῆς ἁμαρτίας, δι' ἣν τῆς ἱερωσύνης ἐξέπεσε, καὶ τέλεον τῷ σώματος ἀναλλοτριώσῃ ἑαυτὸν, ἐφίησιν αὐτῷ ὁ κανὼν καὶ κληρικοὺς κείρεσθαι, ὥστε τῷ χήματι τέως κεκοσμῆσθαι τῷ κληρικῷ, καὶ μὴ πάντη αἰσχύνεσθαι εἰς λαϊκῦ καταχθέντα καὶ χῆμα καὶ τόπον. εἰ δὲ ὑπομένει τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ οὐκ αἱρεῖται τῷ ὑπερορίῳ ἑκουσίως, τρέφειν αὐτὸν τῷ κόμῳ ἀφικελύεσθαι καὶ λαϊκοὺς, καὶ μὴ τὰς τῆς κορυφῆς ξυρᾶσθαι τρίχας. ἵν' αἰσχύνοιτο ὡς εἰς λαϊκοὺς ἀπωσθεὶς ὁ πρὶν ἱερεὺς ἢ διάκονος, καὶ ὅτω ποτὲ σωφρονήσῃ, καὶ τῆς ἁμαρτίας ἀπόσχηται.

ZONAR. Multa sunt criminum genera, ob quæ initiatos deponi & clero moveri, atque inter Laicos referri decretum est. Sed ponatur, exempli causa, fornicatio. Si quis ergo fornicationis reus deprehendatur, Presbyter aut Diaconus deponi ac Laicis adscriptus censeri debet. Verum, si postquam ordine motus est ad pœnitentiam sponte se dederit, séque ab ea culpa, ob quam sacerdotio mulctatus est, quàm longissime abduxerit & à peccato penitus abstinuerit, tonderi hominem Clericorum more canon permittit; ut eo videlicet, qui Clericorum proprius est, ornatu concesso, reliquo Laicorum habitu utentis, ad Laicorum locum dejecti, pudor ignominiáque minuatur. Quòd si nullum abdicandi dedecoris ac vitæ emendandæ sua sponte consilium capiat, ex Laicorum consuetudine nutrire comam, capillóque abradendo penitùs abstinere jubent: ut cum se antea Sacerdotem aut Diaconum, nunc in Laicorum ordines relatum non sine rubore animadvertat, ita demum se ipse colligat, & à peccato abstineat.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ δηλονοτὶ καθηρημένος, καὶ εἰς τὺς λαϊκὺς ἀπωσθεὶς, μεταμελόμενος καθαιρείσθω, καὶ κειρέσθω μόνον. εἰ δὲ μὴ, τῷ κόμῳ ἐπιτρεφέτω.

ARIST. *Qui jam depositus & ad Laicos detrusus est, pœnitentiâ ductus deponatur, & tondeatur solum. Sin minus, comam nutriat.*

Ὁ μὲν τῆς ἀξίας μετακινηθεὶς τρεσβύτερος ἢ διάκονος, τῆ δὲ τιμῆς μετέχων καὶ τῆ καθέδρας· καὶ τὺς λοιποὺς τὺς ἐν κλήρῳ τῷ κεφαλῷ ὀφείλει ἀποκείρεσθαι. ὁ δ' ἐπ' ἐγκλήμασι γενομένως κατάθεσθαι, καὶ καθαιρεθεὶς, καὶ εἰς τὸ πόσον τῆς λαϊκῆς ταχθεὶς, εἰ μὲν ἑκουσίως ἀθετεῖ τῷ ἁμαρτίαν, δι' ἣν τὸ χάριτος ἐστερήθη καὶ τῆς τιμῆς, καὶ τροὸς ἐπιστροφῷ ὁρᾷ, καὶ τὺς κληρικοὺς τῆς κεφαλῆς τὰς τρίχας κειρέσθω· εἰ δὲ οἰκείᾳ γνώμῃ τῦ πταίσματος οὐκ ἀφίσται, ἀλλὰ τροστίθειν τῦτο ἀρνεῖται, καὶ τὺς λαϊκοὺς τῷ κόμῳ ἐπιτρεφέτω· ὡς τροτιμησάμενος τὴν ἐν κόσμῳ ἀνατροφὴν τῆς ἐπουρανίου ζωῆς.

Presbyter quidem aut Diaconus dignitate motus, sed honoris & cathedræ particeps, reliquorum adinstar Clericorum, caput detondere debet. Qui criminum vero reus factus est, & depositus, & in Laicorum ordine collocatus, si sua sponte peccatum, propter quod gratia & honore privatus fuit, rejicit, & ad conversionem respicit, Clericorum more capillos capitis detondeat. Si autem suâ voluntate delicto non abstineat, sed illud facere recusat, Laicorum ad instar comam nutriat, ut mundanam conversationem vitæ cœlesti præferens.

ΚΑΝΩΝ κβ'.

CANON XXII.

Τὺς διὰ χρήματα χειροτονυμένους, εἴτε Ἐπισκόπυς ἢ οἱουσδήποτε κληρικούς, καὶ ἐ κατὰ δοκιμασίαν καὶ τῦ βίυ αἵρεσιν, καθαιρεῖσθαι τροστάττομεν. ἀλλὰ καὶ τὺς χειροτονήσαντας.

Eos qui pecuniis ordinantur, sive Episcopos sive qualescunq; Clericos, & non ex examinatione ac vitæ electione, deponi jubemus: sed & eos etiam qui ordinaverunt.

ΒΑΛΣ. Περὶ χειροτονυμένων διὰ χρήματα ἢ διὰ τροστάσιαν ἀρχόντων, εἰς διαφόρους κανόνας ἐγράψαμεν τὰ εἰκότα. καὶ ὁ παρὼν κανὼν καθαιρεῖσθαί φησι τὸν ὕτω χειροτονηθέντα καὶ χειροτονήσαντα.

BALS. De iis qui propter pecunias ordinantur, vel propter magistratuum mandatum, in diversos canones scripsimus ea quæ sunt consentanea. Præsens autem canon eum deponi jubet, qui ordinatus est, & qui ordinavit.

Digitized by Google

ZONAR. Innumeri hac de re canones editi fuere: ſerpebat tamen adhuc indies malum, & Eccleſias velut gangræna depaſcebatur. Proinde hunc canonem ſextæ quoque hujus Synodi Patres ſuperioribus addidere; ac ſi quis Epiſcopus Clericúſve quicunque dignitatem ordinémve emercatus, non autem explorata morum gravitate approbatus, & religioſam vitam ac inculpabilem elegiſſe inventus fuerit, deponi jubent. Neque vero eo, qui pecuniis ordinatur, depoſito, qui ordines ei contulit impune feret; ſed eum quoque depoſitionis eadem pœna teneri decretum eſt. Porro de hac eadem re pluribus in aliorum canonum explicatione diſſeruimus.

ARIST. *Qui pecuniis ordinatur, unà cum ordinante deponatur.* Perſpicuus.

CANON XXIII.

Ut nullus, ſive Epiſcopus ſive Presbyter ſive Diaconus, immaculatam præbens communionem, ab eo qui communicat, ejus participationis gratia, obolos vel quamvis aliam ſpeciem exigat. Non eſt enim vænalis gratia, nec pro pecuniis, Spiritus ſanctificationem impertimur: ſed ea iis, qui digni ſunt, abſque ulla calliditate eſt communicanda. Si quis autem eorum, qui ſunt in cleri catalogo ab eo, cui immaculatam impertit communionem, ullam ſpeciem exigere viſus fuerit, deponatur, ut Simoniaci erroris & maleficij æmulator.

BALS. Cùm ſatis longo abhinc tempore in quodam loco, qui Calotychas appellatur, & in Cherſoneſi regione poſitus eſt, ſancta dominica Paſchæ Chriſti reſurrectionis diverſarer, vidi quaſdam illius loci mulierculas, & quoſdam homunculos, poſt matutinam divinam Pſalmodiam, ad catholicæ Eccleſiæ templum confluentes, cum ovis gallinæ panis fermento mixtis, & cum falſis carnibus, & cum aliis quibuſdam eſculentis, vel etiam ad aliquid aliud aptis: & interrogavi quamnam ob cauſam hoc fieret; & audivi, quòd unuſquiſque iis quibus poteſt donis ſacerdotem, qui populo divina ſacramenta porrigit, proſequitur. Neque enim aliter cuiquam licet ſacramenta percipere: & tunc quidem reprehendi quod fiebat. Cùm autem nuper in hunc præſentem canonem incidiſſem, ei gratias egi, ut qui ab iis, qui communicant ſacramentis, obolos vel ullam aliam ſpeciem exigi prohibet. Quoniam, inquit, non venditur, nec pecuniis ſanctificatio impertitur: ſed iis qui digni ſunt, ſancta dona gratis diſtribuuntur. Propterea enim, ut eſt probabile, etiam ſancta donatio à vulgo ſacramenta dicuntur. Eum autem, qui aliter fecerit, deponendum decernit canon, ut qui ſit Simoniacæ improbitatis & erroris æmulator.

ZONAR. Quibus divina & tremenda myſteria populo impertiendi cura demandata eſt, obolos aut rem aliam, quæcunque demum ea ſit, à communicantibus exigere canon vetat. Nec enim vænalis, inquit, eſt gratia, neque pretio ſanctitas comparatur, ſed dignis hominibus gratuita largitione confertur. Qui verò aliquid à communicantibus etiam minimum exigere auſus fuerit, quaſi Simoniaci erroris ac improbitatis æmulatorem deponi placet. Iſte enim oblato pretio, rependi ſibi viciſſim ſancti ſpiritus gratiam poſtulabat.

ARIST. *Qui immaculatam impertitur communionem, & obolum vel aliud quodcunque exigit, deponatur.* Perſpicuus.

ΖΩΝΑΡ. Μυρίοι κανόνες περὶ τούτου ἀφορρύσιν, ἀλλ' ἔτι ὃ κακὸν, ὡς γάγγραινα, τὰς ἐκκλησίας ἐνέμετο, διὸ καὶ οἱ τῆς ἕκτης ταύτης συνόδου τὸν κανόνα τοῦτον ἐξέθεντο καί φασιν, ὡς εἴ τις Ἐπίσκοπος, ἢ οἱοσδήποτε κληρικὸς ὅτι χρήμασι τὴν χειροτονίαν ὠνήσαιτο, καὶ ὁ περιθεὶς δοκιμασθείς, καὶ εὑρεθεὶς βίον αἱρετισάμενον. σεμνόν τε καὶ ἄμεμπτον, ὁ τοιοῦτος καθαιρείσθω. καὶ ὁ μὴ χειροτονηθεὶς ὅτι χρήμασι καθαιρεθήσεται, ὁ δὲ χειροτονήσας αὐτὸν ὅτως ἀτιμώρητος ἔσαι, ἀλλὰ κἀκεῖνος τῇ καθαιρέσει ὑποβληθήσεται. ἐξήγηται δὲ τὰ περὶ τούτου πλατύτερον ἐν ἑτέροις κανόσιν.

ΑΡΙΣΤ. Ο χειροτονηθεὶς ὅτι χρήμασι, συγκαθαιρείσθω τῷ χειροτονήσαντι. Σαφής.

ΚΑΝΩΝ. κγ'.

Περὶ τοῦ μηδένα τῶν εἴτε Ἐπισκόπων εἴτε πρεσβυτέρων ἢ διακόνων, τὸ ἀχράντου μεταδιδόντα κοινωνίας, πρὸς τοῦ μετέχοντος εἰσπράττειν, τὸ τοιαύτης μεταλήψεως χάριν, ὀβολὸν ἢ εἴδους ὁτιοῦν. οὐδὲ γὰρ πεπραμένη ἐστὶν ἡ χάρις, οὐδὲ χρήμασι ὁ ἁγιασμὸς τοῦ πνεύματος μεταδίδοται, ἀλλὰ τοῖς ἀξίοις τοῦ δώρου ἀπανουργήτως μεταδοτέον. εἰ δέ φανείη τις τῶν ἐν κλήρῳ καταλεγομένων ἀπαιτῶν ὧν μεταδίδωσι τῆς ἀχράντου κοινωνίας, ὅτι οἱουοῦν εἴδους, καθαιρείσθω, ὡς τὸν Σίμωνος ζηλωτὴς πλάνης καὶ κακουργίας.

ΒΑΛΣ. Καταλύσας πρὸ χρόνων ἱκανῶν εἰς χωρίον τὶ Καλοτυχάδα ὀνομαζόμενον, καὶ ἐν ᾧ θέματι Χερρονήσου κείμενον, τὴν ἁγίαν κυριώνυμον τοῦ πάσχα τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσεως, εἶδον χωριτικὰ γύναια καὶ ἀνδράρια, μετὰ τὴν ἑωθινὴν θείαν ὑμνῳδίαν τῷ ναῷ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας συρρέοντα, μετ' ὀρνιθείων ὠῶν ζύμης ἄρτου συνειλουμένων, καὶ μετὰ κρεῶν πεπαριγμένων, καὶ μετ' ἄλλων τινῶν εἰδῶν βρωσίμων, ἅ καὶ πρός ἄλλό τι ὀνητὰ εἶναι. καὶ πρώτησα τίνος χάριν τοῦτο γίνεται, καὶ ἤκουσα ὡς ἕκαστος δεῖται καὶ ἱερέα καὶ μεταδιδόντα τοῦ λαοῦ τῶν θείων ἁγιασμάτων, ἐφ' οἷς δύναται. ἄλλως γὰρ οὐκ ἔξεστιν ἐντυχεῖν τινὰ τῷ ἱερεῖ, καὶ τῶν ἁγιασμάτων μεταλαβεῖν· καὶ τότε μὲν ἐμεμψάμην τὸ γινόμενον. ἀρτίως δὲ ἐντυχὼν τῷ παρόντι κανόνι, ἠυχαρίστησα αὐτῷ ὡς κωλύοντι ἀπαιτεῖσθαι τοὺς μεταλαμβάνοντας τῶν ἁγιασμάτων, ὀβολὸν ἢ οἱονδήποτε εἶδος. ὅτι φησὶν ὁ πεπρακὼς οὐδὲ χρήμασιν ὁ ἁγιασμὸς μεταδίδοται· ἀλλὰ δῶρον τοῖς ἀξίοις δίδοται. διὰ γὰρ τοῦτο ὡς ἔοικε καὶ ἁγία δωρεὰ καὶ κοινολαΐτας λέγονται τὰ ἅγια. ὁ δὲ παρὰ ταῦτα ποιῶν καθαιρεῖσθαι ὁ κανὼν διορίζεται, ὡς τῆς κακίας καὶ τῆς πλάνης τοῦ Σίμωνος ζηλωτήν.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς μεταδιδόντας τῷ λαῷ τῶν θείων καὶ φρικτῶν μυστηρίων κωλύει ὁ κανὼν ἀπαιτεῖν ἀπὸ τῶν μεταλαμβανόντων ὀβολοὺς ἢ οἱονδήποτε εἶδος. ἡ γὰρ χάρις, φησὶν, ὅτι πεπράσκεται, οὐδὲ χρήμασιν ὁ ἁγιασμὸς μεταδίδοται, ἀλλὰ δῶρον τοῖς ἀξίοις δίδοται. ὁ δέ τι ἀπαιτῶν τοὺς μεταλαμβάνοντας, κἂν ἐλάχιστον εἴη, καθαιρείσθω, ὡς τοῦ Σίμωνος ζηλωτὴς πλάνης καὶ κακουργίας. ἐκεῖνος γὰρ ἐζήτει δοθῆναι αὐτῷ ὅτι χρήμασιν ὤνιον τὴν χάριν τοῦ πνεύματος.

ΑΡΙΣΤ. Ο τὸ ἀχράντου μεταδιδοὺς κοινωνίας, καὶ ὀβολὸν ἀπαιτῶν ἢ ἕτερον εἶδος, καθαιρείσθω. Σαφής.

ΚΑΝΩΝ

Digitized by Google

A

ΚΑΝΩΝ κδ'.

Μὴ ἐξέσω τινὶ τῶν ἐν ἱερατικῷ καταλεγομένων τάγματι, ἢ μοναχῷ, ἐν ἱπποδρομίαις ἀνιέναι, ἢ θυμελικὴν παρανίων ἀνέχεσθαι. Ἀλλ' εἰ καί τις κληρικὸς κληθείη ἐν γάμῳ· ἡνίκα τὰ πρὸς ἀπάτλιον εἰσέλθοιεν παίγνια, ἐξαναστήτω, καὶ αὐτίκα ἀναχωρείτω· οὕτω τῆς τῶν πατέρων ἡμῶν προστατούσης διδασκαλίας. εἰ δέ τις ὅτι τούτῳ ἄλλῳ, ἢ παυσάσθω ἢ καθαιρείσθω.

Canon XXIIII.

Ne cui liceat eorum qui in ſacerdotali ordine enumerantur, vel Monachorum, in equorum curriculis ſubſiſtere, vel ſcenicos ludos ſuſtinere. Sed & ſi quis Clericus ad nuptias vocetur, quando ad deceptionem comparata ludicra ingreſſa fuerint, ſurgat & è veſtigio diſcedat, patrum noſtrorum ſic jubente doctrina. Si quis autem ejus rei conjunctus fuerit, vel ceſſet vel deponatur.

ΒΑΛΣ. Ἀκολούθως τῷ νδ'. κανόνι τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου ἀπαγορεύει καὶ ὁ παρὼν κανών, εἰς ἱπποδρομίαν B ἀνιέναι ἱερατικὸς ἢ μοναχὸς, ἢ θυμελικὴν παρανίων ἀκούειν· προσθέμενος τοὺς μετακαλουμένους εἰς γάμον κληρικούς (δοκεῖ γὰρ μοναχῶν εἰπεῖν ἄτοπον ἐλογίσθη τοῖς πατράσι, διὰ δὲ πάντα ἀπρεπὲς) ἀναχωρεῖν ἅμα τῇ εἰσελθεῖν τὰ παίγνια. πλὴν ὁ μὲν κανὼν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου οὐ κολάζει τοὺς ἀθετητὰς τούτου· ἐπεὶ δὲ παραινεῖ παύσασθαι τοὺς τοιοῦτόν τι ποιοῦντας. μὴ παυομένους δὲ καθαιρεῖσθαι δηλοῖ. ταῦτα τῶν δύο τῶν τούτων κανόνων λεγόντων, καὶ κωλυθέντων τὸ μικροῦ τῶν ἀπὸ τοῦ μέρους τῆς ἐκκλησίας τῶν μοναχῶν καὶ τῶν ἱερωμένων πάντων ἀπελθεῖν εἰς τὰς γινομένας ἱπποδρομίας, εἶπον C τινὲς ὅτι ὁ μὲν μὴ ἀπελθεῖν μοναχὸν ἢ κληρικὸν εἰς ἱπποδρόμιον, μηδὲ ἰδεῖν θεωρίαν τὸ ὄψιν ἐκθηλύνουσαν, μηδὲ ῥημάτων ἀκροάσασθαι καταγοητευόντων τὸ ἀκοὴν, ἐπαινετόν ἐστιν καὶ πολλῆς εὐχαριστίας ἄξιον. ὥσπερ καὶ ὁ παρθενεύειν καὶ τὰ λοιπὰ τὰ τὸν ἄνθρωπον ἁγιάζοντα. εἰ δέ τις μὴ δυνάμενος παρθενεύειν γαμήσει, ἢ κολασθήσεται. καὶ ὁ μὴ δυνάμενος πάντως ἐνδύνειν ἀπέχεσθαι, ἐὰν ἀνέλθῃ εἰ ἱπποδρόμιον, συγγνωσθήσεται. καὶ μᾶλλον ἐὰν ἐφάπαξ καὶ οὐ κατὰ χρῆσιν εἰς τοῦτο ἐκδώσει ἑαυτόν. ὁ γὰρ κανὼν ἐστὶ, φασὶ, τὰς ποτὲ γινομένας ἱπποδρομίας ἀπαγορεύει, οὐ μὴν τὰς σήμερον τελουμένας κατ' ἐπιτροπὴν καὶ D παρουσίαν βασιλικήν. τότε μὲν γὰρ τῶν δήμων κατεξουσιαζόντων ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις, καὶ ποιούντων ταύτας ὅτε καὶ ὅπως ἠβούλοντο, ἐκ διαφαινομένων οἰκείων, ὡς καὶ ἐχόντων οἴκους καὶ ἵππους καὶ ἱππῶνας, τὰς καὶ μέχρι καὶ νῦν θεωρουμένους, καὶ προσόδους χάριν τῶν ἱπποδρομιῶν, καὶ τοῦ βασιλέως προσκαλουμένου, καὶ εἰς τοῦτο μὴ ἐξουσιάζοντος, πολλὰ θρασιώδη καὶ ἄτοπα συνέπιπτον γίνεσθαι κατὰ τῆς ἱπποδρομίας χαρὰν· τῶν μὲν προστιθεμένων τῷ δήμῳ τῶν Βενετῶν, τῶν δὲ τῷ μέρει τῶν Πρασίνων. ἐν καιροῖς δέ τισι καὶ πόλεμοι συνεκροτήθησαν ἐμφύλιοι μέσον τῶν ἀντιθέτων μερῶν, καὶ κατὰ τοῦ βασιλείου θεάτρου ἀναιδῆ ῥήματα οἱ δημόται ἀπηρύξαντο, καθὼς ἀπὸ διαφόρων χρονικῶν τοῦτο δείκνυται. οἷόν τι γέγονε ὅτε τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ, ὅτε τοῦ Ἀναστασίου, ὅτε τοῦ Φωκᾶ τοῦ τυράννου, καὶ ἐπὶ ἑτέρων βασιλέων· ἀλλὰ καὶ συνθικίζειν τὰ μέρη μὴ κωλυόμενα, ἀλλά κότλε καὶ τύχης τὸ νίκλω ἀνεκαλοῦντο. ὅπερ τοῖς θείοις κανόσι παντελῶς ἀπηγόρευται. ἐπέτρεπον δὲ καὶ τὰς θηριομαχίας καὶ ἄλλα τινὰ αἰσχρὰ καὶ ἀπρεπῆ. διὰ γὰρ τοῦτο φασὶ καὶ ὁ νά. κανὼν τῆς πρώτης συνόδου ἀπαγορεύει τοὺς μίμους, καὶ τὰ θέατρα, καὶ τὰ τῶν κυνηγίων θεάματα, καὶ τὰς ἐπὶ σκηνῆς ὀρχήσεις· καὶ διορίζεται τοὺς καταφρονητὰς αὐτοῦ κληρικοὺς μὲν ὄντας, καθαιρῶς, λαϊκοὺς δὲ ἀφορίζεσθαι. καὶ ὁ τέλος τοῦ ιε'. κανόνος τῆς ἐν Καρθαγένῃ F συνόδου λέγει οὕτω ῥητῶς. καὶ ὥστε τοὺς τέκνα τῶν ἱερέων θεάματα κοσμικὰ μὴ ἐκτελεῖν μηδὲ θεωρεῖν. τοῦτο δὲ καὶ πᾶσι Χριστιανοῖς ἀεὶ κεκήρυκται, ὥστε ὅπου βλασφημίαι εἰσὶ μὴ προσιέναι. σήμερον δὲ τῶν ἱπποδρομιῶν τελουμένων καὶ παρουσίαν βασιλικὴν ἔχα τοιούτου ἀποτροπάς τινος, κακόντι γενέσθαι τὸν ἱππεύειν. διὸ εἶπον ὡς ἐπαινετὸν μὲν ἔστι δὲ μηδὲ ὅλως ἡδονῆς ἕξι ἱπποδρομίας ἢ ἄλλου τινὸς θεάτρου γεύσασθαι τινά· ἀκόλαστον δὲ καὶ δεῖ εἰς τοιαύτας ἱπποδρομίας κληρικοὺς ἀπέρχεσθαι. εἰ γὰρ πᾶσα ἱπποδρομία ἦδε ἐκ-

Βαλς. Conſequenter liv. canoni Synodi Laodicenæ prohibet etiam præſens can. in equorum curriculum aſcendere vel Sacerdotes vel Monachos, vel ſcenicos etiam ludos audire: adjiciens, ut Clerici ad nuptias vocati (de Monachis enim dicere patribus á ratione alienum viſum eſt, quòd id ſit nimis indecorum) recedant cùm primùm ludicra ingreſſa fuerint. Sed Laodicenæ quidem Syn. can. in ejus contemptores non animadvertit: hic autem admonet quidem, ut qui tale quid faciunt deſiſtant; ſi autem non deſiſtant, deponendos decernit. Cùm hi duo Canones hæc dicant, & propemodum ab Eccleſiæ parte prohibiti ſint Monachi & Sacerdotes omnes ad equorum curſus videndos accedere; dixerunt nonnulli, quòd Clericum quidem vel Monachum ad equorum curriculum non accedere, nec ſpectaculum quod effœminat aſpicere, nec verba aures præſtringentia audire, eſt laudabile & maximè commendandum; quemadmodum & eſſe virginem, & reliqua quæ hominem ſanctificant. Si quis autem, cùm virgo eſſe nequeat, uxorem duxerit, non punietur: & qui non poteſt ab omni voluptate abſtinere, ſi in equorum curriculum fuerit ingreſſus, ei venia dabitur; & magis ſi ſemel, non autem ſi immodicè utens, ſe ei dicaverit. Hic enim can. inquiunt, curſus, qui olim fiebant, vetat, non autem qui nunc fiunt, permittente ac præſente principe. Tunc enim cùm populus in illis equorum curriculis nimia libertate vel potiùs licentia uteretur, equorúmque curſus celebraret quomodo & quando volebant, inq; propriis expenſis, ut qui haberet & domos & equos & ſtabula, quæ ad hunc uſque diem ſervantur, & reditus pro illis celebrandis curriculis, & Imperator invitaretur, nullam autem ad eam rem poteſtatem haberet illius curſus tempore multa turbulenta & abſurda fieri contingebat; cum alii quidem populo Venetorum, alii verò Praſinorum parti adjungerentur: aliquando verò etiam bella inteſtina excitata ſunt inter adverſas partes, & in Imperatoris conſpectu verba etiam impudentia populares eructarunt, quemadmodum ex diverſis Chronicis oſtenditur; ſicut factum eſt regnante Juſtiniano, & tempore Anaſtaſii, & Phocæ tyranni, & aliorum Imper. Sed & depoſitis pignoribus ludere partes prohibitæ, non per talos & fortunam victoriam provocabant; quod quidem divinis canonibus eſt omnino prohibitum. Permittebantur autem & belluarum certamina, & multa alia indecora ac turpia. Propterea enim, inquiunt, & li. can. præſentis Syn. prohibet mimos & theatra & venationum ſpectacula & ſaltationes in ſcena: & ſtatuit, ut qui ipſum contemnerent, ſi ſint quidem clerici, deponantur, laici verò ſegregentur. Et finis xv. can. Carth. Syn. ſic apertè dicit. Et quòd filii Sacerdotum ſpectacula ſecularia non perficiant nec ſpectent. Hoc autem etiam omnibus chriſtianis ſemper eſt prædicatum, ut ubi ſunt maledicta ac blaſphemia ne accedant. Hodie autem, cùm equorum curſus Imp. præſente fiant, nec ſit ejuſmodi fugiendum & averſandum quidpiam, nulla eſt penitus ſuſpicio illic mali quicquam fieri. Quamobrem dicebant, quòd eſt quidem laudabile nullam penitus quempiam voluptatem guſtare ex equorum curriculo vel ex aliquo alio grato: Impune autem eſt & ad ejuſmodi equorum curſus Clericos accedere. Si enim omnis equorum curſus, & qui olim fiebat & qui hodie fit, eſt prohibitus, ut multi inquiunt, quemadmo-

Digitized by Google

dum & spectacula omnia & venationes, cogetur quis dicere, neque omnino tale quid unquam debere fieri ab Imp. vel ullo alio: cessasse autem ac exolevisse leporum cum canibus venationes, ne laici, ut equorum cursibus & spectaculis & venationibus vacantes, segregationi subjiciantur, quod est absurdum. Quocirca debent & equorum curricula & spectacula & venationes in duo dividi, ut dictum est; in ea quæ sunt omnino aversanda & fugienda, & ad quæ non solùm Clericis, sed neque Laicis accedere permittetur, metu excommunicationis; & in ea quæ permissa sunt, quæ sunt hodie in usu, ad quæ non solùm Laici, sed & Clerici citra ullum præjudicium accedent. Quòd autem, inquiunt, non omnia spectacula equorúmque curricula cannones prohibuerunt, sed ea demum quæ sunt periculosa ac turpia, ex lxi. Carthaginensis Synodi canone apertè ostenditur, qui hæc expressè dicit; Porrò & illud petere, ut theatricorum ludorum spectacula in dominicis & in reliquis Christianorum fidei festis diebus fieri prohibeantur; maximè quoniam in octava sancti Paschatis populus ad equorum curricula potiùs quàm ad Ecclesias convenit; & ut debeant præstituti eorum dies transferri, quando occurrerint: nec debet ullus Christianus cogi ad hæc spectacula. Si enim equorum cursus esset à canonibus omnino prohibitus, non petiissent patres, ne equorum cursus & spectacula fierent diebus dominicis, & in reliquis festis seu Paschalibus diebus, sed ea omnino celebrari ægre tulissent. Jam verò etiam magnus Ecclesiæ doctor Johannes Chrysostomus, solos equorum cursus, qui fiunt diebus dominicis, dissuadet. Adjiciebant autem & iis quæ à se dicuntur, nullam aliam ob causam esse hodie lectores populares, quàm quòd equorum cursus hodie fieri videantur permissione Ecclesiastica, & prior popularium laicorum indignitas, & omnia quæ turpia & indecora erant, cessaverint. Cur enim inquiebant, lectoribus popularibus solis se in equorum curricula ingerere, & ex populo incipere permissum est, reliquis autem Lectoribus, & omnibus, ut semel dicam, sacris initiatis, equorum curriculi fores occluserunt? Ad suam autem sententiam confirmandam etiam v. cap. viii. tit. lx. lib. Basilic. usi sunt, quod sic dicit; Constitutio prohibet ludos, & quinq; exceptis quasdam etiam pœnas statuit adversus eas qui ludunt aleis, præsidi civitatis & provinciarum rectoribus & Episcopis quærere & prohibere permittens, & omnes qui in iis fiunt contractus rejicere. Ex permissis autem ludis dat actionem, eorúmque mutuo data fuerint, eo nomine actionem permittit, & x. librarum pœnam adversus eos, qui hanc constitutionem transiliri permiserint, decernit. Et dicebant, pentathlon, hoc est ludos quinque esse permissos, luctam, pugilatum, cursum, saltum, & discum. Ligneum autem equestre certamen esse lege prohibitum, quòd hoc quoq; aleæ vel talentorum reprehensionis causam habeat; quemadmodum in xxix. cap. xiii. tit. præsentis operis declaratur. Et hæc quidem de equorum curriculis nonnulli dixere. De mimis autem & ludis scenicis nullam penitus divisionem fecere, sed canonis decreto submisere. Plures autem, & maximè qui sunt paulo religiosiores, quibus ipse etiam assentior, hæc non sibi sufficere putavere; dicentes, debere canones ad id quod est animæ utilius exponi, non ad id quod est dissolutius & magis indifferens.

ZONAR. Equorum cursibus & ludis scenicis interesse sacris initiati, ac monachi omnes hoc canone prohibentur. Quin vocatum ad nuptias Clericum, ubi se primum ludiones ostenderint, recedere jubet. Sic enim patres nostri docuere. Patres autem Episcopos intellige, qui in Laodiceâ congregati Synodum in ea urbe celebravere. Nam ut sacro ordine initiati homines Clericive alii, ad

A παλαι τελουμένη καὶ ἡ σήμερον γινομένη ἀπαγορεύεται κατὰ τοὺς πολλοὺς, ὥσπερ δὴ καὶ πάντα τὰ θεώρια καὶ τὰ κυνήγια, ἀναγκασθήσεταί τις εἰπεῖν, μηδὲ ὅλως γίνεσθαί τι τοιοῦτον ποτὲ τῶν καιρῶν παρὰ βασιλέως ἢ ἑτέρου τινός. ἀπρακτῆσαι δὲ καὶ τὰ μετὰ κυναρίων λαγοκυνήγια, ἵνα μὴ καὶ οἱ λαϊκοὶ εἰς ἱπποδρομίας καὶ θεωρίας καὶ κυνήγια ἀσχολούμενοι, ἀφορισμῷ ὑποπέσωσιν, ὅπερ ἄτοπον. διὰ γοῦν τοῦτο ὀφείλουσι τὰ τῆς ἱπποδρομίας καὶ τὰ τῶν θεωριῶν καὶ τὰ τῶν κυνηγίων εἰς δύο διαιρεῖσθαι, ὡς εἴρηται· εἰς τὰ πάντη ἀποτρόπαια, εἰς ἃ μὴ μόνον κληρικοὶ, ἀλλ' οὐδὲ λαϊκοὶ παραχωροῦνται ἀπέρχεσθαι, τῷ φόβῳ τοῦ ἀφορισμοῦ, καὶ εἰς τὰ ἐπιτε-
B τραμμένα, τὰ καὶ σήμερον ἐνεργοῦντα, εἰς ἃ οὐ μόνον λαϊκοὶ ἀλλὰ καὶ κληρικοὶ ἀποκριματίστως ἀπελεύσονται. ὅτι δὲ, φασὶν, οὐ πάντα τὰ θεώρια καὶ τὰ ἱπποδρόμια οἱ κανόνες ἀπηγόρευσαν, ἀλλὰ τὰ κινδυνώδη καὶ αἰσχρὰ, δηλοῦται ἀπὸ τοῦ ξά. κανόνος τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου, λέγοντος ταῦτα ῥητῶς. κἀκεῖνο δὲ αἰτῆσαι ἵνα τὰ θεώρια τῶν θεατρικῶν παιγνίων ἐν ταῖς λοιπαῖς φαιδραῖς τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως ἡμέραις κωλύωνται, μάλιστα δὲ, ὅτι ἐν τῇ ὀγδοάδι τοῦ ἁγίου πάσχα οἱ ὄχλοι μᾶλλον εἰς τὰς ἱπποδρομίας ἤπερ εἰς τὴν ἐκκλησίαν συνέρχονται, ὀφείλειν μετενεχθῆναι τὰς ὡρισμένας αὐτῶν ἡμέρας ὅτε ἀπαντήσει. καὶ
C μὴ ὀφείλειν τινὰ τῶν Χριστιανῶν εἰς τὰ θεώρια ταῦτα ἀναγκάζεσθαι. πάντως γὰρ εἰ παρὰ τῶν κανόνων πᾶσα ἱπποδρομία ἐκωλύετο, οὐκ ἂν οἱ πατέρες ᾐτήσαντο μὴ γίνεσθαι τὰς ἱπποδρομίας καὶ τὰ θεώρια ἐν ταῖς κυριωνύμοις καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς ἑορτασίμοις ἡμέραις, ἤγουν ταῖς πασχαλίοις, ἀλλ' ἐδυσώπησαν ἂν παντελῶς ταῦτα σχολάσαι. καὶ τῆς ἐκκλησίας δὲ ὁ μέγας διδάσκαλος ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν Ἰωάννης, μόνας ἀποτρέπει τὰς κατὰ τὰς κυριωνύμους γινομένας ἱπποδρομίας· προσετίθουν δὲ τοῖς λεγομένους ὑπ' αὐτοῦ, δι' οὐδὲν ἕτερον ἀναγνώστας εἶναι δημότας σήμερον, ἀλλ' ἢ διὰ τὸ φαίνεσθαι κατὰ προτροπὴν ἐκκλησιαστικὴν τὰς ἱπποδρομίας γίνεσθαι. καὶ τὴν προ-
D τέραν ἀταξίαν τῶν λαϊκῶν δημοτῶν καὶ πάντα τὰ ἀπρεπῆ καὶ ἄσεμνα σχολάσαι· ἵνα τί γὰρ, εἶπον, ἀναγνώσταις δημόταις μόνοις παρεχωρήθη ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις παραβάλλειν, καὶ τοῦ δήμου κατάρχεσθαι· τοῖς δὲ λοιποῖς ἀναγνώσταις καὶ ἱερωμένοις ἁπλῶς τὰς θύρας τῆς ἱπποδρομίας ἀπέκλεισθαι; ἐχρῶντο δὲ πρὸς ἐπισύστασιν τοῦ λόγου αὐτῶν καὶ τῷ ε. κεφαλ. τοῦ η. τίτλου τοῦ ξ. βιβλίου τῶν βασιλικῶν, οὕτω λέγοντι. ἡ διάταξις κωλύει τὰ παίγνια. καὶ πέντε ὑπεξαιρουμένων ὁρίζει καί τινα ἐπιτίμια κατὰ τῶν κυβευόντων, ἐπιτρέπουσα καὶ τῷ ἐπάρχῳ τῆς πόλεως καὶ τοῖς ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν καὶ τοῖς Ἐπισκόποις ζητεῖν καὶ κωλύειν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς γινό-
E μενα συναλλάγματα ἀποτρέπειν. δίδωσι δὲ ἀγωγὰς ἐκ τῶν τετραμμένων παιγνίων, καὶ ἀπαίτησιν τῶν ἐντεῦθεν χρεωστηθέντων, δέκα λιτρῶν ἐπιτίμιον ὁρίζουσα κατὰ τῶν συγχωρούντων παραβῆναι τὴν διάταξιν. καὶ ἔλεγον, πένταθλον, ἤγουν πέντε παίγνια εἶναι ἀκώλυτα, πάλην, πυγμὴν, δρόμον, δίαλμα, καὶ δίσκον. τὸ δὲ ξύλινον ἱππικὸν εἶπον κωλύεσθαι ὑπὸ τῶν νόμου, διὰ τὸ ἔχειν καὶ τοῦτο αἰτίαν κύβου ἤγουν κόττου, καθὼς ἐν τῷ κθ'. κεφαλ. τοῦ ιγ. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος δηλοῦται. καὶ ταῦτα μὲν εἶπον τινὲς περὶ τῶν ἱπποδρομιῶν. περὶ δὲ τῶν μίμων καὶ τῶν θυμελικῶν παιγνίων οὐδεμίαν ἐποίησαν διαίρεσιν, ἀλλ' εἰς ὅλον διορισμὸν τοῦ κανόνος αὐτὰ ἀνήρτησαν. οἱ πλεί-
F ους δὲ, καὶ μᾶλλον οἱ εὐλαβέστεροι, οἷς συντίθεμαι καὶ αὐτὸς, οὐκ ἠρέσθησαν ἐπὶ τούτοις. εἰπόντες ὀφείλειν τοὺς κανόνας πρὸς τὸ ψυχωφελήστερον ἑρμηνεύεσθαι, οὐ μὴν πρὸς τὸ ἐκκεχυμένον καὶ ἀδιάφορον.

ΖΩΝΑΡ. Ἐν ἱπποδρομίαις καὶ ἐν παιγνίοις θυμελικοῖς παρουσιάζειν ἱερωμένους ἢ ἀσκητὰς ἅπαντας ἀπαγορεύει ὁ κανὼν ἐστὶ. ἀλλὰ κἂν κληρικός τις, φησὶν, εἰς γάμον κληθείη, ὅτε τὰ παίγνια εἰσέλθοιεν, οὕτω ἀναχωρείτω ἐκεῖθεν· οὕτω γὰρ οἱ πατέρες ἡμῶν ἐδίδαξαν. πατέρας δ' ἐνταῦθα φασὶν οἱ τῆς συνόδου ταύτης τοὺς ἐν Λαοδικείᾳ συνελθόντας Ἐπισκόπους, καὶ τοὺς ἐκεῖ συγκροτήσαντας

συγκροτήσωμεν σύνοδον. φησὶ γὰρ ὁ νδ'. τῆς τοιαύτης συνόδου κανών, ὅτι εἴ δεῖ ἱερατικὸς ἢ κληρικὸς πινας θεωρίας θεωρῆν ἐν γάμῳ ἢ δείπνοις, ἀλλὰ πρὸ τῆ εἰσέρχεσθαι θυμελικὸς ἐγείρεσθαι αὐτὸς, καὶ ἀναχωρῆν ἐκεῖθεν. οἱ μὲν οὖν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου οὐκ ἐπήγαγον τοῖς μὴ τηροῦσι τὸν κανόνα τὸ ὀπτίμιον· οἱ δὲ τῆς ἕκτης ταύτης συνόδου παύσασθαι τοὺς τοιοῦτόν τι ποιοῦντας φοβοῦνται, μὴ παυομένους δὲ, ἀλλ' ἔτι ἐγκλίνοντας τῆς ἀρχαίου τάξεως, καθαιρῆσθαι προστάττουσι.

A nuptiarum aut convivii celebritatem vocati, ſpectaculis non interſint, ſed antequam hiſtriones producantur exurgant, ſéque inde removeant, ejus Synodi quarto & quinquageſimo canone conſtitutum eſt. Sed nullam iis, qui canoni non paruiſſent, Laodicenæ Synodi Patres decrevere pœnam. Patres autem ſextæ hujuſce Synodi, ne quid ſimile in poſterum aliquis audeat, quique auſus fuerit, neque ſe ab ejuſmodi deformitate removerit, etiam depoſitione mulctari jubent.

ΑΡΙΣΤ. Κληρικὸς ἢ μοναχὸς ἐν ἱπποδρομίαις ἀνιὼν, ἢ εἰς μελλόντων εἰσιέναι θυμελικῶν ἐν γάμῳ μὴ προεξιὼν, καθαιρείσθω.

B ARIST. *Clericus vel Monachus, qui ad equorum curſus ſe confert, vel in nuptiis, cùm ingreſſuri ſunt hiſtriones, non prius exit, deponatur.*

Οὐκ εὐθὺς καθαιρεῖται ὁ κληρικὸς, ἡνίκα δ' ἂν εἰς γάμον κληθεὶς ὑπ' ἐξαναστῆ καὶ ὑποχωρήσῃ, τῶν πρὸς ἀπάτην εἰσερχομένων παιγνίων· ἀλλ' ὁπόταν τοῦτο ποιῶν, μὴ πεισθεὶς παύεσθαι· μὴ παυόμενος δὲ καθαιρεῖται. ὡσαύτως καὶ ὁ ἐν ἱπποδρομίαις ἀπερχόμενος.

Non ſtatim deponitur Clericus quando ad nuptias vocatus non ſurgit & diſcedit, cum ad deceptionem facti incipiunt ludi; ſed quando hoc faciens ceſſare non perſuadeatur. Non ceſſans autem deponitur; ut qui equorum curſus adit.

ΚΑΝΩΝ κέ.

Πρὸς τοῖς ἄλλοις ἀνανεοῦμεν καὶ τὸν κανόνα τὸν ἁγιοπρεπέστατα καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν ἀγροικικὰς παροικίας ἢ ἐγχωρίους, μένειν ἀσφαλεστάτους παρὰ τοῖς κατέχουσιν αὐτὰς Ἐπισκόποις, καὶ μάλιστα, εἰ τριακονταετῆ χρόνον αὐτὰς ἀδιαστάτως διακατέχοντες φυλάττοιεν. εἰ δὲ ἐντὸς τῶν τριάκοντα ἐτῶν γεγένηταί τις ἢ γένηται περὶ αὐτὸ ἀμφισβήτησις, ἐξεῖναι τοῖς λέγουσιν ἠδικῆσθαι, περὶ τούτου κινεῖν παρὰ τῇ συνόδῳ τῆς ἐπαρχίας.

Canon XXV.

C *Præterea renovamus etiam canonem, qui dicit uniuſcujuſque Eccleſiæ agreſtes, & quæ ſunt in regione, parochias firmas manere apud Epiſcopos qui eas poſſident, & maxime ſi xxx. annorum ſpatio eas ſine vi poſſidentes adminiſtraverint. Si autem intra xxx. annos fuit vel fuerit aliqua de iis controverſia, licere iis, qui ſe injuria affectos dicunt, de eo actionem movere apud Synodum provinciæ.*

ΒΑΛΣ. Οὗτος ὁ ἀνανεούμενος κανὼν τῆς δ'. συνόδου, ὅστις κανών ἐστιν ιζ'. καὶ ἀνάγνωθι τὴν ἑρμηνείαν αὐτοῦ.

Bals. Hic renovatus canon eſt iiii. Synodi canon xvii. & lege ejus interpretationem.

D

ΖΩΝΑΡ. Οὗτος ὁ ἀνανεούμενος κανὼν τῆς πεμπτης συνόδου ἐστὶν ἑπταικαιδέκατος, ὃς ἐξηγήθη ἐκεῖσε καὶ ζητητέον τὰ ἐκεῖ γεγραμμένα.

Zonar. Eſt is canon, quem hoc loco renovant, quartæ Synodi decimus ſeptimus. Nos eum ſuo loco explicavimus. Tu quæ ibi ſcripta ſunt vide.

ΑΡΙΣΤ. Ἀγροικικὰς καὶ ἐγχωρίους παροικίας, ὅτι τριακονταετίαν ἐρχόμεναι, κατεχέσθωσαν· ἐνδὸν δὲ, τὸ ἀμφισβητήσιμον ἔξουσι.

Si quis Episcopus ordinetur, & propter barbarorum incursiones non possit ad urbem, in quam ordinatus erat, se recipere, ut in eâ constituatur, & in statu collocetur sacerdotali: ne prohibeatur agere quæ ad Episcopum pertinent, sed omnia faciat tractetq;, & honoris qui in cathedrâ est particeps sit, & clericorum variorum ordinationes B Canonicè faciat, & quicquid ab eo secundum jus Canonicum factum fuerit firmum habeatur. Temporis enim necessitas eum non circumscribet, ut dignitas ejus Episcopalis ullo modo imminuta sit.

ΚΑΝΩΝ λη'.

Τὸν ἐκ τῶν πατέρων τεθέντα κανόνα καὶ ἡμεῖς φυλάττομεν, ὃς οὕτω διαγορεύει· εἴ τις ἐκ βασιλικῶν ἐξουσίας καινισθῇ πόλις, ἢ αὐθις καινισθείη, τοῖς πολιτικοῖς καὶ δημοσίοις τύποις καὶ ἡ τῶν ἐκκλησιαστικῶν C πραγμάτων τάξις ἀκολουθείτω.

CANON XXXVIII.

Canonem, qui à patribus factus est, nos quoque observamus, qui sic edicit: Si qua civitas ab Imp. potestate innovata sit, vel posthac innovanda, civiles ac publicos typos & Ecclesiasticarum quoque rerum ordo consequatur.

ΒΑΛΣ. Ἐν μὲν τῷ ιβ'. κανόνι τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου, ἐγράψαμεν ὅσα δὴ καὶ ἐγράψαμεν. ἐπειδὴ δὲ καὶ ὁ παρὼν κανὼν διορίζει τοὺς ὑπὸ βασιλικῆς ἐξουσίας ἀνεγερθείσας πόλεις ἢ καὶ ἀνεγερθησομένας τιμᾶσθαι καὶ ὑπὸ τῶν ἐκκλησιῶν, καθὼς ἡ βασιλικὴ ὑποτυπώσει θεσπίζεται, τουτέστιν ἔχειν αὐτὰς ἢ ὑποσπῆς ἀξίωμα ἢ μητροπόλεως. (δεῖν γὰρ ἔστιν ἀκολουθεῖν τῷ ἐκκλησιαστικῷ τάξιν τοῖς πολιτικοῖς καὶ δημοσίοις τύποις ἤτοι τοῖς βασιλικοῖς θεσπίσμασι.) φαμὲν ὡς ἐνεδόθη μὲν ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος τῷ βασιλεῖ ὑποσπὰς ποιεῖν ἐκ νέου, ἑτέρας δὲ ἀναγκὴν εἰς δίκαια μητροπόλεως, καὶ ὑποτυποῦν τὰ περὶ τῆς ψήφου αὐτῶν, καὶ τῆς ἄλλης οἰκονομίας καὶ ὃ δόξῃ αὐτῷ. πέως δὲ ὀφείλει εἰδέναι ὅτι καὶ ἐν Μαΐου μηνὶ τῇ ί. ἰνδικτιῶνι τοῦ ςφλέ. ἔτους, γέγονε σημείωμα παρὰ τοῦ αἰοιδίμου βασιλέως κυροῦ Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, διαλαμβάνον, ὡς τῆς μητροπόλεως τῆς Βασιλαίας καὶ ἡ μητροπόλεως Μαδύτων χηρευουσῶν καὶ μελλουσῶν ψηφισθῆναι, διανέστησαν οἱ μητροπολῖται ὁ Ἡρακλείας καὶ ὁ Ἀγκύρας, καὶ εἶπον μὴ ὀφείλειν τὰς τοιαύτας ἐκκλησίας, κἂν ἐτιμήθησαν τῇ τῆς μητροπόλεως ἀξιώματι, παρὰ τοῦ μέρους τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ψηφισθῆναι, ἀλλὰ παρ' αὐτῶν· διὰ ὃ τὴν ἐκκλησίαν τῶν Μαδύτων ὑποσπᾶσθαι τοῦ Ἡρακλείας, τὴν δὲ ἐκκλησίαν τῆς Βασιλαίας ὑποσπᾶσθαι τοῦ Ἀγκύρας. ζητουμένων δὲ τῶν τοιούτων μητροπολιτῶν καὶ τοῦ ιϛ'. κανόνι τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, διορίζομένου σώζεσθαι τῇ κατ' ἀλήθειαν μητροπόλει τὰ προσόντα αὐτῇ δίκαια ὑπὸ τῇ τιμηθείσῃ ἐκκλησίᾳ, διάγνωσις γέγονε βασιλικὴ καὶ παρουσίᾳ καὶ τῆς τότε συνοδιαγνωμονούσης συνόδου, ἐφειμένον εἶναι τοῦ βασιλέως προεδρίας θρόνον ταῖς ἐκκλησίαις χαρίζεσθαι, καὶ τὰς ὑποσπὰς καὶ τὰς ἀρχιεπισκοπὰς εἰς μητροπόλεις ἀνάγειν· καὶ τὰ περὶ τῶν ψήφων αὐτῶν καὶ τῆς ἄλλης διαθετήσεως ὑποτυπῶν κατὰ τὸ αὐτῷ θελητόν, μὴ ἐμποδιζομένῳ πρὸς τοῦτο ἐκ τοῦ κανόνος τοῦ διοριζομένου φυλάττεσθαι τῇ μητροπόλει τὰ καὶ ἡ τιμηθείσης ὑποσπᾶς προσόντα αὐτῇ ἀρχῆθεν δίκαια. καὶ ἀνάγνωσθι δὲ τοιοῦτον σημείωμα ἐρμηνευτὸν πῶς ὀφείλει νοεῖσθαι δὲ σώζεσθαι τὰ δίκαια τῆς παλαιᾶς μητροπόλεως, καὶ ὃ μὴ κατατέμνεσθαι τὴν μίαν ἐπαρχίαν εἰς δύο. ἡμεῖς γὰρ διὰ ὃ πολύστιχον εἶναι, οὐ κατεγράψαμεν αὐτὸ ἐνταῦθα ἐξολοκλήρου. ὃ αὐτὸ δὲ σημείωμα, μὴ τῆς διηγήσεως τοῦ προσέχοντος, ὀφείλειν ψηφίζεσθαι τὰς τιμηθείσας ἐκκλησίας καὶ προεδρίαν βασιλικῷ παρὰ τοῦ θρόνου τῆς Κωνσταντινουπόλεως,

Canonem, qui à patribus factus est, nos quoque observamus, qui sic edicit; Si qua civitas ab Imp. potestate innovata sit, vel posthac innovanda, civiles ac publicos typos & Ecclesiasticarum quoque rerum ordo consequatur.

BALS. In xii. Canone Chalcedonensis Synodi scripsimus quæ quidem scripsimus. Quoniam autem præsens quoque Canon statuit eas, quæ Imperatoriâ potestate excitatæ, vel etiam excitandæ sunt civitates, ab Ecclesiis quoque honorari, sicut Imperiale jussum descripserit; id est, ut ipsæ habeant vel Episcopalem dignitatem vel Metropolitanam: (oportet enim Ecclesiasticum ordinem civiles & publicos, D sive Imperatorios typos sequi.) Dicimus, quod etiam à præsenti Canone Imperatori datum est Episcopatus novos facere, alias autem in jura Metropoleos erigere, & de eorum electione aliaque administratione, prout ei visum fuerit, statuere. Interim autem debet scire, quod in mense Maio, decimâ indictione, anno VIMDXCV. exiit edictum ab illustri Imperatore domino Alexio Comneno in hunc tenorem, quod cum Metropolis Basilæi & Metropolis Madytana viduæ essent, & Antistitum electionem fieri oporteret, exurrexerunt Heracleanus & Ancyranus Metropolitanus, & dixerunt, non debere eas Ecclesias, etiamsi metropolium dignitate honoratæ sint, à magnæ Ecclesiæ partibus earum Antistitum electionem suscipere, sed ab ipsis: eo quod Madytana quidem Ecclesia sit Heracleæ Episcopatus, Basilæi autem Ecclesia sit Ancyrani Metropolitani Episcopatus. Et cum usi essent ii Metropolitani xii. Canone Chalcedonensis Synodi, quæ decernit servanda veræ Metropoli jura, quæ illi adsunt in honorata Ecclesia; decretum fuit Imperiale in præsentia Synodi, quæ tunc erat, consentientis unaque decernentis, licere Imperatoribus pontificalem thronum Ecclesiis largiri, & Episcopatus vel Archiepiscopatus in Metropoles erigere: eaque, quæ ad electionem pertinent & reliquam dispositionem, prout ipse voluerit, describere, nec à Canone impediri, qui statuit Metropoli jura servari, quæ illi adfuerunt ab initio in honorato Episcopatu. Et lege hoc edictum, quod interpretatur quomodo intelligi debeat illud, servari jura antiquæ Metropolis, & hoc, non dividendam esse unam provinciam in duas. Nos enim, eo quod sit prolixius, hic integrum non posuimus. Hoc ipsum autem edictum, post decretum quod continet, debere Ecclesias quæ sunt honoratæ jussu imperiali à throno Constantinopolitano

Digitized by Google

Præſulum electionem accipere, nec eos, qui paulo ante erant Metropolitanæ ullam in eis partem habere; hæc quoque expreſſe continet. Quoniam autem rurſus quoque Antiſtites, Chalced. Synodi Canonem adducentes, eos qui ex ſupplicatione altiore throno digni habiti ſunt, dicebant, præter Canones honorem perfectiorem conſequi, & rationis expertes eorum appetitiones coerceri volebant & canonicam auctoritatem afferebant; Imperium meum & Imperiali ſua poteſtate, quod à divinis Canonibus ei datum eſt privilegium, neglectui haberi non ſinens, & antiſtitum ob honoris provocationem ſupplicationes, ut non Canonicas neque legitimas, appellationis eventum accipere nolens ſtatuit, epiſcopatum non aliter in ſublimiorem thronum erigendum, Archiepiſcopatus ſcilicet vel Metropolis, quam ſi qui tunc eſt Imperator proprio motu impulſus, nulla humana indecore gratia intercedente, voluerit illam, quæ ſuperior eſt ac eminentior, dignitatem ei præbere, vel propter civitatis honorem, vel propter ejus fidem in ſanctam Eccleſiam, vel ejus, qui illi præeſt, virtutem honorans, & ex eo ſua ſponte incitatus ad largiendum honorem. Ac ei quidem, qui propter humanam affectionem, & mores non laudatos, ordinem ſublimem largitur divinorum Canonum metus intentatur. In quos ne ſæpe Imperator impingat, permittit & ſanctiſſimo, qui pro tempore eſt, Patriarchæ, non aliter à quovis allatam de cujuſcunque Eccleſiæ primatu chartam confirmare, nec ejus præſulum inter Archiepiſcopos vel Metropolitanos recipere, quam poſtquam de ea re ad Imperialem poteſtatem Patriarcha retulerit, & quid ſacris cautum ſit Canonibus docuerit, & intellexerit, quod Imperator, proprio motu, juſta de cauſa Eccleſiæ hunc honorem largitus eſt. Tunc enim & eam admittet, & in eorum qui ſub ſe ſunt antiſtitum numerum illum cooptabit, qui præſtantiorem honorem ab Imp. ſortitus eſt. Nota ergo quæ à præſenti Imp. edicto dicuntur, de Eccleſiis honoratis erectiſque ex Epiſcopatibus & Archiepiſcopatibus in Metropoles.

A κὴ μηδὲν μετέχειν ἔτι αὐτῆς τὰς πρώτας μητροπόλεις· ἀλλαμβάνει κὴ ταῦτα ῥητῶς. ἐπεὶ ὃ οἱ ἀρχιερεῖς κὴ αὖθις ἐκ τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου κανόνα προσφέροντες, τὸν ἐκ προσευλόγησεως ὑψηλοτέρου ἀξιωμένους θρόνου, πρὸς κανόνας ἔλεγον τῆς τελειοτέρας τυγχάνειν τιμῆς, κὴ ἤθελον ταῖς ἀλογίστοις ὁρμαῖς ἐπιτιθῆναι κώλυμα, ἃ ἤσθη κανονικὴν προσφέροντες ἀξίωσιν, ἡ βασιλεία μου κὴ τῇ βασιλικῇ ἐξουσίᾳ ὃ πρὸς τῶν θείων κανόνων δεδομένον ταύτῃ προνόμιον προεμένας μὴ θέλουσα, κὴ τὸν ἔτι ἐπιποθούμενον τιμῆς προσευλόγησις τῶν ἀρχιερέων ὡς μὴ ἡμονικὰς, μηδ' ἔννομον, ὃ τῆς ἐφέσεως ἀποτέλεσμα μὴ λαμβάνειν ἐτέλεσε, σὺν δικαίᾳ μὴ ἄλλως ἔτι σκοπιὰ εἰς προβαθμιώτερον θρόνον ἀναγκὰς, ἀρχιεπισκοπῆς δηλονότι ἢ μητροπόλεως, εἰ μὴ ὁ κῦ καιρὸς βασιλέως οἴκοθεν ὁρμηθεὶς, χάριτος ἀνθρωπίνης μὴ μεσολαβέσης ἐκ συνηρεπῆς, βεληθείη ταύτῃ ὃ ἐπιφανεστάτης ἀξίωμα προσαχθῆν· ἢ τιμῇ τῆς πόλεως, ἢ πίστει τῇ πρὸς τὸν σωτῆρα ἐκκλησίαν, ἢ τοῦ προεστῶτος αὐτῆς τὸν ἀρετὸν σεβασθείς, καὶ πεῖσθεν αὐθορμήτου γενόμενος πρὸς ὃ χαρίσασθαι τὸν τιμὸν. καὶ τῷ γε δι' ἀνθρωπίνου προσπαθείαν καὶ ζῆτον ἐπὶ ἐπαινέμενον ὃ ὑπερβεβηκὸς χαριζομένῳ τῆς τάξεως, ὃ ἀπὸ τῶν θείων κανόνων δέον ἐπιμαρτύρεται. οἷς ἵνα μὴ προπέσῃ πολλάκις ὁ βασιλεὺς, ἐφίησι κὴ B τοῦτο τῷ κῦ καιρὸς ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ· μὴ ἄλλως καταγραννύειν ὃ πρὸ οἱουδήποτε προκομιζόμενον πιττάκιον χάριν προεδρίας τῆς οἰασοῦν ἐκκλησίας, μηδὲ τὰ προεστῶτα αὐτῆς τοῖς Αρχιεπισκόποις ἢ τοῖς μητροπολίταις συγκαταλέγειν, εἰ μὴ ὁ πατριάρχης πρὸ τούτου ἀνενεγκὼν τῇ βασιλικῇ ἐξουσίᾳ, κὴ τὰ πρὸ τῶν θείων κανόνων ἀναδιδάξας, μάθοι ὡς κῦ ὃ ἐφειμένον οἴκοθεν ὁ βασιλεὺς ἐξ εὐλόγου προφάσεως τῇ ἐκκλησίᾳ τὸ τιμὸν ἐχαρίσατο. τότε γὰρ κὴ προσδέξεται τοῦτο, κὴ τῇ τῶν λοιπῶν ἀρχιερέων ὁμηγύρει συγκαταλέξει τὸν εἰληχότα ἐκ βασιλέως τὸ κρείττω τιμὸν. σημείωσαι οὖν τὰ τοῦ πρόντος βασιλικοῦ σημφώνατος ῥητὰ, χάριν τῶν τιμωμένων ἐκκλησιῶν ἀπὸ Επισκόπων κὴ ἀρχιεπισκόπων εἰς μητροπόλεις. C D

ZONAR. Renovari urbes, hoc eſt excitari, quæ nullæ fuerant, ab Imperatoribus conſuevere, quibus cætera urbium privilegia, aut Epiſcopatus quoque honorem, aut etiam Metropolitani forte tituli dignationem, edictis promulgatis, quos etiam publicos typos, pragmaticos alibi, & imperatorias literas vocavere, dilargiri ſoliti ſunt: Pragmaticis igitur hujuſmodi vel publicis typis Eccleſiaſtici quoque ordinis diſpoſitionem accommodandam ſuadet Canon, ut ſive Epiſcopatus appellationem nova urbs habuerit, ſeu ad Metropolitani faſtigii honorem, evecta ſit eodem prorſus Eccleſiaſticorum jurium ordine recenſeatur. E

ZΩΝΑΡ. Καινίζουσι πόλεις οἱ βασιλεῖς, ἀντὶ τῆς νέας ἀνεγείρουσι, κὴ διδόασι ταύταις προνόμιον πολιτικὸν, ἢ κὴ τιμῶσιν αὐτὰς εἰς ἐπισκοπὰς, ἢ κὴ μητροπόλεις τυχὸν διὰ προσταγμάτων ἐγγράφων, ἃ καὶ δημοσίους τύπους ὠνόμασθη, ἄλλως δὲ πραγματικοὺς καλεῖ, καὶ βασίλεια γράμματα. τούτοις οὖν τοῖς πραγματικοῖς ἢ δημοσίοις τύποις προκαλεῖται ὁ κανὼν καὶ τὸν τῆς ἐκκλησιαστικῆς τάξιν ἀκολουθεῖν. ὡς εἴτε ἐπισκοπὴν ἔσχε κλῆσιν ἡ καινὴ πόλις, εἴτε εἰς μητροπόλεως ἀνήχθη τιμὸν, ὕστερον καὶ διὰ τῆ τάξεῖ τῶν ἐκκλησιαστικῶν δικαίων καταλογίζεσθαι.

ARIST. *Si quæ de novo ab Imperatore extructa eſt civitas, vel extruetur, politicos publicoſque typos rerum etiam Eccleſiaſticarum ordo conſequatur.*

ΑΡΙΣΤ. Εἴτις ἐκαινίσθη πόλις ἐκ βασιλέως, ἢ καινισθείη, τοῖς πολιτικοῖς κὴ δημοσίοις τύποις, κὴ ἡ τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων τάξις ἀκολουθείτω.

Quæ ab Imperatore de novo extruitur aut extruetur urbs ſub ejus Epiſcopi diœceſi erit, ſub quâ deſcripta eſt, & cui ſubjacere juſſa. Licet enim alterius Epiſcopi paroeciæ proximior ſit, eam tamen ſibi non vendicabit qui vicinior eſt, ſed civiles & publicos typos etiam talis civitas ſequetur, quemadmodum & in decimo ſeptimo Synodi Chalcedonenſis Canone decretum eſt. F

Η πρὸ βασιλέως καινισθεῖσα, ἢ κὴ καινισθησομένη πόλις, ὑπὸ τὴν ἐποικίαν ἐκείνου ἔσται τοῦ Επισκόπου, ὑφ' ὃν ἀναπεγράφη κὴ ὑποτέθη πάλαι. κἂν τῇ προοικίᾳ ἑτέρου Επισκόπου μᾶλλον ἐγγίζει, οὐκ ἐκδικήσει αὐτὴν ὅτως ὁ γειτνιάζων, ἀλλὰ τοῖς πολιτικοῖς κὴ δημοσίοις τύποις ἐπακολουθήσει κὴ ἡ τοιαύτη πόλις, καθὼς κὴ ἐν τῷ ἑπταικαιδεκάτῳ κανόνι τῆς ἐν Χαλκηδόνι Συνόδου ὥρισται.

CANON XXXIX.

Cum frater & comminiſter noſter Joannes, inſulæ Cypri præſul, unà cum ſuo populo in Helleſpontica provincia, & propter barbaricas incurſiones, & ut à Gentilium ſervitute liberarentur, & Chriſtianiſſimæ potentiæ ſceptris purè ſubjicerentur, à prædicta inſula emigraverint; clementis Dei providentia, & pii Chriſtique amantis Imperatoris noſtri labore, conſtituimus; ut citra ullam innovationem ſerventur quæ à divinis patribus, qui E-

ΚΑΝΩΝ λθ'.

Τοὺς ἀδελφοὺς κὴ συλλειτουργοὺς ἡμῶν Ιωάννου τοῦ τῆς Κύπρου νήσου προέδρου ἅμα τῷ οἰκείῳ λαῷ ὅτι τὸν Ελλησπόντιον ἐπῆλθον, διά τε τὰς βαρβαρικὰς ἐφόδους, διά τε τὸ τῆς ἐθνικῆς ἐλευθερωθῆναι δουλείας, κὴ καθαρῶς τοῖς σκήπτροις τοῦ Χριστιανικωτάτου κράτους ὑποταγῆναι, τῆς εἰρημένης μεταναστάντος νήσου, προνοίᾳ τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ, κὴ μόχθῳ τοῦ φιλοχρίστου κὴ εὐσεβοῦς ἡμῶν βασιλέως, σωρωθέντα, ὥστε ἀκαινοτόμητα διατηρηθῆναι τὰ περὶ τὸν ἐν Εφέσῳ

Εφέσῳ δὲ πρότερον συνελθόντων θεοφόρων πατέρων τῷ A θρόνῳ τοῦ προγεγραμμένου ἀνδρὸς παρασχεθέντα προνόμια, ὥστε τὴν νέαν Ιουστινιανούπολιν τὸ δίκαιον ἔχειν τῆς Κωνσταντινουπόλεως· καὶ ὅπερ ἐπ' αὐτῇ καθιστάμενον θεοφιλέστατον Επίσκοπον, πάντων προεδρεύειν τῶν τῆς Ελλησποντίων ἐπαρχίας, καὶ ὑπὸ τῶν οἰκείων Επισκόπων χειροτονεῖσθαι κατὰ τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν· τὰ γὰρ ἐν ἑκάστῃ ἐκκλησίᾳ ἔθη καὶ οἱ θεοφόροι ἡμῶν πατέρες παραφυλάττεσθαι διεγνώκασιν, τοῦ τῆς Κυζικηνῶν πόλεως Επισκόπου ὑποκειμένου τῷ προέδρῳ τῆς εἰρημένης Ιουστινιανουπόλεως, μιμήσει τῶν λοιπῶν ἁπάντων Επισκόπων, τοῦ ὑπὸ ὅπερ λεχθέντα θεοφιλέστατον πρόεδρον Ιωάννην· ὑφ' οὗ χρείας καλούσης, καὶ ὁ τῆς αὐτῆς Κυζικηνῶν πόλεως Επίσκοπος χειροτονηθήσεται. B

ΒΑΛΣ. Ἀπὸ μὲν τοῦ η'. κανόνος τῆς γ'. συνόδου παρίσταται, ὅτι ἐκ προσελεύσεως Επισκόπου τινὸς Κυπρίων, Ριγίνου ἐπιλεγομένου, ὡρίσθη αὐτοκέφαλον εἶναι τὴν ἐκκλησίαν τῆς Κύπρου· καὶ ἐκωλύθη ὁ Αντιοχείας χειροτονίας ἐν αὐτῇ ποιεῖν. ὁ δὲ παρὼν κανὼν ἐξενεχθεὶς ἀπὸ αἰτήσεως ἑτέρου ἀρχιεπισκόπου Κύπρου Ιωάννου, ἐπικυροῖ μὲν καὶ τὰ ἐν Εφέσῳ πεπραγμένα, ὀνομάζων καὶ τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Κυπρίων νέαν Ιουστινιανούπολιν. διορίζεται δὲ ἔχειν αὐτὴν καὶ τὰ δίκαια τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ὡσαύτως καὶ τὰς ἐκκλησίας τοῦ ἐπαρχιῶν τοῦ C Ελλησπόντου, καὶ τὴν ἐκκλησίαν τῆς Κυζίκου· καὶ γίνεσθαι τὰς τοῦ Επισκόπων αὐτῶν χειροτονίας παρὰ τοῦ Επισκόπου Κύπρου. σήμερον δὲ οὐδεμία ἀπὸ τοῦ ἐκκλησιῶν τούτων τῇ ἀρχιεπισκοπῇ Κύπρου ὑπόκειται, ἀλλ' οὐδὲ τὰ δίκαια τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἔχει. καὶ ζητητέον ὅπως τοῦτο γίνεται. Ελλήσποντος μέντοι ἐστὶ τὰ ἀπὸ τῆς Αβύδου καὶ μέχρι τῆς Θρᾴκης παρεκτεινόμενα ἀνατολικὰ ὅρια.

ΖΩΝΑΡ. Εν τῇ τρίτῃ συνόδῳ ἐψήφισται παρὰ τοῦ τῆς συνόδου ἐκείνης θείων πατέρων, τοὺς Κυπρίους Επισκόπους δι' ἑαυτῶν τὰς χειροτονίας τοῦ Επισκόπων ποιεῖν. ἐπειρᾶτο γὰρ ὁ D Αντιοχείας τότε ὑφ' ἑαυτὸν καὶ τὴν Κύπρον ἔχειν, καὶ παρ' ἐκείνου χειροτονεῖσθαι τοὺς ἐν αὐτῷ Επισκόπους. τοῦτο οὖν προνόμιον καὶ ὁ κανὼν οὗτος ἀκαινοτόμητον προσεῖναι ψηφίζεται τοῦ ἐκκλησίαις τοῦ ἐν τῇ Κύπρῳ, καὶ προστίθησι τῇ νέᾳ πόλει, ἥτις Ιουστινιανούπολις ἐπεκλήθη, δὲ ἔχειν δὲ τῆς Κωνσταντινουπόλεως δίκαιον. καὶ ὥσπερ τῷ θρόνῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ὑποτέθειται ἥτε Ασιανὴ καὶ ἡ Ποντικὴ καὶ ἡ Θρᾳκικὴ ἐπαρχία, οὕτω καὶ τούτῳ δέδοται προεδρεύειν τῆς Ελλησποντίων ἐπαρχίας, ὑποκεῖσθαι δὲ αὐτῷ καὶ τὸν Κυζίκου Επίσκοπον, καὶ παρ' αὐτοῦ χειροτονεῖσθαι. καὶ αὕτη γὰρ ἡ πόλις, τὸν Κύζικον φημὶ, Ελλησπόντιός ἐστιν. εἰ μὲν οὖν καὶ εἰς ἔργον ἦλθεν ἡ περὶ τῆς Κυζίκου ψῆφος ποτὲ, οὐκ οἶδα· E τέως δὲ οὐ κρατεῖ τὰ τῆς ψήφου, ὅσον πρὸς τὸν Κύζικον. ἀλλὰ οὐδ' ἐπὶ τοῦ ἄλλαις Ελλησποντίων χώραις καὶ πόλεσι πρόσεστί τι τῷ Κύπρου δίκαιον.

ΑΡΙΣΤ. Η νέα Ιουστινιανούπολις δὲ δίκαιον ἐχέτω Κωνσταντινουπόλεως, καὶ ὁ ταύτης πρόεδρος πάντων Ελλησποντίων, πρὸς οὓς μετῴκισε προεδρευέτω, καὶ ὑπὸ τοῦ οἰκείων Επισκόπων χειροτονείσθω· ὡς οἱ ἐν Εφέσῳ ἐθέσπισε.

Οὗτος ὁ τῆς τοῦ Κυπρίων νήσου πρόεδρος Ιωάννης, (αὕτη γάρ ἐστι καὶ νέα Ιουστινιανούπολις) διὰ τὰς τοῦ βαρβάρων ἐφόδους, καὶ τὸ τῆς ἐθνικῆς ἐλευθερωθῆναι δουλείας, καὶ καθαρῶς τοῖς σκήπτροις τοῦ Χριστιανικωτάτου κράτους ὑποταγῆναι, μετανάστης τῆς Κύπρου γενόμενος, καὶ εἰς τὸν τοῦ Ελλησποντίων μετοικίσας ἐπαρχίαν· ἐπετράπη τὸ δίκαιον ἔχειν Κωνσταντινουπόλεως ἐπὶ τοῦ Ελλησποντίαις ἐπισκοπαῖς, καὶ πάντων τοῦ ἐν τῇ τοιαύτῃ ἐπαρχίᾳ Επισκόπων προεδρεύειν αὐτὸν, καὶ ἰδιαιτάτην ἀρχὴν ἔχειν, καὶ ὑπὸ τοῦ ἰδίων Επισκόπων χειροτονεῖσθαι· καθὼς καὶ ἡ ἐν Εφέσῳ συνόδος ὥρισεν. ἐπεὶ δὲ ἡ Κύπρος τῆς ἐθνικῆς ἐλευθερώθη χειρὸς, ἐπανῆλθον πάλιν αἱ καθ' Ελλήσποντον μητροπόλεις πρὸς τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνον.

phesi olim convenerunt, prædicti viri throno privilegia concessa sunt; ut nova Justinianopolis Constantinopolis jus habeat, &, qui in ea constituitur, in primis pius ac religiosissimus Episcopus, præsit omnibus Hellespontiorum provinciæ Episcopis, & à suis Episcopis eligatur, ex antiqua consuetudine. Mores enim, qui sunt in unaquaque Ecclesia, divini etiam nostri patres servandos censuerunt, Cyzicenorum civitatis Episcopo prædictæ Justinianopoleos Præsuli subjecto existente, ad imitationem reliquorum omnium Episcoporum, qui subsunt prædicto Dei amantissimo præsuli Joanni, à quo, cùm usus postulaverit, etiam ipsius Cyzicenorum civitatis Episcopus ordinabitur.

BALS. Ab viii. Canone iii. Syno. apparet, quòd ex supplicatione cujusdam Cypriorum Episcopi, Rhegini dicti, statutum est ipsam Cypri Ecclesiam esse principalem ac primam: & prohibitus est Antiochenus Episcopus facere in ea ordinationes. Presens autem Canon editus ad postulationem alterius Archiepiscopi Cypri, Joannis, confirmat quidem quæ Ephesi acta sunt, nominans etiam Cypriorum Ecclesiam novam Justinianopolin. Statuit autem, illam quoque habere jura Constantinopolis, similiter & Ecclesias provinciarum Hellesponti, & Ecclesiam Cyzici; & ipsorum Episcoporum ordinationes à Cypri Episcopo fieri. Hodie autem nulla ex his Ecclesiis Cypri Archiepiscopatui subjicitur, sed neque habet jura Constantinopolis. Quærendum ergo quomodo hoc fiat. Hellespontus quidem est, qui ab Abydo ad Thraciam usque extenduntur fines orientales.

ZONAR. Cypri Episcopis, ejus insulæ Episcopum quemque renuntiandi auctoritas, divinorum tertiæ Synodi patrum decreto adjudicata est, Antiochenus enim Cyprum sub se habere, & Episcopos ibidem ordinare conatus est. Prærogativam igitur suam Cypri Ecclesiis inviolatam servare hic Canon jubet; novámque urbem, quæ Justinianopolis dicta, æquali cum urbe Constantinopolitana jure esse decernit. Et quemadmodum Constantinopolitanæ sedi Asiana provincia, Pontica, Thraciáque subjectæ, sic Hellespontica Justinianopolitanę adjudicata, & in Episcopum Cyzicenum auctoritas (nam ipsa quoque Cyzicus in Hellesponto est) ejusdémque renuntiandi facultas permissa. Hoc autem de Cyzico decretum utrum unquam in usu fuit, haud facile dixerim, nunc quidem hoc decretum, quod ad Cyziceni electionem attinet, negligi constat. Sed neque in Hellesponti regiones urbésque ulla hoc tempore Cypri Episcopo est potestas.

ARIST. *Nova Justinianopolis Constantinopoleos jus obtineat, ejusque præsul omnibus Hellespontiorum Episcopis, ad quos emigravit, præsit, & à suis Episcopis ordinetur: uti patres Ephesini decreverunt.*

Hic qui Cypriorum præsidebat insulæ Johannes (hæc namque est & nova Justinianopolis) propter Barbarorum incursiones, & ut infidelium servitute eximeretur, planeque Christianissimæ potentiæ sceptris subjiceretur, insulâ decedens, & ad Hellespontiorum se recipiens provinciam, patrum indulgentiâ in Hellespontiacis Episcopalibus jus Constantinopolitanum habere, omnibusque in ea provincia Episcopis præsidere, & maximè propriam habere auctoritatem, & à suis Episcopis ordinari permissus est: quemadmodum & Synodus Ephesina decrevit. Póstquam autem Cyprus gentilium manibus liberata fuit, quæ in Hellesponto erant Metropoles ad thronum Constantinopolitanum redierunt.

CANON

Digitized by Google

Canon XL.

Quoniam Deo herere per ſeceſſum ex vitæ ſtrepitu, valde eſt ſalutare, oportet nos non ſine examinatione eos, qui vitam monaſticam eligunt, non intempeſtivè admittere: ſed nobis à patribus traditum decretum in eis quoque ſervare, ut vitæ ſecundùm Deum profeſſionem, ut jam firmam & à ſcientia ac judicio factam, tunc admittamus, poſt rationis complementum. Qui ergo monachicum jugum eſt ſubiturus, ne ſit minor quàm decem annos natus, ejus quoque rei examinatione in præſulis arbitrio ſita, an augeri tempus conducibilius exiſtimet ad introductionem & conſtitutionem in vita monaſtica. Etſi enim magnus etiam Baſilius, in ſacris ſuis Canonibus, eam, quæ ſe ſua ſponte Deo offert, & virginitatem amplectitur, ſi decimum ſeptimum annum compleverit, in virginum ordinem referendam eſſe ſtatuit: ſed tamen de viduis & Diaconiſſis exemplum ſecuti, in dictum tempus, analogia & proportione habita, eos, qui vitam monaſticam elegerunt, deduximus. In divino enim Apoſtolo ſcriptum eſt, lx. annorum viduam in Eccleſia eligendam: ſacri autem Canones quadraginta annorum Diaconiſſam ordinandam eſſe ſtatuerunt, cùm Eccleſiam Dei gratia potentiorem evaſiſſe & ulterius procedere vidiſſent, fideliúmque, ad divinorum mandatorum obſervationem, firmitatem ac ſtabilitatem. Quod quidem cùm nos quoque optimè intellexiſſemus, perfectè ſtatuimus benedictionem gratiæ, ei qui certamina ſecundùm Deum aggreſſurus eſt, veluti quoddam ſignaculum celeriter imprimentes, hinc eum ad non diu cunctandum & tergiverſandum inducentes, vel potiùs etiam ad boni electionem & conſtitutionem incitantes.

Bals. Magnus quidem Baſilius in xviii. ſuo Canone eas, quæ poſt ſedecim annos ſe virginitatem ſuſcipere profitentur, admittit: ut quæ bonum à malo poſſint ſecernere ac eligere. Præſens autem Canon eum qui x. annos natus eſt, ſi monachus eſſe elegerit, non rejicit: ſed eum ad vitam monaſticam non aliter recipiendum decernit, quàm ſi ab Epiſcopo probatus fuerit. Adjicit autem ſe hæc ſtatuere, quoniam Eccleſia Dei gratia ad anteriora procedat, & ad divinorum mandatorum obſervationem firmior ac validior evadat. Uſus eſt autem ad eorum confirmationem etiam iis quæ de Diaconiſſis in iv. Synodo dicta ſunt, dicens: Quòd cùm ſanctus Paulus decreverit, quæ ſexaginta ſunt annorum, viduas in Diaconiſſarum ordinem poſſe referri, patres virginem xl. annos natam Diaconiſſam ordinari cenſuerunt: ut ex eo colligatur, patres nihil abſurdum decreviſſe, qui imperfectos tondendi tempus ab xviii. anno ad decimum redegerint. Eſt autem magna iis agenda gratia, quòd non quemcunque x. annos natum, nulla diligentiori perſcrutatione facta, tonderi permiſerint: ſed hoc Epiſcopi prudentiæ ac judicio reliquerint. Fortaſſe enim ejus examinatio, hunc quidem, qui decimum annum exceſſerit, ad tonſuram admittet: illum verò repellet. Atque hæc quidem ſunt, quæ in Canone continentur. Tu autem lege vi. Novellam Imperatoris domini Leonis philoſophi, quæ continet illum quidem, qui xvi. annum complevit vel xvii. abſque ullo impedimento poſſe tonderi, ut vult magnus Baſilius, atque etiam teſtari: eum autem, qui anno ætatis ſuæ decimo Monachus eſſe voluerit, poſſe quidem liberè hoc facere, ex ſententia hujus Canonis; de bonis autem, quæ habet, teſtamentum facere non poſſe, ſed expectare, donec xv. annum attigerit. Interea autem ſi mortuus fuerit, ejus quidem ſervi manumittentur, reliquæ autē facultates bifariàm dividentur; & duas quidem partes accipiet monaſterium, tertia verò pars cognatis dabitur. Quòd ſi defuncto non fuerint cognati, tertia quoque pars monaſterio accreſcet.

Κανων μ'.

Επειδὴ τῷ θεῷ πολλὰ δοξ, δι' ἃ ἐκ τοῦ τὸν βίον θορύβων ἀναχωρήσεως, λίαν ὄντι σωτήριον, χρὴ ἀνεξετάστως ἡμᾶς παρὰ καιρὸν τὸν τῆ μονήρη βίον αἱρεμένων προσίεσθ. ἀλλὰ καὶ παραδοθέντα ἡμῖν παρὰ τῶν πατέρων καὶ ἐν αὐτοῖς φυλάττειν ὅσον, ὥστε τῷ ὁμολογίᾳ τοῦ κατὰ θεὸν βίου, τότε προσίεσθ, ὡς ἤδη βεβαίαν καὶ ἀπὸ γνώσεως καὶ κρίσεως γινομένην, μετὰ τὸν τοῦ λόγου συμπλήρωσιν. ἔστω τοίνυν ὁ μέλλων τὸν μοναχικὸν ὑπερέχεσθαι ζυγὸν, μὴ ἧττον ἢ δεκαετὴς, ἐν τῷ προτέρῳ κειμένης καὶ τοῦτο δοκιμασίαν, εἰ τὸν χρόνον αὐτὸν αὐξηθῆναι λυσιτελέστερον ἡγήσεται πρὸς τὸν ἐν τῇ μονήρει βίῳ εἰς ἀγωγὴν καὶ κατάστασιν. εἰ γὰρ καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τοῖς ἱεροῖς αὐτοῦ κανόσι, τὴν ἑκουσίως ἑαυτὴν προσάγουσαν τῷ θεῷ, καὶ τὴν παρθενίαν ἀσπαζομένην, ἐπὶ πλεῖον καὶ δεκαετὲς διανύσασαν χρόνον, τῇ τῶν παρθένων τάγματι ἀριθμεῖσθαι νομοθετεῖ· ἀλλ' οὖν τῇ τῶν χηρῶν τε καὶ διακονισσῶν παραδείγματι κατακολουθήσαντες, εἰς τὸν εἰρημένον χρόνον ἀναλόγως τὸν τῆς μονήρη βίον ἑλομένους προεκρίναμεν· ἐν γὰρ τῷ θείῳ ἀποστόλῳ γέγραπται, ἑξήκοντα ἐτῶν τὴν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καταλέγεσθαι χήραν· οἱ δὲ ἱεροὶ κανόνες τεσσαράκοντα ἐτῶν τὴν διακόνισσαν χειροτονεῖσθαι παραδεδώκασιν, τῇ ἐκκλησίᾳ χάριτι θείᾳ κραταιοτέραν γινομένην, καὶ ὅπη γε πρόσω βαίνουσαν ἑωρακότες, καὶ ὅτι τῶν πιστῶν πρὸς τὴν τῶν θείων ἐντολῶν τήρησιν πάγιόν τε καὶ ἀσφαλὲς· ὅθεν καὶ ἡμεῖς ἄρτια καταλαμβανόμενοι, ἀρτίως διορισάμεθα τὴν διάγνωσιν τῆς χάριτος τῷ μέλλοντι τῆς τοῦ θεοῦ ἀγώνων ἐπάρχεσθαι, ὥσπερ τινα σφραγῖδα ταχέως ἐντυπαινόμενοι, ἐντεῦθεν αὐτὸν πρὸς τὸ μὴ ὅπη πολὺ ὀκνεῖν καὶ ἀναδύεσθαι προβιβάζοντες· μᾶλλον μὲν οὖν καὶ πρὸς τὴν τῶν ἀγαθῶν ὁρμὴν ὄντες ἐκλογὴν καὶ κατάστασιν.

Βαλσ. Ο μὲν μέγας Βασίλειος ἐν τῷ ιη'. κανόνι αὐτοῦ τοὺς μετὰ τὰ δεκαξ ἔτη ὁμολογήσας παρθενίαν προσδέχεσθ· ὡς δυναμένους τὸ καλὸν ἀπὸ τοῦ φαύλου διακρίνειν καὶ ἐπιλέγεσθαι. ὁ δὲ παρὼν κανὼν τὸν δεκαετῆ μονάσαι αἱρεῖσθαμένων οὐκ ἀποπέμπεσθ· πλὴν οὐκ ἄλλως τοῦτον εἰς τὸν μοναδικὸν βίον παραδέχεσθαι δύνασθ, εἰ μὴ μετὰ δοκιμασίας τοῦ Επισκόπου. προστίθησι δὲ ταῦτα νομοθετῶν, διὰ τὸν ἐκκλησίαν χάριτι θεοῦ ὅπη τὰ πρόσω προβαίνειν, καὶ παγιωτέραν γίνεσθαι τὴν τῶν θείων ἐντολῶν σωτήρησιν. ἐχρήσατο δὲ εἰς ὑπομνηματισμὸν τούτων καὶ τοῖς περὶ διακονισσῶν εἰρημένοις ἐν τῇ τετάρτῃ συνόδῳ· εἰπὼν, ὅτι τοῦ θείου Παύλου διαλαξαμένου τὰς ἐξήκοντα ἐτῶν ὕσας χήρας τῇ τῶν διακονισσῶν καταλέγεσθαι τάγματι, οἱ πατέρες τὴν παρθένον τὴν τεσσαρακοντούτιδα χειροτονεῖσθαι διακόνισσαν ὥρισαν· ὡς ἐντεῦθεν συναγωγῆς, μηδέν τι τοὺς πατέρας διαμαρτεῖν ἄτοπον, ὑποβιβάσαντας τὸν χρόνον τῆς ἀποκάρσεως τῶν ἀτελῶν καὶ ἀπὸ ιη'. εἰς ι'. αὐτὸν προσησάντας. δικαιοσύνας δὲ ἄξιοι μεγάλης εἰσὶν, ὅτι οὐκ ἐξεχώρησαν πρώτῃ δεκαετῆ ἀπολυτραγμονήτως ἀποκείρεσθ, ἀλλὰ διὰ τῆς διακρίσεως τοῦ Επισκόπου τὰ περὶ τούτου ἀνέθεντο. ἴσως γὰρ δοκιμασία αὐτοῦ, τόνδε μὲν ἀναβαίνειν τὸν δεκαετῆ χρόνον εἰς ἀπόκαρσιν προσδέξεσθ· τόνδε δὲ ἀποπέμψει. καὶ τὰ μὲν τοῦ κανόνος ἐν τούτοις. σὺ δὲ μάθοις τὴν ἐκτὸς νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ φιλοσόφου, διαλαμβάνουσαν, τὸν μὲν ἄρρενα χρόνον ις'. ἢ ιζ'. ἀπροσκόπτως ἀποκείρεσθ, καὶ τὸ μέγα Βασίλειον, καὶ διατίθεσθ· τὸν βουλόμενον μονάσαι μετὰ τὸν ι'. ἐνιαυτὸν τῆς ἡλικίας αὐτοῦ, ἔχειν μὲν ἐπ' ἀδείας τοῦτο ποιεῖν, καὶ τοῦ παρόντα κανόνα· διαλύειν δὲ χάριν τοῦ προσίεσθαι αὐτὸν μὴ ποιεῖν, ἀλλὰ προσμένειν μέχρις οὗ τὸν πεντεκαιδεκάτου χρόνου ἅψηται. ἐν τῷ μέσῳ δὲ εἰ τελευτήσει, οἱ μὲν οἰκέται αὐτοῦ ἐλευθερωθήσονται, τὰ δὲ λοιπὰ τούτου οὐσία διαιρεθήσεται διχῇ, καὶ τὸ μὲν ἥμισυ τὸ μοναστήριον λήψεται, τὸ δὲ τρίτον τοῖς συγγενέσι τούτου δοθήσεται. μὴ ὄντων δὲ συγγενῶν τῷ τελευτήσαντι, καὶ τὸ τρίτον εἰς τὸ μοναστήριον προσχωρήσει.

ΖΩΝΑΡ.

Digitized by Google

A

ΖΩΝΑΡ. Ο μὲν μέγας Βασίλειος ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ αὐτοῦ κανόνι μὴ πρὸ ἐξκαίδεκα ἢ ιζ ἑπτακαίδεκα ἔτη τῆς παρθένων ὁμολογίας ἐγκρίνεσθαι διαρρήδην· τὰς δὲ περὶ τῆς ἡλικίας ταύτης συγκαταθέσεις παιδικὰς ἡγεῖται φωνάς. ὁ δὲ τῆς συνόδου ταύτης κανὼν δεκαέτιν φησὶν εἶναι δεῖν, τὸν μοναχικὸν ζυγὸν ὑποφέρουσαν. ιζ μέμνηται μὲν τοῦ κανόνος τοῦ μεγάλου Βασιλείου, λέγων δὲ οἰκονομεῖν τοῦτο, ὡς τῆς ἐκκλησίας κατασταθείσης γενομένης, ιζ τῆς πίστεως ἔτι πλέον στηριζομένης, ιζ τῶν πιστῶν πρὸς τήρησιν τῶν θείων ἐντολῶν μᾶλλον ἑδραιωμένων. κέκρικε δὲ εἰς παράδειγμα ιζ τῶν περὶ τῶν ἀγαμονισσῶν κανόνι τῆς τετάρτης συνόδου, λέγων, ὅτι τοῦ θείου Παύλου ἐξήκοντα ἐτῶν τὰς χήρας καταλέγεσθαι διαξαμένου, οἱ πατέρες τὴν παρθένον παραιτήσασθαι ἐτῶν ὄντα χειροτονεῖσθαι διάκονον ὥρισαν διὰ τὴν αὐτὴν πρόνοιαν αἰτίαν, ὡς τῆς πίστεως βεβαιοτέρας γενομένης, ιζ τῶν ἀνθρώπων προθυμοτέρων πρὸς τὴν τῶν ἐντολῶν φυλακήν. πλὴν ιζ ὅ γε περὶ τοῦ χρόνου τῆς χήρας Επισκόπῳ ἀναπίθησιν· ἵνα ἐκεῖνος σκοπῇ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν τὸν μονήρη βίον αἱρουμένων, εἰ δέον αὐξηθῆναι αὐτῷ τὸν χρόνον, ἢ ιζ δεκαέτιν διεχθῆναι.

ZONAR. Puellas ad virginitatis professionem non nisi sexdecim aut septemdecim annis majores, Basilius Magnus decimo octavo canone admitti jubet: si quæ vero ante id tempus promissiones interceſſerint, non magis illis quam puerorum vocibus auscultandum arbitratur. Hic autem canon, qui decem modo annos natus sit, ad monasticæ disciplinæ exercitationes ac munia admittendum esse decernit. Et canonis quidem à Basilio editi meminit, sed quoniam hoc tempore & Ecclesiæ aliquid roboris, & fidei plus omnino firmitatis accesserit, sintque fidelium animi ad capessenda divinæ legis imperia paratiores, hoc dispensasse dicit. Similéque exemplum ex quarta Synodo de Diaconissis profert, dicens; Cùm viduam sexaginta annis natam eligi divus Paulus statuisset, eandem prorsus rationem secuti Patres, quod aucta fidei constantia, altiores divini quoque obsequii amor in humanis pectoribus radices egisset, quadragenariam virginem in album Diaconissarum referri licere decreverunt. In quo tamen rem totam, quod ad ætatem attinet, Episcopi arbitrio permittit; ut quicunque se monasticæ vitæ studio teneri ostenderit, num exacto decennio illico admittendum, an ætatis progressum aliquem expectandum putet, ipse dispiciat.

B

C

ΑΡΙΣΤ. Ο μονάζων μονάσῃ δεκαετής. εἰ γὰρ καὶ ὁ θεῖος Βασίλειος τῷ ἀποκειρομένην τὸν ἑπτακαιδέκατον ἀνύειν χρόνον ἀπέφηνεν· ἀλλ' ἐπεὶ τῷ ἀποστόλῳ ἐξηκονταέτιν οὖσαν τῷ ἐν ἐκκλησίᾳ χήραν ἐγγυῶντο, οἱ πατέρες τὴν διακονίσσαν ἔφησαν τεσσαρακονταέτην γίνεσθαι, κατασταθείσης τῆς ἐκκλησίας γενομένης· ιζ ἡμεῖς ὀξυτέραν τὴν σφραγῖδα τῷ μονάζοντι σημαινόμεθα.

ARIST. *Monachus decem annos natus vitam monasticam aget. Etiamsi enim Divus Basilius detonsam septemdecim annos transigere censuerit: At quoniam Apostolus viduam sexagenariam Ecclesiæ desponsam tradit, Patres Diaconissam quadragenariam ordinari dixerunt, Ecclesiâ firmiori redditâ; & nos quoque citius monacho sigillum imponimus.*

D

Ο μὲν ὀκτωκαιδέκατος κανὼν τοῦ μεγάλου Βασιλείου ὑπὲρ τοῦ δεκαεξ ἢ ιζ δεκαεπτὰ ἔτη λέγει ὀφείλειν εἶναι τὴν προσάγουσαν ἑαυτὴν τῷ κυρίῳ, ιζ ἀποταξαμένην τῷ γάμῳ· ἵνα αἱ ὑποσχέσεις αὐτῆς βέβαιαι ὦσι, ιζ ἀθετοῦσα ταύτας ἀπαραιτήτως κολάζηται. τὰς γὰρ παιδικὰς φωνὰς ὁ προσήκειν, φησὶ, κυρίας ὅτι τῶν τοιούτων ἡγεῖται. ὁ δὲ παρὼν κανὼν τὸν μὴ ἥττονα τῶν δέκα ἐτῶν μονάσαι θέλοντα προσδέχεται, ἀναβιβάσας τοῦτο ὅτι τῷ χρόνῳ δοκιμασίαν εἰς τὴν κρίσιν τοῦ ἡγουμένου, εἴτε ἡγεῖται λυσιτελέστερον αὐξηθῆναι αὐτὸν πρὸς τὴν ἐν τῷ μονήρει βίῳ διαγωγὴν ιζ κατάστασιν. ἐλαττοῖ δὲ τὸν χρόνον τὸν ὁρισθέντα παρὰ τοῦ μεγάλου Βασιλείου, διὰ τὸ τὴν ἐκκλησίαν χείρονι θείᾳ κραταιοτέραν ὁρᾶν, ιζ ὅτι τὰ πρόσωπα προβαίνουσαν καὶ προκόπτουσαν, καὶ τοὺς πιστοὺς πρὸς τὴν τῶν θείων ἐντολῶν τήρησιν ἀσφαλεστέρους καὶ παγιωτέρους δείκνυσθαι. καὶ γὰρ διὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ὅτι πρὸς τὸ κρεῖττον ἡ ἐκκλησία προέκοψεν, πλατύνασαν οἱ ἱεροὶ κανόνες καὶ τὸν χρόνον τῆς διακονίσσης, καὶ τεσσαρακονταέτιν ἐτῶν χειροτονεῖσθαι ταύτην ὥρισαν· εἰ καὶ ὁ ἀπόστολος ἐξηκονταέτιν ἐτῶν τὴν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ μέλλουσαν καταλεγῆναι χήραν προστάττει.

Decimus quidem octavus Basilii magni canon eam, quæ se Domino offert & matrimonio renunciat, supra sexdecim vel etiam septemdecim esse annos debere dicit: ut promissa ejus firma fiant, eaque violans inexorabiles luat pœnas. Pueriles enim voces, inquit, in hisce ratas existimare non convenit. At præsens canon eum, qui non minor est quam decem annos natus, & monachum agere cupit, admittit, de tempore examinationem præsulis judicio committens, an augeri tempus conducibilius existimet ad introductionem & constitutionem in vitâ monasticâ. Tempus autem à Basilio magno definitum minuit canon, quia Ecclesiam gratiâ divinâ potentiorem esse, & ulteriùs procedere & provehi, & fideles ad divinorum mandatorum observationem firmiores & stabiliores videri deprehendissent patres. Ob eandem enim rationem, quoniam, viz. ad melius procedit Ecclesia, sacri Canones & Diaconissæ tempus imminuunt, eamque cum quadraginta sit annorum ordinari statuunt; etiamsi Apostolus ipse viduam quæ in Ecclesiâ est eligenda sexaginta esse annorum jubet.

E

F

Digitized by Google

A

Canon XLI.

Eos, qui in urbibus vel vicis in clauſuris volunt ſecedere, & ſibi ipſis ſeparatim ſeu in ſolitudine mentem adhibere, prius quidem in monaſterium ingredi oportet, & anachoreticam vivendi rationem exercere, & ſpatio triennii ei, qui manſioni præeſt, in Dei timore parere, & obedientiam in omnibus, ut æquum eſt, implere, & ita de ejus vitæ eligendæ inſtituto profitentes, & quòd eam ex toto corde ſua ſponte amplectuntur, ab ejus loci præſule examinari: deinde ſic alio anno extra clauſuram fortiter ſe gerere, ut ſcopus eorum evadat manifeſtior. Tunc enim plenè atque perfectè ſignificabunt, quòd non inanem gloriam captantes, ſed propter ipſum revera pulchrum ac honeſtum, hanc ſolitudinem perſequuntur. Poſt tanti autem temporis complementum, ſi in eodem eligendæ vitæ inſtituto permaneant, includi ipſos, & eis non amplius licere, quando etiam voluerint, ex tali manſione egredi, niſi propter communem utilitatem, vel aliam neceſſitatem ad mortem urgentem, ad id trahantur, & ita cum benedictione loci illius Epiſcopi. Qui autem ſine his jam dictis cauſis ex ſuis habitaculis exire aggrediuntur, primò quidem vel invitos dictâ clauſurâ coerceri, deinde jejuniis & aliis afflictionibus ipſos curare, ſcientes, quemadmodum ſcriptum eſt, quòd Nemo, qui manum aratro immiſit, & retro converſus eſt, eſt aptus regno cælorum.

B

C

Bals. Magna quædam res eſt, & inceptum valde audax, ſeparatim & in ſolitudine quieſcere ac ſilentium agere; ſeipſúmque in exigua domuncula, tanquam toto vitæ ſuæ tempore mortuum, includere. Et propterea à patribus conſtitutum eſt, ne quiſpiam ubilibet & quomodocunque abſque diligenti inveſtigatione includatur: ſed ut is quidem, qui hoc facere voluerit, priùs triennio, ei qui monaſterio præeſt, ſubjectum & morigerum ſe præbeat, & ex prioribus plenè declaret, quænam futura ſit in poſterum ejus vitæ ratio, cum probatione ac examinatione regionis illius Epiſcopi. Deinde extra clauſuram uno adhuc anno ſe fortiter gerat. Quòd ſi ne ſic quidem viſus fuerit, is qui includi petit, propter mores improbos hoc facere, ſed propter ipſum honeſtum & animæ ſalutis deſiderium, is ab Epiſcopo includatur, ut ex clauſtro amplius non exeat; præterquam propter communem utilitatem, vel propter mortis periculum: ad hæc, ut nec is aliter ſit exiturus, quàm cum Epiſcopali permiſſione. Si autem aliter, & non propter dictas cauſas exierit, primum quidem vel invitus includatur, ubi priùs erat: deinde & commiſſum ab eo delictum ſupplicio curetur. Neque enim is eſt, inquiunt, à Deo recipiendus, qui ſe bonum aliquod & ſalutare facturum profeſſus, ſuorum poſtea promiſſorum pœnitentiam agit. Nota ergo ejus, qui eſt includendus, quatuor annorum probationem. In externis enim regionibus è veſtigio includitur qui vult includi, abſque Epiſcopali permiſſione & conſuetis canticis. Nota ſimiliter, quòd ſine Epiſcopali permiſſione non licet ei, qui incluſus eſt, ex clauſurâ ſuâ egredi, etiamſi ſit cauſa ſanctiſſima, quæ ei exeundum eſſe ſuadeat. Eos autem, qui non ſic egrediuntur, etiam invitos ab Epiſcopo rurſus includi. Et hæc quidem decernit canon. Primum autem caput cxxxiii. Novellæ, quæ ſita eſt in libro iiii. Baſilic. capite xiiii. hæc dicit; Statuimus neminem omnino propriam habere habitationem, neq; eam quæ dicitur cellula, niſi quis velit ſolus, & uno vel duobus fortaſſe utens adminiſtris, vitam in contemplatione & ſilentio tranſigere: ſed ſi plures omnino ſint viri, unam eſſe eandémque congreſſionem, & orantium, & naturæ opera facientium,

D

E

F

Κανων μά.

Τὸς ἐν πόλεσιν ἢ χωρίοις ἐν ἐγκλείσεσι βυλομένυς ἀναχωρεῖν, καὶ ἑαυτοῖς καταμόνας προσέχειν, πρότερον ἐν μοναστηρίῳ εἰσιέναι δεῖ, καὶ τῷ ἀναχωρητικῷ παραδιετεῖ ἀσκήσει, καὶ ὅπη τελετῇ χρόνῳ τῷ τῆς μονῆς ἐξάρχοντι ἐν φόβῳ θεοῦ ὑποτάττεσθαι, καὶ τῷ κῷ πάντα, ὡς προσήκει, ὑπακοὴν ἐκπληροῦν, καὶ ὕτως ὁμολογοῦντας περὶ τῆς ἐν τῷ τοιούτῳ βίῳ προαιρέσεως, καὶ ὡς ἐξ ὅλης καρδίας ἑκουσίως τοῦτον ἀσπάζονται, ὑπὸ τοῦ κῦ τὸν τόπον δοκιμάζεσθαι πρόεδρυ· εἶθ' ὕτως ἐφ' ἕτερον ἑνιαυτὸν ἔξωθεν προσκαρτερεῖν τῆ ἐγκλείσρας, ὡς ἂν ὁ σκοπὸς αὐτῆς πλειόνως φανερωθῇ. τοιαῦτα γὰρ πληροφορίαν παρέξουσιν, ὡς ὐ κενὴν δοξομβμοι δόξαν, ἀλλὰ δι' αὐτὸ τὸ ὄντως καλὸν τὴν ἡσυχίαν ταύτην διώκουσι. μῦ δ τὴν τοσαύτης χρόνυ συμπλήρωσιν, εἰ τῇ αὐτῇ προαιρέσει ἐμμένοιεν, ἐγκλειστῆναι αὐτὸς, καὶ μηκέτι τινὶς ἐξεῖναι, ὅτε βέλονται, τῆς τοιαύτης καταμονῆς ἀφίστασθαι ἐκτὸς, εἰ μὴ διὰ κοινὴν λυσιτέλειαν, ἢ ἑτέραν ἀνάγκην πρὸς θάνατον αὐτὸς βιαζομένην, πρὸς τοῦτο ἕλκοιντο, καὶ ἕτως μετ' εὐλογίας τῆς κῦ τὸν τόπον Ἐπισκόπυ. τῶν δ εἰρημένων προφάσεων εἴ τις ἐγχειροῦντας ἐκ τῶν καταγωγίων αὐτῶν ἐξιέναι, πρωτοτύπως μὲν ἀκονίας αὐτὸς καθειργνύειν ἐν τῇ εἰρημένῃ ἐγκλείστρᾳ, ἔπειτα δ νηστείαις καὶ ἑτέραις σκληραγωγίαις αὐτὸς θεραπεύειν, εἰδότας, κῦ τὸ γεγραμμένον, ὡς οὐδεὶς βαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

D

Βαλσ. Μέγα τι καὶ τολμηρὸν, καταμόνας ἡσυχάσαι τινά, καὶ ἐν βεαχυτάτῳ οἰκίσκῳ ἐγκλεῖσαι ἑαυτὸν ὡς νεκρωθέντα παρ' ὅλον τὸν τῆς οἰκείας ζωῆς χρόνον. καὶ διὰ τοῦτο νενομοθέτηται πρὸ τῶν πατέρων, μὴ ἁπλυσταγμονήτως ἐγκλείειὸς τινα ὁπυδήποτε· ἀλλὰ τὸν βυλόμβμον τοῦτο ποιῆσαι, πρότερον ὅπη τελετίᾳ πρὸ καθηγυμένῳ ὑποτάττεσθαι· καὶ διδόναι πληροφορίαν ἐκ τῶν προτέρων τῆς εἰς ὃ μέλλον διαγωγῆς αὐτοῦ, μῦ δοκιμασίας τοῦ κῦ χάριν Ἐπισκόπυ. εἶτα προσκαρτερεῖν ἔξωθεν τῆς ἐγκλείστρας καὶ ἐφ' ἕτερον ἑνιαυτόν. καὶ εἰ μηδὲ ὕτως ἀναφανῇ ὁ τὸ ἐγκλεῖσὸς ζητῶν, διὰ φαῦλον πρόπον τοῦτο ποιῶν, ἀλλὰ διὰ αὐτὸ τὸ καλὸν καὶ δι' ἔφεσιν ψυχικῆς σωτηρίας, ἐγκλείεσθαι τοῦτον διὰ τοῦ Ἐπισκόπυ, ἐφ' ᾧ μηκέτι ἐξελθεῖν τῆς ἐγκλείστρας ἐκτὸς, εἰ μὴ διὰ κοινὴν λυσιτέλειαν ἢ διὰ κίνδυνον θανάτυ· καὶ ταύτην δὲ τὴν ἐξέλυσιν μὴ ἄλλως γίνεσθαι, εἰ μὴ μῦ περὶ ἐπῆς ὑποψίας. εἰ δ ἄλλως, καὶ μὴ διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας ἐξέλθῃ, πρῶτον μέν, καὶ ἄκοντα ἐγκλείεσθαι ἔνθα καὶ πρότερον ἦν· εἶτα καὶ δι' ὑπερτιμίων τὸ ἁμαρτὸς διὰ τύτυ ὁλίσθημα θεραπεύειν. ἀνένδεκτος γάρ φασιν ὑπὸ τῷ θεῷ ὁ ἐπαγγελάμβνος τὶ ἀγαθὸν καὶ σωτηριώδες ποιῆσαι, καὶ τῶν οἰκείων ὑποσχέσεων ὅπαδεν ἐκ μεταμελείας γενόμενος. σημείωσαι οὖν τὴν προαιρετίαν δοκιμασίαν τοῦ μέλλονος ἐγκλειστῆναι. εἰς τὰς ἔξω δὲ χώρας ἅμ' ἕπος ἅμ' ἔργον ἐγκλείεται ὁ βυλόμβμος, δίχα ὑποσχῆς ἐπιτροπῆς καὶ τῶν συνήθων ψαλτῳδημάτων. ὡσαύτως σημείωσαι, ὅτι χωρὶς ἐπισκοπικῆς ὑπερτροπῆς ὐκ ἔξεστιν ἐγκλείστῳ ἐξιέναι ἀπὸ τοῦ ἐγκλειστηρίυ, κἂν δι' εὐλογωτάτην ἔστιν αἰτία, προσκαλοῦσα τὸν τοιοῦτον ἐξέλυσιν. τὰς δ μὴ ὕτως ἐξερχομένας, καὶ ἀκονίας ἐγκλείεσθαι πάλιν πρὸ τοῦ Ἐπισκόπυ. καὶ ὁ μὲν κανὼν ταῦτα διορίζεται. τὸ δ' α'. κεφ. τῆς ρλγ'. νεαρᾶς τῆς κειμένης ἐν βιβλίῳ τῶν βασιλικῶν δ'. κεφ. ιδ'. φησὶ ταῦτα· θεσπίζομεν μηδένα παντελῶς ἰδίαν ἔχειν οἴκησιν, μηδὲ τὸ καλούμενον κελλίον, εἰ μή τις βούλοιτο μόνος ὢν καὶ ἑνὶ τυχὸν ἢ δύο χρώμβμος ὑπουργοῖς, κατὰ τὸν ἐν θεωρίᾳ τε καὶ ἡσυχίᾳ διάγοντα βίον· ἀλλ' ὅλως ὄντων πλειόνων ἀνδρῶν

Digitized by Google

ἀνδρῶν, μίαν ἢ ἢ τὴν αὐτὴν συνέλευσιν, ἢ διχομένων, καὶ τὰ τῆς φύσεως ἔργα ποιεῖσθαι νοούντων, ὁπόσα ἀμέμπτά τε καὶ ἀδιάβλητα καθέστηκε· καὶ κοινῇ μὲν, ὡς εἴρηται, σπεῦδαι, κοινῇ δὲ καθεύδειν, ἢ εἰ μὴ τοσοῦτον εἴη ὃ πλῆθος, ὅσον εἰς ἕνα οἶκον χωρεῖσθαι, ἐπείτοιγε τυχὸν δύο ἢ τρεῖς οἴκους ἢ τοὺς δεχομένους αὐτοὺς, μηδένα μέντοι πάντελῶς ἴδιον ἔχειν μηδὲν, ἀλλ' ἐν κοινῷ ζῆν νύκτωρ τε ἢ μεθ' ἡμέραν, ἵνα αἱ νύκτες αὐτοῖς τὸν αὐτὸν τῆς ἡμέρας ἔχωσιν ὠφελητήριον. εἰ γὰρ καθεύδουσιν ἅπαντες ἀεὶ, ἀλλὰ πρόδηλον, ὡς οἱ μὲν ἐν τῷ καθεύδειν εἰσὶν, οἱ δὲ ἐγρηγόρασι· καὶ πάντως ἔσονταί τινες τοὺς καθεύδοντας ἐποπτεύοντες. εἰ δέ τινα οἰκήματα ἔστιν ἐν οἱῳδήποτε μοναστηρίῳ τοῦ ὑπὸ τὸν οἰκεμενικὸν πατριάρχου τούτου τοῦ μεγαλοπόλεως, ἢ τοῦ ὑπὸ σὲ ὄντων ἀγιωσύνης, εἴτε δι' ἢ αὐτῆς ὑποποιήσθω, εἴτε παρ' ἡμῶν αὐτῶν ᾠκοδομημένων, ἢ παρ' ἑτέρων· ταῦτα πάντα καθαιρήσεις πρόποις ἅπασιν; ἀνοίξεις τε αὐτοῖς τὴν ἀλλήλων θέαν, καὶ ὄψονται πάντα τὰ παρ' ἀλλήλων πραττόμενα. τί γὰρ δὴ καὶ διλαβηθήσονται τοῦτο πεπόνθασιν, ἅπαξ ἑαυτοὺς ἀναθέντες τῷ θεῷ, καὶ ἀπειπόντες πᾶσιν δημώδη διαίταν; καὶ τοῦτο μὲν ταύτῃ κρατεῖν νῦν τε καὶ εἰς τὸν ἑξῆς ἅπαντα χρόνον βουλόμεθα, ὥσπερ, ὡς εἴρηται, ἔχειν οἰκησιν ἰδίαν, ἀλλὰ συναθροιζομένων ἀπάντων καὶ θεωμένων τὰ παρ' ἀλλήλων πραττόμενα. πρόδηλον γὰρ, ὅτι τὰ τοιαῦτα σπεύδουσιν αὐτὰ καθεστάναι, οἷα παντελῶς ἀνεπίληπτα μένει. εἰ δέ τις ὀφθείη τοσοῦτον ἀναιδὴς, ὥστε τολμᾷν ὅπως χρεῖν πράττειν τι τῶν νενομοθετημένων, ὁ τῆς μονῆς ἡγούμενος ταῦτα ἐξεταζέτω. βουλόμεθα γὰρ τὴν νῦν σφοδροτέραν γενέσθαι πρᾶξιν. λέγουσιν οὖν τινες ἀνανεῦσθαι τῷ κανόνι τούτῳ νεαρᾶν. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, τὸν μὲν κανόνα λέγειν τὴν ἔγκλεισιν ἐκφωνηθῆναι, τὴν δὲ νεαρὰν λέγειν τοὺς ἔχοντας κελλία εἰς κοινόβια μοναστηρίων. καὶ ἔστι μεγάλη διαφορὰ ἀμφοτέρων τῶν νομοθεσιῶν· καὶ οὐ τοῦτο ἐστὶν ἀνανεῦσαι τὰ ὁρθετηθέντα. σήμερον δὲ εἰς μὲν τὰ γυναικεῖα μοναστήρια ἐνεργοῦσι τὰ τῆς νεαρᾶς· εἰς δὲ τὰ ἀνδρῶα οὐδαμοῦ.

quæcunque à vituperatione ac reprehenſione aliena ſunt; & communiter quidem, ut dictum eſt, comeſſe, communiter autem dormire, & ſi ſit tanta multitudo, quantam una domus comprehendat, etſi duæ ſunt fortaſſe vel tres domus quæ eos ſuſcipiunt; nullus tamen quidquam omnino proprium habeat, ſed in communi noctu & diu vivat, ut noctes eandem illis habeant obſervationem, quam dies. Non enim omnes ſemper dormiunt; ſed clarum eſt, quòd alii quidem dormiunt, alii verò vigilant: & erunt ſemper aliqui, qui dormientes obſervent. Si ſint autem aliqua domicilia in quovis monaſterio eorum, quæ ſunt ſub univerſali Patriarcha hujus magnæ civitatis, vel quæ ſunt ſub tua ſanctitate, ſeu in eodem circumcirca incolatu, ſive quæ ſunt à nobis ædificata ſive ab aliis: ea omnia omnino dirues, & eis aperies ſui invicem ſpectaculum, & videbunt omnia quæ à ſe invicem fiunt. Cur enim hoc facere cavebunt, cùm ſe Deo ſemel dicarint, & omnem populare rem vivendi rationem valere juſſerint? Et hoc quidem ſervari volo, & nunc & in omne deinceps tempus, nullo, ut dictum eſt, habente propriam habitationem, ſed congregatis omnibus & ea quæ à ſe invicem fiunt ſpectantibus. Clarum eſt enim, quòd ea ſtudebunt eſſe ejuſmodi, ut ab omni penitus reprehenſione aliena maneant. Si quis autem uſque adeò impudens viſus fuerit, ut eorum, quæ lege cauta ſunt, tranſgredi aliquid conari audeat, qui illi præeſt manſioni hoc examinet. Volumus enim nunc acriorem fieri obſervationem. Dicunt itaque nonnulli novellam canoni adverſari. Mihi autem videtur quidem canon loqui de anachoretarum incluſionibus, Novella autem eſſe edita propter eos, qui in monaſteriorum cœnobiis habent cellas. Et eſt magna utrarumque legum differentia: & ideo, hac ratione non repugnant quæ iis conſtituta ſunt. Hodie autem in mulierum quidem Monaſteriis locum habent quæ Novella cauta ſunt; in virorum autem minimè.

ZONAR. Σφαλερὸν ἡγήσαντο οἱ θεῖοι πατέρες, ὃ ἐκ κοσμικῆς διαγωγῆς τινας εἰς ἀναχωρητικὸν καθίστασθαι βίον, καὶ ἑαυτοὺς ἐγκλείειν βραχέσιν οἰκίσκοις, καὶ αὐτοὺς ἑαυτοῖς ἐπὶ καθηγητάς. διὸ τοὺς βουλομένους τοιοῦτόν τι, πρότερον εἰς ἀσκητήριον εἰσιέναι κελεύουσι, καὶ ὅπως τριετίαν ἐν ὑποταγῇ γίνεσθαι, ὕτω τε παιδοτριβεῖσθαι τῷ ἀναχωρητικῷ διαγωγὴν, καὶ διὰ γυμνάσιας ἐν ὑπακοῇ ὁμολογεῖν, ὅτι ὁλοψύχως αἱροῦνται τὴν ἀναχώρησιν· καὶ πάλιν ὅταν κρίνωσιν ἀρχιερέως αὐτοὺς δοκιμάζεσθαι, καὶ πάλιν ὅπως ἑαυτὸν ἕτερον προσμένειν τῆς ἐγκλείστρας ἐκτὸς, ἵνα μᾶλλον τὸ ἀμεταθετον φανεῖη τῆς γνώμης αὐτῶν, ὕτω τε πληροφορήσαντες ὡς ὑ δόξης ἕνεκά ἐστι ἀνθρωπίνης ἀλλὰ δι' ἀρετῆς· ἐργασίαν τὴν ἡσυχίαν ζητοῦσιν, ἐγκλεισθήσονται, μηκέτι ἐξελεύσόμενοι τοῦ οἰκίσκου, εἰ μή που διαθεῖεν ὑπ' ἀνάγκης τινὸς ὁρώσης ἢ πρὸς κοινὴν ὠφέλειαν ἴσως τῆς χώρας ἐν ᾗ διάγουσιν, ἢ διὰ κίνδυνον ἴσως θάνατον ἀπειλοῦντα. καὶ οὕτως μὲν γνώμης καὶ διλογίας τοῦ Ἐπισκόπου ἐξελεύσονται. εἰ δὲ ἄλλως καὶ μὴ διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας ἐξέλθωσι, πρῶτον μὲν καὶ ἄκοντας αὐτοὺς ἐγκλείεσθαι ἔνθα καὶ πρότερον, οἱ πατέρες ὥρισαν· εἶτα καὶ βαρυτιμίοις αὐτοὺς ὑποβάλλεσθαι· ἵνα νηστείαις καὶ σκληραγωγίαις ἑαυτοὺς θεραπεύσωσιν, ἧσυν δὲ τῆς ἑαυτῶν γνώμης ἀμετάβολον.

ZONAR. Qui ſe ex communi vitæ conſuetudine ad anachoreticum inſtitutum ſubitò transferunt, cellulæque anguſtiis incluſi facti ſibi duces vivendi, degunt, periculoſo ſe negotio haud dubie committere divini Patres exiſtimavere. Quos igitur aliquid ejuſmodi animo agitare contingat, aſceterium prius ingredi, ibique ſe tribus annis majorum imperiis obſequentes præbere jubent, ut eo pacto anachoreticæ diſciplinæ præceptis imbuti, ac in exercitatione parendi multum diuque verſati, remotum illud ab hominum ſocietate vitæ genus ex animo ſe amplecti velle demonſtrent. Tum mentem eorum ipſe quoq; loci Antiſtes exploret, uniuſque anni præterea ſpatium, probandæ magis conſtantiæ, extra cellæ ſepta exigat. Hinc ubi ſe non laudis humanæ ſtudio, ſed virtutis exercendæ deſiderio ſolitudinem adamaſſe fidem fecerint, ita demum includi volunt, ut omnem ſibi penitus ex ſtatiuncula ſua amplius egrediendi poteſtatem ereptam eſſe intelligant: Niſi ſi forte neceſſaria cauſa, vel aliquid in publica totius regionis, ubi degunt, commoda futurum procurandi, vel periculum, ex quo mors fortaſſe impendeat, declinandi, exire compellat. Et ſic porro, Epiſcopo annuente, ipſiſque benedicente, egredientur. Qui verò nulla ejuſmodi cauſa intercedente egreſſi fuerint, primo vel invitos ad ſuas clauſuras rejici, deinde pœnis quoque in eos animadverti patres jubent: ut jejuniis ſeverioréque diſciplinæ ratione exerciti, ea veluti medicina, animum levitatis inconſtantiæque morbis liberare nitantur.

Digitized by Google

A

ARIST. *Qui clausuram ingressurus est, triennium in monasterio prius agat, & priusquam includatur alium annum transigat, & sic ingrediatur. Et ne egrediatur, nisi mors aut communis utilitas cogat.*

Eum qui clausuram ingredi & sibi soli attendere cupit, oportet primo in monasterium secedere, & per triennii spatium ei, qui mansioni præest, in Dei timore subjici; & sic à loci illius Episcopo propositum ejus examinari, an suâ sponte & ex toto animo talem vitam amplectatur. Et si adhuc confiteatur eodem modo se eam desiderare, alio etiam anno extra claustrum patienter B maneat, ut planius demonstret se non ob vanam gloriam, sed ob ipsum bonum, solitudinem persequi; post tempus autem illud elapsum si in eâdem sententiâ permanens inveniatur: tunc includatur, & amplius illinc non exeat, nisi forte communis utilitas proponatur, aut alia necessitas mortem ei minata: tunc enim cum Episcopi, qui loco præest, benedictione egredietur. Sine dictis autem causis si egrediatur, primo quidem etiam invitus includetur, deinde autem jejuniis & aliis tractationibus duris subjicietur, & per eas pusillanimitatis suæ medelam inveniet, sciens, juxta quod scriptum est, quod nemo, qui manum suam aratro immisit, & retro conversus est, C aptus est Cœlorum regno.

ΑΡΙΣΤ. Ο ἐγκλεισθησόμενος, τριετίαν προδιάγων ἐν τῷ μοναστηρίῳ, καὶ πρὸ τῆς ἐγκλείστρας ἕτερον ἐνιαυτὸν μετιὼν, οὕτως εἰσίτω· ἐὰν μὴ ἐξίτω, εἰ μὴ βιάζοι θάνατος, ἢ πρὸς τὸ κοινὸν λυσιτέλεια.

Τὸν εἰς ἐγκλείστραν βουλόμενον εἰσιέναι, καὶ ἑαυτῷ μόνῳ προσέχειν, δεῖ πρότερον ἐν μοναστηρίῳ εἰσελθεῖν, καὶ ἐπὶ τριετῆ χρόνον ὑποταγῆναι τῷ τῆς μονῆς προεστῶτι ἐν φόβῳ θεοῦ, καὶ οὕτως ὑπὸ τοῦ κατὰ χώραν Επισκόπου τὴν προαίρεσιν αὐτοῦ δοκιμασθῆναι, εἰ ἑκουσίως καὶ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας τὸν τοιοῦτον βίον ἀσπάζηται. καὶ εἰ ἐπιμένει ὁμολογῶν τοιοῦτο τρόπως ἐπιποθεῖν αὐτὸν, καὶ ἐφ' ἕτερον ἐνιαυτὸν προσκαρτερεῖν ἔξωθεν τῆς ἐγκλείστρας, ὡσὰν περισσωτέραν παρέξει πληροφορίαν, ὡς οὐ διὰ ματαίαν δόξαν τὴν ἡσυχίαν μεταδιώκει, ἀλλὰ δι' αὐτὸ τὸ καλόν· μετὰ δὲ τὴν τοῦ τοσούτου χρόνου παραδρομὴν εἰ ἐπὶ τῆς αὐτῆς εὑρίσκεται γνώμης ἱστάμενος, ἐγκεκλεῖσθαι αὐτὸν, καὶ μηκέτι ἐκεῖθεν ἐξέρχεσθαι, εἰ μήπου κοινὴ ὠφέλεια πρόκειται, ἢ ἑτέρα ἀνάγκη, θάνατον ἐπαπειλοῦσα αὐτῷ· τηνικαῦτα γὰρ, μετ' εὐλογίας τοῦ κατὰ χώραν Επισκόπου ἐξελεύσεται. ἄνευ δὲ τῶν εἰρημένων προφάσεων εἰ ἐξέλθῃ, πρῶτα μὲν ἄκων ἐγκλεισθήσεται, ἔπειτα δὲ νηστείαις καὶ ἑτέραις σκληραγωγίαις ὑποπέσῃ, καὶ δι' αὐτῶν τῆς μικροψυχίας αὐτοῦ θεραπείαν εὑρήσει, γινώσκων, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὡς οὐδεὶς βαλὼν τὴν χεῖραν αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

CANON XLII.

Eos qui dicuntur Eremitæ, qui quidem nigris vestibus induti & capite comati urbes obeunt, & cum viris laicis ac mulieribus versantur, & propriæ professioni faciunt injuriam, statuimus, si elegerint quidem tonsis comis reliquorum monachorum amictum suscipere, eos in monasterio constitui, & inter fratres referri. Quòd si hoc non elegerint, eos omnino ex urbibus expelli, D & eremos habitare; ex quibus sibi etiam denominationes confinxere.

BALS. Complures populi seductores, urbes obeuntes, induuntur nigris vestibus, & sunt intonsis capillis, jejunium ac squallorem præ se ferentes, & simpliciores decipientes, ac monachalem professionem injuria afficientes. Ac nonnulli quidem eorum, unà cum viris laicis mulieribúsque versantes, & in triviis dæmoniacis doctrinis circumstrepentes, pro populo utique precantur, & pœnitentiam prædicant. Alii verò dicunt se E Dei jussu ex solitudine in civitates venisse, ut futura quædam prædicant: & simplicioribus bona quædam impudenter pollicentur, lucri & mercimonii gratia. Hæc ergo Synodus statuit, ut eis comæ tondeantur, & in monasteria introducantur, ut monasticam in eis vitam agant. Sin autem hoc nolint, ut ex urbibus expellantur, quò in Eremis eam vivendi rationem persequantur, quam sibi, non ex veritate, sed ex fallacia & morum improbitate, confinxere. Neque enim in Eremo propter animæ salutem habitavissent, si hanc reipsa necessariò tenuissent, ad urbes accedere non concessi.

ZONAR. Antiquum hoc malum est, in hominum F pectoribus ab ipso malorum omnium auctore & parente disseminatum. Olim quoque igitur non defuere, qui nigro amictu, comáque nequaquam detonsa, sed in cincinnos plexa & intorta, in pectus humerósque defluente, ita demum urbes pervolitarent, & cum Laicis viris pariter ac fœminis, non sine injuria monasticæ professionis ac instituti, assiduè versarentur. Eos igitur homines detonsa coma in monasteria deduci, ibique cum monachis degentes eadem vitæ munia obire: quòd si hoc non volunt, omnino ex urbibus extrudi, ac in Ere-

ΚΑΝΩΝ μβ'.

E Zonar. Latinorum hoc peccatum emendare Synodus conata est; verum in sua pertinacia hactenus permanserunt arrogantes, hodieque permanent. Neque verò, aut antiquos canones audiunt; qui omne in Sabbato jejunium, uno excepto, nempe magni Sabbati die, vetitum esse voluere, aut hujus quoque moventur auctoritate. Quin & depositionem quoque qui sacris initiati sunt, & segregationem jejunantibus indictam Laici negligunt.

ΑΡΙΣΤ. Οἱ Ρωμαῖοι τοῖς τῆς τεσσαρακοστῆς νηστεύουσι σάββασιν· ὑπομιμνήσκει τοίνυν ἡ συνόδος καὶ ὅτι τούτων τὸν ἀποστολικὸν κανόνα κρατεῖν.

ARIST. *Romani Quadragesimæ Sabbatis jejunant: admonet itaque Synodus in his etiam canonem Apostolicum valere.*

Μαθοῦσα αὕτη ἡ ἁγία συνόδους τοὺς ἐν τῇ Ρωμαίων πόλει

F Intelligens hæc sancta Syn. eos, qui in Romanorũ sunt

Digitized by Google

civitate, ſexageſimum quartum ſanctorum Apoſtolorum canonem alio præterquam magno Sabbato aut die Dominico non jejunare mandantem, tranſilire: decrevit, & in Romanorum Eccleſiâ illum Apoſtolorum canonem firmè inviolabiliterque obſervandum eſſe.

A ἑξηκοστὸν πέμπτον κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων παραβαίνοντας, καὶ φορτίζοντα, ἄνδρα τῷ μεγάλῳ σαββάτῳ, ἕτερον σάββατον, ἢ κυριακὴν μὴ νηστεύειν· ὥρισε καὶ ἐν τῇ Ρωμαίων ἐκκλησίᾳ ἀπαράλυτον καὶ τοιοῦτον ἀποστολικὸν κανόνα φυλάττεσθαι.

Canon LVI.

ΚΑΝΩΝ νϛ'.

Similiter accepimus & in Armeniorum regione & in aliis locis, in Sabbatis & Dominicis ſanctæ Quadrageſimæ, quoſdam ova & caſeum comedere. Viſum eſt ergo & hoc, ut tota Dei Eccleſia, quæ eſt in univerſo terrarum orbe, unum ordinem ſequens, jejunium perficiat, & abſtineat, ſicut ab omni mactabili, ſic ab ovis & caſeo, quæ quidem ſunt fructus & fœtus eorum à quibus abſtinemus. Si autem hoc non ſervaverint, ſi ſint quidem Clerici, deponantur: ſin autem Laici, ſegregentur.

Ὡσαύτως μεμαθήκαμεν ἔν τε τῇ Ἀρμενίων χώρᾳ καὶ ἐν ἑτέροις τόποις, ἐν τοῖς σάββασι καὶ ἐν ταῖς κυριακαῖς τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς, ᾠά τινας καὶ τυρὸν ἐσθίειν· ἔδοξε τοίνυν καὶ τοῦτο, ὥστε πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν, μιᾷ κατακολουθοῦσαν τάξει, τὴν νηστείαν ἐκπληροῦν, καὶ ἀπέχεσθαι, ὥσπερ ἀπὸ παντὸς σφαγίου, οὕτω δὲ καὶ ᾠῶν καὶ τυροῦ, ἃ καρπός εἰσι καὶ γεννήματα ὧν ἀπεχόμεθα. εἰ δὲ μὴ τοῦτο φυλάττοιεν, εἰ μὲν κληρικοί εἶεν, καθαιρείσθωσαν· εἰ δὲ λαϊκοί, ἀφορίζέσθωσαν.

B

Bals. In præcedenti quidem canone ſtatutum eſt, in Sabbatis & dominicis ſanctæ Quadrageſimæ non eſſe jejunandum. Armenii itaque & quidam, ut eſt veriſimile, orthodoxi ex hoc Canone errantes, in dictis Sabbatis comedebant ova & caſeum, ut quæ eſſent ſanguinis expertia & autumni fructibus ſimilia. Hoc itaque corrigens definit Synodus, omnes Dei Eccleſias debere unum ordinem ſequi, & abſtinere omnes ab omni mactabili, quoniam & ova & caſei, etiamſi fructus reputentur, quia tamen ea, ex quibus illa proceſſerunt, non comedimus, ne eis quidem ipſis veſci ac jejunium ſolvere debemus. Ac eos quidem, qui hæc decreta non ſervant, ſi ſint quidem Clerici, deponi jubet Canon; Laicos verò ſegregari. Ac eidem quidem omnino pœnæ ſubjiciuntur & qui per caſeum & ovum jejunium ſolvunt omni quartâ & ſextâ Feriâ, ſeu Paraſceve; quoniam ſtatutum eſt, ut fideles his diebus jejunent, quemadmodum & in Quadrageſima.

C

D

Βαλσ. Ἐν τῷ προλαβόντι κανόνι νενομοθέτηται, μὴ νηστεύειν ἐν τοῖς σαββάτοις καὶ ταῖς κυριακαῖς τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς. Ἀρμένιοι οὖν καὶ τινὲς ὀρθόδοξοι, ὡς ἔοικε, πλανηθέντες ἀπὸ τούτου τοῦ κανόνος, κατέλυον ἐν τοῖς ῥηθεῖσι σαββάτοις, καὶ ᾠὰ καὶ τυρόν, ὡς δηθὲν μὴ μετέχοντα αἵματος, ἀλλ' ἐοικότα καρποῖς ὀπωρινοῖς. τοῦτο οὖν διορθούμενη ἡ σύνοδος, διορίζεται, μιᾷ τάξει κατακολουθεῖν τὰς ὅλας ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ, καὶ πάντας ἀπέχεσθαι παντοίου, ὅπερ καὶ τὰ ᾠὰ κἂν καρποὶ λογίζωνται, ἀλλ' ἐπεὶ τὰ ἐξ ὧν ταῦτα γεννῶνται σὺν ἐσθίομεν, οὐδὲ εἰς ἐκεῖνα καταλύειν ὀφείλομεν. τοὺς μέντοι μὴ φυλάττοντας τὰ διαταγμένα, κληρικοὺς μὲν ὄντας, καθαιρεῖσθαι κελεύεται ὁ κανών· λαϊκοὺς δὲ ἀφορίζεσθαι. καὶ πάντως τῷ αὐτῷ ἐπιτιμίῳ ὑποκεῖνται καὶ οἱ ἐν τυρῷ καὶ ᾠῷ καταλύοντες εἰς τὰς ὅλας τεσσαράδας καὶ παρασκευάς· ὅτι νενομοθέτηται κατὰ ταύτας νηστεύειν τοὺς πιστούς, ὥσπερ, καὶ εἰς τὴν τεσσαρακονθήμερον νηστείαν.

Zonar. Qui in iis regionibus Chriſtiani degebant, cum canonem, ut arbitramur, quo jejunium Sabbatis ac Dominicis Quadrageſimæ prohibetur, reperiſſent, ovis ſeſe per eos dies & caſeo ſaginabant. Id ergo cum emendare Synodus cuperet, ab iis quoque cibis abſtinendum eſſe decernit. Quemadmodum enim, inquit, omni mactabili, animantibus videlicet, quæ mactari jugularive ſolent, nequaquam veſcimur, ita & quæ ex iiſdem animantibus gignuntur attingere non oportet. Et eos qui hæc decreta non obſervant, Clericos deponi, Laicos verò ſegregatione puniri jubet.

Ζωναρ. Οἱ ἐν ταῖς χώραις ἐκείναις Χριστιανοὶ δυσεβοῦντες, ὡς ἔοικε, τὸν κανόνα τὸν λέγοντα, μὴ δεῖν ἐν τοῖς σαββάτοις καὶ ταῖς κυριακαῖς τῆς τεσσαρακοστῆς νηστεύειν, ᾠὰ καὶ τυρὸν ἐσθίειν ἐν αὐταῖς ἤθιζον. τοῦτο οὖν διορθουμένη ἡ σύνοδος ἀπαγορεύει τὰ τοιαῦτα ἐσθίειν, λέγουσα ὅτι ὥσπερ ἀπεχόμεθα παντοίου θυτοῦ, ζώων δηλαδὴ θυομένων ἤτοι σφαζομένων, οὕτω καὶ τῶν ἐξ αὐτῶν γινομένων ἀπέχεσθαι δεῖ, καὶ τοὺς μὲν τὰ διατεταγμένα ταῦτα φυλάττοντας κληρικοὺς καθαιρεῖσθαι κελεύει· τοὺς δὲ λαϊκοὺς ἀφορίζεσθαι.

E

Arist. *Armenii ova & caſeum Quadrageſimæ Sabbatis comedunt. Cautum eſt igitur, ut totus terrarum orbis ab iſtis etiam abſtineat: Sin minus ſegregari.*

Ἀριστ. Οἱ Ἀρμένιοι ᾠὰ καὶ τυρὸν τοῖς τῆς τεσσαρακοστῆς ἐσθίουσι σάββασιν· ὥρισται τοίνυν πᾶσαν τὴν οἰκουμένην καὶ τούτων ἀπέχεσθαι· εἰ δὲ μή, ἀφορίζεσθαι.

Canon LVII.

ΚΑΝΩΝ νζ'.

Quòd ad altare mel & lac offerre non oportet.

Ὅτι οὐ χρὴ ἐντὸς θυσιαστηρίου μέλι καὶ γάλα προσφέρειν.

Bals. De eo fusè ſcripſimus in iii. Canone ſanctorum Apoſtolorum, nec ea ſunt rurſus repetenda. Quære & xxviii. Can. præſentis Synodi.

F

Βαλσ. Περὶ τούτου πλατέως ἐγράψαμεν ἐν τῷ γ'. κανόνι τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ οὐ χρὴ πάλιν αὐτῶν παλιλογεῖν. ζήτει καὶ ιη'. κανόνα τῆς παρούσης συνόδου.

Zonar. Hoc tertio quoque ſanctorum Apoſtolorum Can. vetitum eſt, in quo cum melle ac lacte hujus generis alia quædam præterea recenſentur.

Ζωναρ. Τοῦτο καὶ ὁ τρίτος κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων κεκώλυκε, τῷ μέλιτι καὶ τῷ γάλακτι καὶ ἕτερα εἴδη συναπαριθμησάμενος.

Arist. *Ad altare mel & lac offerri nono portet.* Perſpicuus.

Ἀριστ. Ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ οὐ χρὴ μέλι καὶ γάλα προσφέρεσθαι. Σαφής.

Mnθὶς

Digitized by Google

A

ΚΑΝΩΝ νή'.

Μηδεὶς τῶν ἐν λαϊκοῖς τεταγμένων ἑαυτῷ τὰ θεῖα μυστήρια μεταδιδότω, παρόντος Ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου ἢ Διακόνου· ὁ δέ τι τοιοῦτον τολμήσας, ὡς παρὰ τὰ διατεταγμένα ποιῶν, ὅτι ἑβδομάδα μίαν ἀφορίζέσθω, ἐντεῦθεν παιδαγωγούμενος, μὴ φρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν.

ΒΑΛΣ. Ἄλλοι μὲν κανόνες διέφοροι ἐκώλυσαν παρὰ λαϊκῶν τὰ ἅγια μυστήρια μεταχειρίζεσθαι, καὶ ἢ ἑτέροις μεταδιδόναι αὐτῶν, ἢ ἑαυτοῖς· ὅτι Ἐπισκόποις καὶ ἱερεῦσι καὶ Διακόνοις τοιοῦτον ἀπεκλείσθη ἀξίωμα. ὁ δὲ παρὼν κανὼν τὸ αὐτὸ ἐκείνοις παρακελευόμενος, καὶ ἀφορισμῷ καθυποβάλλων ὅτι ἑβδομάδα μίαν ἀφ' ἧς παρὰ τὰ διατεταγμένα ποιοῦσι, παρεστήσην ὡς τότε ταῦτα ὁ λαϊκὸς οὐ τολμήσει ποιῆσαι, ὅτε πάρεστιν Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ Διάκονος διαιμόνιος μεταχειρίζεσθαι τὰ ἅγια. λέγουσι γοῦν τινες ἐξ ἀντιδιαστολῆς, ὡς ὅταν ὁ πάρεστί τις ἐξ αὐτῶν, διὰ προκειμένην ἀνάγκην, καλῶς μεταδώσει τις ἑαυτῷ τῶν θείων ἁγιασμάτων· ἐμοὶ δὲ οὐ δοκεῖ. τοιοῦτον γὰρ τολμηθῆναι ἀπὸ ἑρμηνείας καὶ ἀντιδιαστολῆς οὐκ ἐκχωρηθήσεται. οἱ μὲν Λατῖνοι ἄζυμα διηνεκῶς ἐγκόλπια φέροντες, καὶ λαϊκοὶ ὄντες, οὐ μόνον ἑαυτοῖς τούτων μεταδιδόασιν ὡς ἁγιασμάτων, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ μεταχειρίζεσθαι τὰ ἅγια, καὶ ἑτέροις αὐτῶν μεταδιδόναι, τοῖς ἱερωμένοις δέδοται. ὁ δὲ ἄνευ ἀνάγκης, μὴ παρόντος δηλονότι ἱερωμένου, μεταχειρίζεσθαι ταῦτα τολμῶν καὶ ἑαυτῷ τούτων μεταδιδόναι, ἱερωσύνης αὐτῷ δοκεῖ ἁρπαγὴν ἀξίωμα. τῦτο δὲ οἴησιν ἐκείνῳ προσμαρτυρῶ· διὸ καὶ ἀφορισμῷ μιᾶς ἑβδομάδος κολάζεται, ἵνα μάθῃ, φησὶ, μὴ φρονῶν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν, ἵνα ταπεινωθῇ, καὶ ἐπιγνῷ ἑαυτόν, καὶ μὴ τοῖς ὑπὲρ αὐτὸν ἐγχειρῇ.

ΑΡΙΣΤ. Λαϊκὸς μεταδιδόσιν ἑαυτῷ· εἰ δὲ μή, ἑπταήμερον ἀφορίζεται.

Οὐ δεῖ λαϊκὸν ἑαυτῷ τῶν θείων μυστηρίων μεταδιδόναι, παρόντος Ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου ἢ Διακόνου. ὁ δὲ τοῦτο ποιοῦντα ὥρισεν ἡ συνοδος ὅτι ἑβδομάδα μίαν ἀφορίζεσθαι, ἵνα παιδαγωγηθῇ μὴ φρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν.

ΚΑΝΩΝ νθ'.

Μηδαμῶς ἐν δίκτηρίῳ οἴκῳ ἔνδον οἰκίαν τυγχάνοντι βάπτισμα τελείου· ἀλλ' οἱ μέλλοντες ἀξιοῦσθαι τοῦ ἁγιάσματος φωτισμάτων, ταῖς καθολικαῖς προσερχέσθωσαν ἐκκλησίαις, κἀκεῖσε τῆς δωρεᾶς ταύτης ἀπολαυέτωσαν· εἰ δέ τις ἁλῷ τὰ παρ' ἡμῶν ὁρισθέντα μὴ φυλάττων, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκός, ἀφορίζέσθω.

ΒΑΛΣ. Τὰ εἰς τὸν ἑρμηνείαν τοῦ παρόντος κανόνος γεγραμμένα σημείωσαι, καὶ πρόσχες μᾶλλον τῇ νεαρᾷ τοῦ φιλοσόφου, καὶ μὴ τῷ παρόντι κανόνι, χάριν τῶν γινομένων βαπτισμάτων εἰς τὸ εὐκλήρισον.

Ετέρα ἑρμηνεία.

Τοὺς ἐν δίκτηρίῳ οἴκῳ καὶ μὴ ἐν καθολικαῖς ἐκκλησίαις βαπτίζοντας ἱερεῖς, καθαιρεῖσθαί φησιν ὁ κανών· καὶ τοὺς συμπαραστάντας αὐτοῖς κληρικοὺς μὲν ὄντας καθαιρεῖσθαι, λαϊκοὺς δὲ, ἀφορίζεσθαι. ὁ δὲ ιβ'. κανὼν τῆς α'. καὶ β'. συνόδου τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων συναθείσης, παρομοίως κολάζεσθαί φησι τοὺς ποιοῦντας τοιοῦτόν τι παρὰ γνώμην τοῦ Ἐπισκόπου. ὥστε καὶ γνώμην ἐπισκοπικὴν καὶ πρὸ τούτου τοιαῦτα ἐγίνοντο. Ζήτει καὶ τὸν λά. κανόνα τῆς παρούσης συνόδου, καὶ τὰς ἐκεῖ καταστρωθείσας νεαρὰς τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ φιλοσόφου, ἤγουν τὸν δ'. καὶ τὸν ιέ. καὶ μάθῃς, ὅτι παρὰ τούτων ἐξεχωρήθη ὃ ἐν δικτηρίοις οἴκοις ἱερουργεῖν καὶ βαπτίζειν.

Canon LVIII.

Nemo eorum qui sunt in ordine Laïcorum divina sibi mysteria impertiat, præsente Episcopo vel Presbytero vel Diacono. Qui autem tale quid ausus fuerit, ut præter ea quæ sunt constituta faciens, una septimana segregetur, ex eo edoctus, non ampliùs sapere quàm sapere oportet.

Bals. Alii quidem diversi canones prohibuerunt, ne à laïcis sancta mysteria tractarentur, & ea aliis vel sibi impertirent: quoniam Episcopis & Presbyteris & Diaconis talis data est dignitas. Præsens autem canon eadem cum illis præcipiens, & unius quoque septimanæ segregationi eum subjiciens, qui præter ea quæ sunt statuta facit: id etiam adjicit, quòd hæc tunc Laïcus non audebit facere, quando adest Episcopus, Presbyter vel Diaconus, qui sacra tràctare potest. Dicunt igitur quidam, sumpta à contrario distinctione, quòd quando non adest eorum aliquis, propter oblatam sibi necessitatem, sibi quis rectè divina sacramenta impertiet. Mihi autem non videtur: ut enim tale quid audeant, ex interpretatione & è contrario sumpta distinctione, non concedetur. Latini autem azyma assiduè in sinu ferentes, etiamsi sint Laici, ea non solùm sibi ut sacramenta impertiunt, sed etiam aliis.

Zonar. Sancta tractare, eáque cæteris impertiri, qui sacris initiati sunt, soli debent. Quòd si quis, nisi necessaria causa adductus, cum nullus videlicet ex initiatis adfuerit, ea contingere, sibique ipse ministrare audeat, hic sibi sacri ordinis dignitatem videtur arrogare. Hoc autem arrogantem de se opinionem eum concepisse ostendit. Proinde unius hebdomadæ segregatione punitur; ut discat, inquit, non plus sapere quam oportet sapere, sed humilis factus seipsum cognoscat, majoráque suis meritis aggredi reformidet.

Arist. *Laïcus sibi non impertit. Alioquin septimanâ segregetur.*

Non oportet laïcum sibi divina impertire mysteria præsente Episcopo vel Presbytero vel Diacono. Eum autem, qui hoc fecerit, decrevit Synodus unâ septimanâ segregari, ut discat non sapere plusquam oportet sapere.

Canon LIX.

In æde oratoria, quæ est intra domum, baptismus nequaquam peragatur: sed qui ab omnibus sordibus aliena illuminatione digni habendi sunt, ad Catholicas Ecclesias accedant, & ibi hoc illi munere perfruantur. Si quis autem, quæ à nobis constituta sunt, non servare convictus fuerit, si sit quidem Clericus, deponatur: si autem Laicus, segregetur.

Bals. Quæ in hujus canonis interpretatione scripta sunt nota, & attende potiùs Philosophi novellæ, & non præsenti canoni de baptismatis in æde oratoriâ celebrandis.

Alia Interpretatio.

Sacerdotes, qui in oratorio & non in catholicis Ecclesiis baptizant, deponi jubet canon: & eos quidem, qui eis opem ferunt, si sint Clerici, deponi; si Laici verò, segregari. Duodecimus autem primæ & secundæ Synodi canon, quæ in sanctorum Apostolorum æde congregata est, eos similiter puniendos dicit, qui præter proprii Episcopi sententiam tale quid faciunt. Quocirca voluntate Episcopi hæc quoque fiebant antea. Quære etiam xxxi. can. præsentis Synodi, & illic sitas novellas Imp. domini Leonis Philosophi, iv. scilicet & xv. & intelliges, quòd per eas permissum est in domesticis oratoriis seu sacellis sacra peragere ac baptizare.

Digitized by Google

ZONAR. Videtur hoc quidem canone, ne baptiſmus in privato ſacello miniſtretur, penitus interdictum; quique id auſus fuerit, initiatum deponi, Laicos vero ſegregatione teneri placet. Duodecimus vero canon primæ & ſecundæ in templo ſanctorum Apoſtolorum habitæ Synodi, à clero ſepoſitos, hoc eſt, Epiſcopi auctoritate ex omni clero loci illius, qui in privata æde ſacra facturi ſunt, eíque muneri ſeparatim addictos eſſe oportere decernit. Illud ergo ex utroque hoc canone efficitur, ut in tali oratorio ſacra peragere, baptiſmúmque miniſtrare, nec omnino vetitum, nec omnibus permiſſum eſſe intelligamus: ſed qui ejuſmodi ſacra miniſteria privatim obituri ſunt, eos delectos, & bene cognitos eſſe Patres voluerunt; nec alium præterea ad illa quenquam admitti, nec cujuſque ſacerdotis voluntati hoc conceſſum eſſe; ſed ex regionis Epiſcopo veniam impetrari. Quicunque verò ſeſe non vocati operi accinxerint, deponi, quique eis communicaverint, ſegregari jubet. Primo quoque & trigeſimo canone eadem hæc ſexta Synodus in ejuſmodi oratorio ſacra myſteria peragere & baptizare, niſi Epiſcopo annuente, vetat.

ARIST. *In ædibus oratoriis intra domum conſtitutis baptiſmum non celebrabunt. Qui hoc autem non obſervat, Clericus quidem deponitur: Laicus autem ſegregatur.*

In oratorio quod eſt intra domum ſacra facere, ita volente regionis iſtius Epiſcopo, trigeſimus primus Synodi præſentis canon præſcripſit: licet quinquageſimus octavus Synodi Laodicenſis canon illud ab Epiſcopis aut Presbyteris fieri prohibuit. Baptiſmum autem celebrari in ejuſmodi ædibus oratoriis præſens canon vetat, mandatque eos, qui divinâ illuminatione habebuntur digni, catholicas adire Eccleſias, & in iis dono iſto pertrui. Sin minùs, eum, qui decreta hæc transgreditur, ſi quidem Clericus ſit, deponi: ſi verò Laicus, ſegregari.

ΖΩΝΑΡ. Ο μὲν κανὼν οὗτος καθάπαξ ἔοικε κωλύειν δὲ γίνεσθαι βάπτισμα ἐν δικτηρίῳ ἐντὸς οἴκου ὄντι, καὶ τοῦτο τολμήσαντα ἱερωμένον καθαιρεῖ, λαϊκοὺς δὲ ἀφορίζει. ὁ δὲ δωδέκατος κανὼν τῆς πρώτης καὶ δευτέρας συνόδου τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων συνάξεως, ἀποκεκληρωμένους εἴ βούλεται τοὺς ἐν δικτηρίῳ λειτουργοῦντας ἔνδον οἰκίας ὄντι, ἀντὶ τῶν ὡρισμένους ἐκκεχωρημένους παρὰ τοῦ κατὰ τόπον Ἐπισκόπου. τοῦτο οὖν ἐξ ἀμφοῖν τῶν κανόνων τούτων καταλαμβάνεται, ὅτι μὲν πάντη κεκώλυται ὁ ἱερουργεῖν ἐν δικτηρίῳ τοιούτῳ καὶ βαπτίζειν, ὅτι πάντη ἐπετέτραπτο, ἀλλὰ ὡρισμένους καὶ ἐγνωσμένους ἤθελον οἱ πατέρες εἴ τοὺς μέλλοντας ἐν δικτηρίοις ἱερουργεῖν, καὶ παρ' ἐκείνους ἑτέρῳ μὴ ἐξεῖναι τοῦτο ποιεῖν, μηδὲ τῷ ἐκάστου ἱερέως βουλήματι τοῦτο ἄνετον εἴ· ἀλλὰ τοῦ Ἐπισκόπου δὲ ἐν χώρας λαμβάνειν πρὸ ἐκχώρησιν. τὸν δὲ ἐξ οἰκείας ὁρμῆς τοῦτο ποιοῦντας καθαιρεῖσθαι, καὶ τῆς μεταδοσίας τῆς κοινωνίας αὐτῶν ἀφορίζεσθαι. καὶ ὁ πεντηκοστὸς πρώτου κανὼν τῆς ἕκτης συνόδου τοιοῦτος καὶ γνώμῃ τοῦ Ἐπισκόπου ἱερουργεῖν καὶ βαπτίζειν ἐν δικτηρίῳ τοιούτῳ οἴκῳ προστάσσει.

ΑΡΙΣΤ. Ἐν δικτηρίοις οἴκοις ἔνδον οἴκου σὺν διατελέσουσι, βάπτισμα. ὁ δὲ μὴ φυλάξας, κληρικὸς μέν, καθαιρεῖται· λαϊκὸς δὲ, ἀφορίζεται.

Τὸ μὲν, ἐν δικτηρίῳ οἴκῳ ἔνδον οἰκίας τυγχάνοντι λειτουργεῖν μὴ γνώμης τοῦ κατὰ χώραν Ἐπισκόπου, ὁ πεντηκοστὸς πρώτος κανὼν τῆς πρώτης συνόδου προεκτέθειται· καὶ ὁ πεντηκοστὸς ὄγδοος κανὼν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου τοῦτο κωλύσαι γίνεσθαι παρὰ Ἐπισκόπων, ἢ πρεσβυτέρων. τὸ δὲ βάπτισμα τελεῖσθαι ἐν δικτηρίοις τοιούτοις οἴκοις ὁ παρὼν ἀπαγορεύει κανὼν, καὶ προστάττει τοὺς μέλλοντας ἀξιοῦσθαι τοῦ θείου φωτίσματος, ταῖς καθολικαῖς ἐκκλησίαις προσέρχεσθαι, καὶ ἐν αὐταῖς τῆς δωρεᾶς ταύτης ἀπολαύειν· εἰ δὲ μή, καὶ παραβαίνοντα τὰ ὡρισμένα, εἰ μὲν κληρικὸς, καθαιρεῖσθαι· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφορίζεσθαι.

CANON LX.

Cùm clamet Apoſtolus, quòd qui Domino adhæret unus eſt ſpiritus, clarum eſt, quòd qui etiam cum contrario init familiaritatem ac conſuetudinem, cum illo conjunctione unum fit. Eos ergo qui ſe dæmone correptos eſſe ſimulant, & morum improbitate eorum figuram & habitum ſimulatè præ ſe ferunt, viſum eſt omni modo puniri, & ejuſmodi afflictionibus laboribúſque ſubjici oportere, quibus ii qui verè à dæmone correpti ſunt, ut à dæmonis operatione liberentur, jure ſubjiciuntur.

BALS. Eos qui ad lucrum ſibi parandum ſe dæmone correptos eſſe ſimulant, & cum mala ſatanica conſcientia quædam dæmoniaca inſtar vatum gentilium prædicant, canon puniendos eſſe decernit, iis denique afflictationibus laboribúſque ſubjici, quibus ſubjiciantur & qui verè dæmoniaci fuerint, ut à dæmone liberentur. Dicit autem & eorum ſimulatione dæmones quoque illis familiares fieri. Ego autem, cùm videam ejuſmodi complures civitates obeuntes, & non puniri, ſed ut ſanctificatos à quibuſdam obviis ulnis excipi, cauſam ſcire deſidero, & correctionem poſtulo. Atqui Stauracium illum Oxybaphum, qui revera juſtus erat, eam autem quæ eſt propter Deum ſtultitiam agebat propter ſeductores, cum Hypocritis per ignorantiam ponebam: fortaſſe autem à me nonnulli quoque alii præjudicio affecti ſunt. Oportebat ergo talia per præſentem canonem prohiberi, ne boni propter malos puniantur. Multi enim ſunt modi ſalutis animæ, & poteſt quis per eos ſervari abſque ullo ſcandalo. Hæc autem non ex meopte ingenio dico, ſed ex bonorum

ΚΑΝΩΝ ξ.

Τοῦ ἀποστόλου βοῶντος, ὅτι ὁ κολλώμενος τῷ κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστι, σαφὲς ὅτι καὶ ὁ τῷ ἐναντίῳ ἑαυτὸν οἰκειῶν, ἓν γίνεται τῇ πρὸς αὐτὸν συναφείᾳ. τοὺς τοίνυν δαιμονᾶν ὑποκρινομένους, καὶ ἤθων φαυλότητι προσποιητῶς τὰ ἐκείνων σχηματιζομένους, ἔδοξεν ὅπῃ δυνατὸν τιμωρεῖσθαι πάντι, καὶ τοιούτοις ἀνίοις σκληραγωγίαις καὶ πόνοις ὑποβάλλειν, οἷς ἂν οἱ ἀληθῶς δαιμονῶντες πρὸς ἀπαλλαγὴν τῆς τοῦ δαίμονος ἐνεργείας ἀξίως ὑποβάλλοιντο.

ΒΑΛΣ. Τοὺς σχηματιζομένους δαιμονᾶν διὰ πορισμὸν κέρδους, καὶ κηρύσσοντας μετὰ φαύλου σωφρόνου σατανικοῦ δαιμονιώδη τινὰ καὶ ἴδιον τῶν Ἑλλήνων προφήτιδας, ὁ κανὼν βλασφημεῖσθαι ὁρίζει, ἤγουν τιμωρεῖσθαι, καὶ σκληραγωγίαις καὶ πόνοις ὑποβάλλεσθαι τοιούτοις, οἷς ἂν οἱ ἀληθῶς δαιμονῶντες ὑποβληθεῖεν, ἵνα ἀπαλλαγεῖεν τοῦ δαίμονος. φησὶ δὲ καὶ τὸ προσποιησιν αὐτοὺς δαίμονας οἰκειοῦσθαι. ἐγὼ δὲ βλέπων πολλὰς τοιούτους τὰς πόλεις περερχομένους, καὶ μὴ κολαζομένους, ἀλλὰ καὶ ὡς ἡγιασμένους ἀσπαζομένους παρά τινων, ζητῶ μαθεῖν τὴν αἰτίαν, καὶ ἐξαιτῶ τὴν διόρθωσιν. ἀλλὰ μέντοι σωτήριον ἐκεῖνον τὸ Ὀξυβάφον, ἀλλ' ὡς ἀληθῶς δίκαιον, ὑποκρινόμενον τὸν διὰ θεὸν μωρίαν διὰ τοὺς ἀπατεῶνας, μετὰ τοῦ ὑποκριτοῦ ἐνδεμένον καὶ ἄγνοιαν· πλὴν ὁμοίως δὲ ἐμοὶ καὶ ἕτεροι ἴσως ἴνα ἐκπαιδευθῶμεν. ἔδει οὖν τὰ τοιαῦτα κωλυθῆναι κατὰ τὸ πρόσφατα κανόνα, ἵνα μὴ καὶ οἱ ἀγαθοὶ διὰ τοὺς φαύλους βλασφημῶνται. πολλοὶ γὰρ εἰσι τρόποι σωτηρίας ψυχῆς, καὶ δυνατόν τις δι' αὐτῶν σωθῆναι σκανδάλου δίχα πάντως. ταῦτα δὲ λέγω, οὐκ οἰκόθεν, ἀλλ' ἐξ ἀφηγήσεως καλῶν ἀνδρῶν,

Digitized by Google

ἀνθρώπων, πλάσμασιν μὴ τὴν τοιαύτην διαίρεσιν δῶσιν ἀμαγωγεῖν, καταγνόντων δὲ τούτης ὡς ἐπωλέθρου, καὶ καταγούσης εἰς σατανικὴν μερίδα. ἀλλά τοι τοῦτο καὶ διάφοροι ἀγιώτατοι πατριάρχαι πολλοὺς συσκαθημένους μετ' ἀλύσεων ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Νικήτα, καὶ ἑτέρους τοὺς περιόδους περιερχομένους, καὶ προσποιουμένους δαιμονᾶν, κατέχον μετ' αὐθεντίας, καὶ εἰς δημοσίας φρουρὰς κατέκλεισεν ἀκολούθως τῷ κανόνι.

A virorum narratione, qui hanc utique Deo gratam vivendi rationem effinxerunt, ſed eam, ut perniciosam & ad partem ſatanæ deducentem, condemnarunt. Et eam ob cauſam multi etiam ſancti Patriarchæ multos cum catenis aſſidentes in æde ſancti magni martyris Nicetæ, & alios trivia obeuntes, & ſe dæmone corripi præ ſe ferentes, cum auctoritate detinuerunt, & in publicis cuſtodiis canoni conſequenter incluſerunt.

ΖΩΝΑΡ. Τινὲς προσποιούμενοι δαιμονᾶν εἰς πόρον κέρδους τῇ ὑποκρίσει ταύτῃ ἐκέχρηντο, ἢ καὶ νῦν κέχρηνται. τοῦτο κωλύει ὁ κανὼν ἐπιτιμᾶσθαι ὀφείλοντας. καὶ οὐχ ἁπλῶς ἐπιτιμᾶσθαι, ἀλλὰ βαρύτερον καὶ σκληραγωγίαις αὐτοὺς καὶ πόνοις ὑποβάλλεσθαι τοιούτοις, οἵοις ἂν οἱ ἀληθῶς δαιμονῶντες ὑποβληθεῖεν, ἵν' ἀπαλλαγεῖεν τοῦ δαίμονος. λέγει γάρ, ὅτι ἔστι πρόσωπα φαυλότητα τῷ δαίμονι προσοικειοῦντες ἑαυτοὺς ἕν γίνονται τῇ πρὸς αὐτὸν συναφείᾳ, καὶ ἐπάγει μαρτυρίαν ἐκ τοῦ μεγάλου Παύλου λέγοντος, ὁ κολλώμενος τῷ κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστιν.

B Zonar. Quidam homines, cùm à dæmone ſe correptos eſſe ſimularent, ea ſimulatione, quod nunc quoque contingit, ad quæſtum abutebantur. Id hoc canone vetitum eſt, ac ejuſmodi impoſtores pœnis, & quidem gravioribus, coërcendos eſſe decretum. Eos quippe iiſdem laboribus & aſperitatibus exerceri placet; quibus qui arreptitii revera ſunt, dæmonis fugandi cauſa fatigantur. Nam illi, inquit, ob morum improbitatem ſe in familiaritatem cacodæmonis inſinuantes, impuro ſpiritui intima conjunctione copulantur: quam rem magni Pauli teſtimonio confirmat; Qui Deo, inquit, adhæret, unus eſt ſpiritus.

ΑΡΙΣΤ. Εἴ τις ὑποκρίνεται δαιμονᾶν, τὰ τῶν δαιμονώντων ἐπιτίμια ὑποσήσεται.

C Arist. *Qui dæmone ſe correptum ſimulat, dæmoniacorum pœnas ſubibit.*

Εἰ ὁ κολλώμενος τῷ κυρίῳ, καὶ τῷ ἀποστόλῳ, ἓν πνεῦμά ἐστι, φανερὸν ὡς ὁ τῷ διαβόλῳ ἑαυτὸν οἰκεῖον, ἓν γίνεται τῇ πρὸς αὐτὸν συναφείᾳ. διὰ τοῦτο τὸν ὑποκρινόμενον δαιμονᾶν, καὶ τὰ ἐκείνων φαίνειν σχηματιζόμενον, τοιαύταις αὐτὸν σκληραγωγίαις ὑποβάλλει καὶ πόνοις, οἵοις ἂν καὶ τὸν ἀληθῶς δαιμονῶντα πρὸς ἀπαλλαγὴν τῆς τοῦ δαίμονος ἐνεργείας.

Si qui Domino conglutinatur, ſecundùm Apoſtolum, unus eſt ſpiritus, manifeſtum eſt, quòd qui cum diabolo familiaritatem init, cum iſto conjunctione unum fit. Quapropter eum, qui ſe dæmoniis correptum ſimulat, & eorum opera perficere præ ſe fert, talibus eum afflictionibus ſubjicit & laboribus, qualibus & revera dæmone correptum, ut dæmonis operatione eximatur.

ΚΑΝΩΝ ξά'.

Canon LXI.

D

Οἱ μάντεσιν ἑαυτοὺς ἐκδιδόντες ἢ τοῖς λεγομένοις ἑκατοντάρχοις, ἤ τισι τοιούτοις, ὡς ἂν παρ' ἐκείνων μάθοιεν, ὅ, τι ἂν αὐτοῖς ἐκκαλύπτεσθαι βούλοιντο καὶ τὰ πρόλυσι ὑπὸ τῶν πατέρων παρειλημμένα, ὑπὸ τὸν κανόνα πιπτέτωσαν τῆς ἐξαετίας. τὸν αὐτὸν δὲ τούτῳ καθυποβάλλεσθαι δεῖ, καὶ τοὺς τὰς ἄρκτους ὑπαγομένους, ἢ τοιαῦτα ζῷα, πρὸς παίγνιον καὶ βλάβην τῶν ἁπλουστέρων, καὶ τύχην, καὶ εἱμαρμένην, καὶ γλυκαλογίαν, καὶ τοιούτων τινῶν ῥημάτων ὄχλον καὶ τοὺς τῆς πλάνης λήρους φωνοῦντας, τάς τε λεγομένας νεφοδιώκτας, καὶ γυτδύτας, καὶ φυλακτηρίους, καὶ μάντεις, ὑπομένοντας ὑπὸ τούτοις καὶ μὴ μετατιθεμένους καὶ ἀποφεύγοντας τὰ ὀλέθρια ταῦτα καὶ Ἑλληνικὰ ὑπηνεύματα, πανταπασιν ἀπορρίπτεσθαι τῆς ἐκκλησίας ὀφείλομεν, καθὼς καὶ οἱ ἱεροὶ κανόνες διαγορεύουσι. τίς γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; ὡς φησιν ὁ ἀπόστολος, ἢ τίς συγκατάθεσις ναῷ θεοῦ μετ' εἰδώλων; ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετ' ἀπίστου; τίς δὲ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαρ;

D

Qui vatibus ſeipſos tradiderunt, vel iis qui Centuriones dicuntur, vel aliis ejuſmodi, ut ab illis diſcant, ſi quid ſibi revelari velint: convenienter iis quæ de ipſis à patribus nuper conſtituta ſunt, ſexennii canoni ſubjiciantur. Eidem autem eos quoque ſubjici oportet, qui urſas vel ejuſmodi animalia, ad ludum & ſimpliciorum noxam circumferunt, & fortunam, ac fatum, & genealogiam, & quorundam ejuſmodi verborum multitudinem ex fallaciæ impoſturæque nugis proferunt: eoſque, qui nubium perſecutores & incantatores & amuletorum præbitores & vates appellantur. Eos autem, qui in iis perſiſtunt, & non ab ejuſmodi perniciosis gentilibúſque ſtudiis avertuntur & aufugiunt, Eccleſia omnino exturbandos decernimus: ſicut & ſacri canones dicunt. Quæ eſt enim luci cum tenebris communicatio? ut ait Apoſtolus; vel quæ templo Dei cum idolis conſenſio? vel quæ fideli cum infideli pars eſt? Quæ autem Chriſto eſt cum Belial concordia?

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ κε'. κεφ. τοῦ θ'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος κατεστρώσαμεν διαφόρους νόμους περὶ μάγων καὶ ἐπαοιδῶν καὶ ἑτέρων τοιούτων, καὶ ἀναγνῶναι τούτους. ὁ δὲ παρὼν κανὼν διορίζεται, μηδένα μάντεσιν ἢ γόησιν προσέρχεσθαι ἢ τοῖς λεγομένοις ἑκατοντάρχοις, ἢ τοῖς ὑπουργουμένοις τὰς ἄρκτους ἢ τοῖς νεφοδιώκταις; ἢ τοῖς γυτδύταις, ἢ τοῖς παρέχουσι τὰ φυλακτήρια. εἰ δέ τις τοῦτο ποιήσῃ, ὅτι ἐξαετίαν ἀφορισθήσεται· καὶ ὑπομένων τῷ κακῷ, τῆς ἐκκλησίας ἐκκηρυχθήσεται, καὶ οὐκέτι μετὰ τῶν ὀρθοδόξων συναυλισθήσεται. τίς γὰρ, φησι, κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; καὶ τὰ ἑξῆς. Ταῦτα τοῦ κανόνος διορίζομένου, καὶ ἀποτρέποντος τὰς δαιμονιώδεις τοιαύτας ἐργασίας, ὡς ἐκ τῆς Ἑλληνικῆς καὶ ἐθνικῆς ἀπιστίας καταγομέ-

E

F

Bals. In xxv. cap. ix. tit. præſentis operis diverſas leges poſuimus de magis, incantatoribus & aliis ejuſmodi, quas lege. Præſens autem canon conſtituit, ne quis ad vates vel præſtigiatores accedat, vel ad eos qui dicuntur Centuriones, vel ad eos qui urſas trahunt, vel ad nubium perſecutores, vel incantatores, vel ad eos qui præbent amuleta. Si quis autem hoc fecerit, ſexennio ſegregabitur: & ſi in malo perſeveret ab Eccleſia publicè ejicietur, & non amplius cum orthodoxis verſabitur. Quæ eſt enim, inquit, communicatio luci cum tenebris? & cætera. Cùm canon hæc decernat, & ejuſmodi dæmoniacas operationes avertat, ut quæ à gentili infidelitate oriantur, particulatim quærenda ſunt quæ hoc canone comprehenduntur.

Digitized by Google

duntur. Vates dicuntur palmæ inſpectores, iique qui in pelve divinant, & ii qui per ſacrificia patrem ſuum Satanam de re aliqua interrogant: & omnes, ut ſemel dicam, qui per quædam ſigna ex ſuggeſtione dæmoniaca ſcire futura profitentur, & ſe dæmoni addicunt. Centuriones ſunt qui à nobis primicerii dicuntur: erant autem antiquitùs homines ſenes, utique prudentiores, & ſe reliquis conſulere præ ſe ferentes; qui quidem cùm per execrabiles hujuſmodi operationes ſimpliciores ſeducerent, ut pſeudothei colebantur. Urſas trahere dicuntur ii, qui arctotrophi, id eſt, urſorum altores, appellantur: qui quidem in capite & totius animalis corpore tincturas appendentes, & pilos ex ipſo tondentes, eos unà cum tincturis dant, ut remedia & amuleta, & tanquam in morbis & faſcinantibus oculis aliquid conferre poſſint. Alii verò ſerpentes in ſinu geſtantes, qui etiam ἀνιζήμοι dicuntur, hunc quidem die maligno, illum verò felici ſidere natum eſſe dicunt, & futuras felicitates & infelicitates annunciant, & alia quædam nugantur, quæ nec ſcribi quidem digna ſunt. Nubium perſecutores dicuntur, qui, quæ multis ignota ſunt, ex nubibus prænuntiant. Nonnulli enim nubes aſpicientes, & præcipuè quando ſole occidente ſunt maximè candentes, ſe ex iis ſcire veritatem nugantur: & ex hac quidem nube, quæ columbæ (Græcè φάτται dictæ) eſt ſimilis, dicunt, φάσσειν, hoc eſt, caſum, vel eventum interroganti imminere; ex altera, quæ homini enſem intentanti ſimilis eſt, bellum ſignificant; ex alia, quæ eſt leoni ſimilis, Imperatoris mandatorum executionem prædicunt, & alias quaſdam alienas nugas Apollineorum inſtar vatum debacchantur. Incantatores autem, quot videas, qui divina quædam cantica dicunt, & nominum martyrum meminerunt, vel etiam ſolius ſanctiſſimæ virginis? Quæ omnia divini patres & Eccleſiæ doctores eſſe fugienda ſtatuunt, & plus quàm alij, ſanctus Chryſoſtomus, in homiliis de ſtatuis apertè ſic dicens: Non ſolùm alligata amuleta, ſed & carmina ſeu incantationes ei applicas, temulentas & delirantes aniculas in tuam domum & introducens, & non erubeſcis, nec pudore ſuffunderis, ſi poſt tantam humanitatem ad hæc ſtupefactus attonitúſque reddaris; &, quod eſt deceptione gravius, quando ne hæc facias admonitus, te defendere exiſtimans, dicis, Chriſtiana eſt mulier quæ hæc incantat, & nihil aliud quàm Dei nomen loquitur. Propterea ergo, inquit, eam magis odi & averſor, quæ Dei nomine in eo abuſa eſt, quòd cùm dicat ſe eſſe Chriſtianam, ea quæ ſunt Græcorum oſtentet. Nam & dæmones Dei nomen loquebantur, ſed erant dæmones: & Chriſto ſic dicebant, Novimus te quis ſis, ſanctus Dei; os tamen eis occludebat, & expellebat. Amuletorum autem præbitores dicuntur, qui fraude dæmonis eis, qui à ſe decipiuntur, ſacculos quoſdam ex ſericis filis contextos, qui & πυξία dicuntur, præbent, quæ aliquando quidem intus habent ſcripturas, aliquando verò falſa quædam alia, quæcunque inciderint. Dicunt autem hæc juvare, ſi ex collis eorum, qui illa accipiunt, perpetuò pendeant, ad omne malum vitandum. Si haberem tempus narrandi ea quæ vidi ſynodicè puniri, de iis magnam narrationem conficerem: ſed pauca jam dicentur. Præfectus quidam Hoſii de re ejuſmodi accuſatus, manifeſtò deprehenſus eſt in ſinu ferens indumentum infantis nuper nati, & dixit hoc ſibi datum fuiſſe à quadam muliere, ad avertendum eiſque os occludendum, qui adverſus eum dicere conarentur. Unde etiam condemnationi ſubjectus fuit. Alius ſacerdos accuſatus, quòd magna quinta feria ſanctum panem dabat diverſis mulieribus & viris, ut convinceretur qui rem aliquam ſurripuerat, qui ex eo, quòd hoc non facilè ebibit, bibit poculum depoſitionis. Et alius ſacerdos, cum Evangelio ligno alligato, quod

A νας, ζητητέον τὰ κατὰ μέρος τῷ κανόνι προσεχόμενα. μάντεις λέγονται οἱ παλαμοσκόποι, οἱ λεκανομάντεις, οἱ διὰ δυσιῶν καὶ πυθέρα αὐτῷ καὶ σατανᾶν ἐρωτῶντες, ἁπλῶς πάντες· οἱ δι' τινων σημείων ἐξ ὑποθήκης δαιμονικῆς τὰ μέλλοντα βλέπειν προαγορεύοντες, καὶ τῷ δαίμονι ἑαυτοὺς προκατιδόμενοι. ἐκαλόνταρχοί εἰσιν οἱ πρὸ ἡμῶν λεγόμενοι πριμικήριοι· ἦσαν δὲ οἱ παλαιὸν ἄνθρωποι γηραλέοι, φρονιμώτεροι δοκοῦντες, καὶ κατὰ συμβουλὴν τῶν λοιπῶν ὑποφέροντες, οἵ τινες διὰ ποιούτων μαγειῶν ἐργασιῶν τοὺς ἁπλουστέρους πλανῶντες, ὡς ψευδόθεοι σεβάζοντο. ἄρκτους θηρεύειν λέγονται, οἱ καλούμενοι ἀρκτοτρόφοι οἵ τινες βάμματα ἐξαρτῶσι κατὰ τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ ὅλου σώματος τοῦ ζώου, καὶ τρίχας κείροντες ἐκ τούτου, διδόασιν ταύτας σὺν τοῖς βάμμασιν, ὡς φυλακτήρια, καὶ ὡς δυναμένας λυσιτελῆσαι ἐν νόσοις καὶ ἐν βασκάνοις ὀφθαλμοῖς. ἄλλοι δὲ τοὺς ὄφεις ἐγκολπιζόμενοι, οἱ καὶ ἀνιζήμοι λεγόμενοι, ὃν μὲν φασι γεγενθλιῶσθαι εἰς ἡμέραν κακοποιόν, ὃν δὲ αὐτῶν ἀστέρα ἀγαθὸν, δύτυχίας καὶ δυσχίας γενησομένας ἀπαγγέλλουσι, καὶ ἄλλα τινὰ φλυαροῦσι, μηδὲ γραφῆ παραδοθῆναι ἄξια. νεφοσκόπαι, λέγονται, οἱ ἐκ τῶν νεφῶν προμαντεύοντες δῆθεν τὰ τοῖς πολλοῖς ἄγνωστα. τινὲς γὰρ βλέποντες τὸ νέφος, καὶ μᾶλλον ὅταν δυσκόντου τοῦ ἡλίου γίνονται πυρωδέστερα, φλυαροῦσιν ἐκ τούτων μαντεύειν ἀλήθειαν. ἐκ τοῦ δὲ μὴ γὰρ τοῦ νέφους ἐοικότος πτῶσιν, φάσσειν λέγουσι τῷ ἐρωτῶντι ἐπελθεῖν· ἐξ ἑτέρου ἐοικότος ἀνθρώπῳ σπάθην ὑποφερομένῳ, πόλεμον προμαντεύουσιν· ἐξ ἄλλου ἐοικότος λέοντι, βασιλικῶν προσταγμάτων προλέγουσιν ἐνέργειαν, καὶ ἄλλα τινὰ ἀλλόκοτα ἀποφοιβάζουσι φλυαρήματα. γυναῖκας δὲ πόθεν ἂν ἴδῃς λέγοντας θεῖα τινὰ ψαλμῳδήματα, καὶ μεμνημένους ὀνομάτων μαρτυρικῶν, ἢ καὶ αὐτῆς τῆς ἁγίας θεοτόκου; ἄπιστα δὲ οἱ θεοφόροι πατέρες καὶ τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλοι φεύγειν διορίζονται, καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων, ὁ θεῖος Χρυσόστομος, λέγων εἰς τοὺς ἀνδριάντας ταῦτα ῥητῶς· οὐ φάρμακα δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπῳδὰς αὐτῷ φέρεις, γραϊδία μεθύουσα καὶ παραπαίουσα εἰς τὴν οἰκίαν σαυτῆς εἰσάγων, καὶ σὺν αἰσχύνῃ, οὐδὲ ἐρυθριᾷ μὴ τοσούτῳ φιλανθρωπίαν πρὸς ταῦτα ἐπιτομένου, καὶ ὃ χαλεπώτερον τῆς ἀπάτης, ὅταν μὴ κωλυόμενος ταῦτα μὴ ποιεῖν, δοκῇ ἀπολογεῖσθαι, φησὶ, Χριστιανή ἐστιν ἡ γυνὴ ἡ ταῦτα ἐπάδουσα, καὶ οὐδὲν ἕτερον φθέγγεται ἢ τὸ θεοῦ ὄνομα. διὰ τοῦτο μὲν οὖν αὐτὴν μᾶλλον μισῶ καὶ ἀποστρέφομαι, ὅτι τοῦ θεοῦ τῷ ὀνόματι κακῶς κέχρηται, ὅτι λέγουσα Χριστιανὴ εἶναι, τὰ τῶν Ἑλλήνων ὑποδείκνυται. καὶ γὰρ οἱ δαίμονες τοῦ θεοῦ ὄνομα ἐφθέγγοντο ἀλλ' ἦσαν δαίμονες· καὶ ὅτε ἔλεγον πρὸς Χριστὸν, οἴδαμέν σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ, καὶ ὅμως ἐπεστόμιζεν αὐτοὺς καὶ ἀπήλαυνε. φυλακτήριοι δὲ λέγονται, οἵ κατὰ ἀπάτην δαιμονικὴν διδόντες τοῖς ὑπ' αὐτῶν ἀπατωμένοις δίματά τινα ἐκ σερικῶν νημάτων ὑφασμένα, καὶ πυξία λεγόμενα, ἔχοντα ἔσωθεν ποτὲ μὲν γραφὰς, ποτὲ δὲ ψευδή τινα ἕτερα τὰ συμπίπτοντα· καὶ λέγοντες ὀφείλειν ταῦτα διλωσοῦν ἐκ τῶν παχέων τῶν λαμβανόντων αὐτὰ ἐξεωρῆσθαι εἰς φυλακὴν παντὸς κακοῦ. εἴωθε οὖν εἴ τι κακὸν ἀφηγήσασθαι ὅσα εἶδον τοιαῦτα συνοδικῶς ἐκδικηθέντα, μεγάλην ἂν τὴν περὶ τούτων ἐποιησάμην ἀφήγησιν. εἰρήσεται δὲ ὀλίγα αὐτίκα. πρῶτος τις τοῦ Ὁσίου περὶ τοιούτων τινῶν κατηγορηθεὶς, διρέθη ἐπ' αὐτοφώρῳ ἐγκόλπιον ἔχων ἔνδυμα νεογνοῦ παιδίου, καὶ εἶπε τοῦτο δεδόσθαι αὐτῷ παρά τινος γυναικὸς εἰς ἀποτροπὴν καὶ βασκανίαν τῶν ἐπιχειρούντων κατ' αὐτοῦ λέγειν. ὅθεν καὶ καθοσιώσει ὑπέπεσεν. ἕτερος ἱερεὺς αἰτιαθεὶς, ὡς διδοὺς τὸ ἅγιον ἄρτον τῆς μεγάλης πέμπτης διαφόροις γυναίοις καὶ ἀνδράσιν, ἐφ' ᾧ ἐλεγχθῆναι τὸ ἀποσυλήσαντα τὸ δέτι προσάγμα· ἐν τῷ μὴ ῥᾳδίως τοῦτον καταπιεῖν, καθαιρέσεως ποτήριον ἔπιε. καὶ ἄλλος ἱερεὺς μετ' εὐαγγελίου ξύλῳ συνδεδεμένῳ, καὶ κυκλικῶς περιφερόμενος

ςρεφομένου κατηγορηθεὶς ἐρωτήσεις ποιεῖν περί τινων ὑποθέσεων διὰ ψαλμῶν Δαβιδικῶν, καὶ διὰ τοῦτο πολλοὺς ἀναντίους εἰς μεγάλας ὀχλήσεις ἀγαγὼν, ἀσύγνωςος ἔμεινε. μοναχοὶ δὲ πολλοὶ, καὶ ταῦτα καθηγηταὶ, συνοδικῶς ἐκολάσθησαν, ὅτι προσῆλθον γυναιξί τισι, μετὰ κριθαρίων ἀπαγγελλούσαις τὰ παρά τινων ἀγνοούμενα. τοιαῦται εἰσὶ καὶ αἱ λεγόμεναι κρίτρια, αἱ ταῖς ἐκκλησίαις καὶ ταῖς ἁγίαις εἰκόσι προσεδρεύουσαι, καὶ κηρύσσουσαι ἐκ τούτων μανθάνειν τὰ μέλλοντα, καὶ προλέγουσαι, ὡσεί τινες ἔχουσαι Πύθωνος πνεῦμα, τὰ ἀγνούμενα. γίνωσκε δὲ ὅτι ὁ μὲν παρὼν κανὼν τοὺς προσερχομένους τούτοις, ὡς εἴρηται, κολάζει. ἄλλοι δὲ κανόνες καὶ οἱ καταςρωθέντες νόμοι ἐν τῷ κέ. κεφ. τοῦ θ'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, οὐ μόνον τούτους, ἀλλὰ καὶ τοὺς προσταιτίους καὶ αὐτουργοὺς μεγάλως κολάζουσιν. ἀκούων δὲ ἐπὶ ἑξαετίαν κολάζεσθαι τοὺς προσελθόντας τοιούτοις τισὶ, λέγε τούτους λαϊκούς. οἱ γὰρ ἱερωμένοι καθαιρεθήσονται· σημείωσαι δὲ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος, ὅτι ὁ μὲν ἁμαρτάνων καὶ ἐπιςρέφων συγγινώσκεται, καὶ μετρίως κολάζεται· ὁ δὲ ἐπιμένων τῷ κακῷ, καὶ ἄκων πρὸς τὸ βέλτιον μεταῤῥυθμιζόμενος, μεγάλως κολάζεται. καὶ ἐνταῦθα γὰρ, ὁ μὲν προσελθὼν καὶ ἐξομολογούμενος τὸ ἁμάρτημα δι' ἀφορισμοῦ ἐξαετοῦς κολασθήσεται, ἢ καὶ συμπαθέςερον κατὰ τὸ δόξαν τῷ Επισκόπῳ. ὁ δὲ ἐπιμένων τῷ κακῷ ἐκκήρυκτος τῆς ἐκκλησίας γενήσεται. ἐπεὶ δὲ ἤκουσά τινος λέγοντος, ὀφείλειν συγγινώσκεσθαι τοὺς χάριν θεραπείας σωματικῆς ἢ ἑτέρου τινὸς σωτηριώδους τοιαῦτα πράττοντας, λέγω ὅτι τῆς τοῦ δαίμονος μεθοδείας καὶ τοῦτό ἐςιν. ὁπωσδήποτε γὰρ χρᾶσθαι τοιούτῳ τινὶ ὀλεθριώτατόν ἐςι. καὶ ἀνάγνωσον τοὺς καταςρωθέντας νόμους εἰς τὸ σχόλιον τοῦ κέ. κεφ. τοῦ θ'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τὴν ξέ· νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ φιλοσόφου, διορίζομένην περὶ τὸ τέλος ταῦτα ῥητῶς· εἴτις δὲ ὅλως τοιαῦτα φωραθείη μαγγανευόμενος, εἴτε προφάσει τῆς τοῦ σώματος θεραπείας, εἴτε ἀποτροπῆς τῆς τῶν καρπίμων βλάβης, τὴν ἐσχάτην εἰς πραττέσθω ποινὴν, τῶν ἀποςατῶν κόλασιν ὑφιςάμενος.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς πιςοὺς οὐδενὶ κεχρῆσθαι δέον ἐςὶ τῶν οἷς οἱ ἐθνικοὶ καὶ ἄπιςοι κέχρηνται, καὶ οἷς ἐκέχρηντο Ελληνες μαντείαις λέγω καὶ γοητείαις καὶ τοιούτοις ἄλλοις οἱοισδήτισι καλουμένοις, ὀνόμασιν οὐδὲ ζητεῖν διὰ τοιούτων μανθάνειν ἃ γνῶναι βούλονται. φασὶ γὰρ οἱ θεοφόροι πατέρες καὶ τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλοι, καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων ὁ θεῖος Χρυσόςομος, ὅτι κἂν τὸ τῆς ἁγίας τριάδος ὄνομα ἐπιλέγηται τοῖς τοιούτοις, κἂν ἁγίων γίνωνται ἐπικλήσεις, κἂν τὸ σημεῖον τοῦ θείου ςαυροῦ ἐπάγηται, φεύγειν δεῖ τὰ τοιαῦτα καὶ ἀποτρέπεσθαι. διὸ καὶ οἱ τῆς συνόδου ταύτης πατέρες τοὺς τοιοῦτόν τι ποιοῦντας ἐπὶ ἑξαετίαν ἀφορίζεσθαι διωρίσαντο. (ἀλλὰ τὸν ἀφορισμὸν ἐπὶ λαϊκῶν νοητέον· οἱ γὰρ ἱερωμένοι καθαιρεθήσονται. ἐν οἷς γὰρ πταίσμασιν οἱ λαϊκοὶ ἀφορίζονται, ἐν τούτοις οἱ ἱερωμένοι καθαιροῦνται) ἐπιμένοντας δὲ τούτοις, καὶ τῆς ἐκκλησίας ἐκκόπτεσθαι, ἤγουν τῆς τῶν πιςῶν ὁμηγύρεως. καὶ οὐ μόνα τὰ εἰρημένα κωλύει γίνεσθαι ὁ κανὼν, ἀλλὰ τῷ αὐτῷ ἐπιτιμίῳ ὑποβάλλει καὶ τοὺς τὰς ἄρκτους ἐπισυρομένους ἢ τοιαῦτα ζῶα πρὸς παίγνιον καὶ βλάβην τῶν ἁπλουςέρων. καὶ γὰρ βάμματα ἐξαρτῶσιν αὐτῶν, καὶ τρίχας κείροντες ἐξ αὐτῶν, διδόασι γυναιξὶν ὡς φυλακτήρια, καὶ ὡς τάχα ἐν νόσοις, ἢ βασκάνοις ὀφθαλμοῖς λυσιτελεῖν τι δυνάμενα· αἱ δὲ ταῦτα ὡς ἀναγκαῖα λαμβάνουσαι, μισθὸν ἐκείνοις παρέχουσι, καὶ ἀξιοῦσι τὰ τέκνα αὐτῶν τοῖς νώτοις τοῦ θηρὸς ἐπιθέσθαι, ὡς δή τινων κακῶν ἀποτροπῆς ἐσομένης ἐκ τούτου τοῖς παισὶν ἑαυτῶν καὶ τοὺς τύχην ὀνομάζοντας καὶ εἱμαρμένην καὶ γενεαλογίαν. ταῦτα δὲ Ελληνικῆς εἰσι φλυαρίας. ὁμοίως ἐπιτιμᾶσθαι διακελεύεται· τίς γάρ φησι κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; καὶ τὰ διὰ τούτοις συνημμένα λοιπὰ τοῦ ἀποςόλου ῥητά.

in orbem circumagebatur, accusatus, quòd interrogationes faceret de quibusdam rebus per Psalmos Davidicos, & multis propterea insontibus negotia ac molestias exhiberet, veniam impetrare non potuit. Multi etiam monachi, atque adeò priores, synodicè puniti sunt, quòd ad quasdam mulieres accessissent, quæ cum hordeo, ea quæ ab aliis ignorātur, enunciant. Hæ sunt quæ dicuntur κρίτρια, quæ Ecclesiis & sanctis imaginibus assidentes, & se ex iis discere futura prædicantes, non secus ac quæ Pythonis habent spiritum quæ ignorantur prædicunt. Scias ergo, quòd præsens quidem canon eos, qui ad illos accedunt, ut dictum est, punit. Alii autem canones, & leges sitæ in xxv. cap. ix. tit. præsentis operis, non eos solùm, sed & primos auctores ac effectores valde puniunt. Cùm autem audis eos qui ad aliquos hujusmodi accedunt sexennio puniri, dic eos Laicos. Qui enim sunt sacris initiati deponentur. Nota autem ex præsenti canone, quòd ei quidem, qui peccat & convertitur, datur venia, & leviter punitur: qui autem in malo perseverat, & invitus ad id quod est melius traducitur, graviter punitur. Nam & hîc, qui accessit & peccatum confessus est, per sexennii segregationem puniatur, vel etiam mitiùs ut Episcopo videbitur: qui autem in malo perseverat ex Ecclesia expellitur. Quoniam verò audivi quendam dicentem, eis debere ignosci, qui pro corporali medela, vel aliqua alia re salutifera hæc faciunt, dico quòd hoc quoque est occulto diaboli circumventio. Nam quomodocunque ea re uti est perniciocissimum. Lege quæ in commentario xxv. cap. ix. tit. præsentis operis positæ sunt leges, & lxv. Novellam Imp. domini Leonis philosophi, hæc circa finem expressè definientem: si quis autem omnino hac præstigiatoria arte uti deprehensus fuerit, sive corporis medelæ prætextu, sive avertendæ à fructibus noxe, extremum luat supplicium, apostatarum pœnam subiens.

ZONAR. A vaticinationibus & præstigiis & quocunque demum nomine appellentur ejusmodi aliis, quibus ethnici homines & à fide alieni Græcique quondam addicti fuerant, prorsus abstinere, neque his artibus ignota sibi vestigare fideles oportet. Ita enim Deo pleni Patres & Ecclesiæ magistri, ac ex omnibus divinus in primis Chrysostomus docent, etiamsi sanctæ Trinitatis nomen ejusmodi actionibus admisceatur, si cœlites etiam advocentur, divinéque insuper signum crucis interponatur, fugere tamen ea nos ac penitus aversari debere. Proinde hujus quoque Synodi Patres, qui tale quidpiam admiserint, segregari ad sex annos jussere: (Quæ tamen de laicis accipienda segregatio est: sacri námque ordinis homines depositione punientur. Nam quæ ob crimina segregatio laicis irrogatur, ob ea sacris ordinibus initiati depositione mulctari solent) ac, nisi postea resipuerint, ab Ecclesiæ corpore abscindi, hoc est, è toto fidelium cætu eliminari. Nec ea solùm, quæ diximus, Canon fieri vetat, sed eos quoque qui ursas aliáve id generis animantia ad imperitorum oblectamentum simul noxámq; circunducunt, iisdem pœnis obnoxios esse decernit. Suspensas enim de corporibus ferarum tincturas, detractósque iisdem villos pro amuletis contra morbos & fascinationes mulierculis tradunt: illæq; pretium quasi accepto necessario medicamento persolvunt, infantésq; suos, veluti probato ad calamitates avertendas remedio, feræ tergo imponi rogant. Tum qui fortunæ aut fati aut genealogiæ nomen usurpaverit, quæ omnia prophanæ superstitionis sunt, iisdem pœnis canon mulctandos esse constituit. Quæ enim, ait, societas luci cum tenebris? aliáque deinceps Apostoli verba continuat.

Digitized by Google

ARIST. *Qui centurionibus vel dæmonibus seipsum tradit, ut aliquid secreti ediscat, sexennium substernatur. Eodem modo & qui ursum circumfert, qui incantatoribus & nubium persecutoribus se conjungit, & fortunæ fatoque fidem habet, ab Ecclesiæ conventu arceatur.*

Eos, qui Ethnicorum sequuntur mores, & vatibus ac incantatoribus seipsos tradiderunt, ut arcana quædam ex iis discerent; & eos similiter qui ursos, aut alia quæcunque animalia ad ludum & simpliciorum deceptionem circumferunt, & fortunam & fatum & genealogias proferunt, eosque qui incantatoribus fidem habent, & istis qui nubium persecutores dicuntur, decrevit sancta synodus sex annos pœnam luere, ita ut quatuor annos inter substratos permaneant, ac duos alios annos cum fidelibus constituantur, & sic divinis Sacramentis haberi dignos. Si autem nec per inflictam pœnam corrigi possunt, & à Græcanicis istis institutis non convertuntur, Ecclesiâ prorsus abjiciendos esse.

CANON LXII.

Calendas, & Bota, & Brumalia ut vocantur, & conventum, qui in primo Martii mensis die fit, ex fideliũ civitate omnino tolli volumus; sed & publicas mulierum saltationes multam noxam exitiúmque afferentes; quin etiam eas, quæ nomine eorum qui falso apud Græcos dii nominati sunt; vel quæ à viris ac mulieribus fiunt saltationes ac mysteria, more antiquo & à vita Christianorum alieno, amandamus & expellimus: statuentes, ut nullus vir deinceps muliebri veste induatur, vel mulier veste viro conveniente; sed neque comicas vel satyricas vel tragicas personas induat, neque execrandi Bacchi nomen uvam in torcularibus exprimentes invocent, neque vinum doliis infundentes risum moveant, ignorantiâ vel vanitate ea quæ à dæmonis impostura procedunt exercentes. Eos ergo, qui deinceps aliquid eorum quæ scripta sunt aggredientur, ubi ad horum cognitionem pervenerint, si sint quidem Clerici, deponi jubemus: si verò Laici, segregari.

BALS. Nota præsentem canonem, & quære correctionem in iis, quæ fiunt à Clericis in festo Natalis Christi, & festo Luminarium, adversus eum, & magis in sanctissima magna Ecclesia. Ex Chronologicâ enim historiâ Scylitzæ, hoc malum non fuisse ab antiquis traditum, sed ex permissione Theophylacti Patriarchæ Constantinop. filii Imp. domini Romani Lacapeni pro comperto habetur. Enumerat enim hic historicus, unà cum reliquis improbis & diversis ejusdem Patriarchæ actis, hoc malum. Calendæ dicuntur decem primi dies mensis, nonæ secundi, idus tertii. Sic autem appellatæ sunt à tribus proceribus Romanis, qui Romanos à malo famis eripuerunt. Mos ergo erat apud Romanos in eorum memoriam festum annuatim paulo gentiliùs magisque more Græco celebrare, & quædam indecora facere: quod etiamnum fit à quibusdam rusticis, primis Januarii mensis diebus, non more Romano calendarum & reliquorum recordantibus, sed eo quòd Luna tunc temporis renovetur, & ejus fundamentum ab hujus mensis principio statuatur, & quòd existiment se lætè ac jucundè totum annum transacturos, si in ejus principio festum celebraverint. Ejusmodi festum est alienum, & ea quæ dicuntur Rusalia, quæ post sanctum Pascha ex mala consuetudine fiunt in externis regionibus. Bota & Brumalia Græca festa sunt; Illud quidem, quod fit pro falso nominato Deo Pane, qui

A ΑΡΙΣΤ. Ὃς ἑαυτὸν ἑκατοντάρχοις ἢ δαίμοσιν ἐπιδῷ, ὥστε τι τῶν ἀπορρήτων μανθάνειν, ἑξαετίαν ὑποπιπτέτω. κατὰ ταὐτὸ καὶ ὁ ἄρκτον ἐπισυρόμενος, ὁ γυντευταῖς καὶ νεφοδιώκταις κολλώμενος, καὶ εἱμαρμένῃ καὶ τύχῃ πιστεύων, τῆς ἐκκλησίας ἀποσυναγωγός.

Τοὺς ἐξακολουθοῦντας τοῖς ἔθεσι τῶν ἐθνῶν, καὶ μάντεσιν ἢ ἐπαοιδοῖς ἑαυτοὺς ἐκδεδωκότας, ὡσὰν μάθωσιν ἐξ αὐτῶν ἀπόρρητά τινα· ὡσαύτως καὶ τοὺς ἐπισυρομένους τὰς ἄρκτους ἢ ἕτερά τινα ζῶα πρὸς παίγνιον καὶ πλάνην τῶν ἁπλουστέρων, καὶ τύχην καὶ εἱμαρμένην καὶ γενεαλογίας λέγοντας, καὶ τοὺς πιστεύοντας τοῖς γοητευταῖς καὶ τοῖς λεγομένοις νεφοδιώκταις, ὥρισεν ἡ σύνοδος ἑξαετίαν ἐπιτιμᾶσθαι· ὥστε ἐν τέσσαρσιν ἔτεσι μετὰ τῶν ὑποπιπτόντων ἵστασθαι, ἐπὶ δὲ δυσὶν ἄλλοις ἔτεσι συνίστασθαι τοῖς πιστοῖς, καὶ οὕτως ἀξιοῦσθαι τῶν θείων ἁγιασμάτων. εἰ δὲ ἀδιόρθωτοι μένουσι καὶ μετὰ τὸ ἐπιτίμιον, καὶ τῶν ἑλληνικῶν τούτων ἐπιτηδευμάτων οὐ μετατίθενται, τῆς ἐκκλησίας παντάπασιν ἀπορρίπτεσθαι.

B

ΚΑΝΩΝ ξβ'.

Τὰς οὕτως λεγομένας Καλάνδας, καὶ τὰ λεγόμενα Βοτὰ, καὶ τὰ καλούμενα Βρουμάλια, καὶ τὴν ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ Μαρτίου μηνὸς ἡμέρᾳ ἐπιτελουμένην πανήγυριν, καθάπαξ ἐκ τῆς τῶν πιστῶν πολιτείας περιαιρεθῆναι βουλόμεθα· ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς τῶν γυναίων δημοσίας ὀρχήσεις, καὶ πολλὴν λύμην καὶ βλάβην ἐμποιεῖν δυναμένας· ἔτι μὴν καὶ τὰς ὀνόματι τῶν παρ' Ἕλλησι ψευδῶς ὀνομασθέντων θεῶν, ἢ ἐξ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν γινομένας ὀρχήσεις καὶ τελετὰς, κατά τι ἔθος παλαιὸν καὶ ἀλλότριον τοῦ τῶν Χριστιανῶν βίου, ἀποπεμπόμεθα· ὁρίζοντες, μηδένα ἄνδρα γυναικείαν στολὴν ἐνδιδύσκεσθαι, ἢ γυναῖκα τὴν ἀνδράσιν ἁρμόδιον· ἀλλὰ μήτε προσωπεῖα κωμικὰ ἢ σατυρικὰ ἢ τραγικὰ ὑποδύεσθαι, μήτε τοῦ βδελυκτοῦ Διονύσου ὄνομα τὴν σταφυλὴν ἀποθλίβοντας ἐν ταῖς ληνοῖς ἐπιβοᾷν, μηδὲ οἶνον ἐν τοῖς πίθοις ἐπιχέοντας γέλωτα ἐπικινεῖν, ἀγνοίας τρόπῳ ἢ ματαιότητος τὰ τῆς δαιμονιώδους πλάνης ἐνεργοῦντας. τοὺς οὖν ἀπὸ τοῦ νῦν τι τῶν προειρημένων ἐπιτελεῖν ἐγχειροῦντας, ἐν γνώσει τούτων καθισταμένους, τούτους, εἰ μὲν κληρικοὶ εἶεν, καθαιρεῖσθαι προστάσσομεν· εἰ δὲ λαϊκοὶ, ἀφορίζεσθαι.

C

D

ΒΑΛΣ. Σημείωσαι τὸν παρόντα κανόνα, καὶ ζήτησον διόρθωσιν ἐπὶ τοῖς γινομένοις παρὰ τῶν κληρικῶν εἰς τὴν ἑορτὴν τῆς γενήσεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν ἑορτὴν τῶν φώτων, ὑπεναντίως τούτῳ· καὶ μᾶλλον εἰς τὴν ἁγιωτάτην μεγάλην ἐκκλησίαν. καταλαμβάνεται γὰρ ἀπὸ τῆς χρονικῆς ἱστορίας τοῦ Σκυλίτζη, ὅτι οὐδὲ ἀρχαιοπαράδοτον ἐστὶ τὸ κακὸν, ἀλλὰ ἐξ ἐπιτροπῆς τοῦ χρηματίσαντος πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Θεοφυλάκτου, τοῦ υἱοῦ τοῦ βασιλέως κυροῦ Ρωμανοῦ τοῦ Λακαπηνοῦ. ἀπαριθμεῖται γὰρ ὁ τοιοῦτος ἱστορικὸς, μετὰ τῶν λοιπῶν φαύλων καὶ ἀλλαφόρων ἐργασιῶν τοῦ αὐτοῦ πατριάρχου καὶ τὸ τοιοῦτον κακόν. Καλάνδαι λέγονται αἱ πρῶται δέκα ἡμέραι τοῦ μηνὸς, νόνναι αἱ δεύτεραι, καὶ εἰδοῖ αἱ τρίται. ἐκλήθησε δὲ οὕτως ἀπό τινων τριῶν Ρωμαίων μεγιστάνων ἀνδρῶν, ἐν καιρῷ λιμοῦ τοὺς περὶ τὴν Ρώμην ἀποτρεψάντων. εἴθιστο γοῦν παρὰ Ρωμαίοις, εἰς μνήμην τούτων ἐτησίως πανηγυρίζειν Ἑλληνικώτερον, καί τινα ἄσεμνα διαπράττεσθαι, ὅπερ καὶ μέχρι τῶν νῦν παρά τινων ἀγροῦν γίνεται κατὰ τὰς πρώτας ἡμέρας τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς, οὐ κατὰ Ρωμαίους μεμνημένων τῶν καλανδῶν καὶ τῶν λοιπῶν, ἀλλὰ διὰ τὸ τηνικαῦτα τὴν σελήνην ἀνακαινίζεσθαι, καὶ τὸν θεμέλιον ταύτης ψηφίζεσθαι ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ αὐτοῦ μηνὸς, καὶ νομίζειν μετὰ εὐθυμίας τὸν ὅλον διελθεῖν αὐτοὺς ἐνιαυτὸν, ἐὰν ἐν τῇ καταρχῇ τούτου πανηγυρίσωσι. τοιαύτη πανήγυρις ἀλλόκοτός ἐστι, καὶ τὰ λεγόμενα ῥουσάλια, τὰ μετὰ τὸ ἅγιον Πάσχα ἀπὸ κακῆς συνηθείας ἐν ταῖς ἔξω χώραις γινόμενα. τὰ Βοτὰ καὶ τὰ Βρουμάλια, ἑορταὶ ἦσαν Ἑλληνικαὶ, ἡ μὲν τελουμένη χάριν τοῦ ψευδωνύμου θεοῦ τοῦ Πανὸς, τοῦ ἐφορῶντος, ὡς ἐφλυάρουν

E

F

οἱ

οἱ Ἕλληνες, ἅ τῷ βοτῷ, ἤγουν τὰ τῷ τροβάτων καὶ τῷ λοιπῶν ζώων. ἡ δὲ χάρις τοῦ Διονύσου, τοῦ σωτῆρος, ὡς ὀνῆνοι ἐβλασφήμουν, τοῦ οἴνου. Βρόμιος γὰρ ὀνόμαθετον τοῦ Διονύσου. καὶ ἦν Μάρτιον μηνὶ ἐτελεῖτο πανήγυρις Ἑλληνικὴ μεγάλη διὰ τὴν τῶν ὡρῶν καὶ τοῦ ἀέρος εὐκρασίαν· ὅτε καὶ ὀρχήσεις ἀπρεπεῖς ἐγίνοντο διά τινων γυναικείων καὶ ἀνδρῶν. ἅπαντα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια οἱ ἅγιοι πατέρες ἀποστρεφόμενοι, ἐπήγαγον μηδένα ἄνδρα ὁτεδήποτε κεχρῆσθαι γυναικείᾳ στολῇ, ἢ τοὐναπαλιν· ἀλλὰ μηδὲ προσωπεῖα κωμικὰ ὑποδύεσθαι ἢ τραγικὰ ἢ σατυρικά· μήτε μὴν τοῦ Διονύσου ὄνομα ἐν ταῖς λιμναῖς ὀνομάζειν, μηδὲ τοῖς πίθοις ἐγχεομένου τοῦ οἴνου γελᾶν καὶ ὑπερχαίρειν. τοὺς δὲ τοιοῦτόν τι ὑπερχρήσοντας ποιῆσαι μὴ τὸ λαθεῖν εἴδησιν τοῦ κανονικοῦ ὅρου, κληρικοὺς μὲν ὄντας, καθαιρεθῆναι· λαϊκοὺς δὲ ἀφορίζεσθαι. ζητητέον οὖν τίνα εἰσὶ τὰ κωμικὰ προσωπεῖα, τίνα τὰ τραγικά, καὶ τίνα τὰ σατυρικά. καὶ κωμικὰ μὲν εἰσι τὰ γελωτοποιὰ καὶ ἐφύβριστα, ὡς τὰ συγγραφέντα παρὰ τοῦ Ἀριστοφάνους. τραγικὰ, τὰ ὠδιπαθῆ καὶ τὰ θρηνώδη, ὡς τὰ τοῦ Εὐριπίδου ἰαμβεῖα. καὶ σατυρικὰ, τὰ εἰς ὕμνον τοῦ Διονύσου πεπλεγμένα ὀργιαστικὰ παρὰ Σατύρων καὶ Βακχῶν. ταῦτα τῷ πατέρων ὁρισαμένων ἁγιοπρεπῶς, καὶ τοῦ ξδ'. κεφ. τῆς ρκγ'. Ἰουστινιανείου νεαρᾶς, ἤτοι τοῦ ιγ'. κεφ. τοῦ α' τίτλου τοῦ δ'. βιβλίου ὠδιπελδομένου παῦτα ῥητῶς. πᾶσι δὲ καθάπαξ τοῖς ἐν κοσμικοῖς ἀναστρεφομένοις, καὶ μάλιστα τοῖς τὰ σκηνικὰ μετερχομένοις, ἀνδράσι τε καὶ γυναιξί, καὶ μὴν καὶ ταῖς προϊσταμέναις, ἀπαγορεύομεν κεχρῆσθαι σχήματι μοναχοῦ ἢ ἀσκητρίας, ἢ ὁτῳδήποτε τρόπῳ τοῦτο μιμεῖσθαι. ὅπερ εἰ ἁμένων πάντων τῶν τολμώντων ἢ χρήσασθαι τῷ τοιούτῳ σχήματι, ἢ μιμήσασθαι, ἢ ἐμπαῖξαι εἰς οἱανδήποτε ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν, ὅτι καὶ σωματικὰς τιμωρίας ὑποστήσονται, καὶ ἐξορίαν παραδοθήσονται. προνοούντων τοιούτου μόνον τοῦ κλήρου τόπον ὁσιωτάτων Ἐπισκόπων καὶ τῶν ὑπ' αὐτοὺς κληρικῶν, ἀλλὰ καὶ τοῦ πολιτικοῦ καὶ τοῦ στρατιωτικοῦ ἀρχόντων, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοὺς τάξεων, καὶ τοῦ κλήρου τόπον ἐκδίκων. οἱ δὲ σκηνικοὶ παντοῖα προσωπεῖα ὑποδύονται, καὶ ἀδεῶς τοὺς μοναχοὺς ἐμπαίζουσι καὶ τοὺς κληρικούς. ἀλλὰ καὶ τινες κληρικοὶ κατά τινας ἑορτὰς, περὶ διάφορα μεταχηματίζονται προσωπεῖα. καὶ ποτὲ μὲν, ξιφήρεις ἐν τῷ μεσοναῷ τῆς ἐκκλησίας μετὰ στρατιωτικοῦ ἀμφίου εἰσέρχονται, ποτὲ δὲ, καὶ ὡς μοναχοὶ προοδεύουσιν, ἢ καὶ ὡς ζῶα τετράποδα. ἐρωτήσας οὖν, ὅπως ταῦτα ἀπρεπῶς γίνεται, οὐδέν τι ἕτερον ἤκουσα, ἀλλ' ἢ ἐκ μακρᾶς συνηθείας ταῦτα τελεῖται. τοιαῦτά εἰσιν ὡς ἐμοὶ δοκεῖ καὶ τὰ παρά τινων δομεστικευόντων ἐν κλήρῳ γινόμενα, ἢ ἄρτια τοῖς δακτύλοις καὶ λιθόχρυσα τυπτόντων, καὶ φύκη τοῖς γνάθοις δῆθεν ἐπιτιθεμένων καὶ ὑποχρινομένων ἔργα τινὰ γυναικεῖα, καὶ ἕτερα ἀπρεπῆ, ἵνα πρὸς γέλωτα τοὺς βλέποντας μετακινήσωσι. τὸ δὲ γελᾶν τοὺς ἀγρότας ἐγχεομένους τοῦ οἴνου τοῖς πίθοις, ὡσεί τι ἀπρεπόμενον ἐξ ἀνάγκης ὀφεῖλον τοῖς λιμναζεῦσιν· εἰ μήτις εἴπῃ τὴν σατανικὴν ταύτην ἐργασίαν καταργεῖσθαι, διὰ τοῦ λέγειν τοὺς ἀγρότας συχνότερον ἐφ' ἑκάστῳ μέτρῳ καλόν ὄ, κύριε ἐλέησον. τὰ μέντοι ποτὲ γινόμενα ἀπρεπῆ παρὰ τῶν νοταρίων παιδοδιδασκάλων καὶ τὴν ἑορτὴν τῶν ἁγίων νοταρίων, μετὰ προσωπείων σκηνικῶν διερχομένων τὴν ἀγορὰν, πρὸ χρόνων τινῶν κατηργήθη, καθ' ὁρισμὸν τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου κυροῦ Λουκᾶ.

ut Græci nugabantur, pecoribus, scilicet ovibus, & reliquis animalibus, prospicit & eorum curam gerit: Hoc vero pro Baccho, vini, ut illi impie dicebant, conservatore. Est enim Bromius Bacchi epitheton. Mense autem Martio fiebat magna Græca concio, seu universalis conventus, propter bonam temporum & aëris temperiem: quo tempore etiam indecoræ saltationes à quibusdam mulierculis virisque fiebant. Quæ omnia & his similia sancti patres aversantes, nulli viro permittebant muliebri stola ullo modo uti, vel contrà; sed neque personas induere comicas vel tragicas vel satyricas: nec Bacchi quidem, nomen in torcularibus nominare, nec vino doliis infuso ridere & cachinnari. Eos autem qui tale quid facere adorti fuerint, postquam canonici decreti cognitionem ceperint, si sint quidem Clerici deponi: si verò Laici, segregari. Quærendum ergo est quænam sint comicæ personæ, quæ tragicæ, & quæ satyricæ. Ac sunt quidem comica, quæ risum movent & sunt petulantia ac contumeliosa, ut quæ ab Aristophane scripta sunt. Tragica, quæ movent affectus & sunt lamentabilia, ut Euripidis Iambica. Et satyrica, quæ in Bacchi hymnum ac laudem celebrantur orgia à Satyris & Bacchis. Cùm patres hæc sanctè statuerint, & lxiiii. cap. cxxiii. Justiniani nov. sive, xiii. cap. primi tit. iiii. lib. Basilic. hæc expressè dicat: Omnibus autem omnino qui in secularibus versantur, & iis maximè, qui scenica tractant, viris & mulieribus, atque iis etiam quæ præsunt, interdicimus, ne Monachi amictu vel ascetriæ utantur, vel eum quovis modo imitentur, scientibus universis, qui audent vel tali uti amictu, vel imitari, vel in quamcunque Ecclesiasticam constitutionem illudere, quòd etiam corporalia supplicia subibunt, & exterminabuntur: huic rei prospicientibus, non solùm locorum sanctissimis Episcopis & qui sub eis sunt Clericis, sed etiam civilibus & militaribus magistratibus, eisque subjectis ordinibus, & locorum defensoribus. Histriones autem quasvis personas induunt, Monachósque & Clericos securè ludificantur. Sed & quidam Clerici in quibusdam festis varias personas suscipiunt & effingunt: & aliquando quidem ense cincti cum militaribus vestibus in Ecclesiæ meditullium ingrediuntur, aliquando verò ut Monachi progrediuntur, vel ut quadrupedia animalia. Cùm itaque interrogassem, quomodo hæc fieri permissum sit, nihil aliud audivi, quàm hæc longa consuetudine fieri. Ejusmodi sunt, ut mihi videtur, & quæ à quibusdam, qui in clero sunt, domesticorum instar fiunt, qui aërem digitis ut aurigæ feriunt, & genis fucos apponunt, & muliebria quædam opera fingunt, & alia indecora, ut spectatoribus risum moveant. Ridere autem agrestes vino infuso doliis, est aliquid veluti necessariò consequens iis, qui in lacum ingrediuntur, vinitoribus: nisi quis dixerit hanc satanicam operationem exoleviisse, eo quòd agrestes frequentiùs dicant in unaquâque ferè mensura, Kyrie eleison. Quæ porro indecora aliquando fiebant à notariis, adolescentium institutoribus, in sanctorum notariorum festo, cum scenicis personis forum obeuntibus, ante aliquot annos exoleverunt, sanctissimi illius Patriarchæ domini Lucæ decreto.

ZONAR. Καλάνδαι εἰσὶν αἱ πρῶται ἑκάστου μηνὸς ἡμέραι, ἐν αἷς εἴθιστο τοῖς Ἕλλησι ποιεῖν τινας πλετάς. καὶ τὰ Βοτὰ δὲ καὶ τὰ βρουμάλια Ἑλληνικαὶ ἦσαν ἑορταί. Βρόμιος γὰρ ὀνόματι ἦν τοῦ Διονύσου. καὶ τἆλλα ὁμοίως, ἃ πάντα κωλύουσι γίνεσθαι οἱ πατέρες παρὰ τῶν πιστῶν. εἴρηνται δὲ καὶ τὰς τῶν γυναικῶν δημοσίας ὀρχήσεις, ὡς εἰς ἀκολασίας ἐρεθισμὸν τοῖς θεωμένοις αὐτάς, καὶ ὅσα τοῖς Ἕλλησιν ἐπράττοντο ἐξ ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν ὀνόματι

ZONAR. Sunt Calendæ primi mensis cujusque dies, quos Græci solenni religione ac ceremonia de more celebrabant. Bota quoque & Brumalia Græcorum festi dies fuere. Bromius siquidem Bacchi epithetum. Eos igitur aliósque ejusmodi Græcorum festos dies, ne cultu aliquo prosequi fidelibus liceat, Patres decrevere. Publicas quoque mulierum saltationes, quibus spectandis videlicet ad libidinem homines incitantur, tum quæcunque Græci viri aut fœminæ, commentitiorum

Digitized by Google

numinum honori tribuentes, peragere soliti sunt, exhiberi vetant. Præterea viris muliebri ornatu, virili fœminis, quæ bacchantium sibi consuetudo permiserat; quinimo personarum quoque, comicæ, tragicæ, Satyricæve usu penitus interdictum. Est verò comica persona, quæ ad alios scommate perstringendos assumitur. Tragica, quæ perturbationes animi ac dolores incitat. Satyrica, demum, eorum qui Baccho initiarentur propria fuit. Satyrorum siquidem, sicut & Baccharum, è Bacchi comitatu esse dicebatur illa furoris attoniti plena saltatio. Ad hæc neque Bacchi nomen in torcularibus passim cieri, neque merum, interea dum in doliis conditur, risu & cachinno prosequi sinunt. Porro Bacchus à Græcis in Deorum numero habitus, quem ebrietatis præsidem viníque largitorem agnoscebant. Hi tamen mores à rusticis, eorum quæ faciunt ignoratione, nunc quoque retinentur. Verùm hic canon, sacri ordinis Clericum, si ejusmodi quidpiam sciens admiserit, deponi; Laicum verò segregari, jubet.

A τῶν ψευδωνύμων θεῶν αὐτῶν, καὶ μὴ κεχρῆσθαι πολλοὺς ἄνδρας γυναικείαις στολαῖς, ἢ ταῖς γυναῖκας ἀνδρώαις, εἶα ἐποίουν οἱ τῷ Διονύσῳ βακχεύοντες· ἀλλὰ μηδὲ προσωπεῖα Κωμικὰ ὑποδύεσθαι, ἢ Τραγικά, ἢ Σατυρικά. Κωμικὰ μὲν οὖν προσωπεῖά εἰσι τὰ εἰς σκώμματά τινων ὑπηνδυόμενα. Τραγικὰ δὲ τὰ προπαθῆ καὶ ἀρλιώδους ἐμποιοῦντα. τὰ δὲ Σατυρικὰ τῶν ὑπὸ τῷ Διονύσῳ πλουμένων ἦσαν. καὶ οἱ Σάτυροι δέ, ὡς αἱ Βάκχαι, τῆς περὶ τὸν Διόνυσον ἐμπλήκτου χορείας ἐλέγοντο εἶναι. μήτε μὲν τὸ τοῦ Διονύσου ὄνομα ἐν ταῖς λίμναις ὀνομάζειν, μήτε τοῖς πίθοις ἐγχεομένου τοῦ οἴνου γελᾶν καὶ ὑπακαγχάζειν. ὁ δὲ Διόνυσος θεὸς ὠνομίζετο τοῖς Ἕλλησιν, ἔφορος τῆς μέθης καὶ τοῦ οἴνου δοτήρ. ἃ καὶ νῦν γίνονται παρὰ τοῖς ἀγρόταις, μὴ εἰδόσιν ἃ ποιοῦσιν. ὁ δὲ κανὼν κελεύει τοὺς μὲν ἱερωμένους καθαιρεῖσθαι προστάσσει, τοιοῦτόν τι ποιοῦντας ἐν γνώσει· τοὺς δὲ λαϊκοὺς ἀφορίζεσθαι.

B

ARIST. *A fidelium vitæ ratione auferantur Bota, & Calendæ, & Brumalia, & in Deorum honorem saltationes, & Comicæ, & Satyricæ, & Tragicæ personæ, & Bacchi in torcularibus invocatio, risúsque in doliis. Qui autem post canonem in his persistunt, obnoxii sunt.*

ΑΡΙΣΤ. Περιαιρείσθω τῆς πίστεως Βοτὰ πολιτείας, καὶ αἱ καλάνδαι, καὶ τὰ βρυμάλια, καὶ αἱ ὀρχήσεις εἰς θεούς, καὶ τὰ κωμικά, καὶ σατυρικά, καὶ τραγικὰ πρόσωπα, καὶ ἡ ὑπὸ λίμναις τῷ Διονύσῳ ἐπίκλησις, καὶ ὁ ὑπὸ τοῖς πίθοις γέλως· οἱ δὲ ὑπομένοντες μὴ τὸν κανόνα, ὑπόδυνοι.

C

Omnem idololatriam & vanitatem è fidelium conversatione patres tollentes, non permittunt ea, quæ in præsenti Canone disertè numerantur, à Christianis peragi: Sed si sint quidem Clerici, qui hæc & hujusmodi faciunt, deponi jubet canon; sin vero Laici, segregari.

Πάντα τὰ τῆς εἰδωλικῆς καὶ ματαιότητος ἐκ τῆς τῶν πιστῶν πολιτείας οἱ πατέρες διαιροῦντες, οὐκ ἀνέχονται τελεῖσθαι παρὰ τῶν χριστιανῶν τὰ ἐν τῷ παρόντι κανόνι ῥητῶς ἀπηριθμημένα· ἀλλ' εἰ μὲν κληρικοί εἰσιν οἱ τοιαῦτα ποιοῦντες, παύεται καθαιρέσεως· εἰ δὲ λαϊκοί, ἀφορίζεσθαι.

CANON LXIII.

Quæ à veritatis hostibus falsò conficta sunt Martyrum historiæ, ut Christi Martyres ignominia afficerent, & qui eas audituri essent, ad infidelitatem deducerent, in Ecclesiis non publicari jubemus, sed eas igni tradi. Qui eas autem admittunt, vel tanquam veris iis mentem adhibent, anathematizamus.

ΚΑΝΩΝ ξγ'.

Τὰ ψευδῶς ὑπὸ τῶν τῆς ἀληθείας ἐχθρῶν συμπλασθέντα μαρτυρολόγια, ὡς ἂν τοὺς Χριστοῦ μάρτυρας ἀτιμάζοιεν, καὶ θεοῦ ἀπιστίαν ἐναγοίεν τοὺς ἀκούοντας, μὴ ἐπ' ἐκκλησίαις δημοσιεύεσθαι προστάσσομεν, ἀλλὰ ταῦτα πυρὶ παραδίδοσθαι. τοὺς δὲ ταῦτα παραδεχομένους, ἢ ὡς ἀληθῆσι τούτοις προσέχοντας, ἀναθεματίζομεν.

D

BALS. Non latuit sanctos patres, quòd multi infideles & Christum exosi, sanctorum Martyrum & confessorum certamina non admittentes, vel etiam Christianos qui hæc recipiunt irridentes, quædam falsa & aliena, suâque improbitate digna confinxerunt, tanquam à martyribus dicta vel facta essent: ut qui in ea incidérent, vel ad infidelitatem deducerentur vel risum, sanctique ignominia ac probro afficerentur. Et ideo statuerunt hæc scripta non omnino in vulgus edenda, sed esse igni mandanda: eos autem, qui hæc admittunt, esse anathematizandos. Propter hanc itaque causam, ut est consentaneum, lxxxv. canon sanctorum Apostolorum definiit, quinam libri legi debeant ex antiquo testamento, & quinam ex novo: & re iqua ut adulterina obelisco confodit. Magna itaque beato Metaphrastæ agenda est gratia, qui martyrum pro veritate certamina non sine multis laboribus & sudoribus repurgavit & exornavit, ad Dei laudem & sanctorum Martyrum perennem gloriam. Porrò sanctissimus ille Patriarcha dominus Nicolaus Muzalon, cùm vitam sanctæ Parasceves, quæ in quodam Callicratiæ vico colebatur, à quodam vicano ineptè ac indoctè, & sanctæ angelica vivendi ratione indigne compositam invenisset, eam igni mandari jussit: & Diacono illi Basilico mandavit, vitam ejus Deo gratã conscribere.

E

F

ΒΑΛΣ. Οὐκ ἔλαθε τοὺς ἁγίους πατέρας, ὅτι πολλοὶ τῶν ἀπίστων καὶ μισοχρίστων μὴ παραδεχόμενοι τοὺς τῶν ἁγίων μαρτύρων καὶ ὁμολογητῶν ἆθλους, ἢ καὶ καταμωκώμενοι τῶν ταῦτα δεχομένων Χριστιανῶν, συνεπλάσθη τινα ψευδῆ καὶ ἀλλόκοτα, καὶ ἄξια τῆς αὐτῶν κακίας, ὡς δῆθεν παρὰ τῶν μαρτύρων λαληθέντα ἢ πραχθέντα· ἐφ' ᾧ τοὺς ἐντυγχάνοντας ἐναγεῖς εἰς ἀπιστίαν ἢ γέλωτα, καὶ τοὺς ἁγίους παρευρίζεσθαι. διὸ καὶ ὥρισε τὰ τοιαῦτα συγγράμματα μὴ δημοσιεύεσθαι ὅλως, ἀλλὰ κρύπτεσθαι· τοὺς δὲ παραδεχομένους ταῦτα ἀναθεματίζεσθαι. ἐφ' ᾧ τῷ τοιούτῳ ὄντι, ὡς ἔοικεν, αἰτίαν καὶ ὁ πε. κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων διωρίσατο, ποῖα ὀφείλουσι βιβλία ἀναγινώσκεσθαι ἀπὸ τῆς παλαιᾶς διαθήκης, καὶ ποῖα ἀπὸ τῆς νέας· καὶ τὰ λοιπὰ ὡβέλισεν ὡς νενοθευμένα. χάριτες οὖν τῷ μακαρίτῃ μεταφραστῇ τῶν τὰ μαρτυρικὰ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας σκάμματα πολλοῖς πόνοις καὶ ἱδρῶσι κατακαλύναντι, εἰς ὕμνον θεοῦ καὶ δόξαν αἰωνίζουσι τῶν ἁγίων μαρτύρων. ὁ ἁγιώτατος δὲ πατριάρχης κῦρ Νικόλαος ὁ Μυζάλων, δόρων συγγραφέντα τὸν βίον τῆς ἁγίας Παρασκευῆς, τῆς ἐν τῷ χωρίῳ τῇ Καλλικρατείᾳ τιμωμένης, πρᾴ τινος χωρίτου ἰδιωτικῶς καὶ ἀναξίως τῇ ἀγγελικῇ διαγωγῇ τῆς ἁγίας, ὥρισεν πυρὶ παραδοθῆναι· καὶ ἐπέτρεπε τῷ διακόνῳ ἐκείνῳ τῷ Βασιλικῷ συγγράψασθαι τὸν ταύτης θεάρεστον βίον.

ZONAR. Quidam à fine alieni homines, nostrorum accusationi & contumeliis intenti, nonnulla plena absurditatis & ineptiarum, quasi à martyribus dicta aut effecta fuissent, literis consignaverant: ut in eo scilicet fidei nostræ contemptus, & sanctis quoque martyribus ignominia conciliaretur. Eorum non modo lectione interdi-

ΖΩΝΑΡ. Ὑπό τινων, ὡς ἔοικε, τελούντων διαβάλλειν τὰ τῶν Χριστιανῶν συγγράφησάν τινα, ὡς λεχθέντα καὶ πραχθέντα παρὰ τῶν ἁγίων μαρτύρων, ἀλλόκοτα ἢ καὶ γελοῖα, ἵν' οὕτω καταγελῶτο μὲν ἡ πίστις ἡμῶν, ὑβρίζοιντο δὲ καὶ οἱ μάρτυρες. τὰ γοῦν τοιαῦτα οὐ μόνον ἀναγινώσκεσθαι

Digitized by Google

σκεδαν κωλύει ὁ κανὼν, ἀλλὰ καὶ κάμνειν αὐτὰ ἀπαιτεῖ. εἰ δέ τινες τούτοις χρῶνται πιστεύοντες ὡς ἀληθέσιν, ἀναθεματίζεσθαι κελεύει αὐτούς.

ARIST. Martyrologia ab ethnicis conficta in Ecclesiâ ne publicentur.

ΑΡΙΣΤ. Τὰ ὑφ' Ἑλλήνων συμπλασθέντα μαρτυρολόγια μὴ ἐκκλησιάζοιτο.

Martyrologia in Christi martyrum ignominiam ab ethnicis conscripta non oportet in Ecclesiis legere, sed igni tradere. Si quis autem deprehendatur ea, ut vera, recipiens, anathemate percutiatur.

Οὐ δεῖ ἐπ' ἐκκλησίαις ἀναγινώσκεσθαι, ἀλλὰ καὶ πυρὶ παραδίδοσθαι, τὰ παρὸς ὕβριν τοῦ τοῦ χριστοῦ μαρτύρων παρὰ τῶν Ἑλλήνων γραφέντα μαρτυρολόγια· εἰ δέ τις εὑρεθῇ, ὡς ἀληθῆ ταῦτα παραδεχόμενος, ἀναθεματιζέσθω.

KANΩN ξδ'. — CANON LXIV.

Ὅτι οὐ χρὴ δημοσίᾳ λαϊκὸν λόγον κινεῖν ἢ διδάσκειν, ἀξίωμα ἑαυτῷ διδασκαλικὸν ἐντεῦθεν περιποιούμενον, ἀλλ' εἴκειν τῇ παρὰ θεσθείσῃ παρὰ τοῦ κυρίου τάξει, καὶ θύρας τοῖς πρὸ χάριν τοῦ διδασκαλικοῦ λαβεῖν λόγου ἀνοίγειν, καὶ τὰ θεῖα παρ' αὐτῶν ἐκδιδάσκεσθαι. ἐν γὰρ τῇ μιᾷ ἐκκλησίᾳ διάφορα μέλη πεποίηκεν ὁ θεὸς, κατὰ πρὸ τοῦ ἀποστόλου φωνήν. ἵνα ὁ θεολόγος ἑρμηνεύων Γρηγόριος, σαφῶς πρὸ ἐν τάξεις παρίστησι, λέγων· ταύτην αἰδώμεθα πρὸ τάξιν ἀδελφοί, ταύτην φυλάττωμεν. ὁ μὲν, ἔστω πειθήνιος· ὁ δὲ, γλῶττα· ὁ δὲ, χεὶρ· ὁ δὲ ἄλλό τι· ὁ δὲ, διδασκέτω· ὁ δὲ μανθανέτω· καὶ μὴ βραχέα· καὶ ὁ μανθάνων ἐν εὐπειθείᾳ, καὶ ὁ χορηγῶν ἐν ἱλαρότητι, καὶ ὁ ὑπουργῶν ἐν εὐθυμίᾳ· μὴ πάντες γλῶσσα, τὸ ἑτοιμότατον· μὴ πάντες ἀπόστολοι, μὴ πάντες προφῆται, μὴ πάντες διερμηνεύωμεν· καὶ μετά τινα, τί σεαυτὸν ποιεῖς ποιμένα, ὀφθαλμὸν ὤν; τί γὰρ κεφαλὴ, πῶς τυγχάνων; τί στρατηγεῖν ὀπιθέλεις, τεταγμένος ἐν στρατιώταις; καὶ ἑτέρωθι ἡ σοφία παρακελεύεται, μὴ ἴδοι ταχὺς ἐν λόγοις· μὴ συμπρεκτείνου πένης ὢν πλουσίῳ, μηδὲ ζήτει τῶν σοφῶν εἶναι σοφώτερος. εἰ δέ τις ἀλλῷ τὸν πρόντα παρασαλεύων κανόνα, ὅπερ ἡμέρας τεσσαράκοντα ἀφορίζεσθω.

Quòd non oportet laicum publicè disputare vel docere, docendi auctoritatem ex eo sibi vindicantem, sed ordini à Domino traditò cedere, & aurem iis, qui docendi gratiam acceperunt, aperire, & divina ab eis doceri. In una enim Ecclesia diversa membra fecit Deus, ut est vox Apostoli: Quam interpretans Gregorius Theologus, eum qui in iis est ordinem apertè commendat, dicens: Hunc ordinem revereamur fratres, hunc servemus. Hic quidem sit auris; ille verò lingua; hic autem manus; ille verò aliquid aliud. Hic quidem doceat: ille verò discat. Et paulo pòst, Et qui discit, in docilitate, & qui suppeditat, in hilaritate, & qui opem fert ac subministrat, in alacritate. Ne simus omnes lingua, quod est promptissimum; ne omnes Apostoli; ne omnes Prophetæ; ne omnes interpretemur. Et post quædam, Cur te pastorem facis cùm sis ovis? Cur caput efficeris, cum sis pes? Cur Imperator esse conaris, cum relatus sis in numerum militum? Et alibi jubet sapientia, ne sis velòx in sermonibus; ne, cum sis pauper, unà cum divite extendaris; nec quæras sapientibus esse sapientior. Si quis autem præsentem canonem labefactans deprehensus fuerit, xl. diebus segregetur.

ΒΑΛΣ. Τὸ διδάσκειν τὸν τοῦ κυρίου λαὸν, καὶ ἑρμηνεύειν τὰ θεῖα δόγματα, μόνοις ἐδόθη παρὰ τῆς χάριτος τοῦ παναγίου πνεύματος τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς παρὰ τούτων ὀφτρεπομένοις. ὡς ἔοικεν οὖν τινὲς λαϊκοὶ, ἴσως πεπαιδευμένοι σοφίαν, διελέγοντο δημοσίᾳ περί τινων ἐκκλησιαστικῶν ὑποθέσεων, καὶ διδασκαλικὸν ὑπεκρίνοντο ἀξίωμα. τοῦτο ἀπαγορεύοντες οἱ ἅγιοι πατέρες, διωρίσαντο μηκέτι τοιοῦτόν τι γίνεσθαι, καὶ συγχέεσθαι τὴν ἐκκλησιαστικὴν ὑποταξίαν. ἀλλ' ἐπεί φασιν ἐκ διαφόρων μελῶν ὁ θεὸς τὴν ἐκκλησίαν ἐστερέωσέ τε καὶ ὕψωσε, καὶ οἱ λαϊκοὶ διδάσκεσθαι ἐτάχθησαν, καὶ διδάσκειν, ὀφείλουσι μᾶλλον ὑπέχειν τὸ οὖς τοῖς διδάσκουσιν, ἢ τὴν γλῶτταν κινεῖν, καὶ σκανδαλίζειν πολλάκις· καὶ ἕκαστον μένειν ἐν ᾗ ἐκλήθη τάξει, καθὼς τὸ γράμμα τὸ ἱερόν. ἐχρήσαντο δὲ, εἰς ἀπόδειξιν τοῦ λόγου αὐτῶν, καὶ γραφικοῖς διαφόροις ῥητοῖς, ἀποστολικοῖς δηλαδὴ, θεολογικοῖς, καὶ προφητικοῖς. τοὺς μέντοι παραβαίνοντας καὶ παρόντα κανόνα, ὅπερ τεσσαράκοντα ἡμέραις ἀφορίζεσθαι διωρίσαντο. ἐρωτήσει δέ τις, ὡς τοῦ κανόνος κωλύοντος δημοσίᾳ διδάσκειν ἢ διαλέγεσθαι τοὺς λαϊκοὺς περὶ ἐκκλησιαστικῶν ὑποθέσεων, κωλυθήσονται κληρικοὶ καὶ μοναχοὶ παρομοίως τοῖς λαϊκοῖς ἢ οὔ; Λύσις. ἐπεὶ τὸ διδάσκειν μόνων τῶν ἀρχιερέων ἐστὶ, καὶ τῶν τεταγμένων εἰς τοῦτο, εἴτις ἐξ αὐτῶν τὸν κανονικὸν παραβαίνων παράγγελίαν, ὑπόδυνος ἔσται, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἐν τῇ κατεξετάσει τοῦ εὐαγγελικοῦ ῥητοῦ, τοῦ λέγοντος, ὁ πατήρ μου μείζων μου ἐστὶ, πολλοὶ μοναχοὶ καὶ κληρικοὶ, ὅτι περὶ τούτου ἀντιθετικῶς ἢ ἐλάλησαν ἢ ἔγραψαν, ἐκολάσθησαν· καλῶς δὲ προσετέθη τὸ δημοσίᾳ. ἐπείτοιγε κατ' ἰδίαν ἐρωτώμενός τις σωστὸς περί τινος δογματικῆς ὑποθέσεως, ἢ περὶ ἄλλης ψυχωφελοῦς αἰτίας, οὐ κωλυθήσεται τὸ δοκοῦν αὐτῷ

BALS. Populum Domini docere, & divina decreta interpretari, solis Antistibus à divina spiritus gratia concessum est, & iis quibus ab illis permissum est. Ut est ergo verisimile, quidam Laici & fortè etiam docti, de quibusdam Ecclesiasticis argumentis publicè disputabant, & quandam auctoritatem docendi præ se ferebant. Divini ergo patres hoc prohibentes, statuerunt, ne quid amplius ejusmodi fieret, ne Ecclesiæ ordo confunderetur. Sed quoniam, inquit, Deus ex diversis membris Ecclesiam suis stabiliit & erexit, & constitutum est ut Laici docerentur, non docerent, debent potiùs aurem docentibus præbere, quàm linguam movere, ac multos offendere: & unusquisque manere in quo vocatus est ordine, ut dicit sacra scriptura. Ad ejus autem, quod dixerunt, confirmationem diversis scripturæ dictis Apostolicis scilicet, & theologicis, & Propheticis usi sunt. Eos autem qui præsentem can. transgrediuntur lx. diebus segregari jusserunt. Interrogaverit autem quispiam, cùm can. prohibeat Laicos de rebus Ecclesiasticis publicè docere vel disserere, an Clericus vel Monachus prohibebitur similiter ac Laici, an non? Solutio. Quoniam docere solorum est Antistitum, & eorum qui ad hoc sunt ordinati, si quis ex eis canonicum præceptum transgressus fuerit, is, ut mihi videtur, canone tenebitur. Propterea enim & evangelici dicti examinatione, quod dicit; Pater meus major me est, multi Monachi & Clerici, quoniam de eo contentiosè, vel locuti fuerant, vel scripserant, puniti sunt. Rectè autem adjectum est illud, publicè. Si quis enim intelligens privatim de aliqua decreti materia, vel de alia ad animæ utilitatem pertinente causa, interrogetur, non prohibebitur id quod sibi videtur respondere. Iiij. enim cap. i. tit.

Digitized by Google

primi lib. Basilic. dicit, Nemo vel Clericus vel Monachus militans, vel quicunque is sit alius cogens multitudinem, publicè de fide differat. Videtur enim injuriam facere Chalcedon. Syn. quæ omnia aptè definiit; quæ etiam dat omnibus hæreticis nostra cognoscenda. Quocirca si is quidem, qui hæc facit, fuerit Clericus, à Clericorum conventu excidet: si autem miles, à militia. Reliqui autem, prout cujusque fuerit conditio, punientur.

ZONAR. Ordinem ab unoquoque, in quem vocatus est, retinendum, divino oraculo admonemur. Idem hic quoque canon præcipit, laicúmque hominem, neque publice disputationem de fide instituere, neque docendi sibi munus usurpare, verùm quibus ea docendi cura demandata est silentio attentas aures præbere jubet. Unicum est enim Ecclesiæ corpus, quod ex multis membris perficitur, ut divinus Apostolus docet. Deinde Theologi verba, hoc Apostoli dictum interpretantis, subnectit. Tum illa quoque sapientiæ subjicit, Ne sis velox in loquendo, & quæ sequuntur. Qui vero canoni non obtemperaverint, quadraginta dierum segregatione mulctari placet. Privatim tamen quis interroganti respondere, ac propositæ ab eo quæstioni docendo satisfacere, non prohibebitur.

ARIST. *Laicus ne doceat: Non enim omnes Prophetæ; non omnes Apostoli.*

Unusquisque debet suum cognoscere ordinem, & non se pastorem facere, cum sit ovis, vel caput se efficere, cùm sit pes: sed ordine à Domino tradito contentum esse, & aurem iis aperire qui docendi gratiam acceperunt. Omnes enim non sunt prophetæ, nec omnes Apostoli. Quapropter Laici neque doceant, nec verba dogmatica moveant, docendi autoritatem sibi exinde vendicantes.

A ἀποκρίνεσθαι. καὶ ὅτ δ'. τῆ κεφάλ. τῦ α'. τίτλυ τῦ β'. βιβλίυ τῆς βασιλικῆς, φησὶ, μηδεὶς ἢ κληρικὸς ἢ μοναχὸς στρατευόμενος, ἢ ἄλλος οἱοσδήποτε πληθὺν σωμάτων δημοσίᾳ πρὸς τὸ πίστεως ἀβαλεγκλῶ. ὑβρίζειν γὰρ δοκεῖ τὴν ἐν Χαλκηδόνι συνοδον, τὰ δεόντως πάντα ἀκριβωσαμένην, ἥτις καὶ τοῖς αἱρετικοῖς πᾶσι δίδωσι γινώσκειν τὰ ἡμέτερα. ὥστε οὖν εἰ μὲν κληρικὸς εἴη ὁ ταῦτα ποιῶν, τῦ συλλόγυ τῆς κλήρυ ἐκπεσεῖται· εἰ δὲ στρατευόμενος, τῆς στρατείας. οἱ δὲ λοιποὶ κατὰ τὴν ἰδίαν τύχην τιμωρεῖσθαι.

B ΖΩΝΑΡ. Ἕκαστος ἐν ᾗ ἐκλήθη τάξει, ἐν ταύτῃ μενέτω, φησὶν ἡ θεία γραφή. τῦτο δὲ καὶ ὁ κανὼν ἐπάγει νομοθετεῖ, καὶ λαϊκὸν δημοσίᾳ ἀβαλέγεσθαι περὶ πίστεως, ἢ διδάσκειν ὡς διδάσκαλον, ἁπλῶς βάλλει, ἀλλ' ὑπέχειν τὸ ὖς τοῖς ταχθεῖσιν εἰς τὸ διδάσκειν. ἓν γάρ ἐστι σῶμα ἡ ἐκκλησία, ἐκ πολλῶν μελῶν συγκειμένη καὶ ἑνὸς θείου ἀποστόλου. εἶτα τῦ θεολόγυ ἐπάγει ῥητὰ, ἑρμηνεύοντος τὰ ἀποστολικὰ ῥήματα, καὶ προσεπάγει τὰ τῆς σοφίας λεγούσης, μὴ ἴσθι ταχὺς ἐν λόγοις, καὶ τὰ λοιπά. τοὺς δὲ παραβαίνοντας τὸν κανόνα, ὅτι ἡμέρας πεντήκοντα ἀφορίζει. ἰδίᾳ δέ τις ἐρωτώμενος, καὶ κωλυθήσεται ἀποκρίνεσθαι καὶ διδάσκειν τὰ ἐρωτώμενα.

C ΑΡΙΣΤ. Λαϊκὸς μὴ διδάσκοι· μὴ γὰρ πάντες προφῆται, μὴ πάντες ἀπόστολοι.

Ἕκαστος ὀφείλει τὴν ἑαυτῦ τάξιν εἰδέναι, καὶ μὴ ποιμένα ἑαυτὸν ποιεῖν, ποδάτον ὤν, ἢ κεφαλὴν καθίστασθαι τῶν τυγχάνων· ἀλλ' ὑπείκειν τῇ παραδοθείσῃ παρὰ τῦ κυρίυ τάξει, καὶ τὸ ὖς διανοίγειν τοῖς τὴν χάριν τῦ διδασκαλικῦ λόγυ λαβοῦσιν. οὐ γὰρ πάντες προφῆται, οὐδὲ πάντες ἀπόστολοι. διὰ τῦτο οἱ λαϊκοὶ μήτε διδασκέτωσαν, μήτε λόγυς δογματικοὺς κινείτωσαν, ἀξίωμα διδασκαλικὸν ἐγγεῦθεν ἑαυτοῖς περιποιούμενοι.

D

CANON LXV.

Qui in noviluniis à quibusdam ante suas officinas & ædes accenduntur, rogos, supra quos etiam antiqua quadam consuetudine salire nonnulli ineptè ac delirè solent, jubemus deinceps cessare. Quisquis ergo tale quid fecerit, si sit quidem Clericus, deponatur: sin autem Laicus, segregetur. In quarto enim libro Regum scriptum est, Et ædificavit Manasses altare universæ militiæ cœli, in duobus atriis domus Domini, & filios suos traduxit per ignem, sortibúsque & auguriis auspiciísque usus est, & fecit ventriloquos, & divinatores multiplicavit, & perrexit facere malum coram domino, ut eum ad iram provocaret.

BALS. Novilunia dicebantur dies primi mensium. Mos ergo erat apud Judæos & Græcos festum tunc agere & genu flectere, ut totum mensem feliciter transigerent. De quibus Deus quoque dixit per Prophetam: Novilunia vestra & sabbata odit anima mea. Sed & ante suas officinas & ædes rogos incendebant, & supra eos saliebant, per id existimantes ea quæ illis priùs obtigissent mala comburi, foréque ut in alia bona inciderent. His ergo consequenter faciebant etiam quidam orthodoxi eo tempore quo hæc habita est Synodus. Unde etiam patres ea cessare jusserunt; & eum quidem qui tale quid feeisset, si esset Clericus, deponi; si verò Laicus, segregari sanxerunt. Cùm autem vellent ostendere hæc esse mala maxima, & à Deo alienationem: ex quarto quoque libro Regum verbis usi sunt, de rege Manasse, qui Deum ad iram provocavit, quia in domus Domini atriis sacrificavit militiæ cœli, astris scilicet, & quòd filios suos per ignem traduxit, sortibúsque & auguriis auspi-

ΚΑΝΩΝ ξέ.

Τὰς ἐν ταῖς νουμηνίαις ὑπό τινων πρὸ τῶν οἰκείων ἐργαστηρίων ἢ οἴκων ἀναπτομένας πυρκαϊὰς, ἃς καὶ ὑπεραλέσθαί τινες κατά τι ἔθος ἀρχαῖον ὑπερπηδῶσι, καὶ τῦτο παντελῶς καταργηθῆναι προστάττομεν. ὅστις οὖν τοιῦτόν τι πεπράξοι, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. γέγραπται γὰρ ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν βασιλειῶν· καὶ ᾠκοδόμησε Μανασσῆς θυσιαστήριον πάσῃ τῇ στρατιᾷ τῦ οὐρανῦ, ἐν ταῖς δυσὶν αὐλαῖς οἴκου κυρίυ, καὶ διήγαγε τὰ τέκνα αὐτῦ ἐν πυρὶ, καὶ ἐκληδονίζετο καὶ οἰωνίζετο, καὶ ἐποίησεν ἐγγαστριμύθους, καὶ γνώστας ἐπλήθυνε, καὶ ἐπλήθυνε τῦ ποιῆσαι τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίυ, τῦ παροργίσαι αὐτόν.

E

BAΛΣ. Νουμηνίαι ἐλέγοντο αἱ πρῶται ἡμέραι τῶν μηνῶν. εἴθιστο οὖν παρὰ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησιν ἑορτάζειν τοιαῦτα καὶ γονυκλιτεῖν, ὡς ἂν τὸ μηνιαῖον διάστημα εὐτυχῶς διέλθωσι· περὶ ὧν καὶ ὁ θεὸς εἶπε διὰ τῦ προφήτου, τὰς νουμηνίας ὑμῶν καὶ τὰ σάββατα μισεῖ ἡ ψυχή μου. ἀλλὰ καὶ ἔμπροσθεν τῶν ἐργαστηρίων αὐτῶν καὶ τῶν οἰκείων ἀνῆπτον πυρκαϊὰς, καὶ ἐπάνω ἐπήδων ἐκείνων, νομίζοντες διὰ τῦτο τὰ προσυμβάντα ἴσως αὐτοῖς δυσχερῆ κατακαίεσθαι, καὶ ἑτέροις ἀγαθοῖς ἐντυγχάνειν. ἀκολούθως οὖν τούτοις ἐποίουν καί τινες ὀρθόδοξοι ἐν ταῖς ἡμέραις ἐν αἷς ἡ πρῶτα γέγονε σωτηρία. ἔνθεν τοι καὶ διωρίσαντο οἱ πατέρες καταργηθῆναι ταῦτα. καὶ τοιῦτόν τι ποιήσαντα, κληρικὸν μὲν ὄντα, καθαιρεῖσθαι· λαϊκὸν δὲ, ἀφορίζεσθαι. θέλοντες δηλῶσαι ὅτι μέγιστόν τι κακὸν ταῦτα εἰσὶ, καὶ ἀποκαλοτείωσις τῦ θεῦ, ἐχρήσαντο καὶ ῥήμασιν ἀπὸ τῆς δ'. τῶν βασιλειῶν, περὶ τῦ βασιλέως Μανασσῆ τῦ θεὸν παροργίσαντος, ὅτι ἔθυσεν ἐν ταῖς αὐλαῖς τῦ οἴκυ κυρίυ τῇ στρατιᾷ τῦ οὐρανῦ, ἤτοι τοῖς ἄστροις, καὶ ὅτι

Digitized by Google

ὅτι διήγαγε τὰ τέκνα αὐτῆ ἐν πυρὶ, καὶ ἐκληδονίζετο καὶ οἰωνίζετο, καὶ ἐγγαστριμύθους καὶ γνώστας ἐπλήθυνε. καὶ τοῖς μὲν περὶ τῶν πυρκαϊῶν ὅπως ἐτελοῦντο, εἴπομεν ἄνωθεν. κληδὼν δέ ἐστιν ἡ ἀπό τινων σημείων μαντεία. οἰωνισμὸς ἡ ἀπὸ κραυγῶν ἢ πτήσεως οἰωνῶν, ὅ ἐστιν ἀγρίων πτερωτῶν ζώων, περὶ ὧν αἱρετή τις μάθησις· ἐξ οὗ καὶ οἰωνοσκόποι λέγονται. ἐγγαστρίμυθοι δὲ καὶ γνῶσται λέγονται πάντες οἱ σατανικῶς ἐνθουσιῶντες, καὶ προλέγοντες δῆθεν τὰ ἄγνωστα· ὡς οἱ κρίτριαι, οἱ ἀθίγγανοι, οἱ ψευδοπροφῆται, ἐρημῖται, καὶ ἕτεροι. ταῦτα τοῦ κανόνος ὁρίζομένου, ἡ μὲν τῆς νουμηνίας ἑορτὴ προαμνημονεύτων χρόνων ἐχόλασε, καὶ ἀντὶ ταύτης, θεοῦ χάριτι, ἱλαστήριοι εὐχαὶ πρὸς θεὸν καὶ ἁγιασμοὶ ἐπ' ἐκκλησίας ἀπὸ τοῦ πρώτου λαοῦ γίνονται καθ' ἑκάστην ἀρχομηνίαν, καὶ ὕδασιν εὐλογίας οὐκ ἀντιλογίας χριόμεθα. ἡ δὲ τῶν πυρκαϊῶν δαιμονιώδης τελετὴ καὶ αἱ κληδόνες ἐγίνοντο, μέχρι τῆς ἐφημερίας τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ γενομένου ὑπάτου τῶν φιλοσόφων, εἰς ταύτην πέρας τὴν τῶν πόλεων βασιλεύουσαν, οὕτως. κγ' τῷ ἑσπέρᾳ τῆς κγ'. τοῦ Ἰουνίου μηνὸς ἠθροίζοντο ἐν ταῖς ῥυμαῖς καὶ ἔν τισιν οἴκοις ἄνδρες καὶ γυναῖκες, καὶ πρωτότοκον κορασίον νυμφικῶς ἐκόλιζον. μιᾷ γοῦν συμποσιάσαι καὶ βακχικώτερον ὀρχήσασθαι, καὶ χορεῦσαι καὶ ἀλαλάξαι, ἔβαλον ἐν ἀγγείῳ συνόμῳ χαλκῷ θαλάττιον ὕδωρ, καὶ εἴδη τινὰ ἑκάστῳ ζώντων ἀνήκοντα· καὶ ὥσπερ τῆς παιδὸς ἐκείνης λαβούσης ἰσχὺν ἐκ τοῦ σατανᾶ προμηνύειν τὰ ἐρωτώμενα, αὐτοὶ μὲν πρὸ τοῦ δέ τινος ἀγαθοῦ ἢ καὶ ἀποτροπαίου ἀνεβόων ἐρωτηματικῶς. τὸ δὲ κορασίον ἀπὸ τῶν ἐν τῷ ἀγγείῳ ἐμβληθέντων εἰδῶν τὸ συμβατυχὸν ἐδήλου, ὑπεδείκνυεν· ὃ καὶ λαμβάνων ὁ ἀνόητος τούτου δεσπότης, ἐπληροφορεῖτο τάχα τὰ ἐπ' αὐτῷ συνεχθῆναι μέλλοντα, εὐτυχῆ τε καὶ δυστυχῆ. τῇ ἐπαύριον δὲ μετὰ τυμπάνων καὶ χορῶν σὺν τῷ κορασίῳ εἰς τοὺς αἰγιαλοὺς ἀφικόμενοι, καὶ ὕδωρ θαλάττιον ἀφθόνως ἀναλαμβανόμενοι, τὰς κατοικιῶν αὐτῶν ἔῤῥαινον· καὶ οὐ μόνον ταῦτα ἐτελοῦντο πρὸς τῶν εὐσυνετωτέρων, ἀλλὰ καὶ δι' ὅλης τῆς νυκτὸς ἀπὸ κόρτου πυρκαϊὰς ἀνάπτοντες, ἐπήδων ὑφάνω αὐτῶν, καὶ ἐκληδονίζοντο ἤτοι ἐμαντεύοντο περὶ εὐτυχίας καὶ δυστυχίας καὶ ἄλλων τινῶν, δαιμονιωδῶς. τὰς δ' ἔνθεν κἀκεῖθεν εἰσόδους αὐτῶν, καὶ τὸ δωμάτιον ἐν ᾧ ἐτελεῖτο ἡ κληδὼν, σὺν τοῖς προκειμένοις ὑπαίθροις, χρυσίζουσι πέπλοις καὶ σηρικοῖς καπνοκόσμοις ὑφάσμασιν. ἀλλὰ μὴν καὶ φυλλάσι δένδρων κατεστεφάνουν, εἰς πλεῖον καὶ ὑποδοχὴν, ὡς ἔοικε, τοῦ οἰκειωσαμένου αὐτοὺς σατανᾶ· ἃ δὴ πάντα ὁ ῥηθεὶς ἁγιώτατος πατριάρχης μηδεμίᾳ πάσης ὀλιγωρίας καταργηθῆναι ἐπέτρεψεν· ὃ καὶ γέγονε. καὶ νῦν εὐδοκοῦντος θεοῦ, τὰ τοιαῦτα θεοσυγῆ ἔργα παντελῶς ἀπεράντῳ· ὡς τῶν ἐν ταῖς γλυτονίαις ὄντων προκριτωτέρων καὶ τῶν ἱερέων ὀπτιμηδέντων, παντοίως φροντίζειν καὶ μὴ ἀφιέναι χωρεῖν τοιοῦτόν τι γίνεσθαι. ἠμύετο δὲ καὶ τὰς ἀπὸ τῶν κορωνῶν καὶ τῶν κοράκων καὶ τῶν λοιπῶν ἀγρίων ζώων οἰωνοσκοπίας καταργηθῆναι, ὡσαύτως καὶ τὰς φλυαρίας τῶν Κριτριῶν καὶ τῶν ἑτέρων λαοπλάνων. τὸ μέντοι, διήγαγε τὰ τέκνα αὐτοῦ ἐν πυρὶ, ὁ μέγας Κύριλλος, ἐξηγούμενος τῷ προφήτῃ Ἡσαΐαν, ἀντὶ τοῦ ὁλοκαύτωσε, ἡρμήνευσεν, ἤγουν θυσίαν προσήγαγε τοῖς δαίμοσιν.

ZΩNAP. Εθη Ἑλληνικά τε καὶ ἐθνικὰ καὶ παράδοσιν ἐποίουν τινὲς, καὶ ποιοῦσι, μηδὲ εἰδότες τί δηλοῦσι τὰ γινόμενα παρ' αὐτοῖς· οἷόν ἐστι καὶ τὸ πυρκαϊὰς ἀνάπτειν ἔμπροσθεν ἐργαστηρίων καὶ οἰκιῶν, καὶ αὐτῶν ὑφάλλεσθαι, καὶ τοῦτο δὲ ὁ κανὼν ἀπείργυσι γίνεσθαι, καὶ τοὺς τοιοῦτόν τι πράττοντας, κληρικοὺς μὲν ὄντας, καθαιρεῖ, λαϊκοὺς δὲ, ἀφορίζει. εἶτα δηλοῖ, ὅτι ἀπηγορευμένα εἰσὶ ταῦτα καὶ τῷ παλαιοτέρῳ νόμῳ, ἐκ τῆς τετάρτης τῶν βασιλειῶν ἐποιήσατο τὴν ἀπόδειξιν λέγουσης· καὶ ᾠκοδόμησε Μανασσῆς θυσιαστήριον, καὶ τὰ ἑξῆς.

ciisque usus est, & ventriloquos divinatores multiplicavit. Ac de rogis quidem seu pyris priùs diximus quomodo fierent. Sors autem est divinatio, quæ fit per signa. Augurium est ex volatu vel garritu avium, hoc est, sylvestrium pennatorum animalium, eorum quæ quis scire desiderat, cognitio; unde & auspices seu avium inspectores augurésque dicuntur. Ventriloqui autem aruspicésque dicuntur omnes, qui satanica incitatione afflati, dicunt ea quæ cognosci non possunt, ut Critriæ, Athingani, pseudoprophetæ, Eremitæ & alii. Hæc statuente Canone, Novilunii quidem festum ante annos omnem memoriam superantes cessavit, & ejus loco Dei gratia propipitiatoriæ preces ad Deum ac sanctificationes in Ecclesia à fideli populo fiunt, in uniuscujusque mensis principio, & aqua benedictionis, non contradictionis, inungimur. Rogorum autem dæmoniacum mysterium sortésque fiebant, usque ad tempus sanctissimi Patriarchæ domini Michaëlis, qui fuit philosophorum princeps in hac urbium regina, hoc modo. Xxiii. mensis Junii vespere cogebantur in littoribus & quibusdam ædibus viri & mulieres, & primogenitam puellam instar sponsæ ornabant. Postquam ergo convivati essent, & bacchantûm ritu saltâssent & choreas duxissent, in festisque consuetas exclamationes usurpâssent, in vas oris contractioris marinam aquam injiciebant, & res quasdam ad unumquemq; eorum pertinentes: & tanquam puella illa à Satana facultatem accepisset futura prædicendi, ipsi quidem de bono aliquo, vel etiã aversando ac fugiendo quopiam, interrogando exclamabant. Puella autem ex rebus in vas injectis eam, quæ incidisset, eductam ostendebat; Quam etiam accipiens stultus ejus dominus, certior forsan fiebat de prosperis vel adversis ex eo eventuris. Postridie autem cum tympanis & choris unà cum puella ad littora venientes, & aquam marinam copiosè accipientes, ædes suas aspergebant: & à paulò sapientioribus hæc non solùm fiebant, sed & per totam noctem rogos ex fœno accendentes, supra eos saliebant, & sortiebantur seu divinabant de felicitate & infelicitate, & de quibusdam aliis, planè dæmoniacé. Eorum autem hinc & illinc aditus, & domunculam, in qua sors illa fiebat, unà cum iis sub dio locis quæ propè erant, aureis vestibus & sericeis textibus exornabant. Quinetiam arborum foliis coronabant, ad honorandum, ut verisimile est, & excipiendum Satanam, qui illos sibi familiares effecerat. Quæ quidem omnia prædictus sanctissimus Patriarcha cum omni diligentia prohiberi & penitùs aboleri curavit; quod & factum. Et nunc, ut Deo placuit, hæc opera Deo invisa omnino exoleverunt; ideo quòd qui propè habitabant, & judices & sacerdotes sæpe sunt reprehensi, & admoniti, ut omnino curarent ac viderent, ne quid tale fieret. Ac utinam corvorum & cornicum & reliquarum ferarum avium inspectiones abolitæ essent: similiter autem & Critriarum nugæ & aliorum populi seductorum. Illud autem, Traduxit filios suos per ignem, magnus Cyrillus, prophetam Esaiam explicans, interpretatus est, in holocausto obtulit seu sacrificabat dæmonibus.

ZONAR. Græcorum ethnicorúmque consuetudines à majoribus acceptas nonnulli servabant, hodiéq; servant, etsi quid iis, quæ per ipsos geruntur, indicetur haud satis intelligant. Tale illud est, cum pro foribus officinæ aut domus rogos incendunt saltúq; transiliunt. Atq; id quidem, & fieri vetat canon, & qui fecerit Clerico depositionis, Laico verò segregationis pœnam injungit. Deinde ut hæc antiqua quoque lege vetita fuisse ostendat, rei demonstrandæ illa ex quarto Regum protulit; Et ædificavit Manasses altare, & quæ sequuntur. Ergo si

Digitized by Google

si qui minus perfecta vivendi lege tenebantur, prava hæc nihilominus esse, Deique iracundiam elicere arbitrantur: quanto magis ea nobis, qui magis perfectam, magisque spiritualem legem accepimus, & iniqua & inconcessa videri debent? Verba porro illa, Et traduxit filios suos per ignem, hujus quidem Synodi Patres videntur accipere, pro his, transilire fecit ignem accensum. Magnus vero Cyrillus illud, traduxit filios suos per ignem, hoc est, holocaustum obtulit dæmonibus sacrificans, interpretatus est. Ita ille in suis in Esaiam commentariis. Et sortibus usus est. Sors autem est, cum per signa quædam fortuna cujuspiam infortuniave indagatur; quod quidem hoc quoque tempore nonnullis fortunæ suæ cognoscendæ cupidis est usitatum. Et utebatur auspiciis. Auspicium vero est, cum volatus avium (nam aves vocantur οἰωνοὶ) clangor & alia hujusmodi observantur: quæ observatio οἰωνοσκοπία à Græcis dicta, maximóque olim in honore tota hæc auspiciorum ratio apud Romanos habita est. Militiam porro cœli stellas intellige.

A εἰ οὖν παρὰ τοῖς τὸν ἀτελέστερον δεξαμένοις νόμον ταῦτα πονηρὰ ἐδόκει, καὶ εἰς ὀργὴν κυρίου. πόσῳ μᾶλλον ἐφ' ἡμῖν, τοῖς τὸν τελεώτερον καὶ πνευματικώτερον παραλαβοῦσι νόμον, ἄθεσμα ταῦτα καὶ ἀπηγορευμένα λογίζεσθαι χρή; ὃ δὲ, καὶ διήγαγε τὰ τέκνα αὐτοῦ ἐν πυρὶ, οἱ μὲν τῆς συνόδου ταύτης πατέρες ἐοίκασι νοῆσαι, ἀντὶ τοῦ, ὑπερπηδᾷν ἐποίει ὃ ἀναπτόμενον πῦρ. ὁ δὲ μέγας Κύριλλος. ὃ διήγαγε τὰ τέκνα αὐτοῦ ἐν πυρὶ, ἀντὶ τοῦ, ὡλοκαύτωσεν, ἡρμήνευσε, θυσίας προσάγων τοῖς δαίμοσι. τοῦτο δὲ τὸν Ησαΐαν φησὶν ἐξηγούμενος. καὶ ἐκληδονίζετο· κληδὼν λέγεται ὃ διά τινων ζητεῖν γνῶναι, εἰ μέλλοι τις B εὐπραγῆσαι ἢ δυσπραγῆσαι, οἷα καὶ νῦν ποιοῦσί τινες θέλοντες τὴν τύχην τὴν ἰδίαν καταμαθεῖν. καὶ οἰωνίζετο· οἰωνισμός δ' ἐστὶ ὃ ἐπιτηρεῖν τὰς τῶν ὀρνέων πτήσεις. οἰωνοὶ γὰρ τὰ ὄρνεα λέγονται· καὶ τὰς αὐτῶν κλαγγὰς, καὶ τοιαῦτά τινα, ἃ καὶ οἰωνοσκοπίαι παρὰ τοῖς Ελλησιν ὠνομάζοντο, καὶ ἐν τάξει τιμῆς μεγίστης ἡ οἰωνοσκοπικὴ παρὰ Ρωμαίοις λελόγιστο. στρατιὰν δὲ τοῦ οὐρανοῦ τοὺς ἀστέρας νοητέον.

ARIST. *Rogi, qui noviluniis in officinis extruuntur, & qui eos transiliunt, abrogentur.*

ΑΡΙΣΤ. Αἱ ἐν τοῖς ἐργαστηρίοις ἐν νουμενίαις πυρκαιαὶ, καὶ οἱ ταύτας ὑπεραλλόμενοι, καταργείσθωσαν.

Quidam coram officinis domibúsve suis rogos accendentes, eis juxta antiquam quandam consuetudinem insiliebant. Et illud abolentes patres, jubent, quòd si quidem Clericus inveniatur aliquid ejusmodi faciens, deponetur: si Laicus autem, segregabitur. Nam & Manasses per ignem filios suos traducens, & auguriis usus, Deum ad iram provocavit.

C Τινὲς ἔμπροσθεν τῶν ἐργαστηρίων ἢ τῶν οἴκων πυρκαιὰς ὑπανάπτοντες, ἐν αὐταῖς κατά τι ἀρχαῖον ἔθος ἐπήδων. καὶ καταργοῦντες αὐτὸ οἱ πατέρες προστάττουσιν, ὡς εἰ μὲν κληρικὸς εὑρεθήσεται τοιοῦτόν τι πράττων, καθαιρεθήσεται· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφορισθήσεται. καὶ γὰρ ὁ Μανασσῆς ἐν πυρὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ διαγαγὼν, καὶ οἰωνιζόμενος, παρώργησε τὸν θεόν.

CANON LXVI.

A sancta Christi Dei nostri resurrectionis die usque ad novum dominicum, tota septimana in sanctis ecclesiis vacare fideles jugiter oportet psalmis & hymnis & spiritualibus canticis, in Christo gaudentes festúmque celebrantes, & divinarum scripturarum lectioni mentem adhibentes, & sanctis mysteriis jucundè & lautè fruentes. Sic enim cum Christo unà resurgemus & exaltabimur. Nequaquam ergo prædictis diebus equorum cursus vel aliquod publicum fiat spectaculum.

ΚΑΝΩΝ ξϛ'.

Απὸ τῆς ἁγίας ἀναστασίμου Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἡμέρας μέ- D χρι τῆς καινῆς κυριακῆς, τὴν ὅλην ἑβδομάδα ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις σχολάζειν δεῖ ἀπαραλείπτως τοὺς πιστοὺς, ἐν ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς, εὐφραινομένους Χριστῷ καὶ ἑορτάζοντας, καὶ τῇ τῶν θείων γραφῶν ἀναγνώσει προσέχοντας, καὶ τῶν ἁγίων μυστηρίων κατατρυφῶντας. ἐσόμεθα γὰρ οὕτω Χριστῷ συνανιστάμενοί τε καὶ συνανυψούμενοι. μηδαμῶς οὖν ἐν ταῖς προκειμέναις ἡμέραις ἱπποδρόμια ἢ ἑτέρα δημώδης θέα ἐπιτελείσθω.

BALS. Tanquam unus dies dominicus per omnia reputatur ea quæ post sanctam Domini & Dei & Servatoris nostri Jesu Christi resurrectionem currit septimana: in eo verò quod genu non flectatur, & tota etiam Pentecoste. Quoniam autem festi celebrandi prætextu apud quosdam inoleverant equorum cursus, & alia etiam publica ludicra spectacula, statuerunt patres, nos sic festum non oportere celebrare in hac paschali hebdomade, sed religiosè & quoad fieri potest, sancte videlicet ecclesia vacare, divinísque canticis satiari: & tanquam jam digni simus resurrectionem domini celebrare, divinis mysteriis jucundè lautéque perfrui, & unà consurgere cum eo qui resurrexit, & nos in cœlum unà sustulit, Christo Deo nostro. Nota ergo quòd omnes fideles debent esse parati sancta mysteria participare unoquoque die, si fieri potest, quemadmodum & in aliis canonibus ante scriptum est. Cùm autem canon hæc statuat, interrogaverit quispiam, quomodo artifices post diem tertium hujus septimanæ suas mechanicas artes & opera exercent? Existimo ergo eos malè hoc facere. Etsi enim à præsenti Canone non puniuntur, qui festum sic solvunt: ab alio tamen Canone, qui Laicos, qui non sunt agricolæ & in diebus

ΒΑΛΣ. Ως μία κυριώνυμος ἡμέρα λογίζεται κατὰ πάντα ἡ μετὰ τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ E καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ τρέχουσα ἑβδομὰς, κατὰ δὲ ὃ μὴ γόνυ κάμπτειν, καὶ ἡ ὅλη πεντηκοστή. ἐπεὶ δὲ ἑορτῆς καὶ πανηγύρεως ἀφορμὴ ἐνομίζοντό τισιν αἱ ἱπποδρομίαι, πρὸς δὲ καὶ αἱ ἄλλαι δημοτικαὶ παιγνιώδεις θεῖαι, διωρίσαντο οἱ πατέρες, μὴ οὕτως ἑορτάζειν ἡμᾶς κατὰ ταύτην τὴν πασχάλιον ἑβδομάδα, ἀλλὰ θεοφιλῶς καὶ κατὰ τὸ δυνατὸν ἁγιοπρεπῶς δηλονότι σχολάζειν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ διὰ τῶν θείων ψαλτωδημάτων κορέννυσθαι· καὶ ὡς ἤδη ἀξίους γενομένους ἑορτάσαι τὴν τοῦ κυρίου ἀνάστασιν, κατατρυφᾷν τῶν θείων μυστηρίων, καὶ συνανίστασθαι τῷ ἀναστάντι, καὶ ἡμᾶς εἰς οὐρανοὺς ἀνυψώσαντι, F Χριστῷ τῷ θεῷ ἡμῶν. σημείωσαι οὖν ὅτι πάντες οἱ πιστοὶ ὀφείλουσιν ἐν ἑτοιμότητι εἶναι τοῦ μεταλαμβάνειν τῶν ἁγίων μυστηρίων καθ' ἑκάστην εἰ δυνατὸν, καθὼς καὶ ἐν ἑτέροις κανόσι τοῦτο προείρηται. τοῦ δὲ κανόνος ταῦτα διορίζομένου, ἐρωτήσει τις, οἱ χειρωνάκται μετὰ τὴν τρίτην τῆς ἑβδομάδος ταύτης τὰ οἰκεῖα ἐργάζονται ἐργόχειρα; νομίζω οὖν, ὅτι κακῶς τοῦτο ποιοῦσι. κἂν γὰρ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος οὐ κολάζονται οἱ οὕτω τὴν ἑορτὴν καταλύοντες· ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἑτέρου κανόνος τοῦ ἀφορίζοντος τοὺς λαϊκοὺς, μὴ ὄντας γεωργοὺς, καὶ κατὰ τὰς κυριωνύμους,

Digitized by Google

κωλυνόμενοι ἐργαζομένης, ἢ ἵνα κολασθήσονται. Ζήτει καὶ τῷ νῦ. νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ σοφοῦ, διαλαμβάνουσαν μηδὲ αὐτοὺς τοὺς γεωργοὺς τῷ κυριώνυμον ἐργάζεσθαι. ὥστε ἀπηγόρευται καὶ αὐτοῖς τὴν ὅλην πασχάλιον ἑβδομάδα ἐργάζεσθαι, ὡς μιᾶς κυριωνύμου λογιζομένης αὐτῆς.

ZONAR. Εορτάζειν οἱ ἀπὸ Χριστοῦ κεκλημένοι ὀφείλομεν, ἢ τρυφὰς ἑαυτοῖς καὶ λαμπρότητας καὶ ἀνέσεις ὑπισχνούμενοι, ἀλλὰ πνευματικῶς διαφαινόμενοι. πνευματικὴ δὲ ἔξις διαφανείη, τὸ ἄδην τῷ κόσμῳ, καὶ δοξάζειν αὐτὸν, ἐφ' οἷς ἐποίησε θαυμασίοις, ῥυσάμενος ἡμᾶς ἐκ τῆς δουλείας τῶν διαβόλου. οὕτω τοίνυν καὶ τῷ τοῦ Πάσχα ἑορτῷ βέλει ἑορτάζειν ἡμᾶς ὁ κανὼν, ὅλῳ τῷ ἑβδομάδι ἐν ἐκκλησίαις σχολάζοντας, ἐν ψαλμοῖς τε καὶ ὕμνοις ᾄδοντας τῷ κυρίῳ, καὶ οὕτως ἐν Χριστῷ ἑορτάζοντας καὶ τῇ μελέτῃ προσέχοντας τῶν θείων γραφῶν, καὶ σχολαζούσης τῶν θείων μυστηρίων. καὶ οὕτω φησὶν ἐσόμεθα Χριστῷ συναναστάμενοι, καὶ συναναψόμενοι. ἀναστάμενοι μὲν τοῦ πτώματος τῆς ἁμαρτίας, καὶ τῆς χαμαιζήλου καὶ γηΐνης ζωῆς· ἀναψόμενοι δὲ πρὸς ὑψηλοτέραν καὶ πνευματικωτέρῳ τῷ ὄντι ἀφορμῇ. ὅθεν ὅτε ἱπποδρομίας ἐν τῇ τοῦ Πάσχα ἑβδομάδι γίνεσθαι συγχωρεῖ, ὅτε θέας ἑτέρας δημώδεις, ἐν αἷς δηλονότι ὁ δῆμος ἀθροίζεται θεώμενος τὰ γινόμενα.

ARIST. Τῇ μετὰ τὴν ἀνάστασιν πᾶσαν ἑβδομάδα πᾶς ἐκκλησιαζέτω πιστός.

Ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις δεῖ σχολάζειν τοὺς πιστοὺς, καὶ ἐν ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις διάφραίνεσθαι πᾶσαν τὴν ἑβδομάδα τὴν μετὰ τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ ἡμῶν.

KANΩN ξζ'.

Η θεία ἡμῖν γραφὴ ἐνετείλατο, ἀπέχεσθαι αἵματος καὶ πνικτοῦ καὶ πορνείας. τοῖς οὖν δι' τὴν λίχνον γαστέρα αἷμα οἱουδηποτοῦν ζώου τέχνῃ τινὶ κατασκευάζουσιν ἐδώδιμον, καὶ ἔτω τοῦτο ἐσθίουσι, προσφόρως βλητιμῶμεν· εἴ τις οὖν ἀπὸ τοῦ νῦν αἷμα ζώου ἔδεται βλιχθρήσει οἱῳδήποτε τρόπῳ, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφορίζεσθω.

BALS. Γέγραπται ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων, μὴ ἔδειν ἡμᾶς οἱουδηποτοῦν αἷμα, ἢ ζῶον πνικτὸν, ἀπέχεσθαι δὲ καὶ πορνείας. ὁ δὲ Μωσαϊκὸς νόμος προσκελεύεται, αἷμα μὴ φαγεῖν. ἐπεὶ οὖν τινὲς αἷμα μὴ ἦν ἥδιον, ἐποίουν δέ τινα ἐδώδιμα ἔκτε ἄλλων καὶ ἐξ αἱμάτων, καὶ ἔλεγον φυλάττειν τὰ τῆς θείας γραφῆς, ὅτι οὐκ ἦν ἥδιον ἀμέσως αἷμα, ὥρισαν οἱ ἅγιοι πατέρες, τὴν τοιαύτην παρεγγραφὴν τῆς θείας νομοθεσίας σχολάσαι· καὶ τὸν καθ' οἱονδήτινα λόγον ἢ τέχνην φαγόντα αἷμα ζώου τινὸς, κληρικὸν μὲν ὄντα καθαιρεῖσθαι· λαϊκὸν δὲ ἀφορίζεσθαι. καὶ ὁ μὲν κανὼν ταῦτα· οἱ δὲ Λατῖνοι ἀδιαφόρως ἐσθίουσι τὰ πνικτά· ἀλλὰ καὶ οἱ Αδριανουπολῖται, ὡς ἀκούω, τοῖς αἵμασι τῶν ζώων χρῶνται μετ' ἐδωδίμων τινῶν. ζήτει καὶ τῷ νή. νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ φιλοσόφου, διορίζομένην, τοὺς μὲν πωλοῦντας ἢ ἐδίους εἶδος οἱουδηποτοῦν αἱματηρὸν δημοσίεσθαι καὶ αἰκίζεσθαι καὶ διὰ τῆς ὀνου κυρᾶς τιμωρεῖσθαι, καὶ ἀφυλία καταικρίνεσθαι· τοὺς δὲ μὴ τὰ τοιαῦτα διεκδικοῦντας ἀρχοντας δέκα λιτρῶν χρυσίου προστίμῳ δίδυνεσθαι.

ZONAR. Τὸ αἷματος ἀπέχεσθαι, καὶ πνικτοῦ καὶ πορνείας· ἐν ταῖς προάξεσι γέγραπται. πινῶν γὰρ λεγόντων δεῖν τοὺς πιστοὺς περιτέμνεσθαι, συνελθόντες οἱ ἀπόστολοι καὶ ὁ ἀδελφόθεος Ιάκωβος ἐβουλεύσαντο περὶ τούτου, καὶ ἐπεστάλκασι τοῖς πιστοῖς ἀπέχεσθαι τῶν εἰδωλοθύτων καὶ αἵματος καὶ πνικτοῦ καὶ πορνείας, καὶ μηδὲν πλέον αὐτοῖς βαρεῖν. καὶ ἐν τῇ γενέσει ὁ Δημιουργὸς, Θ κρέας ἐν αἵματι ψυχῆς οὐ φάγεσθε. τῇ θείᾳ τοίνυν γραφῇ καὶ οἱ θεῖοι πατέρες ἑπόμενοι, ἐπεὶ ἔμαθόν τινας μεθόδοις τισὶ θ αἷμα τῶν σφαττομένων ζώων ποιοῦντας ἐδώδιμον, καὶ ἐσθίοντας

A dominicis operantur, segregat, ii quoque punientur. Quære etiam liv. domini Imp. Leonis sapientis Novellam, statuentem ne ipsos quidem agricolas in die dominico operari debere. Quare eis quoque prohibitum est tota paschali septimana operari, nempe cùm ipsa unus dies dominicus reputetur.

ZONAR. Non delitias aut luxum otiave sectantes, sed spirituali gaudio exultabundi, festos dies agere Christiani debemus. Spiritualis porro lætitiæ est canticis numen venerari, illiúsque laudes, pro iis quæ admirabilia præstitit, quodque diabolo mancipatos in libertatem nos asseruit, celebrare. Hanc ergo rationem Paschæ B quoque festos atque solennes dies agitandi præscribit Canon, ut ea nimirum septimana, perpetuam in Ecclesiis stationem agentes, psalmis hymnisque Domino concinendis occupati, in Christo proinde lætemur, sacrarúmque litterarum accurata meditatione tempora traducentes, divinorum mysteriorum epulis insaturabiliter expleamur. Atque hoc pacto, inquit, cum Christo simul exurgere, atque ad altiora simul eniti continget. A peccati scilicet lapsu menteque humi depressâ & ad terrena abjectâ exurgemus: ad sublimiorem autem & verè spiritualem vivendi rationem excitabimur. Proinde nec equestres ludos tota Paschatis hebdomada, C nec alia publica spectacula, ad quæ nimirum tuenda multitudo convenit, exhibendi facultatem esse decernit.

ARIST. *Quisque fidelis per totam post resurrectionem hebdomadam in Ecclesiâ versetur.*

In sanctis Ecclesiis fideles oportet vacare, & in Psalmis & hymnis gaudio exultare totam septimanam post sanctam Christi veri Dei nostri resurrectionem.

CANON LXVII.

Divina nobis scriptura mandavit, à sanguine & suffocato & fornicatione abstinere. Eos ergo, qui propter lautum & delicatum ventrem cujuscunque animalis sanguinem arte aliqua esculentum condiunt ac instruunt, & sic illo vescuntur, ut par est punimus. Si quis ergo deinceps animalis sanguinem quovis modo comedere aggrediatur, si sit Clericus, deponatur: sin Laicus, segregetur. D

BALS. Scriptum est in Actibus Apostolorum, Ne nos quemvis sanguinem comedamus, vel suffocatum animal, & etiam à fornicatione abstineamus. Atque etiam lex jubet Mosaica, Sanguinem ne comedatis. Quoniam ergo nonnulli sanguinem, non quidem comedebant, nonnulla autem esculenta & ex aliis & ex sanguine faciebant, & se sacram scripturam observare dicebant, quòd non sanguinem nulla re intercedente comederent, statuerunt sancti patres, ejusmodi sacræ legis circumscriptionem cessare oportere; eúmque, qui quavis arte vel ratione animalis sanguinem comederit, si sit quidem Clericus, deponendum: sin verò Laicus, segregandum. Et hæc quidem canon. Latini verò indiscriminatim suffocata comedunt. Adrianopolitani etiam, ut audio, animalium sanguine cum quibusdam esculentis utuntur. Quære & Imp. domini Leonis Sapientis novellam lviii. quæ statuit eos, qui quamcunque sanguinolentam speciem comedunt, publicandos & corpore puniendos, & impressa cuti tonsura notandos, & perpetuo exilio condemnandos: eos autem, qui hæc non vindicant, magistratus x. librarum auri mulcta corrigendos. E F

ZONAR. A sanguine, suffocato & fornicatione abstinendum esse in Actis Apostoli decrevêre. Cum enim circumcisionem fidelibus necessariam esse nonnulli asseverarent, convenêre simul Apostoli cum fratre Domini Jacobo, & consilio ea de re habito, fideles ab idolothytis, sanguine, suffocato & fornicatione, nihil eis præterea oneris imponentes, abstinere jusserunt. Verùm in Genesi quoque præceptum hujusmodi extat: Carnem, in sanguine animæ non comedetis. Divinæ igitur scripturæ auctoritatem, cum mactatorum animantium sanguinem à nonnullis quadam

Digitized by Google

arte condiri, atque ab iis esitari cognovissent, id hoc Canone fieri vetuere; quiq; non paruerint, Clericos quidem depositione: Laicos verò segregatione mulctari jubent.

ARIST. *Clericus sanguinem edens deponitur: Laicus autem segregatur.* Perspicuus.

CANON LXVIII.

Nemini licere veteris & novi testamenti librum, sanctorumve nostrorum & approbatorum præconum ac doctorum, corrumpere vel conscindere, vel librorum cauponatoribus, vel iis qui dicuntur unguentarii, vel alii cuicunque, ad eum perdendum tradere: nisi utique omnino, vel à tineis, vel ab aqua, vel aliquo alio modo redditus fuerit inutilis. Qui autem tale quid facere deinceps deprehensus fuerit, anno uno segregetur. Similiter & qui tales libros emit, si eos quidem ipse non ad suam utilitatem retineat, nec alteri, ad ejus beneficium, & ut ii permaneant, vendat, sed eos corrumpere aggressus fuerit, segregetur.

BALS. Nonnulli turpis quæstus gratia divinarum scripturarum libros ementes delebant, vel etiam conscindebant, Dei quæ ex ea re proficiscebatur condemnationem non reputantes. Hæc ergo divini sanctique patres corrigentes, nulli licere statuerunt corrumpere, vel conscindere, vel vendere unguentariis vel librorum cauponatoribus, ad delendum vel conscindendum, quemcunque librum divinæ scripturæ, & ex vetere testamento & novo: nisi talis liber vel ab aqua, vel à vermibus, vel ab alio modo, ab igne videlicet, fuerit omnino redditus inutilis: eum autem, qui aliter facit, anno uno segregandum, eúmque etiam, qui ejusmodi libros emit, & eos non possidet vel ad suam vel ad alienam utilitatem. Cùm autem audis canonem dicentem, non esse delendos vel quomodocunque corrumpendos libros veteris vel novi testamenti, vel aliquem alium ex divina scriptura, dic canonem de iis libris loqui, quos permissum est legi. Eos enim, qui non sunt in usu, si quis deleat & conscindat, non punietur. Nota autem hæc propter librorum cauponatores, qui divinarum scripturarum membranas delent: & ne admiseris eos dicentes, quod licet hunc divinæ scripturæ librum delere, & alium loco deletorum transcribere. Dato enim uno absurdo, multa quoque alia absurda consequentur: sed sunt quidem laudandi bibliopolæ.

ZONAR. Veteris ac novi testamenti, divino spiritu dictante, conscriptos libros, ut & sanctorum Patrum ac Doctorum, qui non sine probatione videlicet admissi receptique sunt, (multi namque res fidei, multi sacrarum literarum interpretationes scripserunt, verùm improbatis postea damnatisque operibus prosecuti fuerant.) Sacros igitur veteris ac novi testamenti, & probatorum Patrum libros hic Canon studiosè conservari jubet. Neque vero eos inquit corrumpere aut conscindere, vel librorum cauponatoribus, unguentariisve perituros tradere cuiquam liceat. Cauponatores autem librorum, non qui libros vendunt, sed quæ in libris scripta sunt obliterantes, ipsisve alia ratione, ita ut scriptura intereat, abutentes Canon intelligit. Si quæ verò forte exemplaria sic à tineis corrosa sunt, ut corrupta penitus censeantur, vel superfusa aqua, aut alio malo ita consumpta, ut nullo amplius usui legentibus esse possint, ea si quis obliteraverit, non idcirco pœnam Canonis violatori propositam, ut uno anno segregetur, incurret. Reus autem violati Canonis est, tum qui vendit libros, tum qui emit, eo nomine ut corrumpat.

ARIST. *Divinas scripturas non corrumpes nec corrumpendas trades, nisi sint prorsus inutiles.*

Non licet cuipiam veteris & novi testamenti vel etiam eximiorum & sanctorum nostrorum magistrorum

A αὐτὸ, ἀλλὰ τῷ κανόνι τοῦτο κεκωλύκασι ὃ τοιοῦτόν τι ποιεῖν, ὑπολιμπάνοντες τοῖς τοιοῦτόν τι ποιοῦσιν, εἰ μὲν κληρικοὶ εἶεν, καθαίρεσιν· εἰ δὲ λαϊκοὶ ἀφορισμόν.

ΑΡΙΣΤ. Κληρικὸς αἷμα ἐσθίων καθαιρεῖσθω, λαϊκὸς δὲ ἀφορίζεσθω. Σαφής.

ΚΑΝΩΝ ξη'.

Περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναί τινι τῶν πάντων βιβλίων τῆς παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης, τῶν τε ἁγίων καὶ ἐγκρίτων ἡμῶν κηρύκων καὶ διδασκάλων, διαφθείρειν ἢ κατατέμνειν, ἢ τοῖς βιβλιοκαπήλοις, ἢ τοῖς λεγομένοις μυρεψοῖς, ἢ ἄλλῳ τινὶ τῶν ἀπόντων πρὸς ἀφάνισμὸν ἐκδιδόναι· εἰ μή τι ἄρα τέλεον, εἴτε ὑπὸ σητῶν ἢ ὕδατος ἢ ἑτέρῳ τρόπῳ ἀχρειωθῇ. ὁ δέ τι τοιοῦτο ποιεῖν ἀπὸ τοῦ νῦν ἁλισκόμενος, ὑπὸ ἐνιαυτὸν ἀφοριζέσθω· ὁμοίως καὶ ὁ τοὺς τοιούτους βίβλους ὠνούμενος, εἰ μήτε αὐτὸς ταύτας κατέχει πρὸς οἰκείαν ὠφέλειαν, μήτε ἑτέρῳ πρὸς ἐνέργειαν καὶ τὸ ἀφαιρεῖναι ἀποδιδῷ, ἀλλὰ ταῦτα ἀφθείρειν ἐπιχειρήσοι, ἀφοριζέσθω.

BALS. Τινὲς δὲ αἰσχροκέρδειαν βιβλίων τῶν θείων γραφῶν ἐμπορευόμενοι ἀπώλεσφον, ἢ καὶ καθέτεμνον, μὴ συλλογιζόμενοι τὴν ἐντεῦθεν τῷ θεῷ κατάκρισιν. διορθούμενοι οὖν τὰ περὶ τούτου οἱ θεῖοι καὶ ἅγιοι πατέρες, διωρίσαντο μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας τινὰ τῶν ἀπόντων ἀφθείρειν ἢ κατατέμνειν ἢ πωλεῖν πρὸς μυρεψοὺς ἢ βιβλιοκαπήλους, χάριν ἀπαλοιφῆς ἢ κατατομῆς, οἱονδηποτοῦν βιβλίον ἐκ τῆς θείας γραφῆς, ἔκτε τῆς παλαιᾶς δηλονότι διαθήκης καὶ τῆς νέας, εἰ μήπω τὸ τοιοῦτον βιβλίον, ἢ ἀπὸ ὕδατος ἢ ἀπὸ σκωλήκων ἢ ἀπὸ ἑτέρου τρόπου, πρὸς δηλονότι, παμπάλαι ἀχρειωθῇ· τὸν δὲ περὶ ταῦτα ποιοῦντα ὑπὸ ἐνιαυτὸν ἀφορίζεσθαι, καὶ τὸν ἐξωνούμενον ὕστερον ταῦτα, καὶ μὴ ὑπακτώμενον αὐτὰ ἢ διὰ οἰκείαν ἢ διὰ ἀλλοτρίαν ὠφέλειαν. ἀκόλουθον δὲ τῷ κανόνι λέγοντι, μὴ ἀπαλείφεσθαι ἢ ὁπωσδήποτε διαφθείρεσθαι βιβλίον τῆς παλαιᾶς ἢ τῆς καινῆς διαθήκης, ἢ ἕτερον ἐκ τῆς θείας γραφῆς, περὶ ἐκείνων τῶν βιβλίων λέγειν τὸν κανόνα διαλέγεσθαι τῶν ἐκχωρηθέντων ἀναγινώσκεσθαι. τὰ γὰρ ἀποχρησάμενα, καὶ καταταμόντων τις καὶ ἀπαλείφων, οὐ κωλυθήσεται. σημείωσαι ταῦτα διὰ τοὺς βιβλιοκαπήλους, τοὺς ἀπαλείφοντας τὰς μεμβράνας τῶν θείων γραφῶν, καὶ μὴ παραδέξῃ τούτους λέγοντας, ὡς ἐφεῖται δέ τι ἐκ τῆς θείας γραφῆς ἀπαλείφειν, καὶ ἕτερον ἐν τοῖς ἀπαλειφεῖσι μεταγράφειν. ἑνὸς γὰρ ἀτόπου δοθέντος, καὶ ἕτερα πολλὰ ἄτοπα συμπαρακολουθήσουσιν· οἱ μῦθοι βιβλιοπῶλαι ἐπαινετέοι εἰσί.

ΖΩΝΑΡ. Τὰ βιβλία τῆς θεοπνεύστου γραφῆς, τῆς τε παλαιᾶς διαθήκης καὶ τῆς καινῆς· καὶ τὰ τῶν ἁγίων πατέρων καὶ διδασκάλων τῶν ἐγκριθέντων δηλαδὴ τῶν μὴ δοκιμασίας δεχθέντων. (πολλοὶ γὰρ συνεγράψαντο περὶ πίστεως λόγους καὶ ἑρμηνείας γραφῶν, ἀλλ' ἀπεβλήθησάν καὶ ἀπεδοκιμάσθησαν.) τὰ γοῦν τῆς παλαιᾶς καὶ νέας διαθήκης βιβλία, καὶ τὰ τῶν ἐγκριθέντων πατέρων φυλάττεσθαι ὁ κανὼν κελεύει, ἀλλὰ μὴ διαφθείρεσθαι, μηδὲ κατατέμνεσθαι, μηδὲ τοῖς βιβλιοκαπήλοις, ἢ τοῖς μυρεψοῖς ἐκδίδοσθαι εἰς ἀφανισμόν. βιβλιοκαπήλους δέ, τοὺς τὰ βιβλία πωλοῦντας φησὶν ὁ κανών, ἀλλὰ τοὺς ἀπαλείφοντας ἢ καὶ ἄλλως χρωμένους τοῖς βίβλοις εἰς ἀφανισμὸν τὸ ἐν αὐτοῖς γεγραμμένων. τὰ δὲ ὑπὸ σκωλήκων ἴσως βρωθέντα ὡς τέλεον διαφθαρῆναι, ἢ ὑπὸ ὕδατος, ἢ ἄλλως ἀχρεωθέντα, ὡς μὴ χρησιμεύειν εἰς ἀνάγνωσιν, εἰ ἀπαλείψῃ τις, οὐκ ὑποπεσεῖται τῷ ἐπιτιμίῳ, ὅπερ ἔστι δὲ ὑπὸ ἐνιαυτὸν ἀφορίζεσθαι τὸν παραβαίνοντα τὸν κανόνα. παραβάτης δ' ἔστι καὶ ὁ πωλῶν ταύτας ὑπὸ διαφθορᾷ καὶ ὕστερος ὠνούμενος.

ΑΡΙΣΤ. Οὐ διαφθαρεῖς θεῖον βιβλίον. οὐδὲ δώσεις διαφθαρῆναι· εἰ μὴ τέλεον καταχρεία.

Οὐκ ἐξέστι τινὶ τῶν ἁπάντων βιβλίων τῆς παλαιᾶς ἢ τῆς καινῆς διαθήκης, καὶ τῶν ἐγκρίτων καὶ ἁγίων ἡμῶν διδασκάλων

Digitized by Google

διδασκάλων διαφθείραν, ἢ τοῖς βιβλιοπῶλοις, ἢ τοῖς μυρεψοῖς διδόναι, πρὸς τὸ καταλῦσαι καὶ ἀφανίσαι αὐτὸ, εἰ μὴ τέλεον ἠχρειώθη ὑπὸ σητῶν, ἢ ὕδατος, ἢ ἑτέρου τρόπου. ὁ δὲ παραβαίνων τὸ ὁρισθὲν, ὑπὸ ἐνιαυτὸν ἀφορίζεται.

A librum quemvis corrumpere, vel librorum cauponatoribus aut unguentariis tradere, ad eum destruendum perdendumve, nisi reddatur prorsus inutilis à tineis aut aquâ aut alio modo. Qui hoc autem decretum transgreditur, anno segregatur.

ΚΑΝΩΝ ξθ'.

Canon LXIX.

Μὴ ἐξέστω τινὶ τῶν ἀπὸ τῶν λαϊκῶν τελοῦντι ἔνδον ἱερᾶς εἰσιέναι θυσιαστηρίου, μηδαμῶς ὅτι τοῦτο τῆς βασιλικῆς ἀπορρήτου ἐξουσίας καὶ αὐθεντείας, ἕνεκα δ' ἂν βουληθείη προσάξαι δῶρα τῷ πλάσαντι, κατά τινα ἀρχαιοπρεπῆ παράδοσιν.

Non liceat cuipiam ex Laicorum numero intra sacri altaris septum ingredi: ab eo tamen nequaquam prohibita potestate & auctoritate. Imperatoria quando quidem luerit creatori dona offerre, ex antiquissima traditione.

ΒΑΛΣ. Ἀπαγορεύει ὁ κανὼν εἰσιέναι τοὺς λαϊκοὺς ἔνδον τοῦ θείου θυσιαστηρίου, ὡς ὄντος τούτου ἀφωρισμένου μόνοις τοῖς ἱερωμένοις. τῷ βασιλεῖ δέ, καὶ λαϊκῷ ὄντι, ἐνεδόθη φησὶ τοῦτο, ἕνεκα προσάξαι δῶρα τῷ θεῷ αἱρετίσει, κατά τινα παλαιὰν παράδοσιν. ὅπως οὖν εἰς τὸ θεῖον ἄδυτον τοῦ περικλύτου ναοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἐν τῇ Χαλκῇ ἀκωλύτως εἰσέρχεται ὁ βουλόμενος, ἀγνοῶ. περὶ δέ γε τῶν Λατίνων μανθάνω, ὅτι οὐ μόνον λαϊκοὶ ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες εἰς τὸ ἅγιον βῆμα εἰσέρχονται καὶ κάθηνται, ἱσταμένων πολλάκις καὶ τῶν ἱερουργούντων. περὶ μέντοι τῶν βασιλέων εἶπόν τινες, τοῖς ῥήμασιν ὑπακαθήμενοι τοῦ κανόνος, ὅτι τότε οὐ κωλυθήσονται ἔνδον τοῦ θυσιαστηρίου εἰσιέναι, ὅτε προσαγαγεῖν δῶρα τῷ θεῷ μέλλουσιν, οὐ μὴν ὅτε χάριν προσκυνήσεως μόνον βουληθῶσιν εἰσελθεῖν ἐν αὐτῷ· ἐμοὶ δὲ τοῦτο οὐ δοκεῖ. οἱ γὰρ πατριάρχας προβαλλόμενοι ὀρθόδοξοι βασιλεῖς δι' ὑπερβολὴν τῆς ἁγίας τριάδος, καὶ χρισθέντες Κύριοι, ἀκωλύτως ὅτε καὶ βούλονται εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον εἰσέρχονται, καὶ θυμιῶσι καὶ σφραγίζουσι μετὰ τοῦ ἱερέως, καθὼς οἱ ἀρχιερεῖς.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ θυσιαστήριον τοῖς ἱερωμένοις ἀφώρισται. διὸ καὶ ὁ κανὼν τοῖς λαϊκοῖς ἀπαγορεύει πᾶν πρὸς αὐτὸ εἴσοδον. τῷ δὲ βασιλεῖ μόνῳ παραχωρεῖ τῆς εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσόδου, ὅτε προσάγῃ δῶρα τῷ θεῷ. ὥσπερ οἱ ὑπαποτολογούμενοι ἑαυτῶν οἱ τοῦτο δόντες τῷ βασιλεῖ τὸ προνόμιον τῆς ἐξουσίας καὶ τῆς αὐθεντείας ἐμνήσθησαν, μονονουχὶ τοῦτο λέγοντες, ὅτι οὐδὲ τοῦτον, καθὸ λαικός ἐστιν, ἐξὸν ἦν ἐντὸς εἰσιέναι τοῦ θυσιαστηρίου· ἀλλὰ διὰ πᾶν τὴν ἐξουσίαν καὶ τὴν αὐθεντείαν, ἐνεδόθη αὐτῷ ἀρχῆθεν τοῦτο παραδόντων τῶν παλαιοτέρων πατέρων.

Proinde Laicos ab illius ingressu arceri canon jubet; sed ita, ut Imperatori tamen, cum sacra munera Deo oblaturus accesserit, sacra adyta intrandi soli sit facultas. Quasi verò se abundanter excusarent, qui hanc Imperatori prærogativam concesserant, Imperatoriæ potestatis supremæque auctoritatis mentionem idcirco injecere, ferme hoc dicentes, quòd Imperatori quoque, qua Laicus est, ad sacrum altare ingredi non licet: sed propter eam, qua præditus est, supremæ potestatis ac autoritatis amplitudinem, id ei pervetusto antiquorum Patrum exemplo ipsi quoque concedere non recusarunt.

ΑΡΙΣΤ. Εἰ μὴ βασιλεύς, οὔτις τῶν λαϊκῶν εἰς ἱλαστήριον εἰσῆσιν.

Τοῖς κοσμικοῖς τὸ ἱλαστήριον ἄβατον· βασιλεὺς δὲ οὐ κεκώλυται εἰσέρχεσθαι ἐν αὐτῷ, ὁπόταν ἂν βουληθῇ, καὶ προσάγειν δῶρα τῷ θεῷ.

ARIST. *Nullus Laicus excepto Imperatore ad altare accedit.*

Laicis altare est inaccessum. Imperator autem non prohibetur intra septum ejus ingredi, quandocunque voluerit dona etiam Deo offerre.

ΚΑΝΩΝ ο'.

Canon LXX.

Μὴ ἐξέστω ταῖς γυναιξὶν ἐν τῷ χωρῷ τῆς θείας λειτουργίας λαλεῖν· ἀλλὰ καὶ τῷ φωνῷ Παύλου τοῦ ἀποστόλου, σιγάτωσαν· οὐ γὰρ ἐπιτέτραπται αὐταῖς λαλεῖν, ἀλλ' ὑποτάττεσθαι, καθὼς καὶ ὁ νόμος φησίν· εἰ δέ τι μαθεῖν θέλουσιν ἐν οἴκῳ τοὺς ἰδίους ἄνδρας ἐπερωτάτωσαν.

Ne liceat mulieribus divini ministerii tempore loqui; sed secundum Apostoli Pauli præceptum sileant. Non enim eis loqui permissum est, sed subjici, sicut dixit lex: si quid autem volunt discere, domi proprios maritos interrogent.

ΒΑΛΣ. Γράφων Κορινθίοις ἐπιστέλλων ὁ μέγας Παῦλος, παραγγέλλει ταῖς γυναιξὶ σιγᾶν, καὶ τοῖς οἰκείοις ἀνδράσιν ὑποτείνειν, κατὰ τὸν Μωσαϊκὸν νόμον, τὸν λέγοντα, πρὸς τὸν ἄνδρα σου γύναι ἡ ἀποστροφή σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει. ἀκολούθως οὖν τούτοις διορίζεται ὁ κανὼν, μὴ λαλεῖν τὰς γυναῖκας ἐν χωρῷ τῆς θείας λειτουργίας, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἰδίων ἀνδρῶν οἴκοι μανθάνειν περὶ ὧν θέλουσι· τοῦτο δὲ ὁρισθὲν οὕτω, μὴ εἴπῃς καθ' ὃν τὸν καιρὸν τῆς λειτουργίας κωλύει

Proinde Laicos ab illius ingressu arceri canon jubet; sed ita, ut Imperatori tamen, cum sacra munera Deo oblaturus accesserit, sacra adyta intrandi soli sit facultas. Quasi verò se abundanter excusarent, qui hanc Imperatori prærogativam concesserant, Imperatoriæ potestatis supremæque auctoritatis mentionem idcirco injecere, ferme hoc dicentes, quòd Imperatori quoque, qua Laicus est, ad sacrum altare ingredi non licet: sed propter eam, qua præditus est, supremæ potestatis ac autoritatis amplitudinem, id ei pervetusto antiquorum Patrum exemplo ipsi quoque concedere non recusarunt.

ARIST. *Nullus Laicus excepto Imperatore ad altare accedit.*

Laicis altare est inaccessum. Imperator autem non prohibetur intra septum ejus ingredi, quandocunque voluerit dona etiam Deo offerre.

Canon LXX.

Ne liceat mulieribus divini ministerii tempore loqui; sed secundum Apostoli Pauli præceptum sileant. Non enim eis loqui permissum est, sed subjici, sicut dixit lex: si quid autem volunt discere, domi proprios maritos interrogent.

BALS. Corinthiis scribens magnus Paulus, præcipit mulieribus silere, & maritis suis subjectas esse, convenienter legi Mosaicæ, quæ dicit, Ad virum tuum mulier conversio tua, & ipse dominabitur tibi. His ergo consequenter decernit canon, ne mulieres divini ministeri tempore loquantur, sed domi à viris suis ea discant, quæ scire volunt. Hoc autem sic constituto, ne dixeris eas quidem prohiberi loqui tempore ministerii: in aliis autem Ecclesiasticis conventibus

Digitized by Google

nihil vetare eas loqui. Debent enim tunc quoque tacere. Ut est autem verisimile, mulieres quædam eo tempore divinas scripturas legere præ se ferentes, concionari sæpe aggrediebantur, & ad interrogationes ac responsiones se comparare. Quod quidem patribus nequaquam mulieribus convenire visum est; ideoque est prohibitum. Privatim autem prudentiores interrogare de aliquibus animæ conducibilibus, novum non est. Lege & viii. lib. Basil. tit.i. cap.i. decret. v. quod prohibet mulieres publicè causas agere, sic expressè dicens; Pro se solis causas agunt mulier & cæcus: mulier enim virili officio non fungitur,& xxi.lib.tit.1.cap.xi.dicens,Mulier in testamento non fert testimonium: in aliis autem dicit testimonium, in quibus viri non accersuntur. Et xlviii. novellam Imp. domini Leonis Sapientis; quæ prohibet mulieres in conventionibus & contractibus ferre testimonium: in partu autem, & in iis, in quibus solus fœmininus aspectus admittitur, non etiam oculi hominum, eas testimonium præbere permittit. Quære & Justiniani cxviii. novellam, seu caput xiiii. iiii. tit.xxxvii. libri Basilic. quæ prohibet mulieres fieri tutrices, & hæc præcisè dicit; Fœminis enim nos quoque prohibemus,ne tutelæ munera subeant,nisi sit mater vel avia. Iis enim solis secundum hæreditatis ordinem tutelam quoque subire permittimus, si scriptis & aliis nuptiis, & senatusconsulti Velleiani auxilio renunciaverint. Si hæc enim servaverint, omnibus qui in transversa sunt linea cognatis in tutela præferentur, testamentariis demum tutoribus eas anteeuntibus. Defuncti enim voluntatem & electionem præferri volumus. Lege & tit.v.ejusdem libri cap.xx.thema iii.dicens; Mulier non est curatrix.

ΖΟΝΑΡ. Σιγᾶν ὁ μέγας Παῦλ. ταῖς γυναιξὶν ὑπιτάττει, ὑ κ᾽ τὸν καιρὸν μόνον τῆς λειτουργίας, ἀλλ᾽ ὅλη πάσης συνελεύσεως τῶν πιστῶν. τοῦτο ὃ κ τοῖς ἔξωθεν ἁρμόδιον ἔδοξε· φησὶ γάρ τις τῶν ποιητῶν, γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει. πῶς ὃ ὁ παρὼν κανὼν σιγὴν αὐταῖς ὑπιτάττει ἐν τῇ τῆς λειτουργίας καιρῷ. εἰ δέ τι φησὶ μαθεῖν θέλουσι, τοὺς οἰκείους ἄνδρας οἴκοι ἐρωτάτωσαν. κ τοῦτο ὃ ἀποστολικὸν ὄντ. νόμον ὃ ταῦτα ὠνόμασεν ὁ κανὼν τὰ ἀποστολικὰ διατάγματα.

ZONAR. Silentium fœminis, non solùm quandiu sacra mysteria peraguntur, sed ubicunque fideles convenerint, magnus Paulus indicit. Hoc autem iis etiam, qui sunt extra Ecclesiam, conveniens visum est. Mulieres enim,inquit poëta nescio quis, ornat silentium. Hic vero canon sacri ministerii tempore fœminas silere duntaxat jubet. Si quid autem scire cupiunt, viros,inquit canon,idque ex Apostolo,domi interrogent. Legis porro nomine Apostolica oracula hoc canone significantur.

ΑΡΙΣΤ. Γυναιξὶ λαλεῖν ἐπ᾽ ἐκκλησίας ὐκ ὑπιτέρπαμεν.

ARIST. *Mulieribus in Ecclesiis loqui non permittitur.*

Εἰ γὰρ θελήσουσί τι μαθεῖν, ἐν οἴκῳ τοὺς ἰδίους ἄνδρας ἐπερωτάτωσαν.

Si enim discere aliquid vellent, maritos suos domi interrogent.

ΚΑΝΩΝ οα΄.

Τοὺς διδασκομένους τοὺς πολιτικοὺς νόμους μὴ δεῖν τοῖς Ἑλληνικοῖς ἔθεσι κεχρῆσθαι, μήτε μὴν ἐπὶ θεάτρων ἀναγεσθαι, ἢ τὰς λεγομένας κωλίτρεας ἐπιτελεῖν, ἢ ὅλως τῷ κοινῷ χρῆσιν τολμᾶν ἑαυτοῖς παρέχειν· μήτε καθ᾽ ὃν καιρὸν τῶν μαθημάτων ἀπάρχονται, ἢ πρὸς τὸ τέλος αὐτῶν καταντῶσιν· ἢ καθόλου φανεραὶ διὰ μέσης τῆς τοιαύτης παιδεύσεως. εἰ δέ τις ἀπὸ τοῦ νῦν τοῦτο πρᾶξαι τολμήσει, ἀφοριζέσθω.

CANON LXXI.

Eos, qui docentur leges civiles, Græcis moribus uti non oportere, & neque in theatrum induci, neque quæ dicuntur Cylistræ peragere, vel præter usum communem sibi vestes induere, nec quo tempore disciplinam aggrediuntur, vel ad finem ejus perveniunt, vel,ut in summa dicam,in ejus doctrinæ dimidio: si quis autem deinceps hoc facere ausus fuerit, segregetur.

ΒΑΛΣ. Ο μέγας ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος γράφει εἰς τὸν ἐπιτάφιον τοῦ μεγάλου Βασιλείου λόγον τοῦτο, ὡς οἱ πλεῖστοι κ ἀφρονέστεροι τ ἐν Ἀθήναις νέων σοφιστομανοῦντες, κ κατ᾽ τοὺς ἱπποδρομομανοῦντας μαχόμενοι πρὸς τοὺς ἀντιδέτους, προκαταλαμβάνουσι τὰς πόλεις κ τὰς ὁδούς· κ τοὺς νεηλύδας σοφιστὰς δεξιοῦνται μετ᾽ πομπείας κ ξεναγώγιας, καί τινων ἑτέρων παιδιῶν σωνήθων τοῖς σοφιστοῖς. ὡς ἔοικεν οὖν εἴθιστο πόλις κ ἐν ταύτῃ τῇ βασιλούσῃ τῶν πόλεων, ὅτε κ ἡ τῶν νόμων μάθησις ἤκμαζε, τοιούτοις Ἑλληνικοῖς ἔθεσι κεχρῆσθαι

BALS. Magnus Theologus Gregorius hæc scribit in funebri magni Basilii oratione; quòd plurimi, iique stultissimi, ex adolescentibus qui erant Athenis, sophistico quodam furore perciti,& non secus ac ii,qui equestris cursus certaminis furioso desiderio tenentur, contra adversarios suos pugnantes, urbes viásque anticipant, & recenter advenientes sophistas excipiunt & complectuntur, magna splendidâque pompa deducentes, & hospitaliter comitantes, & alia quædam ludibria sophistis familiaria facientes. Ut est ergo credibile, in hac

χρῆσθαι τινὰς, καὶ τὰς μέλλοντας πρὸς τὸν τῶν νόμων μάθησιν ἀποδύεσθαι, ἢ τὰς ἐκ μέσης τῆς διδασκαλίας προσδεύοντας, ἢ τὰς πλουσθένειας μετὰ πομπῆς καὶ πολυτέλειαν ἀσυνήθων ἱματίων θεατρίζειν· καὶ ἐκ τούτου τὰς πατέρας θεσμοθετῆσαι τὸ ἐν τῇ κρόνῃ κανόνι. κυλίστραι δὲ ἐγίνοντο, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, μεταξὺ τοῦ διδασκόντων. τοῦ μὲν γὰρ ἰδιεμένου τὸν δὲ τὸν μαθητὴν, τοῦ δὲ, ἑτέρωθεν ἀντιπίπτοντος, αἱ κυλίστραι ἐπενοήθησαν, καὶ τὸ ἐκ τῆς τύχης ἀποτέλεσμα, ὡς γίνεται σήμερον ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις χάριν τοῦ κιγκέλλου. ταῦτα οὖν πάντα οἱ ἅγιοι πατέρες ἀπαγορεύοντες, καὶ Ἑλληνικὰ ἔργα καλοῦντες, διορίζονται μηδέν τι τοιοῦτον γίνεσθαι πάντως, διὰ τὸ πολλὰ σκάνδαλα ταραχώδη χάριν τούτων ἀναφύεσθαι μέσον τῶν πιστῶν, καὶ ἐθνικῆς εὐτυχίας ἢ δυστυχίας εἰς ὄνειδος γινόμενον. τοὺς δὲ παραβάτας τοῦ κανόνος ἀφορισμῷ ὑποκεῖσθαι παρεκελεύσθη.

ZΩΝΑΡ. Τὸ ἔθεσιν Ἑλληνικοῖς τοὺς πιστοὺς χρᾶσθαι οὐ πᾶσιν οἱ θεῖοι πατέρες ἀπαγορεύουσιν. ἐπεὶ οὖν καὶ οἱ τοὺς πολιτικοὺς μανθάνοντες νόμους ἔθεσι τοιούτοις ἐκέχρηντο, καὶ σχολὰς ἀλλοκότους τινὰς ἐνεδύοντο τοῦ μαθήματος ἀρχόμενοι, ἢ καὶ πρὸς τὸ τέλος τούτων γινόμενοι, κωλύσει καὶ ταῦτα πάντα ὁποῖά ποτ' ἂν ἦσθη τὰ παρ' ἐκείνων γινόμενα, καὶ ἀφορισμὸν τοιούτόν τι πραξάντων καταψηφίζονται.

ΑΡΙΣΤ. Ἀφορίζεται νομομαθὴς ἔθει ἑλληνικῷ χρώμενος, καὶ θεάτροις ἐπαγόμενος, καὶ κυλίοις, ἢ τοῖς κοινοῖς χρῆσιν σχολιζόμενος.

Ἔθεσιν εἰ χρήσεταί τις ἑλληνικοῖς, τοὺς πολιτικοὺς νόμους ἐνδιδασκόμενος, ὅτε θέατρα ἴσως ἀναγόμενος, ἢ τὰς λεγομένας κυλίστρας ὑπελῶν, ἢ σχολάς τινας τοῖς κοινοῖς χρῆσιν ἐνδιδυσκόμενος, ἀφορισθήσεται.

A urbium regina hæc consuetudo invaserat, quando legum quoque disciplina vigebat, ut quidam his Græcis moribus uterentur, & eos, qui legum erant disciplinam aggressuri, vel qui per mediam doctrinam processerant, vel qui jam perfecti erant, cum magna quadam pompa & sumptuosis insuetis vestibus in theatrum deducerent; & ideo statuisse patres ea quæ sunt in præsenti canone. Cylistræ autem fiebant, ut mihi videtur, inter eos qui docebant. Cùm enim hic sibi discipulum vendicaret, ille verò ex altera parte resisteret, Cylistræ excogitatæ fuere, idque fortuitu, ut fit hodie in equorum curriculis pro cancellis. Hæc ergo omnia prohibentes sancti patres, & Græca opera nominantes, statuunt nihil tale fieri omnino oportere, eo quòd multa offendicula turbulenta eorum gratia inter fideles nascantur, & sit id, quod eo modo fit, gentilitiæ felicitatis vel infelicitatis præmium. Eos autem, qui canonem transgrediuntur, segregationi subjici jusserunt.

ZONAR. Profanas ethnicorum consuetudines nulla in re divini Patres à fidelibus usurpari patiuntur. Cùm igitur ex iis aliquas juris civilis candidati adhuc retinerent, ac peregrino vestium ornatu, sive cum studiorum curriculum ingrederentur, sive cum eorundem metam attigissent, induti prodirent; hæc, & alia ejus generis omnia, quæcunque ab illis fieri consueverunt, prohibent; quique tale quidquam admiserint segregari jubet.

ARIST. *Qui juri discendo incumbit, more Gentili utens, & ad theatra deductus, & sese volutans, vel præter communem consuetudinem indutus, segregatur.*

Moribus Gentilibus si quis usus sit, civiles edoctus leges, ad theatra fortasse deductus, aut Cylistras dictas peragens, aut vestes præter usum communem induens, segregabitur.

KANΩN οβ'.

Μὴ ἐξεῖναι ὀρθόδοξον ἄνδρα αἱρετικῇ συνάπτεσθαι γυναικί, μήτε μὴν αἱρετικῷ ἀνδρὶ γυναῖκα ὀρθόδοξον ζεύγνυσθαι· ἀλλ' εἰ καὶ φανῇ τι τοιοῦτον ὑπό τινος τῶν ἀπόντων γινόμενον, ἄκυρον τὸν γάμον ἡγεῖσθαι, καὶ τὸ ἄθεσμον διαλύεσθαι συνοικέσιον. οὐ γὰρ χρὴ τὰ ἄμικτα μιγνύναι, οὐδὲ τῷ προβάτῳ τὸν λύκον συμπλέκεσθαι, καὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ μερίδι τὸν τῶν ἁμαρτωλῶν κλῆρον· εἰ δέ τις παραβῇ τὰ παρ' ἡμῶν ὁρισθέντα, ἀφορίζέσθω. εἰ δέ τινες, ἔτι ἐν τῇ ἀπιστίᾳ τυγχάνοντες, καὶ οὔπω τῇ τῶν ὀρθοδόξων ἐγκαταλεγέντες ποίμνῃ, ἀλλήλοις γάμῳ νομίμῳ ἡρμόσθησαν, εἶτα ὁ μὲν τὸ καλὸν ἐκλεξάμενος, τῷ φωτὶ τῆς ἀληθείας προσέδραμεν· ὁ δὲ ὑπὸ τοῦ τῆς πλάνης κατεχέσθη δεσμοῦ, μὴ πρὸς τὰς θείας ἀτενίσαι ἀκτῖνας ἐλόμενος (δοκεῖ δὲ τῷ πιστῷ ἡ ἄπιστος συνοικεῖν, ἢ ὅ ἔμπαλιν ἡ ἄπιστος τῇ πιστῇ) μὴ χωριζέσθωσαν κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον. ἡγίασται γὰρ ὁ ἄπιστος ἀνὴρ ἐν τῇ γυναικὶ, καὶ ἡγίασται ἡ ἄπιστος γυνὴ ἐν τῷ ἀνδρί.

Non licere virum orthodoxum cum muliere hæretica conjungi, neque verò orthodoxam cum viro hæretico copulari: sed & si quid ejusmodi à quopiam factum apparuerit, irritas nuptias existimare, & nefarium conjugium dissolvi. Neque enim ea quæ non sunt miscenda misceri, nec ovem cum lupo, nec peccatorum sortem cum Christi parte conjungi oportet: si quis autem ea quæ à nobis decreta sunt, transgressus fuerit, segregetur. Si autem aliqui, qui adhuc infideles sunt, & in orthodoxorum gregem nondum relati, sunt inter se legitimo matrimonio conjuncti; deinde hic quidem, eo quod est honestum electo, ad lucem veritatis accurrerit: ille verò erroris vinculo detentus fuerit, nolens divinos radios fixis oculis intueri (si infideli uxori placeat cum viro fideli habitare, vel vice versa viro infideli cum fideli uxore) ne à se invicem separentur juxta divinum Apostolum. Nam Sanctificatus est vir infidelis per mulierem, & sanctificata est mulier infidelis per virum.

ΒΑΛΣ. Ὁ πολιτικὸς νόμος τὸν γάμον ὁρίζεται κοινωνίαν καὶ συγκλήρωσιν θείου τε καὶ ἀνθρωπίνου δικαίου. ἀκολούθως οὖν τούτῳ διορίζονται οἱ ἅγιοι πατέρες, μὴ συναπτέσθαι κατὰ νόμον γάμου ὀρθόδοξον ἄνδρα αἱρετικῇ γυναικὶ, ἢ ὅ ἀνάπαλιν· ἀλλ' εἴ ποτε γένηταί τι τοιοῦτον, διασπᾶσθαι τὸ συνοικέσιον ὡς ἀνυπόστατον. τίς γὰρ φασι κοινωνία ἔσται λύκῳ καὶ ἀρνείῳ, ἐναντιοφρονοῦσι κατὰ πάντα καὶ ἐχθραίνουσι πρὸς ἄλληλα τὰ διαγωγῆς διάφορον; καὶ οὐ μόνον διασπᾶσθαι τὸ συνοικέσιον, ἀλλὰ καὶ τὸν τοιοῦτόν τι τολμήσαντα ἀφορίζεσθαι. εἰ μέντοι ἕτερος τῶν ὁμοζύγων προέληται τῷ ὀρθόδοξον πίστιν, οὐ διὰ τοῦτο τὸ συνοικέσιον διασπασθήσεται. ὁ γὰρ μέγας ἀπόστολος Παῦλος διορίσατο, ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ

Balsamon. Lex civilis definit matrimonium, societatem & communicationem divini & humani juris. Huic ergo consequenter sancti patres decernunt, jure matrimonii non esse conjungendum virum fidelem mulieri infideli, vel è contra: sed & si quid ejusmodi factum fuerit, divellendum esse matrimonium, ut quod consistere non possit. Quæ est enim, inquiunt, lupo cum agno societas, quorum est penitus contraria voluntas, sibique sunt invicem in omnibus adversi & infesti, quòd sit contraria eorum vivendi ratio? Et non solùm separandum esse matrimonium, sed & eum, qui tale quid ausurus est, segregandum esse. Sed si, alter ex conjugibus fidem orthodoxam elegerit, non propterea separabitur matrimonium.

Digitized by Google

Magnus enim Apoſtolus Paulus in Epiſtolâ ſuâ ad Corinth. ſtatuit, eos non eſſe ſeparandos, quoniam ſanctificatus eſt vir infidelis per fidelem mulierem, & contrà, ſanctificatur infidelis mulier per virum qui credidit. Eſt autem ſpes fore ut ejuſdem ſint ſententiæ conjuges, ſi alter ex ipſis fidem orthodoxam elegerit. Nota ergo præſentem canonem propter Iberos, qui ſuas filias Agarenis indiſcriminatim in matrimonio collocant. Similiter nota & verbum canonis, quod dicit, Infideli autem mulieri cum viro fideli, cohabitare placet? vel contrà, infideli viro cum muliere fideli? ne ſeparentur. Si quis enim horum ſeparari maluerit, matrimonium ex eo divelletur. Quod quidem factum eſt tempore ſanctiſſimi Patriarchæ domini Theodoti. Separatus eſt enim à ſua infideli uxore Baſilicus Buccinator, poſtquam baptizatus fuerat, cum decreto Patriarchali: utpote quæ à viri ſuaſione induci non poſſet ut baptizaretur. Lege & decimum caput primi tituli præſentis operis, & quæ in eo ſunt.

A ἀυτῦ, τὺς τοιύτυς μὴ χωρίζεσθαι, ὅτι ἡγίασται ὁ ἄπις. ἀνὴρ ἀγὰ τ πιςῆς γυναικὸς, κ ἀντιςρόφως, ἁγιάζε ἡ ἄπις. γυνὴ ἀγὰ τ πιςευκότ. ἀνδρός. ἔςι ἢ κ ἐλπὶς ὁμοφρονῆσαι τὺς ὁμοζύγυς ὀκ ἄ προελέσθαι θάτερον ἐξ ἀυτῶν τ ὀρθόδοξον πίςιν. σημείωσαι ὧν τὸν παρόντα κανόνα, ἀγὰ τὺς Ιβηρας τὺς ἀλλοφύλους τὰ οἰκεῖα θυγάτρια τοῖς Αγαρηνοῖς ἐκγαμίζονλας. ὡσαύτως σημείωσαι κ ὃ ῥῆμα τ κανόν. ὃ λέγον, δίδοκεῖ ἢ τῷ πιςῷ ἡ ἄπις. συνοικεῖν; ἢ τὸ ἔμπαλιν, ὁ ἄπις. τῇ πιςῇ; μὴ χωρίζέσθωσαν. εἰ γὰ αἱρετίσεταί τις τέτων ἀγαζυγῶσαι, ἀπεντεῦθεν ὁ γάμ. ἀγαπαθήσε. ὅπ γέγονε κ ὀλίγ τ ἡμερῶν τ ἀγιωτάτ πατριάρχ κυρ Θεοδότ. διεζύγη γὰρ Βασιλικὸς Βυκινάτωρ μ ὃ βαπτισθῆναι ἀπὸ τ ἀπίςυ γυναικὸς ἀυτῦ, μ πατριαρχικῷ ὁρισμῷ., ὡς μὴ πειθομένης βαπτισθῆναι μ τῷ ἀνδρὸς ἀγάκλησιν. ἀνάγνωσον κ τὸ ί. κεφ. τῦ α'. τίτλυ τῦ παρόντ. συντάγματ., καὶ τὰ ἐν αὐτῷ.

B

Zonar. De iis qui inter ſe non ita pridem matrimonii fœdere juncti ſunt, ſi eorum alterum fidelem eſſe, alterum à fide abhorrere contigerit, canonem hunc ſacri & divini Patres promulgaverunt; eoque ſocietatem ejuſmodi damnant, & poſtquam etiam contracta fuerit, reſcindi jubent. Non enim ea, inquiunt, miſcenda ſunt, quæ naturam, ut inter ſe miſceri poſſint, non habent. Nam qui ſimul ita vivunt, ut eorum animi, in iis quæ ad fidem pertinent, contrario modo affecti ſint, quo pacto eos in aliis rebus convenire poſſe quiſpiam arbitretur? quorumque ſenſus, in iis quæ ſunt fidei, quorum prima eſt atque præcipua ratio, minime congruunt, quo pacto inter ſe æquis animis in reliqua vitæ ſocietate communicábunt? Quamobrem, & nuptiarum fœdus male contractum reſcindi, & eos inſuper, qui canonem hunc violaverint, ſegregari volunt. Atque hæc quidem de matrimonio nuper inito, quo hæreticam ſibi mulierem vir orthodoxus copularit, aut contra, Patres ſanxere. Quòd ſi quo tempore uterque ab orthodoxis diffidebat, mutuam inter ſe conjugii ſocietatem contraxere, decurſu vero temporis, alterâ perſonâ adhuc errorum tenebris involutâ, altera agnita veritate fidem amplexa eſt, tunc quidem divini Patres magni Pauli præceptis ſtandum eſſe decernunt. Si enim, ait, cum fideli vitæ ſocietatem infidelis retinere velit, aut contra, ne ſegregentur. Sanctificatus eſt enim vir infidelis per mulierem, & è contra.

Ζωναρ. Οἱ τὺς συνόδυ ταύτης ἱερεῖς κ θεῖοι πατέρες περὶ τ ἅρτι ζευγνυμένων εἰς γάμυ κοινωνίαν νομοθετῦσιν· ὧν τὸν μὲν, πιςὸν ἔι) ἀποτιθέμενον τῷ ἄπις. ἢ τοὐναντίον. κ ἀπαγορεύυσι, τὰς τοιαύτας συζυγίας, καὶ γενομένας ὃ θραύειν κελεύυσιν. ἐ γὰ χρή φασι μιγνυῶαι τὰ ἄμικτα. εἰ γὰρ ἡ τ ψυχῆς περὶ τῷ πίςιν θέσις ἐναντία τοῖς συνοικῦσι, πῶς ἂν περὶ τἀ ἄλλα ὁμόψυχοι ἔσονλ), ἢ πῶς ἐν τῷ μείζονι, τ πίςει λέγω, ἀσύμβατοι ὄνλες, καὶ ἀκοινώνηλοι, συμβαίειν ἀλλήλοις καὶ συγκοινωνήσαιεν ἂν τοῖς λοιποῖς; διὸ καὶ μ τῷ λύσιν τ ἀθέσμυ τέτυ γάμυ, καὶ ἀφορίζεσθαι βέλονται τὺς τὸν παρόντα κανόνα παραβαίνονλας. ταῦτα μὲν ὧν περὶ τῶν ἅρτι πρώτως ζευγνυμένων ἀλλήλοις εἰς γάμυ κοινωνίαν οἱ πατέρες φασὶ, τῦ μὲν ὀρθοδόξυ τυγχάνοντος τῆς ἢ μὴ τοιαύτης. εἰ ἢ ὅτε εἰς γάμον συνῆλθον ἀλλήλοις, κ ἄμφω τῶν ὀρθοδόξων ἠλλοτριώντο, εἶτα τὸ μὲν τῶν προσώπων ἐπέγνω τῷ ἀληθειαν, κ προσῆλθε τῇ πίςει, τὸ ἢ ἔτι τῷ σώτει τῆς πλάνης συνέχεται, τῇ τῦ μεγάλυ Παύλυ διαλαγῇ ἕπεδαι κ οἱ πατέρες ὕτοι ψηφίζονται. εἰ γὰρ θέλει, φησὶ, τῷ πιςῷ ἡ ἄπις. συνοικεῖν, ἢ τοιοὐτον, μὴ χωρίζέσθωσαν, ἡγίασται γὰρ ὁ ἄπις. ἀνὴρ ἐν τῇ γυναικὶ, κ τὸ ἔμπαλιν.

C

D

Canon LXXIII.

Cùm crux nobis vivifica ſalutare oſtenderit, nos omnem diligentiam adhibere oportet, ut ei, per quem ab antiquo lapſu ſalvati ſumus, eum quem par eſt honorem habeamus. Quamobrem & mente & ſermone & ſenſu adorationem ei tribuentes, crucis figuras, quæ à nonnullis in ſolo ac pavimento fiunt, omnino deleri jubemus, ne incedentium conculcatione victoriæ nobis trophæum injuria afficiatur. Eos itaque, qui deinceps crucis ſignum in ſolo conſtruunt, ſegregari decernimus.

Bals. Nonnulli in Eccleſiarum vel aliorum etiam locorum pavimentis crucis ſigna in lapide, vel aliqua alia ſpecie, imprimebant. Hoc ergo prohibens canon, dicit, quòd ſalus hominum per crucem vivificam

Κανων ογ'.

Τῷ ζωοποιῷ ςαυρῷ δειξάντ. ἡμῖν τὸ σωτήριον, πᾶσάν σπουδὴν ἡμᾶς τιθέναι χρὴ, τῷ τιμιῷ τῷ ἀξίαν ἀποδιδόναι τῷ δι' ὃ σεσώσμεθα τ παλαιᾶ θραπώματ. ὅθεν κ νῷ κ λόγῳ κ αἰσθήσει τὴν προσκύνησιν αὐτῷ ἀπονέμοντες, τὰς ἐν τῷ ἐδάφει τῷ ςαυρῷ τύπυς ὑπό τινων κατασκιαζομένυς ἐξαφανίζεσθαι πρυτοίως προστάτομεν, ὡς ἂν μὴ τῇ τῶν βαδιζόντων καταπατήσῃ τὸ τῆς νίκης ἡμῖν τρόπαιον ἐξυβρίζοιτο. τὺς ὧν ἀπὸ τῦ νῦν τῦ ςαυρῦ τύπον ὃν ἐδάφυς καταςκιαζοντας ὁρίζομεν ἀφορίζεσθαι.

E

F

Βαλσ. Τινὲς ἐν ἐδάφεσιν ἐκκλησιῶν ἢ κ ἄλλων τόπων ςαυρικὰ σημεῖα ἀπὸ λίθυ ἢ ἀπὸ ἑτέρυ τινὸς εἴδυς ἐχάρατον. τῦτο ὧν κωλύων ὁ κανὼν, φησὶν ὅτι ἡ σωτηρία τῶν ἀνθρώπων ἀγὰ τῦ ζωοποιῦ ςαυρῦ γέγονε. κ χρὴ ἡμᾶς τὸν ἀνάλογον τιμὴν

Digitized by Google

τιμῶ καὶ προσκυνήσιν αὐτῷ ἀπονέμειν, νῷ καὶ λόγῳ καὶ αἰσθήσει· ἤτοι νῷ μὲν, διὰ εὐχαριστίας σιωπηρᾶς· λόγῳ, διὰ τῆς πρὸς πάντας ὁμολογίας τοῦ γεγονότος ἀγαθοῦ πρὸς ἡμᾶς· καὶ αἰσθήσει, ὅταν τὸν σταυρικὸν τύπον ἐν ἐδάφει κατασκευάσαντες προσκυνοῦμεν. ὅθεν καὶ τοὺς ὁπουδήποτε διεσκορπισμένους τύπους τοῦ σταυροῦ ἐν ἐδάφει διορίσασθαι ἀφανισθῆναι, ὡς ἂν μὴ καταπατῆται ὑπὸ τῶν βαδιζόντων ὁ κατὰ τοῦ διαβόλου τρόπαιον ἡμῶν· τοὺς δὲ ἐπιχειροῦντας σταυρὸν τύπον ἐν ἐδάφει κατασκευάσαι, ἀφορισμῷ καθυποβάλλειν· φησὶ δὲ καὶ ὁ ε'. κεφ. τοῦ α'. τίτλου τοῦ α'. βιβλίου, μήτε μοναχὸς μήτε ἕτερός τις ἐν δημοσίῳ τόπῳ, ἢ ἐν ᾧ θέα ἐπιτελεῖται, σταυρὸν ἐπιβαλλέτω ἢ λείψανα ἁγίων. καὶ κεφ. ς'. μηδεὶς ἐν ἐδάφει ἢ μυλίτῃ λίθῳ ἢ ἐν μαρμάρῳ ἐδαφικῷ ἐγγλυφέτω ἢ γραφέτω σταυρόν· ἀλλὰ περιαιρείσθω, πολὺ βαρυτέρᾳ τοῦ παραβαίνοντος ὑφισταμένου ποινῇ. καὶ κεφ. νή. τοῦ α'. τίτλου τοῦ γ'. βιβλίου λέγον ἐν μέρει, ἀλλὰ καὶ τοὺς τιμίους σταυροὺς, μὴ ὧν ἐν ταῖς λιταῖς ἐξέρχονται, μὴ ἀλλαχόσε πλὴν εἰ μὴ ἐν διαγήσει τόποις ἀποτίθεσθαι. ταῦτα τοῦ κανόνος καὶ τῶν νόμων διορισμένων, σταυρὸν μὲν ἐν ἐδάφει ὑπολαμβάνει τις κατασκευάσαι ἀπὸ τινος ὕλης· ἅγιαι δὲ εἰκόνες καὶ σταυροὶ ἐν δημοσίοις ὁδοῖς παρὰ τοῦ θέλοντος ἀναστηλοῦνται. καὶ ἡμεῖς μὲν, διὰ πίστιν τὴν πρὸς τὸν θεὸν καὶ τοὺς ἁγίους αὐτοῦ καθαρὰν πίστιν, τὰ ὁπουδήποτε ἀνασταλέντα τοιαῦτα ἅγια προσκυνοῦμεν καὶ καταπατοῦμεν. οἱ δὲ νόμοι, ὡς ἔοικε, διὰ τοὺς τῶν ἀπίστων καὶ τῶν ἀδιαφόρως ζώντων κακίας, τὰ ῥηθέντα γεγράφασιν. οἶμαι δὲ ὅτι ἐκεῖνοι καθυποβάλλονται ἀφορισμῷ, οἱ ἁπλούστεροι, καὶ δι' ὑπόκρισιν θεῖον καταβάλλοντες ἐν τῷ ἐδάφει τίμιον σταυρόν· οἱ γὰρ κακῇ διαθέσει τοιοῦτόν τι ποιοῦντες, χαίρειν τοῦ τὸν σωτηριώδη τύπον τοῦ σταυροῦ, διὰ τοῦ καταπατεῖσθαι, παρυβρίζεσθαι, ὡς ἀσεβεῖς κολασθήσονται.

A facta est, & oportet nos ei convenientem & proportione respondentem honorem adorationémque tribuere, mente, sermone & sensu: mente scilicet, per tacitam gratiarum actionem; sermone, per boni quòd in nos factum est apud omnes confessionem; & sensu, quando eam actu videntes salutamus. Unde etiam omnes qui ubivis inveniuntur, crucis typos in pavimento deleri & tolli jubet, ne ab incedentibus conculcetur nostrum adversus diabolum trophæum: eos autem, qui aggressi fuerint crucis figuram in solo construere, jubet segregationi subjici. Dicit autem & v. cap. primi tituli primi libri; Nec monachus nec ullus alius in publico loco, vel in quo spectaculum peragitur, crucem imponat, vel sanctorum reliquias. Et cap. vi. Nemo in solo, vel molari lapide, vel B marmore pavimenti, crucem insculpat vel pingat: sed auferat, eo qui id transgreditur gravissimum subeunte supplicium. Et cap. lviii. primi tit. iii. lib. imperat præcisè dicens; Sed & pretiosas cruces, cum quibus in supplicationibus egrediuntur, non alibi quàm in sanctis locis reponi. Hæc cùm & canon & leges statuant, crucem quidem in pavimento non audet quis ex aliqua materia construere: sanctæ autem imagines & cruces in publicis viis à volente eriguntur. Et nos quidem, propter puram erga Deum & ejus sanctos fidem, sancta ejusmodi ubicunque erecta adoramus & salutamus. Leges C autem, ut est consentaneum, propter infidelium, eorúmque qui sine ulla honesta consideratione indiscriminatim vivunt, improbitates, hæc scripserunt. Existimo ergo, quòd illi segregationi subjiciuntur, qui sunt simpliciores, & propter pietatem in solo pretiosam crucem fabricantur. Qui enim mala animi affectione hoc agunt, ut salutaris crucis figura, eo quòd conculcetur, contumelia afficiatur, ut impii punientur.

ΖΩΝΑΡ. Τῷ κυρίῳ ἡμῶν καὶ θεῷ καὶ σωτῆρι Χριστῷ ἐν τῷ σταυρῷ κρεμασθέντι ἡμεῖς σεσώσμεθα, καὶ τῆς ἀρχαίας δουλείας τῆς ἁμαρτίας ἠλευθερώμεθα. τούτῳ τοίνυν τῷ τῆς νίκης ἡμῖν αἰτίῳ πολὺ τιμῶ ἀπονέμειν χρῶναι φασὶν οἱ ἱεροὶ πατέρες, καὶ νῷ καὶ λόγῳ καὶ αἰσθήσει. νῷ μὲν οὖν ἀποδιδόαμεν, ὅτε καθ' ἑαυτὸς ἐνθυμούμενοι καὶ λογιζόμενοι ὅσων ἀγαθῶν ἐτύχομεν δι' αὐτοῦ, ἐκπλησσόμεθα πρὸς εἰς ἡμᾶς διὰ ἐργασίαν τοῦ θεοῦ· λόγῳ δὲ, ὅτε καὶ πρὸς ἑτέρους ταῦτα λέγοντες, χάριτας ὁμολογοῦμεν τῷ σωσαντι ἡμᾶς· αἰσθήσει δὲ, ὅτε αὐτὸν ὁρῶντες προσκυνοῦμεν καὶ καταπατοῦμεν. ἐπεὶ δέ τινες, ὡς ἔχα πλείονα τιμῶ νέμοντες τῷ σταυρῷ, παντάχοῦ ἐτύπων αὐτὸν, πρὸς δὲ τοῖς ἄλλοις καὶ ἐν ἐδάφεσι· τοῦτο ὁ κανὼν ἀπαγορεύει κανὼν, κελεύων μὴ ἐν ἐδάφει τυποῦσθαι σταυρὸν, καὶ ὅτω δὲ τῆς νίκης ἡμέτερον τρόπαιον ἀτιμάζεσθαι καταπατούμενον. τοὺς δὲ τοῦτο τολμῶντας ὑπάγει ἀφορισμῷ.

ZONAR. Domino nostro Deo ac servatore Jesu Christo cruci affixo, nos salutem adepti, atque ab antiqua peccati tyrannide liberati sumus. Crucem igitur, D quippe quæ salutis nostræ causam præbuit, mente, sermone & sensu colendam à nobis esse sancti Patres affirmant. Ac mente quidem illam veneramur, cum tacita meditatione, quam ingentia bona per illam ad nos devenerint recolentes, tantæ Dei in nos beneficentiæ magnitudinem obstupescimus; Sermone, cum eadem illa sermonibus usurpantes, quantum proinde nostro salvatori debeamus, apud alios profitemur. Sensu verò, cum eam aspicientes veneramur atque salutamus. Quoniam igitur nonnulli, studio forte ampliùs honestandæ crucis, eam cum aliis locis tum in pavimento quoque efformabant: id fieri præsens canon, ac ex eo nostræ E victoriæ trophæum per contumeliam conculcandum proponi, vetat. Qui vero id ausi fuerint, segregationi obnoxios esse decernit.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ ἐν ἐδάφει σταυρὸς ἀφανίζεται.

Πᾶσαν σπουδὴν χρὴ τιθέναι ἡμᾶς, πολὺ ἀξίῳ ἀποδιδόναι τιμῶ τῷ ζωοποιῷ σταυρῷ, δι' οὗ τοῦ πάλαι σεσώσμεθα παραπτώματος· καὶ ἐὰν ἐν τῷ ἐδάφει ὁ τοῦ σταυροῦ τύπος καταεσκευάσθη ὑπό τινος, ἀπαλοιφέσθω, ἵνα μὴ τῇ τῶν βαδιζόντων καταπατήσει ὁ τῆς νίκης ἡμῶν ἐφυβρίζηται τρόπαιον.

ARIST. *Crux in pavimento, tollitur.*

Omnem adhibere debemus diligentiam, ut dignum vivificæ cruci tribuamus honorem, per quam ab antiquo lapsu servamur: Et si à quopiam in pavimento crucis figura ponitur, deleatur, ne incedentium conculcatione victoriæ nostræ trophæum injuriâ afficiatur.

ΚΑΝΩΝ οδ'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τοῖς κυριακοῖς ἢ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τὰς λεγομένας ἀγάπας ποιεῖν, καὶ ἔνδον ἐν τῷ οἴκῳ ἐσθίειν, καὶ ἀκλίτα στρωννύειν. οἱ δὲ τοῦτο ποιεῖν κωλύοντες, ἢ παυσάσθωσαν ἢ ἀφοριζέσθωσαν.

CANON LXXIV.

Quòd non oportet in Dominicis locis vel Ecclesiis agapas, ut vocant, facere, & intus in æde comedere, & accubitus sternere. Qui autem hoc ausi fuerint, vel cessent vel segregentur.

ΒΑΛΣ. Ὁ μέγας Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ὑπεσχολῇ αὐτοῦ μέμφεται τοὺς ἐν ἐκκλησίαις συμποσιάζοντας, λέγων, μὴ γὰρ οἰκίας οὐκ ἔχετε εἰς τὸ ἐσθίειν καὶ πίνειν; ἢ τῆς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ καταφρονεῖτε, καὶ καταισχύνετε τοὺς μὴ

BALS. Magnus Paulus in epistola sua ad Corinthios eos reprehendit, qui in Ecclesia convivantur, dicens: An non habetis domos ad edendum vel bibendum? An Dei Ecclesiam contemnitis, & eos qui non habent pudore

Digitized by Google

dore afficitis? Quoniam ergo omnis locus Domino consecratus Dominicus dicitur, etiam si non est Ecclesia, sed templi vestibulum aut aliquid aliud sacrum, statuit canon, ne aliqui in Ecclesia conviventur, vel in ejusmodi locis: (Hoc enim vocat ἀγάπην, id est dilectionem, vel quòd sit dilectionis efficiens eámque constituens, vel quòd fiat propter dilectionem:) sed neque intra domum Dei comedant, & accubitus sternant. Eos autem qui tale quid faciunt, & post denunciationem non abstinent, segregationi subjici. Et vocatur quidem Agape, fraternitas, & quæ propter eam ineuntur convivia. Quæ quidem sunt prohibita, ut quæ offendiculorum & contumeliarum, & nonnunquam etiam conjurationum & sodalitatum, causæ essent. Accubitus autem dicitur omnis imposita strati strues, quæ in altitudinem erecta apud Latinos idem est, quod ἀναπίπτω. Nonnulli ergo, ut videtur, lectulos in medium templi submittentes, hujusmodi toros seu strata, vel ad majores delicias, vel alioqui ad suam quietem faciebant: quod est etiam prohibitum. Nonnulli autem dicere conati sunt, idem esse locum Dominicum & Ecclesiam: & interpretati sunt illud, Vel, ut conjunctivum, & non disjunctivum. Mihi autem non ita visum est. Postquam enim dixisset non faciendas agapas in Dominicis vel in Ecclesiis, prohibet comedere & accubitus sternere in solis ædibus sive Ecclesiis. Quamobrem est differentia inter Ecclesias & pronaos, & alios locos Dominicos.

A ἔχοντας; ἐπὶ οὖν πᾶς τόπος τῷ κυρίῳ ἀνατεθειμένος κυριακὸς λέγεται, κἂν μὴ ἐκκλησία ᾖ, ἀλλὰ προναος τυχὸν ἢ ἕτερόν τι ἱερὸν, διορίζεται ὁ κανὼν, μὴ συμποσιάζειν τινὰς ἐν ἐκκλησίαις ἢ ἐν τοιούτοις τόποις· (τοῦτο γὰρ ἀγάπην καλεῖ, ἢ ὡς συστατικὸν ἀγάπης, ἢ δι' ἀγάπην γινόμενον) ἀλλὰ μηδὲ ἔνδον B οἴκου τοῦ Θεοῦ ἐσθίειν καὶ ἀνάκλιτα στρωννύειν. τοὺς γοῦν τοιοῦτόν τι ποιοῦντας, καὶ μετ' εὐαγγελίαν μὴ διορθουμένους, ἀφορισμῷ καθυποβάλλειν. καὶ ἀγάπη μὲν καλεῖται ἡ ἀδελφοσύνη καὶ τὰ διὰ ταύτης συμπόσια· ἃ τινα ἐκωλύθησαν ὡς πράγματα σκανδάλων καὶ ὕβρεων, ἔστιν ὅτε καὶ συνομοσιῶν καὶ φατρειῶν. ἀνάκλιτον δὲ λέγει πᾶν ὑπόθετον στρωμνῆς κατασκεύασμα εἰς ὕψος ἠρμένον καὶ μαλακόν. ἀνάκλιτα γὰρ παρὰ Λατίνοις, τὸ ἀναπίπτω. τινὲς γοῦν ὡς ἔοικεν ὑποστελλόμενοι κλινίδια ἐν τῷ μεσονάῳ εἰσάγειν, ἢ καὶ διὰ θρύψιν πλείονα ἐποίουν ἢ ἀλλοτρόπως εἰς ἀνάπαυσιν αὐτῶν στρωμνὰς τοιαύτας, ὅθεν καὶ ἐκωλύθη. ἐπεχείρησαν δέ τινες εἰπεῖν, ὅτι αὐτὸ εἶναι κυριακὸν τόπον καὶ ἐκκλησίαν· καὶ ἡρμήνευσαν τὸ ἢ, συμπλεκτικὸν καὶ οὐ διαζευκτικόν· ἐμοὶ δὲ οὐκ ἔδοξε, μὴ γὰρ τὸ εἰπεῖν μὴ γίνεσθαι ἀγάπας ἐν κυριακοῖς ἢ ἐν ἐκκλησίαις, κωλύει δὲ ἐσθίειν καὶ ἀνάκλιτα στρωννύειν εἰς μόνους τοὺς οἴκους, ἤγουν τὰς ἐκκλησίας. ὥστε διαφορά ἐστιν ἐκκλησιῶν καὶ προναίων καὶ ἄλλων C κυριακῶν τόπων.

Zonar. Moris antiqui fuit divinorum mysteriorum communione peractâ convivia, cibariis ditiorum liberalitate collatis, ac per eos tenuioribus quoque ad mensæ societatem admissis, celebrare? cujus etiam magnus Paulus epistola ad Corinthios meminit, eósque, quod privatim aliis non expectatis epularentur, objurgat. Unusquisque, inquit, suam cœnam præoccupat in edendo; & alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Nunquid enim domos non habetis, ut manducetis & bibatis? aut Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos qui non habent? Hanc igitur epulandi consuetudinem, quam etiam agapen sive charitatem nuncupavit, quasi à charitate profectam, vel quia charitatis efficiens sit, (nam illa mensæ communio quandam inter eos, qui una cibum capiunt, procreat charitatem) in Ecclesiis renovatam, convenientibus intra sacra templa vestibulave ad vescendum convivis, hic canon improbat, neque in Ecclesiis, aut intra sacrarum domorum septa, sed alicubi extra epulari jubet: accubitus etiam sterni vetat. Est autem accubitus Latina vox: Idem enim Latinis accumbo, quod ἀναπίπτω. Strata vero altius excitata molliorâque, quæ delitiarum inertiæque sunt, significat. Dominici porro nomen pro Ecclesia passim canones usurpâsse reperias. Hic autem canon solus inter Ecclesiam atque Dominicum fortè discriminis aliquid statuit. Particulam vero, Aut, non habere hoc loco disjungendi vim, sed explicationis gratia, pro, Sive, posisitam esse arbitror. Siquidem in sacris quoq; libris particulam, &, non copulativè, sed causaliter pro voce, Enim, invenimus usurpatam. Ut in iis verbis, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax: causam divinæ gloriæ concelebrandæ scriptura explicat, pacem terris conciliatam; ut pro voce, Enim, particula, Et, sit accipienda. David quoq; Da nobis auxilium, ait, de tribulatione, & vana salus hominis. Tu, inquit, auxiliare, hominum enim adjumenta ad salutem inania atque irrita sunt. Libri quoque, quibus legum sanctiones continentur, disjunctivam conjunctionem pro copulativa non raro adhibent. Sic libro quadragesimo quarto, titulo tertio, Si quis scripserit, Hic vel ille meus hæres esto, aut Hunc vel illum manumittam; illud, Vel, conjunctive, pro, Et, accipi voluere. Et ejusdem libri titulo decimo quinto; Si legavero uxori meæ ornamenta, vel quæcunq; ejus gratia comparavi, ad eam omnia lege per-

Ζωναρ. Ἀρχαῖον ἔθος ἦν τὸ μετὰ τὴν κοινωνίαν τῶν θείων μυστηρίων συσσίτια γίνεσθαι καὶ συμπόσια τῶν πλουσίων χρημάτων τὰ βρώματα, προσκαλουμένων δὲ καὶ τοὺς πένητας· ὃ καὶ ὁ μέγας Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους δευτέρᾳ μέμνηται, μεμφόμενος αὐτοῖς, ὅτι ἰδίᾳ ἤσθιον μὴ ἀναμένοντες καὶ τοὺς ἄλλους, καὶ ἐπῄνων, ἕκαστος τὸ ἴδιον δεῖπνον προλαμβάνει ἐν τῷ φαγεῖν, καὶ ὃς μὲν πεινᾷ, ὃς δὲ μεθύει. μὴ γὰρ οἰκίας οὐκ ἔχετε εἰς ὃ ἐσθίειν καὶ πίνειν, ἢ τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ καταφρονεῖτε, καὶ καταισχύνετε τοὺς μὴ ἔχοντας; τοῦτο οὖν τὸ τῆς συμποσίων ἔθος, ὃ καὶ ἀγάπην ἐκάλεσεν ὁ κανών, ἢ διὰ τὸ ἐξ ἀγάπης γίνεσθαι, ἢ ὡς ἀγάπης συστατικὸν (τὸ γὰρ συνεσθίειν εἰς ἀγάπην πρὸς ἀλλήλους ἄγει τοὺς συνεσθίοντας) ἐν ἐκκλησίαις ὕστερον γινόμενον ἔνδον τῶν θείων ναῶν ἢ τῆς προτεμενισμάτων ἐσθιόντων τῆς συνερχομένων εἰς τὸ φαγεῖν αἰτιᾶται ὁ κανὼν σφᾶς, καὶ κελεύει μὴ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ταῦτα ποιεῖν, καὶ ἐντὸς τῆς θείων οἴκων ἐσθίειν, ἀλλ' ἔξω πῦ· μηδὲ ἀνάκλιτα στρωννύειν. ἢ δὲ λέξις τῆς ἀκυτωνβίτων Λατίνων ἐστίν. ἀκούμβω γὰρ παρὰ Ρωμαίοις τὸ ἀναπίπτω. σημαίνει δὲ στρωμνὰς ἠρμένας εἰς ὕψος, καὶ μαλακάς. αὗται δὲ τρυφῆς καὶ βλακείας εἰσί. πολλαχοῦ δὲ τὸ τοῦ κυριακοῦ ὄνομα εὕρῃ ἐν τοῖς κανόσιν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας λαμβανόμενον, μόνος δ' ὁ κανὼν ἵστος διαστέλλει τάχα πρὸς ἐκκλησίαν καὶ τὸ κυριακόν. οἶμαι δὲ τὸ, ἢ, ἐνταῦθα μὴ διαζευκτικῶς κεῖσθαι, ἀλλ' ὡς ἑρμηνευτικὸν, καὶ ἀντὶ τοῦ, ἤτοι. δύναιτο γὰρ καὶ ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ τὸ, ἢ, μὴ ὡς σύνδεσμον συμπλεκτικὸν παραλαμβανόμενον, ἀλλ' ὡς αἰτιολογικὸν, καὶ ἀντὶ τοῦ, γάρ, δεχόμενον. ὡς ὅπου λέγει, δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη· αἰτίαν τοῦ δοξάζειν τὸν θεὸν πιθανὴν τῆς γραφῆς, ὅτι ἐπὶ γῆς εἰρήνη, τοῦ, καὶ, ἀντὶ τοῦ, γάρ, τεθέντος. καὶ ὁ Δαβὶδ δέ φησι, δὸς ἡμῖν βοήθειαν ἐκ θλίψεως, καὶ ματαία σωτηρία ἀνθρώπου. σὺ λέγων βοήθει· ἡ γὰρ ἀνθρωπίνη σωτηρία ματαία καὶ ἀνωφελής. καὶ ἐν ταῖς νομικαῖς δὲ βίβλοις εὕρῃ πολλάκις ὁ διαζευκτικὸς σύνδεσμος ἀντὶ συμπλεκτικοῦ παραλαμβανόμενος. φησὶ γὰρ βιβλίον μδ'. πίτλος γ'. ἐάν τις γράψῃ, ὁ δεῖνα ἢ ὁ δεῖνα ἔστω μου κληρονόμος, ἢ τόνδε ἢ τόνδε ἐλεύθερον, ἔδοξε τὸ, ἢ, ἀντὶ τοῦ, καὶ, δεχθῆναι συμπλεκτικοῦ. καὶ πίτλος ιέ. τοῦ αὐτοῦ βιβλίου φησίν· ἐὰν λιγατεύσω τῇ γυναικί μου κόσμια, ἢ ὅσα χάριν αὐτῆς ἠγορασάμην, πάντα λαμβάνει· τοῦ, ἢ, συνδέσμου, ἀντὶ τοῦ, καὶ, παραλαμβανομένου. καὶ ὁ δεύτερος

Digitized by Google

δεύτερος ὁ τίτλος φ δευτέρᾳ βιβλίῳ, ὃς περὶ ῥημάτων διαγράπται σημασίας, ἐν κεφαλαίῳ νγ'. φησὶν· ὁ συμπλεκτικὸς καὶ ὁ διαζευκτικὸς ἔσθ' ὅτε ἀντὶ ἀλλήλων παραλαμβάνονται. οὕτως οὖν ἔοικασι καὶ οἱ τῆς συνόδου ταύτης πατέρες τῷ, ἢ, ἐνταῦθα ἀντὶ τοῦ, ἤτοι, χρήσασθαι.

A veniunt: conjunctione, Vel, pro, Et, intellecta. Et ſecundo titulo ſecundi libri, qui de verborum ſignificatione inſcribitur, capite quinquageſimo tertio; Conjunctivæ particulæ quandoque, inquit, pro disjunctivis, ac viciſſim hæ pro illis uſurpantur. Eodem modo igitur ab hujus quoque ſynodi Patribus particulam, Vel, pro, Sive, adhibitam fuiſſe exiſtimarim.

ΑΡΙΣΤ. Ἀγάπην ἐν κυριακαῖς τελεῖσθαι, οὐδὲ ἀνάκλιτα στρώννυσθαι· ἀλλ' οἱ μὴ παυόμενοι ἀφορίζονται.

ARIST. *Agapæ in Eccleſiis non ſunt peragendæ, nec accubitus ſternendi: Quinetiam qui non deſiſtunt, ſegregantur.*

Οὐ δεῖ τὸν τοῦ θεοῦ οἶκον κοινὸν ἡγεῖσθαι οἶκον, καὶ ἐν αὐτῷ τὰς λεγομένας ἀγάπας τελεῖσθαι, καὶ ἔνδον ἐσθίειν, ἢ στρωννύειν ἀνάκλιτα. τὸν γοῦν τοῦτο ποιεῖν τολμῶντα, εἰ μὴ παύοιτο, ἀφορίζεσθαι.

Non oportet Dei domum communem domum exiſtimare, & in eâ Agapas dictas peragere, & intus comedere, aut accubitus ſternere: Is autem, qui hoc auſus eſt facere, & non ceſſat, ſegregatur.

ΚΑΝΩΝ οε'.

Τοὺς δεῖ τὸ ψάλλειν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις παραγινομένους βυλόμεθα, μήτε βοαῖς ἀτάκτοις κεχρῆσθαι καὶ τῇ φύσιν πρὸς κραυγὴν ὀνιαίζεσθαι, μήτε τι ὑπολέγειν τῶν μὴ τῇ ἐκκλησίᾳ ἁρμοδίων τε καὶ οἰκείων· ἀλλὰ μετὰ πολλῆς προσοχῆς καὶ κατανύξεως τὰς ψαλμῳδίας προσάγειν τῷ τῶν κρυπτῶν ἐφόρῳ θεῷ. δίλαβεῖς γὰρ ἔσεσθαι τοὺς υἱοὺς Ισραὴλ τὸ ἱερὸν ἐδίδαξε λόγιον.

Canon LXXV.

Eos, qui in Eccleſiis ad pſallendum accedunt, volumus, nec inordinatis vociferationibus uti & naturam ad clamorem urgere, nec aliquid eorum, quæ Eccleſiæ non conveniunt & apta non ſunt, aſciſcere: ſed cum magna attentione & compunctione pſalmodias Deo, qui eſt occultorum inſpector, offerre. Pios enim fore filios Iſrael ſacrum docuit oraculum.

ΒΑΛΣ. Αἱ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαι οἶκοι προσευχῶν λέγονται, ὅθεν καὶ οἱ προσευχόμενοι παρακαλεῖν τὸν θεὸν ὀφείλουσι μετὰ δακρύων καὶ ταπεινώσεως, καὶ μὴ μετὰ ἀτάκτου καὶ ἀναιδοῦς σχήματος. διωρίσαντο οὖν οἱ πατέρες, μὴ γίνεσθαι τὰ ἱερὰ ψαλμῳδήματα διὰ βοῶν ἀτάκτων καὶ ὑπερβαλλόντων, καὶ τὴν φύσιν παραβιαζομένων· μήτε μὴν διά τινων καλλιφωνιῶν ἀνοικείων τῇ ἐκκλησιαστικῇ κατασκευῇ καὶ ἀκολουθίᾳ, οἷά εἰσι τὰ θυμελικὰ μέλη, καὶ αἱ παρῳδίαι ποικιλίαι τῆς φωνῆς· ἀλλὰ μετὰ πολλῆς κατανύξεως καὶ θεαρέστου τρόπου προσάγειν τῷ θεῷ τὰς δεήσεις, ᾧ οἶδε τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας ἡμῶν. ταῦτα γὰρ παρεκελεύσατο ἀκολούθως τῷ εὐαγγελικῷ ῥητῷ, τῷ διορίζομένῳ, μὴ καθὼς ἐθνικοὺς δοκεῖν ἡμᾶς μετὰ βατταλογίας καὶ κραυγῆς, ὡς οἰομένους εἰσακουσθῆναι διὰ τὴν πολυλογίαν ἡμῶν, ἀλλ' ἐν τῷ κρυπτῷ προσάγειν τὸν ὕμνον τῷ θεῷ· ποιεῖν δὲ καὶ τὰς αἰτήσεις ὁμοίως, ἵνα καὶ ὁ πατὴρ ἡμῶν ὁ οὐράνιος, ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀποδώσῃ ἡμῖν ἐν τῷ φανερῷ. ἐπεὶ δέ, φασι, καὶ ὁ Μωσαϊκὸς νόμος εἶπεν ἐν τῷ Λευιτικῷ, δίλαβεῖς ποιεῖτε τοὺς υἱοὺς Ισραὴλ, μᾶλλον ἡμεῖς, οἱ τοῦ νόμου τούτου δεξάμενοι τὸ πλήρωμα, ὀφείλομεν δίλαβέστεροι εἶναι, καὶ κατὰ νενομισμένα πολιτεύεσθαι. ἐπεὶ δὲ παρὰ διαφόροις ἁγιωτάτοις πατριάρχαις ἐλαλήθη, μὴ μόνον ἐν ταῖς ἑορταῖς γίνεσθαι τοιαῦτα παρὰ τῶν ψαλτῶν, ἀλλὰ καὶ ἐν παννυχίσι καὶ μνημοσυνοις τεθνεώτων· γεγόνασι διάφορα σημειώματα συνοδικὰ ἀφορισμῷ καθυποβάλλοντα τοὺς τοιαῦτα ποιοῦντας, καὶ μὴ διὰ ψαλμῳδημάτων καὶ ἀλληλουϊαρίων λιτῶν καὶ ψαλλομένων κατὰ τὸ θεμέλιον τῆς ἐκκλησίας ἐκπληροῦντας τὸν παννύχιον ψαλμῳδίαν. ἀνάγνωθι καὶ τὸν ἐν Καρθαγένῃ συνόδου κανόνα ρή'. καὶ τὰ ἐν ὠτῷ γραφέντα· ὡσαύτως ἀνάγνωθι καὶ τὸν εἰς τὸ Σεραφιμὰ καὶ εἰς τὸ, εἶδον τὸν κύριον καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, λόγον τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου. κωλύει γὰρ τὰς θυμελικὰς ψαλμῳδίας καὶ ὀρχήσεις τῶν χειρῶν, καὶ τὰς ἐκτεταμένας φωνὰς καὶ κινήσεις.

BALS. Dei Eccleſiæ dicuntur domus orationis; unde etiam qui orant, cum lachrymis Deum orare debent & cum humilitate, non autem cum inordinato & impudente habitu. Statuerunt ergo patres, non eſſe ſacra canenda cantica & pſalmodias inordinatis & intentis vociferationibus, & naturæ vim afferentibus; nec etiam quibuſdam flexis modulatiſque vocibus, Eccleſiaſticæ conſtitutioni & conſequentiæ non convenientibus, cujuſmodi ſunt modi ſcenici & ſupervacaneæ vocis varietates: ſed cum multa compunctione & moribus piis & ſanctis Deo preces offerre, qui novit cordium noſtrorum occulta. Hæc autem juſſerunt conſequenter dicto Evangelico, quod ſtatuit; Non oportere nos, ſicut & ethnici, cum loquacitate & clamore precari, tanquam per multiloquium noſtrum nos exaudiendos arbitremur, ſed in occulto, Deo hymnum offerre: facere autem petitiones ſimiliter, ut pater noſter cœleſtis, qui videt in abſcondito, nobis reddat in aperto. Quoniam autem, inquiunt, Lex quoque Moſaica dixit in Levitico, pios filios Iſrael futuros, nos quoque, qui hujus legis complementum accepimus, magis pii eſſe debemus, &, prout conſtitutum eſt, nos gerere. Quoniam autem apud diverſos ſanctiſſimos Patriarchas dictum eſt, non ſolùm in feſtis hæc fieri à cantoribus, ſed etiam in vigiliis & mortuorum monumentis: fuerunt multa ſynodalia edicta ſegregationi ſubjicientia eos, qui talia faciunt, & non per cantica, & triodia ſimplicia miniméque elaborata, & ſecundum Eccleſiæ conſtitutionem cantata nocturnam pſalmodiam peragunt. Lege & Synodi Carthaginenſis canonem cviii. & quæ in eum ſcripta ſunt. Lege etiam patris noſtri Johannis Chryſoſtomi jam inter beatos, homiliam in ſeraphim, item in illud, Vidi Dominum ſedentem in throno alto & elato. Prohibet enim pſalmodias ſcenicas, & manuum geſticulationes, voceſque protractas & vibratas.

ΖΩΝΑΡ. Ἡ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις γινομένη ψαλμῳδία παράκλησίς ἐστι πρὸς θεὸν, δεομένων ἡμῶν, ἵλεον ἔσεσθαι τὸ θεῖον ἡμῖν, ἐφ' οἷς αὐτῷ προσηνέγκαμεν. οἱ γὰρ παρακαλοῦντές τε καὶ δεόμενοι ταπεινὸν ἦθος καὶ κατηφὲς ἔχειν ὀφείλουσι. τὸ δὲ βοᾶν καὶ κραυγάζειν, ὑπερταραττομένου ἦθους, ἀλλὰ θρασέος ἐστὶ καὶ ἀλαζονευομένου. διὸ καὶ τοὺς ψάλλοντας ἐν ἐκκλησίαις ὁ κανὼν ἀπαιτεῖ μετὰ προσοχῆς καὶ κατανύξεως ψάλλειν, ἀλλὰ μὴ ἀτάκτως βοᾶν, καὶ τῇ φωνῇ ἐνιαίζεσθαι πρὸς κραυγήν. κραυγὴ δ' ἐστὶν ὑπιτεταμένη φωνὴ καὶ βίᾳ ἐκπηγνυμένη. καὶ ὑμόνον τοῦτο

Zonar. Pſalmos in Eccleſia recitandi conſuetudo deprecatio quædam eſt ad Deum, qua numinis, ob ea quæ admiſimus irritati, pacem nobis ac veniam votis ſupplicibus imploramus. Supplicantes vero ac rogantes humili, abjectoque habitu incedere par eſt. Clamores autem inconditæque vociferationes, non demiſſionis, ſed elati ac temerè exultantis animi ſunt argumentum. Qui ergo pſalmis in Eccleſia recitandis vacant, eos attentè ac mærentium habitu pſallere, non inconditis ac violentis vociferationibus (eſt verò vociferatio intenta & vehementiore conatu exploſa vox,) obſtrepere jubet Canon.

Digitized by Google

Neque id tantum, ſed quidquam præterea minus accommodatum atque ab Eccleſiæ ſanctitate alienum, quales ſunt infracti illi modorum ſoni argutæque cantilationes, atque ad ſcenicos meretricióſque ritus nimis evariata modulatio, quibus præcipua hoc tempore in templis canentium cura impenditur, adhiberi vetat. Quibus ſic conſtitutis, teſtimonium quoque poſtea ex ſacris literis profert. Pios namque, inquit, fore filios Iſraël ſacro oraculo edocti ſumus. Nos autem filiorum Iſraël nomine ſignificari indicant illa Divi Pauli; Non enim, omnes qui ex Iſraël ſunt, ii ſunt Iſraëlitæ, neque qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes filii; ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemen: id eſt, non qui filii carnis, hi ſunt filii Dei; ſed qui filii ſunt promiſſionis æſtimantur in ſemine.

A ἀπαγορδύῃ, ἀλλ', εἴ τι ὄπλεγκν συγχωρεῖ ἀνοίκειον καὶ ἀνάρμοστον ἐκκλησίᾳ, οἷά εἰσι τὰ κεκλασμένα μέλη καὶ μινυρίσματα, καὶ ἡ ποικίλη περὶ μελῳδιῶν ποικιλία, εἰς ᾠδὰς ἐκτρεπομένη θυμελικὰς καὶ εἰς ἄσματα πορνικά, τὰ νῦν ἐν ψαλμῳδίαις ὀπτηδυόμενα μάλιστα. ταῦτα διατείνεται καὶ γραφικὴν μαρτυρίαν, λέγων. δίκαιοι γὰρ ἔσονται τὸν υἱὸν Ισραὴλ τὸ ἱερὸν ἐδίδαξε λόγιον. ὑμεῖς δὲ Ισραὴλ ἐσμὲν ἡμεῖς κατὰ τὸν ἅγιον Παῦλον, λέγοντα, οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ισραὴλ οὗτοι Ισραὴλ, οὐδ' ὅτι εἰσὶ σπέρμα Αβραὰμ πάντα τέκνα, ἀλλ' ἐν Ισαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα· τουτέστιν, οὐ τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς ταῦτα τέκνα θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας λογίζεται εἰς σπέρμα.

B

ARIST. *Inordinata pſallentium vociferatio non admittitur, & qui adſciſcit quæ Eccleſiis non conveniunt.*

Cum compunctione & attentione multâ Pſalmodias Deo occultorum inſpectori offerre oportet, & non inordinatas edere vociferationes, & naturam ad clamorem urgere; Filios enim Iſrael pios fore ſacrum docuit oraculum: ſed nec quicquam, quod non aptum & accommodatum eſt Eccleſiaſticæ conſtitutioni, pſallere oportet.

ΑΡΙΣΤ. Ἀτακτον κραυγὴ τοῦ ψάλλοντος ἄδεκτος· καὶ ὁ ὄπλεγων τὰ ταῖς ἐκκλησίαις ἀνάρμοστα.

Μετὰ κατανύξεως καὶ εὐσοχῆς πολλῆς, δεῖ τὰς ψαλμῳδίας προσφέρειν τῷ τῶν κρυπτῶν ἐφόρῳ θεῷ, καὶ μὴ ἀτάκτοις βοαῖς κραδαίνειν βοάν, καὶ πλὴν φύσιν πρὸς κραυγὴν ἐκβιάζεσθαι. δίκαιοι γὰρ ἔσονται τὸν υἱὸν Ἰσραὴλ τὸ ἱερὸν ἐδίδαξε λόγιον· ἀλλὰ μηδὲ πᾶν ψάλμα ἀνοίκειον, καὶ τῇ ἐκκλησιαστικῇ καταστάσει μὴ ὂν ἁρμόδιον.

CANON LXXVI.

Quòd non oportet intra ſanctos ambitus cauponatoriam officinam, vel quæ fiunt per aromata ſpecies proponere, vel alias venditiones facere, ſuam venerationem Eccleſiis ſervantes. Servator enim noſter & Deus, per ſuam in carne vitæ agendæ rationem nos inſtituens, non facere domum patris ſui domum negotiationis juſſit; qui etiam nummulariorum æs effudit, & eos, qui ſacrum commune faciebant, ejecit. Si quis ergo in prædicto delicto deprehenſus fuerit, ſegregetur.

C

ΚΑΝΩΝ οϛ'.

Οτι δεῖ ἔνδον τῶν ἱερῶν περιβόλων καπηλεῖον ἢ τὰ ἄλλα ἀρώματων εἴδη προτιθέναι, ἢ ἑτέρας πράσεις ποιεῖσθαι, ὃ σεβάσμιον τῆς ἐκκλησίας φυλάττοντας. ὁ γὰρ σωτὴρ ἡμῶν καὶ θεὸς ἡμᾶς ἐν σαρκὶ πολιτείας παιδαγωγῶν ἡμᾶς, μὴ ποιεῖν τὸν οἶκον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐμπορίου οἶκον προσεκελεύσατο· ὃς καὶ τῶν κολυβιστῶν τὸ κέρμα ἐξέχεεν, καὶ τοὺς τὸ ἱερὸν κοινοποιοῦντας ἀπέλασεν. εἴ τις οὖν ὅτι τῷ προκειμένῳ ἀλῷ πλημμελήματι, ἀφοριζέσθω.

D

BALS. Sanctarum Eccleſiarum convenientem honorem, eorúmque quæ ad illas pertinent, ſancti patres conſervantes, nec ſuſtinentes ut ab ullo omnino quæ ſunt ſacra fiant communia, decreverunt non eſſe proponendas aromaticas ſpecies intra ſanctos ambitus, nec in eis fieri cauponatoriam officinam, nec intra ipſos aliquid omnino vendi: ſed eos eſſe à mercatorum communione alienos; Quoniam, inquiunt, Dominus quoque noſter Jeſus Chriſtus & Deus, per ſuam in carne vitæ agendæ rationem, nos docens eſſe valde diſertè puniendum eum, qui quod eſt ſacrum commune facit, & domum Dei domum negotiationis reddit, nummularios, hoc eſt, menſarios ſeu argentarios ex ſacris ambitibus abegit, (κόλυβος autem exiguum nummum ſignificat.) Et æs eorum, hoc eſt, nummos expoſitos effudit. Eos ergo, qui hoc facere auſi fuerint, ſegregationi ſubjecerunt. Cum autem permulti ſanctiſſimi Patriarchæ, & ab Auguſtali & à propinquioribus magnæ Eccleſiæ veſtibulo partibus, nummularios, & cruſtularum fructuumq; venditores, & reliquos mercatores, expelli juſſiſſent, dicebant quidam, canonem Eccleſiaſticos ambitus nominare porticus ac veſtibula uniuſcujuſque templi, ſed non & phialas aliaſq; divinarum ædium partes, quæ eis unitæ ſunt: hoc autem pluribus non placuit. Dicebant enim, quòd quoniam canon de Eccleſiâ non meminit: (Quòd enim in medio templi vel in ejus veſtibulo ſit caupona vel mercatorum conventus, nulli Chriſtiano ne in mentem quidem venerit, ut quod ſit à pietate alieniſſimum) ſed de ſacris templi ambitibus, de his debemus omnem dubitationem adducere. Omnes autem illos eſſe ſacros ambitus dixerunt, qui rationis expertium animantium conculcationi permiſſi non ſunt, etiamſi alio quodam modo ſint communes: Ex xii. cap. primi tit. v. lib. quod dicit; Uſque ad terminos Eccleſiæ in foro publico ſecuritatem habeant, qui confugerunt interioribus lavacris vel hortis vel domiciliis vel porticibus vel atriis utentes,

E

F

ΒΑΛΣ. Τῷ ἀνάλογον τιμὴν τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν καὶ τῶν περὶ αὐτὰς σωτηρίων οἱ θεῖοι πατέρες, καὶ μὴ ἀνεχόμενοι ὅλως κοινωθῆναι τοῖς ἁγίοις τινὰ τὰ ἱερά, διωρίσαντο μὴ προτίθεσθαι ἀρωματικὰ εἴδη ἔνδον τῶν ἱερῶν περιβόλων, μηδὲ καπηλεῖον γίνεσθαι ἐν αὐτοῖς μηδὲ ἁπλῶς ἐπιτρέπεσθαί τι ἔνδον τούτων· ἀλλ' εἰ ἀνεπιτηδεύητα πρὸς τοὺς ἐμπορευομένους, ὅτι, φασὶ, καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς καὶ θεὸς, προστακτικῶς διδάσκων ἡμᾶς ἐπὶ τῆς ἐνσάρκου πολιτείας αὐτοῦ, μεγάλως κολάζεσθαι τὸν κτίναντα τὸ ἱερὸν, καὶ οἶκον ἐμπορίου τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ ποιοῦντα, τοὺς κολυβιστὰς, τουτέστι τοὺς τραπεζίτας, ἐκ τῶν ἱερῶν περιβόλων ἐξήλασε, κόλυβος δὲ τὸ λεπτὸν νόμισμα· καὶ τὰ κέρματα αὐτῶν, τουτέστι τὰ ἐξ νομισμάτων προχεῖα, ἐξέχεεν. τοὺς γοῦν τοιοῦτόν τι ποιήσαντας τολμήσαντας ἀφορισμῷ καθυπέβαλον. διαφόρων δὲ ἁγιωτάτων πατριαρχῶν παρεδεξάντων ἀπὸ τε τοῦ αὐγουσεώνος καὶ τῶν προσεχῶν μερῶν τῷ προναῷ τὰ ἁγιώτατα τοῦ θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας τοὺς τραπεζίτας διωχθῆναι, καὶ τοὺς ψωμοπώλας καὶ ὀπωροπώλας, καὶ τοὺς λοιποὺς ἐμπόρους, εἶπόν τινες, ὡς περιβόλους ἐκκλησιαστικοὺς ὁ κανὼν ὀνομάζῃ τοὺς προναοὺς ἐκτὸς ναοῦ, καὶ μὴν τὰς φιάλας καὶ τὰ ἕτερα μέρη τῶν θείων ναῶν, τὰ σωλωσμένα αὐλοῖς. τοῖς πλείοσι δὲ τοῦτο οὐκ ἤρεσεν. εἶπον γάρ, ὡς ἐπεὶ ὁ κανὼν ἐκκλησίας οὐκ ἐμνήσθη, (τὸ γὰρ ἐν μεσοναῷ ἢ προναῷ καπηλεῖον γενέσθαι ἢ ἀγοραστῶν συνέδριον, ὥστε εἰς ἐνθύμησιν τινὸς Χριστιανοῦ ἐλθοι, ὡς ἀσεβέστατον) ἀλλὰ ἱερῶν περιβόλων ναοῦ, ὀφείλομεν περὶ τούτων πᾶσαν εἰσάγειν ἀμφιβολίαν. πάντες δὲ ἐκείνους εἶπον εἶναι ἱεροὺς περιβόλους, τοὺς μὴ ἁπλυθέντας εἰς ἀλόγων ζώων καταπάτησιν, καὶ ἀλλοτρόπως κεκινωθέντας. ἀπὸ μέντοι τοῦ ιβ'. κεφ. τοῦ α'. τίτλου τοῦ ε'. βιβλίου, τοῦ λέγοντος, μέχρι τῶν ὅπου τῆς δημοσίας ἀγορᾶς τῆς ἐκκλησίας ὅρων τὸ ἀσφαλὲς ἐχέτωσαν οἱ προσφυγόντες τοῖς ἐνδοτέροις λουτροῖς ἢ κήποις

ἢ

ἢ οἰκήμασι ἢ ϛοαῖς ἢ αὐλαῖς χρώμενοι, καὶ κωλυέσθωσαν ἐντὸς τοῦ ναοῦ ὑπνοῦν ἢ ἐσθίειν· μὴ εἴπῃς καὶ τὰ λυτρὰ καὶ τοὺς κήπους καὶ τὰς ϛοὰς τὰς συνεζευγμένας ταῖς ἐκκλησίαις ἱερὸν πεδίον εἶναι, ὡς ἐντεῦθεν κωλύεσθαι καὶ ὅ προτίθεσθαι ὤνια ἐπ' αὐτοῖς. ταῦτα γὰρ μέρη μὲν τῆς ἐκκλησίας λογίζονται· ἱερὰ δὲ πεδία οὐ λεχθήσονται· καὶ ὡς κοινὰ μέν, τῆς τιμῆς τῆς ἱερῶν πεδίων οὐκ ἀξιωθήσονται· δίκῃ δὲ τοῦ τῆς ἐκκλησίας προνόμιον, ὁ ἐξ αὐτῆς ἁρπάσας πρόσφυγα κωλυθήσεται. σημείωσαι δέ, ὅτι ἐντὸς μόνου τοῦ ναοῦ ἐσθίειν καὶ πίνειν τοὺς προσφυγας κεκώλυται.

A & prohibeantur intra templum dormire vel comedere. Lavacra et hortos & porticus Eccleſiæ conjuncta ſacros ambitus eſſe ne dixeris, ut illic etiam prohibeantur proponi venalia. Hæc enim Eccleſiæ quidem partes reputabuntur: ſacri autem ambitus non dicentur. Et, ut communia quidem, ſanctorum ambituum honore digna non habebuntur: ſed propter Eccleſiæ privilegium, qui eum, qui eò confugit, ex ipſis abripuerit, punietur. Nota verò, intra ſolum templum edere ac bibere prohiberi eos, qui ad ipſum confugerint.

ΖΩΝΑΡ. Ο οἰκός μου, τοῖς Ἰουδαίοις ἔφη ὁ κύριος, οἶκος προσευχῆς κληθήσεται· ὑμεῖς δὲ αὐτὸν ἐποιήσατε σπήλαιον λῃστῶν. ἵν' οὖν μὴ καὶ τοῖς πιστοῖς τοῦτο ῥηθῇ, ἀπηγόρευσαν οἱ πατέρες ἔνδον τῶν ἱερῶν πεδίων καπηλεῖα συνιστᾶν, ἢ ἐδώδιμα προτιθέναι εἰς πρᾶσιν, ἢ ἕτερά τινα. οὐκ εἶπον δὲ ἔνδον τῆς ἐκκλησίας, ἀλλὰ τῶν ἱερῶν πεδίων. πεδία δ' εἰσὶν ἱεροὶ αἱ τῶν θείων ναῶν ἅπασαι περιοχαί· ὥστε ἃ δ' ἂν προτεμενίσμασιν, ἃ δ' ἂν προαυλίοις τοιοῦτόν τι γίνεσθαι παραχωρεῖ ὁ κανών· εἰ δὲ νῦν ἀνόμως ταῦτα γίνονται. καθασκευάζουσι δὲ τὸν οἰκεῖον λόγον οἱ πατέρες ἐκ τοῦ εὐαγγελίου, λέγοντες, τὸν χριστὸν τοῦτο παραδοῦναι ἡμῖν, λέγοντα τοῖς Ἰουδαίοις, μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου οἶκον ἐμπορείου, καὶ ἀπελάσαντα ἐκ τοῦ ἱεροῦ τοὺς θεοκαπήλους, καὶ τῶν κολλυβιστῶν τὸ κέρμα ἐκχέαντα. κολλυβισταὶ δ' εἰσὶν οἱ τὰ λεπτὰ νομίσματα πωλοῦντες, ἤτοι τοὺς νόμμους· κόλλυβος γὰρ παρ' Ἕλλησι τὸ λεπτὸν νόμισμα, ὃ παρὰ Ῥωμαίοις νόμμος καλεῖται. καὶ κέρμα δὲ τὸ νόμισμα λέγεται.

B Zonar. Domus mea, dixit Dominus ad Judæos, domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Ne igitur eadem fidelibus objici queant, ne intra ſacri loci ambitum cauponas extruere, neve eſculenta aut alia quæcunque venalia habere liceat, Patres decrevêre. Neque vero intra Eccleſiam, ſed intra ſacri loci ambitum ea fieri vetant. Sunt vero ſacri ambitus omnia ſanctorum templorum ſepta, ita ut neque in templorum areis, neque in veſtibulis aliquid ejuſmodi fieri canon ſinat: quamvis ea nunc impie fiant. Suam vero ſententiam Patres ex Evangelio confirmant, nos ita à Chriſto edoctos eſſe dicentes; qui & Judæis, ne domum Patris ſui domum negotiationis facerent, imperavit, & ſacrilegos nundinatores à templo expulit, & C nummulariorum æs effudit. Sunt vero κολλυβισταὶ, ſeu nummularii, qui exigua numiſmata, hoc eſt, nummos, vendunt. Κόλλυβος enim apud Græcos exiguum numiſma eſt, quod à Romanis nummus vocatur. Eſt vero κέρμα, idem quod numiſma.

ΑΡΙΣΤ. Ἐν ἱερῷ περιβόλῳ καπηλεῖον οὐ δεῖ εἶναι, οὐδὲ πωλούμενα βρώματα μάταια· καὶ ὃς ἀμφοτέροις ὁ ποιῶν, ἀφορίζεται.

Aʀɪsᴛ. *Intra ſacrum ambitum caupona conſtitui non debet; ac ibidem cibos vendi ineptum: & qui utrumvis facit, ſegregatur.*

Τὸν τοῦ θεοῦ οἶκον μὴ ποιεῖν ἐμπορείου οἶκον παρεκελεύσατο ὁ σωτὴρ ἡμῶν καὶ θεός, διὰ τοῦτο οὐ χρὴ ἔνδον τῶν ἱερῶν περιβόλων καπηλεῖον συνιστᾶν, καὶ τὰ διὰ βρωμάτων εἴδη προτιθέναι, ἢ ἑτέρας πράσεις ποιεῖσθαι. εἴ τις οὖν τοιοῦτόν τι φανῇ πλημμελῶν, ἀφοριζέσθω.

D Dei domum domum negotiationis non facere juſſit ſoſpitator & Deus noſter: quapropter intra ſacros ambitus non oportet officinam cauponatoria minſtituere, & quæ per edulia fiunt ſpecies proponere, aut alias facere venditiones. Si quis itaque in hujuſmodi peccato deprehenſus fuerit, ſegregabitur.

ΚΑΝΩΝ οζ'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς ἢ κληρικοὺς ἢ ἀσκητὰς ἐν βαλανείῳ μετὰ γυναικῶν ἀπολύεσθαι· μηδὲ πάντα Χριστιανὸν ἢ λαϊκόν. αὕτη γὰρ πρώτη καταγνῶσις παρὰ τοῖς ἔθνεσιν. εἰ δέ τις ὅπερ τοῦτο φωραθείη, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκός, ἀφορίζέσθω.

Cᴀɴᴏɴ LXXVII.

Quòd non oportet ſacris initiatos vel Clericos vel Aſcetas lavari cum mulieribus: nec omnem Chriſtianum vel Laicum. Hæc eſt enim prima condemnatio apud gentes. Si quis autem hac in re deprehenſus fuerit, ſi ſit quidem Clericus, deponatur: ſin verò Laicus, ſegregetur.

E

Βαλς. Ὡς ἔοικε περὶ τῆς σωόδου ταύτης ἐλέουντο ἱερώμενοί τινες καὶ μοναχοὶ καὶ λαϊκοὶ μετὰ γυναικῶν, μὴ ὑπερθέμενοι τῆς ἀποστολικῆς θείας παραγγελίας, τῆς λεγούσης, ἀπρόσκοποι γίνεσθε καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ. διορθέμενοι οὖν τοῦτο οἱ ἅγιοι πατέρες, ὡς ἀπρεπέστατον καὶ σκανδαλοποιόν, καὶ διεγεῖρον εἰς δαιμονιώδεις ἐπιθυμίας, φέρον τε τοὺς χρωμένους τῇ ἀσέμνῳ ταύτῃ ἀγωγῇ εἰς μεγάλην κατάγνωσιν, διωρίσαντο τὸν ὕπως ἀδιαφόρως καὶ ἀπρεπῶς εἰς τὸ ἑξῆς μετὰ γυναικὸς λουόμενον, κληρικὸν μὲν ὄντα, καθαιρεῖσθαι· λαϊκὸν δέ, ἀφορίζεσθαι. σημείωσαι δὲ ὅτι ὁ κανὼν διαφορὰν ποιεῖται κληρικῶν, ἱερωμένων, λαϊκῶν, καὶ ἀσκητῶν. ἱερώμενοι γάρ εἰσιν, οἱ τοῦ βήματος, οἱ καὶ χειροτονούμενοι· Ἐπίσκοποι δηλονότι, ἱερεῖς, διάκονοι καὶ ὑποδιάκονοι. κληρικοί, πάντες οἱ ἐκτὸς τοῦ βήματος ἐν ναοῖς ὑπηρετούμενοι, ἤγουν ἀναγνώσται, θεωροί, καὶ ἕτεροι τοιοῦτοι. μοναχοὶ δὲ οἱ μοναχοὶ ὅσοι οὐκ ἔφθασαν ἐπισκοπικὸν σφενδόνην δέξασθαι, ἀλλὰ μόνον ἐπικουρίδα μοναχικόν. οἱ γὰρ τὴν φραγγίδα δεξάμενοι ἐπισκοπικὸν μοναχοί, κληρικοὶ λέγονται. ἀσκητῶν δὲ καὶ μοναχῶν οὐδεμία διαφορά.

F

Bals. Ut eſt veriſimile, ante hanc Synodum lavabantur Sacerdotes quidam & Monachi & Laici cum mulieribus, Apoſtolicum divinum præceptum non curantes, quod dicit; Sine offendiculo ſitis & Judæis & Græcis & Eccleſiæ Dei. Corrigentes hoc ergo ſancti patres, ut maximè indecorum & offenſionem ſcandalúmque afferens, & ad dæmoniacas cupiditates excitans, & eos qui hoc turpi inſtituto utuntur ad magnam condemnationem deducens; ſtatuerunt, ut qui deinceps adeò inconſideratè & indecorè cum muliere lavabitur, ſi ſit quidem Clericus, deponatur: ſi verò Laicus, ſegregetur. Nota autem, quòd canon facit differentiam inter ſacris initiatos, Clericos, Laicos & Aſcetas. Sacris initiati ſunt, qui ſunt ex ſacro tribunali, qui etiam ordinantur; Epiſcopi ſcilicet, Sacerdotes, Diaconi & Hypodiaconi. Clerici, omnes qui extra ſacrum tribunal in templis ſerviunt, ut lectores, oſtiarii, & alii ejuſmodi. Aſcetæ autem Monachi, qui Epiſcopalem characterem non accepere, ſed ſolam tonſuram monachalem. Monachi enim, qui Epiſcopalem tonſuram accepere, dicuntur Clerici. Aſcetarum autem & monachorum nulla eſt differentia.

Digitized by Google

Dic ergo in ſummam redigens, quòd qui ſunt quidem ex ſacro tribunali in ſcriptis jurare debent: qui autem ſunt extra tribunal, ut Laici jurabunt, etiamſi ſint Monachi. Quidam autem Laici, cùm in balneis unà cum conjugibus lavantur, & propterea reprehenduntur, dicunt iſtud ab hoc canone non prohiberi. Sunt enim caro una, & nihil turpe ac indecorum inter eos fieri videatur, cùm à ſe invicem non ſint disjuncti corporibus: illos autem puniri, qui cum ſcortatione ſe turpiter & indecorè gerunt, naturæque pudendorum nullo penitus pudore afficiuntur. Hæc autem religioſioribus non placuêre, dicentibus hoc eſſe primam apud gentes condemnationem, ut dicit canon: & ideo id eſſe puniendum quomodocunque fiat: & quòd etiamſi videantur conjuges unum eſſe corpus, eis tamen non permittitur ſuis membris malè uti. Si enim ita eſſet, nec ii qui ſibi mortem conſciſcere conati ſunt, punirentur.

A σωαγαγών οὖν εἰπὼν, ὡς οἱ μὲν τῶ βήματος δι' ἐγγραφῆς ὀμνύειν ὀφείλυσιν· οἱ δ' ἐκτὸς τοῦ βήματος καὶ λαϊκὸς ἐπομόσονται, κἂν μοναχοὶ ὦσι. τινὲς μέντοι λαϊκοὶ μετὰ τῶν οἰκείων ὁμοζύγων ἐν βαλανείοις λυόμενοι, καὶ χάριν τούτου ἐλεγχόμενοι, λέγουσι μὴ κωλύεσθαι τοῦτο ὑπὸ τοῦ κανόνος. σὰρξ γὰρ μία εἰσὶ, καὶ οὐδέν τι ἄσεμνον δοκεῖ γίνεσθαι μέσον αὐτῶν, μὴ διεσπασμένων ἀλλήλων τοῖς σώμασιν· ἐκεῖνος δὲ κολάζεσθαι, τὸν σὺν τῇ πορνείᾳ καὶ ἀσχημόνως διαγωγίας, καὶ τῆς φύσεως μὴ αἰσχυνομένους τὴν ἀσωτέρειαν. οὐκ ἤρεσεν δὲ ταῦτα τοῖς θείοις πατράσιν, εἰπεῖν κελεύσασιν πρώτην εἶναι τοῦτο τοῖς ἔθνεσιν, ὡς ὁ κανὼν φησι, κἀντεῦθεν καὶ κολάζεσθαι ὅπως δὴ ποτὲ γινόμενον· καὶ ὅτι κἂν δοκῶσι οἱ ὁμόζυγοι ἓν σῶμα εἶναι, ἀλλ' οὐκ ἐφεῖται αὐτοῖς κακῶς τοῖς οἰκείοις χρήσασθαι μέλεσιν. ἐπεὶ τοιγε εἰ τοῦτο ἦν, οὐδὲ οἱ ὑπερχρήσαντες ἑαυτοὺς ἀνελεῖν ἵνα σχολάζωσιν.

B

Zonar. Oportet, inquit divinus Apoſtolus Paulus, bona providere coram Deo & hominibus; & alibi, Sine offenſione eſtote & Judæis & Græcis & Eccleſiæ Dei. Quòd ſi viri cum mulieribus ſimul laventur, magnam offenſionem apud eos, qui id conſpicati fuerint, ea res facile excitabit. Etenim ſi vel ipſe mulieris in privata domo aut in via forte occurrentis aſpectus perturbationum fluctus in animis virorum ut plurimùm commovet: una cum iis lavari, quî fieri poteſt, ut non iiſdem laticibus ipſorum quoque mentem demergat, & cupiditatis aliquid excitet? Quòd ſi etiam demus aliquos, quamvis eodem balneo cum fœminis utentes, id ſine periculo facere: quominus tamen, & qui vident offenſionem ex ea re capiant, & fidelium in eo licentiam tacita cogitatione damnent, id qua ratione quiſquam vitare poſſit? His igitur de cauſis, id canon Chriſtianis omnibus vetitum eſſe decernit: qui vero id fecerint, ſi quidem ſacrati fuerint, hoc eſt, ex eorum numero qui circa ſacrum tribunal verſantur, aut Clerici, hoc eſt, clero quacunque ratione adſcripti, depoſitione: Aſcetas vero & Laicos ſegregatione puniri jubet. Eſt porro hic canon idem cum Laodicenæ ſynodi trigeſimo, quamvis illic abſque ulla pœnarum mentione editus.

C

D

Ζωναρ. Ὁ θεῖος ἀπόστολος Παῦλος, δεῖ, φησι, καλὰ προνοεῖσθαι ἐνώπιον θεοῦ καὶ ἀνθρώπων· καὶ πάλιν, ἀπρόσκοποι γίνεσθε καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ. Ὅταν οὖν ἄνδρας συλλούσθαι γυναιξὶ, σκάνδαλον μέγα τοῖς ὁρῶσι τοῦτο δύνασθαι ἐμποιεῖν. εἰ γὰρ καὶ ἡ ἐν οἰκίᾳ ἢ ἐν ὁδῷ ἐντυχία τὴν γυναικὸς ζάλλει τῷ λογισμῷ τῶν ἐντυγχανόντων αὐτῆς ἀνδρῶν ὡς τὰ πολλὰ ἐμποιεῖ· τὸ ταύταις συλλούσθαι πῶς οὐκ ἂν τὸν νοῦν τῶν συλλουομένων αὐτῆς καταβάπτισε, καὶ εἰς ἐπιθυμίαν ἠρέθισεν; εἰ δέ τις καθ' ὑπόθεσιν μὴ βλάπτεσθαι ἴσως τινὰς, κἂν συλλέων γυναιξίν· ἀλλά γε τοὺς ὁρῶντας τοῦτο σκανδαλίζεσθαι, καὶ καταγινώσκειν τῶν τοῦτο ποιούντων πιστῶν, τίς ἂν ποτὲ δύνηθείη φυγεῖν; Διὰ ταῦτα τοίνυν ἀπαγορεύει τοῦτο ὁ κανὼν πᾶσι Χριστιανοῖς· τοῖς δὲ τοῦτο ποιοῦσιν, ἱερατικοῖς μὲν οὖσι, τοῖς περὶ τὸ βῆμα δηλαδὴ καὶ κληρικοῖς τοῖς ἄλλως ἐν κλήρῳ τεταγμένοις, καθαίρεσιν ὁρίζει τὸ ἐπιτίμιον· ἀσκητὰς δὲ καὶ λαϊκοῖς ἐπάγει ἀφορισμόν. ἔστι δὲ ὁ κανὼν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συγκροτηθείσης συνόδου τεσσαρακοστός ἐστιν, ἀνδρῶν ἐπιλιμίων ἐκεῖσε ἐκφωνηθείς.

Aris t. *Chriſtianus cum mulieribus non lavatur: Clericus enim deponitur; Laicus autem ſegregatur.* Perſpicuus.

ΑΡΙΣΤ. Χριστιανὸς γυναιξὶν οὐ συλλούεται. κληρικὸς μὲν γὰρ καθαιρεῖται· λαϊκὸς δὲ ἀφορίζεται. Σαφής.

Canon LXXVIII.

Quòd oportet eos, qui illuminantur, fidem diſcere, & quinta ſeptimanæ feria Epiſcopo vel Presbyteris renunciare.

ΚΑΝΩΝ οη'.

Ὅτι δεῖ τοὺς φωτιζομένους τὴν πίστιν ἐκμανθάνειν, καὶ τῇ πέμπτῃ τῆς ἑβδομάδος ἀπαγγέλλειν τῷ Ἐπισκόπῳ ἢ τοῖς πρεσβυτέροις.

E

Bals. Quomodo qui recèns ſunt illuminati debent fidem orthodoxam doceri, à diverſis canonibus didicimus. Præſens autem canon iis adjicit, nobis ſufficere non debere aſſertiones eorum qui illuminantur, affirmantium, ſe rectam fidem fuiſſe edoctos: ſed eos quidem oportere ſacra oracula diſcere totis primis quatuor diebus ſeptimanæ; quinto autem die ea Epiſcopo, vel iis quibus hoc ab illo permittetur, ſcilicet Catechiſtis, renunciare. Sic enim facientes perfectè demonſtrabunt, quòd tota anima ad fidem orthodoxam acceſſerunt, & in divinis ejus myſteriis initiati, ſatiſque confirmati ſunt. Hoc autem non ſemel facient, ſed per totam ferè ſuam vitam. Præſens autem canon omnino idem eſt cum canone xliii. Synodi Laodicenæ.

F

Βαλσ. Οἱ νεοφώτιστοι ὅπως ὀφείλυσι διδάσκεσθαι τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, ἀπὸ διαφόρων κανόνων ἐμάθομεν. ὁ δὲ παρὼν κανὼν προστίθησι, μὴ ἀρκεῖν ἡμᾶς ταῖς καταθέσεσι τῶν φωτιζομένων, διδαχθέντας ἀναδιδαχθῆναι τὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως· ἀλλὰ μανθάνειν μὲν αὐτοὺς τὰ ἱερὰ λόγια δι' ὅλων τῶν πρώτων τεσσάρων ἡμερῶν τῆς ἑβδομάδος, καὶ δὲ τῇ πέμπτῃ ἀπαγγέλλειν αὐτὰ τῷ Ἐπισκόπῳ, ἢ τοῖς ὑπηρετησομένοις παρὰ τούτου, ἤγουν τοῖς κατηχηταῖς. οὕτω γὰρ ποιοῦντες δώσουσιν ἐντελῆ πληροφορίαν, ὡς ὁλοψύχως τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει προσῆλθον, καὶ τὰ θεῖα ταύτης ἐμυήθησαν μυστήρια, καὶ ἱκανῶς ἐστηρίχθησαν. τοῦτο δὲ οὐκ ἅπαξ ποιήσουσιν, ἀλλὰ σχεδὸν διὰ ὅλης τῆς ζωῆς αὐτῶν. ὁ μέντοι παρὼν κανὼν μγ'. ἐστὶν ἀπαράλλακτος τοῦ ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου.

Zonar. Eſt hic canon idem cum Laodicenæ Synodi quadrageſimo tertio, iiſdem namque verbis inter alios ejus Synodi canones recenſetur. Porro eos qui illuminantur, hoc eſt, ad illuminationem ſe comparant, & inter catechumenos numerantur, myſteria fidei ediſcere, & quinto quoque cujuſlibet hebdomadæ die, quæ tota hebdomada didicêre, audiente Epiſcopo aut Sacerdoti-

Ζωναρ. Οὗτος ὁ κανὼν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου ἐστὶ τεσσαρακοστὸς τρίτος, αὐτοῖς γὰρ ῥήμασι τοῖς ἄλλοις κάμνουσι τῆς συνόδου ἐκείνης ἐγκαταρίθμηται. κελεύει δὲ τοὺς φωτιζομένους, ἤγουν τοὺς πρὸς τὸ φώτισμα ἑτοιμαζομένους καὶ κατηχουμένους τὸ μυστήριον τῆς πίστεως ἐκμανθάνειν καὶ τῇ πέμπτῃ ἡμέρᾳ ἑκάστης ἑβδομάδος ἀπαγγέλλειν, ἃ διὰ τῆς ἑβδομάδος

Digitized by Google

ἑβδομάδ☉ ἐμαθον, τῷ Ἐπισκόπῳ ἢ τοῖς πρεσβυτέροις. τοῦτο ὃ γίνεσθαι, ἵνα μὴ ἀμύητ☉ τῶ καθ' ἡμᾶς μυστηρίω ὤν τις βαπτιδῇ, καὶ ἀστήρικτ☉ ὢν ὑπὸ αἱρετικῆς ὑποσυρῇ καὶ ὑποκλαπῇ.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ φωτισθεὶς, τῇ πίστιν ἀπαγγελλέτω τῇ πέμπτῃ τῆς ἑβδομάδ☉.

Δεῖ τὸν προσερχόμενον τῷ θείῳ φωτίσματι, καθὼς ὁ τεσσαρακοστὸς ἕκτ☉ κανὼν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου διαλαμβάνει, τῇ πίστιν ἐκμανθάνειν, καὶ τῇ πέμπτῃ τῆς ἑβδομάδ☉, καθ' ἣν μέλει φωτισθῆναι τῷ Ἐπισκόπῳ ἢ τοῖς πρεσβυτέροις ταύτην ἀπαγγέλλειν.

ΚΑΝΩΝ. οθ.

Ἀλόχευτον τὸν ἐκ τῆς ἀφθόρου θεῖον τόκον ὁμολογοῦντες, ὡς καὶ ἀσπόρως συλλαβόντα, καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ κηρύσσοντες, τὸν ἐξ ἀγνοίας πραττόμενά τι τῶν μὴ δεόντων, διορθώσῃ καθυποβάλλομεν. ὅθεν ἐπειδή τινες μετὰ τὴν ἡμέραν τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν γεννήσεως δεικνυμένην σεμίδαλιν ἕψοντες, καὶ ταύτην ἀλλήλοις μεταδιδόντες, προφάσει τιμῆς δῆθεν λοχοῦς τῆς ἀρτιτέκτου παρθενομήτορος, ὁρίζομεν μηδὲν τοιοῦτον ὑπὸ τῶν πιστῶν πλεῖσθαι. οὐ γὰρ τιμή γε τοῦτο τῇ παρθένῳ, τῇ ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον τὸν ἀχώρητον τεκούσῃ λόγον σαρκὶ, ἐκ νοσούντων τε καὶ καθ' ἡμᾶς κτίσμα τὸν ἄφεκτον αὐτῆς τόκον ὁρίζειν καὶ ὑποχράφειν. εἴ τις οὖν ἀπὸ τοῦ νῦν πράττων τοιοῦτο φωραθείη, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφορίζέσθω.

ΒΑΛΣ. Μαθόντες οἱ ἅγιοι πατέρες, ὅτι τινὲς διὰ τιμὴν τῆς ἀχράντου δεσποίνης ἡμῶν καὶ θεοτόκου ἑορτάζουσι, μετὰ μίαν ἡμέραν τῆς γεννήσεως τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὰ ὁπλόχεια ταύτης μὴ σεμιδάλεως ἑψητῆς, καὶ ἑτέρων τινῶν εἰδῶν, ὥρισαν μηκέτι τοῦτο γίνεσθαι παρὰ τῶν Χριστιανῶν. τὸν γὰρ τόκον, φασὶ, τῆς θεομήτορ☉ ὁμολογοῦμεν μὴ τοιοῦτον γενέσθαι, καθὼς ἀφ' ἑτέρων λοιπῶν γυναικῶν γίνεται, ἀλλὰ ἀλόχευτον, ὅτι καὶ ἡ σύλληψις ὑπὲρ φύσιν καὶ ἐκ πνεύματ☉ ἁγίου ἐγένετο. τὴν γὰρ μὴ γνοῦσαν λοχείαν, πῶς ἡμεῖς τὰ τῶν λοχευομένων διαπραξόμεθα; ὅθεν οὐκ ἔστι τοῦτο τιμὴ τῆς ἁγίας παρθένου, τῆς ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον τεκούσης τὸν θεὸν λόγον σαρκὶ ἄνευ ὠδίνων μητρικῶν. κἀντεῦθεν οὐ χρὴ τὰ ὑπὲρ φύσιν συνεξισοῦσθαι τοῖς κατὰ φύσιν, καὶ οὐ κοινοῦσθαι ταῦτα, καὶ ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς γενέσεων ὑποχράφεσθαι. τοίνυν καὶ διορίζον☉ τὸν τοιοῦτόν τι ποιήσαντα, κληρικὸν μὲν ὄντα, καθαιρεῖσθαι· λαϊκὸν δὲ, ἀφορίζεσθαι. ἀλλ' ὅτι τοῦτο καὶ Χριστῷ χαρίεντέως εἰς ταύτην τὴν τῶν πόλεων βασιλεύουσαν ἔδοξέ τι τολμᾶν τοιοῦτον παρά τινα, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἄῤῥητον γέννησιν τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν, ἑορτάζει τὸ πλήρωμα τῶν πιστῶν τὴν ὁπλόχειαν τῆς ὑπαγίας θεοτόκου διὰ θείων ψαλμῳδημάτων καὶ ὑμνῳδίας ἐκκλησιαστικῆς.

ZΩNAP. Τινὲς δοκοῦντες εἰς τιμὴν τῆς ἁγίας παρθένου καὶ θεομήτορος ποιεῖν τι ἐν τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ μετὰ τὴν ἑορτὴν τῆς ἁγίας γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ ἐποίουν τινὰ, οἷα δὴ ταῖς λοχευομέναις γίνονται γυναιξί. ταῦτα οὖν κωλύει γίνεσθαι ὁ παρὼν κανὼν, ἀλόχευτον εἶναι λέγων τὸν τόκον τῆς ἁγίας παρθένου. λοχεία δ' ἐστὶν ἡ μετ' ὠδίνων τοῦ βρέφους ἔκτεξις, καὶ ἡ τῶν αἱμάτων ἀκόλουθος ῥύσις· ὧν μὴ πεφυκέναι τὴν θεοτόκον πιστεύομεν. ταῦτα γὰρ ταῖς φυσικῶς ἐμπαθέσιν παραμαρτεῖ· τῇ δὲ ὑπὲρ φύσιν ἡ σύλληψις. ἐγένετο γὰρ πνεύματ☉ ἁγίου ἐγένετο, καὶ ὁ τόκος τῶν φυσικῶν ἐστὶ παθῶν ὑπέρτερος. τὴν γοῦν μὴ γνοῦσαν λοχείαν πῶς ἡμεῖς τὰ τῶν λοχευομένων διαπραξόμεθα; οὔκουν καὶ ἡ μὴ τῆς ὑπαγίας παρθένου ἐστὶ, δεῖ γίνεσθαί τι δὴ τῷ ἀνεκφράστῳ τόκῳ αὐτῆς, οἷα δὴ τῶν ἄλλων γίνεται γυναικῶν

A bus, recitare jubet. Id vero ita fieri, ne mysteriorum nostræ religionis ignarus aliquis baptizetur, ac proinde parum stabilis hæreticorum artibus se à recto tramite auferri abducive patiatur.

ARIST. *Illuminatus quintâ hebdomadis feriâ fidem renunciet.*

Eum qui divinam adit illuminationem, ut & quadragesimus sextus Synodi Laodicensis Canon statuit, fidem oportet discere, & quintâ hebdomadis, quâ illuminandus est, feriâ, eam Episcopo aut Presbyteris renunciare.

CANON LXXIX.

Absque puerperio editum ex virgine Divinum partum esse confitentes, ut qui sine semine constitutus sit, idque toti gregi annunciantes, Eos qui ex ignorantia faciunt quod non decet, correctioni subjicimus. Quare quoniam aliquos post sanctæ Christi Dei nostri nativitatis diem similam coquere compertum est, & eam sibi invicem impartiri, honoris scilicet prætextu puerperii impollutæ virginis matris; statuimus, ut deinceps nihil tale fiat à fidelibus. Neque enim hoc honor est virgini, quæ supra mentem & sermonem, quod comprehendi non potest, verbum peperit carne, ex communibus, & iis quæ in nobis fiunt, inenarrabilem ejus partum definire ac describere. Si quis ergo deinceps hoc facere aggressus fuerit, si sit quidem clericus, deponatur: si verò laicus, segregetur.

BALS. Cùm intellexissent sancti patres, quòd quidam propter honorem impollutæ dominæ nostræ & deiparæ, post unum diem natalis Dei & Servatoris nostri Jesu Christi, ejus puerperium celebrant cum cocta similа & quibusdam aliis speciebus; statuerunt hoc à Christianis non esse amplius faciendum. Dei matris enim partum, inquiunt, talem non fuisse profitemur, quemadmodum à reliquis fit mulieribus, sed absque puerperio: quoniam conceptio & supra naturam & ex sancto spiritu facta est. Ei ergo, quæ puerperium non novit, quomodo nos ea quæ ad puerperas pertinent peregerimus? Quare non est hoc honor sanctæ virginis, quæ supra mentem & sermonem Deum verbum peperit carne, absque ullis maternis in partu dŏloribus. Quocirca non oportet ea, quæ sunt supra naturam, iis, quæ sunt secundùm naturam, exæquare, & ea veluti communia reddere, ex nostrísque terrestribus describere & metiri. Statuunt ergo, ut qui est hoc facturus, si sit quidem Clericus, deponatur: sin verò Laicus, segregetur. Hanc ergo ob causam, Christi Dei gratia, in hac urbium regina nemo tale quidpiam audet facere: sed post ineffabilem Christi Dei nostri nativitatem, fidelium cœtus sanctissimæ deiparæ festum celebrat divinis canticis hymnísque Ecclesiasticis.

ZONAR. Nonnulli, se in eo semper virginis ac Dei matris honori aliquid deferre existimantes die, qui sanctam Christi natalis festivitatem proxime consequitur, quædam facere soliti sunt, ex iis quæ in aliarum quoque mulierum puerperio agi consuevere. Eas res igitur hic canon prohibet, sanctæ virginis partum absque ullo puerperio fuisse dicens. Est vero puerperium emissio fœtus, quam doloris sensus ac profluvium sanguinis comitantur: quibus quidem malis nullatenus obnoxiam fuisse deiparam credimus. Partus etenim naturales ista consequuntur; ejus vero conceptio fuit supra naturam: nam à spiritu sancto effecta est, ejusdémque partus nequaquam iis, quæ partum naturalem proprie consequuntur, obnoxius fuit. Quæ igitur puerperium non agnovit, quid nos ei quæ puerperarum sunt exhibebimus? Est id quidem sacrosanctæ virgini contume-

Digitized by Google

lioſum potius, quam honorificum, eorum aliquid in ejus eximio partu, quale in aliarum mulierum fœtura contingit, uſurpari. Qui ergo tale quidpiam admiſerit, depoſitione Clericos: Laicos vero ſegregatione teneri jubet.

A

ARIST. *Qui poſt deiparæ feſtum ſimilam vel aliud quidlibet, propter ea quæ dicuntur Puerperia, præparat, ſegregatur.*

Hoc virgini, quæ ſupra mentem & ſermonem incomprehenſibile peperit carne verbum, non eſt honor, ex communibus & iis quæ in nobis ſunt, inenarrabilem ejus partum definire & deſcribere. Si quis itaque poſt ſanctæ Chriſti veri Dei noſtri nativitatis diem ſimilam coquere deprehenditur, eamque aliis exhibere, puerperii ſcilicet immaculatæ virginis matris honoris prætextu; ſi quidem Clericus eſt, deponetur: ſin vero Laicus, ſegregabitur. Divinum enim è virgine partum, ut ſine ſemine conſtitutum, ſine puerperio editum confitemur.

B

CANON LXXX.

Si quis Epiſcopus vel Presbyter vel Diaconus, vel eorum qui in clero enumerantur, vel Laicus, nullam graviorem habeat neceſſitatem vel negotium difficile, ut à ſua Eccleſia abſit diutiſſimè, ſed in civitate agens, tribus diebus dominicis in tribus ſeptimanis unà non conveniat, ſi ſit quidem Clericus, deponatur: ſin verò Laicus, communione moveatur.

C

BALS. Alii quidem diverſi canones alio modo puniunt Epiſcopos & Clericos, qui aliquandiu à ſuis Eccleſiis peregre abſunt. Præſens autem canon non ſolùm Epiſcopos & Clericos, ſed etiam Laicos, qui à ſuis regionibus in alieno ſolo degentes abſunt, cogit unà cum fidelibus communicare & orare; & ſtatuit, quòd ſi quis eorum, nulla neceſſitate propoſita, morbi ſcilicet, vel graviſſimæ ſervitutis, quæ ei non concedit ut in Eccleſia verſetur, tribus diebus dominicis cum fidelibus non convenerit, & unà non oraverit, ſed in hanc ſalutiferam communionem negligenter affectus fuerit, ſi ſit quidem Clericus, deponatur: ſi verò Laicus, à communione moveatur, hoc eſt, ſegregetur. Ex eo enim duorum alterum apparet, eum vel divina præcepta divinaſque pſalmodias & orationes non curare, vel non eſſe fidelem. Cur enim xx. diebus cum Chriſtianis in Eccleſia verſari noluit, unáque cum Dei fideli populo communicare?

D

E

ZONAR. Qui tribus hebdomadis ab Eccleſia ſua, nulla gravi neceſſitate difficilive alia cauſa impediti, abfuerint, verùm in urbe degentes cum fidelibus in Eccleſiam non convenerint, ſi quidem Epiſcopi aut Clerici ſint, eos canon deponi: laicos autem ſegregari, (hoc namque illud eſt, communione moveri) jubet.

ARIST. *Si quis nullâ cogente neceſſitate Eccleſiam tribus dominicis derelinquat, communione privatur.*

Qui ab Eccleſiâ tribus diebus dominicis abeſt, ſine neceſſitate aliqua & difficultate graviſſimâ, ſi quidem Clericus eſt, deponitur: ſin vero Laicus, ſegregatur.

F

πιστευσῶν τὸν ἢ τοιοῦτόν τι περάτωσιν, κληρικὸς μὲν ὄντας, καθαιρεῖ· λαϊκὸς δέ, ἀφορίζει.

ΑΡΙΣΤ. Ἀφορίζεται ὁ μετὰ τὴν ἑορτὴν τῆς Θεοτόκου, σεμίδαλιν ἢ ἄλλο τι κατασκευάζων, διὰ τὰ λεγόμενα ὠδῖνος.

Οὐκ ἔστι τοῦτο τιμὴ τῇ παρθένῳ, τῇ ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον τὸν ἀχώρητον τεκούσῃ λόγον σαρκὶ, ἐκ τῶν κοινῶν τε καὶ καθ' ἡμᾶς τὰ καλὰ τὸν ἄφραστον αὐτῆς τόκον ὁρίζειν καὶ ὑπογράφειν. διὰ τοῦτο εἴ τις μετὰ τὴν ἡμέραν τῆς ἁγίας χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν γεννήσεως σεμίδαλιν εὑρίσκεται ἕψων, καὶ ταύτην παρέχων τισὶ, προφάσει τιμῆς δῆθεν λοχείων τῆς ἀχράντου παρθενομήτορος· εἰ μὲν κληρικός ἐστι, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκός, ἀφοριζέσθω. ἀλόχευτον γὰρ ὁμολογοῦμεν τὸν ἐκ τῆς παρθένου θεῖον τόκον, ὡς καὶ ἀσπόρως συλλαβόντα.

ΚΑΝΩΝ ϙ'.

Εἴ τις Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος, ἢ τῶν ἐν τῷ κλήρῳ καταλεγομένων, ἢ λαϊκὸς, μηδεμίαν ἀνάγκην βαρυτέραν ἔχοι ἢ πρᾶγμα δυσχερὲς, ὥστε δὴ πλείονα ἀπολείπεσθαι τῆς αὐτοῦ ἐκκλησίας, ἀλλ' ἐν πόλει διάγων, τρεῖς κυριακὰς ἐν ταῖς ἑβδομάσι μὴ συνέρχοιτο, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀποκινείσθω τῆς κοινωνίας.

ΒΑΛΣ. Ἄλλοι μὲν κανόνες διαφόροις ἀλλοτρόπως κολάζουσι τοὺς Ἐπισκόπους καὶ τοὺς κληρικοὺς ἐφ' ἱκανὸν ἀποδημοῦντας ἀπὸ τῶν ἐκκλησιῶν αὐτῶν. ὁ δὲ παρὼν κανὼν οὐ μόνον Ἐπισκόπους καὶ κληρικοὺς, ἀλλὰ καὶ τοὺς λαϊκοὺς τοὺς ἀπὸ τῶν χωρῶν αὐτῶν ἐν ἀλλοδαπῇ διαγίνεσθαι, καὶ συναγωγὴν μὴ τῶν πιστῶν συγκοινωνεῖν καὶ συνεύχεσθαι· καὶ διορίζεται, ὡς ἐάν τις ἐκ τούτων μηδεμιᾶς προκειμένης ἀνάγκης, νόσου τυχὸν ἢ δυλείας βαρυτάτης μὴ συναγωνίσηται αὐτῷ ἐκκλησιάζειν, δὴ τρεῖς κυριακὰς οὐ συμέλθῃ μετὰ τῶν πιστῶν καὶ συνεύξηται, ἀλλ' ἀμελῶς διατεθῇ ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ σωτηριώδει κοινωνίᾳ, κληρικὸς μὲν ὢν, καθαιρείσθω· λαϊκὸς δέ, ἀποκινείσθω τῆς κοινωνίας, τουτέστιν, ἀφορίζέσθω. δυσὶν γὰρ θατέρου ἐκ τούτου ἀναφαίνεται, ἢ μηδεμίαν φροντίδα τίθεσθαι τοιοῦτον τῶν θείων εὐαγγελίων καὶ τῆς εἰς θεὸν δύσεως καὶ ὑμνῳδίας, ἢ ὃ μὴ εἶναι πιστόν· ἵνα τί γὰρ ἐπὶ εἴκοσιν ἡμέρας μετὰ τὰ Χριστουγέννα ἐκκλησιάσαι οὐχ ὑπετίθετο, καὶ συγκοινωνῆσαι τῷ πιστῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ;

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς ἐπὶ τρεῖς ἑβδομάδας ἀπολειφθέντας τῆς ἐκκλησίας αὐτῶν, ἄνευ βαρείας ἀνάγκης τινὸς ἢ δυσχερείας ἑτέρας, ἀλλ' ἐν πόλει διαγούσας, μὴ συνερχομένους δὲ εἰς ἐκκλησίαν τοῖς πιστοῖς, Ἐπισκόπους μὲν καὶ κληρικοὺς ὄντας ὁ κανὼν καθαιρεῖσθαι προστάττει· λαϊκοὺς δὲ ἀφορίζεσθαι. τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ ἀποκινεῖσθαι τῆς κοινωνίας.

ΑΡΙΣΤ. Εἰ μὴ δι' ἀνάγκην ἀπολιμπάνεταί τις τῆς ἐκκλησίας δὴ τρισὶ κυριακαῖς, ἀκοινώνητος.

Ὁ τῆς ἐκκλησίας ἐν τρισὶ κυριακαῖς ἀπολειφθεὶς, ἄνευ βαρυτάτης ἀνάγκης, ἢ δυσχερείας τινὸς, εἰ μὲν κληρικός ἐστι, καθαιρεῖται· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφορίζεται.

Digitized by Google

A

ΚΑΝΩΝ ϖα΄.

Ἐπειδήπερ ἔν τισι χώραις μεμαθήκαμεν ἐν τῷ τρισαγίῳ ὕμνῳ ἐν προσθήκης μέρει ἐκφωνεῖσθαι μετὰ τὸ, ἅγιος ἀθάνατος, τὸ, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς ἐλέησον ἡμᾶς· τοῦτό τε ὑπὸ τῶν πάλαι ἁγίων πατέρων, ὡς τῆς δυσσεβείας ἀλλότριον, ἐκ τῆς τοιαύτης ἀπέλασεν ὕμνου, σὺν τῷ τὸν τοιαύτην φωνὴν καινοργήσαντι προσκόμματι αἱρετικῷ· καὶ ἡμεῖς κυροῦντες τὰ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν δυσσεβῶς τεθεσμοθετημένα, ἀναθεματίζομεν ἔτι μετὰ τὸν παρόντα ὅρον μεταδεχομένους τὴν τοιαύτην φωνὴν ἐπ' ἐκκλησίαις, ἢ ἄλλως πως τῷ τρισαγίῳ ὕμνῳ τὸν νάπλουν. καὶ εἰ μὲν ἱερατικός ἐστιν ὁ παραβάτης τῶν ὁρισθέντων, ἀπογυμνοῦσθαι τοῦτον τῆς ἱερωσύνης προστάττομεν· εἰ δὲ λαϊκὸς ἢ μοναχός, ἀφορίζεσθαι.

Ὁ ματαιόφρων ἐκεῖνος καὶ βλάσφημος Πέτρος ὁ Κναφεὺς, προσθήκην ἐν τῷ τρισαγίῳ ὕμνῳ ἐποίησε, μετὰ τὸ ἐκφωνεῖσθαι τὸ, ἅγιος ἀθάνατος, εἰπὼν ὀφείλειν λέγεσθαι τὸ, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, ἐλέησον ἡμᾶς. ἣν δὴ προσθήκην ἡ ἐκκλησία ὑπεδέξατο, ὡς παρῳδάγουσαν τὸν τέταρτον πρόσωπον, καὶ ἀναμένουσαν τιθεῖσαν τὸν τοῦ Θεοῦ υἱὸν τῷ τοῦ πατρὸς συνυπόστατον δύναμιν, καὶ ἀναμένουσαν, τὸν ἐσταυρωμένον Χριστὸν, ὡς ἄλλον ὄντα παρὰ τὸν ἰσχυρὸν, ἢ ὡς παθητῷ τῷ τριάδα δοξάζουσαν, καὶ συσταυροῦσθαι τῷ υἱῷ τὸν πατέρα καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ ἐδογμάτισεν ὑσσεβῶς τὸν τρισάγιον ὕμνον χάριν τῆς τριάδος λέγεσθαι· ὅπερ τι ἄρα μὴ τῆς τριαδικῆς ἁγιότητος τὰς τρεῖς τῆς ὑποστάσεως θεότητος ὑποστάσεις τὰ ἅγια σεραφὶμ ἡμῖν ὑπεμφαίνουσι· διὰ δὲ τῆς μιᾶς κυριότητος τὴν μίαν τῆς θεαρχικῆς τριάδος οὐσίαν τε καὶ βασιλείαν γνωρίζουσιν. εὕρηται δὲ καὶ ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ, ὅτι λιμοῦ ποτε ἐν Κωνσταντινουπόλει λαοῦ διά τινα πτόλαιον ἀπειλοῦντος ἐπὶ Πρόκλου ἀρχιεπισκόπου γεγενημένου, ἁφαρπαγῆναι παιδίον ἐκ τοῦ λαοῦ, καὶ οὕτω μυηθῆναι ὑπ' ἀγγελικῆς τινος διδασκαλίας τὸν τρισάγιον ὕμνον, ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς. καὶ αὖθις ὑποστραφέντος τοῦ παιδίου, καὶ τὸ μηνυθὲν ἀπαγγείλαντος, ἅσαι τὸν ὕμνον ἅπαν τὸ πλῆθος, καὶ οὕτω κοπάσαι τὴν ἀπειλήν. καὶ ἐν τῇ ἁγίᾳ δὲ καὶ οἰκουμενικῇ τετάρτῃ συνόδῳ τῇ ἐν Χαλκηδόνι, οὕτως ὑμνεῖσθαι ὁ τρισάγιος ὕμνος παραδέδοται. ἀλλὰ τῆς τῶν πολλῶν καὶ βλασφημάτων καινίας μηδὲ διὰ τούτων πρὸς τὸ ὀρθόδοξον δόγμα μεταριθμηθείσης, ὡς ἔοικεν, οἱ κατὰ ταύτην συνελθόντες τὴν συνοδον ἅγιοι πατέρες, διορθωσάμενοι τὰ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Χαλκηδόνι συνελθόντων περὶ τοῦ τρισαγίου ὕμνου τεθεσμοθετημένα, ἀναθέματι καθυπέβαλλον τοὺς μετὰ τὸν παρόντα κανόνα τῷ προσθήκῃ τοῦ Κναφέως τὸ τρισαγίῳ συναπλοῦσθαι· καὶ εἰ μὲν ἱερατικός ἐστι, φασὶν, ὁ παραβαίνων, καθαιρεῖσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς ἢ μοναχὸς, ἀφορίζέσθω. τοῦ δὲ κανόνος ἀναθεματίζοντος τοὺς τῷ κακόδοξον ταύτην προσθήκην παραδεχομένους, καὶ ἀπὸ τοῦ ἀναθεματισμοῦ μὴ μόνον ἀτίμων γινομένων τῶν ἀναθεματιζομένων, ἀλλὰ καὶ παντελῶς ἀπώλειαν ὑφισταμένων, καὶ πάσης τῆς ἐν κόσμῳ διαγωγῆς ἀπαλλοτριουμένων, θαυμάζω πῶς ὁ κανὼν, συνῳδὸς τῷ ἀναθεματισμῷ, καθαιρέσεως ἐμνήσθη καὶ ἀφορισμοῦ. ἀλλ', ὡς ἔοικε, τὰ περὶ τούτου εἰς τὸν ὕστερον κρίσιν ἀνήρτησεν, ἐφ' ᾧ τὸν μὲν παραδεξάμενον τὸν βλάσφημον ταύτην προσθήκην καὶ ῥᾳδίως μετατιθέμενον καθαιρεῖσθαι, ἢ ἀφορίζεσθαι· τὸν δὲ μὴ μετατιθέμενον ἀλλ' ἔτι τῆς βλασφήμου φλυαρίας ἀνεχόμενον, ἀναθεματίζεσθαι, καὶ οὕτω μὴ μόνον τῆς ἱερωσύνης ἢ τῆς ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας ἀπογυμνοῦσθαι, ἀλλὰ καὶ τελοῦσθαι, ἐφ' ᾧ μὴ μεταδοῦναι τῆς αἱρέσεως καὶ ἄλλοις.

Canon LXXXI.

Quoniam in nonnullis locis didicimus, in sanctissimo hymno additamenti loco dici post illud, Sanctus immortalis, hoc, Qui crucifixus est pro nobis, miserere nostri; id autem ab antiquis sanctis patribus, ut à pietate alienum, ex hoc hymno ejectum cum scelerato hæretico, qui hanc vocem innovavit: nos quoque confirmantes ea quæ à sanctis nostris patribus piè constituta sunt, anathematizamus eos, qui post præsens decretum ejusmodi vocem in Ecclesiis admittunt, vel aliquo alio modo sanctissimo hymno adjungunt. Et si est quidem sacerdotalis ordinis qui transgressus est, eum sacerdotio privari jubemus: sin autem Laicus vel Monachus, segregari.

Bals. Stolidus ille & blasphemus Petrus Fullo in sanctissimo hymno fecit additamentũ, dicens, postquam dictum esset, Sanctus immortalis, debere dici, Qui crucifixus es pro nobis, miserere nostri. Quod quidem additamentum Ecclesia non admisit, ut quod quartam personam inducat, & Dei filium, Servatoris scilicet consistentem facultatem, seorsum ponat, & Christum crucifixum tanquam alium à forti, & tanquam affectionibus subjectam trinitatem glorificet, & Patrem unà cum Filio crucifigat & spiritum sanctum. Et decrevit quidem sanctissimum hymnum piè dici de sancta trinitate, quod per trinam sanctitatem tres supersubstantialis deitatis personas sancta nobis seraphim ostendant: per unam verò dominationem unam divinæ Trinitatis substantiam regnúmque significant. In Ecclesiastica autem historia inventum est, cùm populus Constantinopoli supplicaret, propter quasdam divinitùs intentatas minas, quæ tempore Procli Archiepiscopi fuêre, ex populo raptum fuisse puerum, & sic ter sanctum hymnum ab angelica aliqua doctrina fuisse institutum, Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nostri: & converso rursus puero, cùm quod institutum erat renunciasset, universam multitudinem hymnum ceciniſſe, & sic minas cessâsse. Porrò autem & in sancta & universali Chalcedon. Synodo sic sanctissimum hymnum canendum esse traditum est. Sed cùm ne sic quidem multorum eorúmque blasphemorum improbitas ad orthodoxum decretum traducta esset, ut est verisimile, qui in hac Synodo convenerant sancti patres, iis, quæ à sanctis patribus, qui Chaleedone convenerant, de hoc sanctissimo hymno constituta erant, confirmatis, anathemati eos subjecerunt, qui post præsentem canonem Fullonis additamentum Trisagio adjungant: Et si est quidem sacerdotalis, inquit, ordinis, qui transgreditur, deponatur: sin autem Laicus vel Monachus, segregetur. Cùm autem canon eos anathematizet, qui malum hoc additamentum suscipiunt, & ex anathematizatione non solùm fiant, qui anathematizantur, infames, sed omnis etiam generis exitium subeant, & ab omni in mundo conversatione alienentur, miror quomodo canon depositionis & segregationis unà cum anathematismo meminit. Sed, ut est verisimile, hoc quoque Episcopali discretioni ac prudentiæ relictum est, ut qui blasphemum quidem hoc additamentum admisit & facile convertitur, deponatur vel segregetur: qui autem non convertitur, sed blasphemis nugis adhæret, anathematizetur; & sic non solùm sacerdotio vel Ecclesiastica communione privetur, sed etiam exterminetur, ut non aliis quoque hæresin communicet.

Zonar.

Digitized by Google

ZONAR. Quidam affectionibus obnoxiam divinitatem existimantes, trisagio hymno verba illa, Qui pro nobis crucifixus est, addidêre. Quod quidem ante hanc Synodum alii quoque sancti Patres, ut adulterinum rectæque sententiæ minùs consentaneum, repudiavêre; & à quibusdam adhuc, ut credibile est, usurpatum, hujus Synodi auctores ex trisagio tollunt; quique id nihilominus adhibuerint, ac trisagio quomodocunque adjunxerint, anathemate damnant. Atque hujus decreti violatores, sacratos quidem depositione; Monachos verò aut Laicos segregationis pœna teneri jubent.

ARIST. *Qui hymno trisagio, illud, Qui Crucifixus, adjungit, heterodoxus censetur.*

Dicitur, quod sub Theodosii junioris imperio Puer in campi precibus sublatus est, & per multas horas in sublimi suspensus; & audivit vocem divinam, ne hoc, *Qui pro nobis crucifixus*, in Trisagio adderetur, ut vesanus Paulus Samosatenus delirè effutiebat. Si quis itaque talem vocem hymno Trisagio adjunxerit, ut heterodoxus anathemate percutietur. Invenies autem in Damasceno cap. liii. de Trisagio plenius tractans; & propter quam causam puer in sublimi attollebatur.

CANON LXXXII.

Inter nonnullas venerabilium imaginum picturas, agnus, qui digito Præcursoris monstratur, depingitur, qui ad gratiæ figuram adsumptus est, verum nobis agnum per legem Christum Deum nostrum præmonstrans. Antiquas ergo figuras & umbras, ut veritatis signa & characteres, Ecclesiæ traditas amplectentes, gratiam & veritatem præponamus, eam ut legis impletionem suscipientes. Ut ergo quod perfectum est, saltem coloribus effigiatum, omnium oculis subjiciatur, agni ejus, qui tollit peccatum mundi, Christi Dei nostri instar hominis characterem, etiam in imaginibus deinceps pro veteri agno statui jubemus, ut per ipsum verbi Dei humiliationem mente comprehendentes, ad memoriam quoque ejus in carne conversationis, ejúsque passionis & salutaris mortis manu ducamur, ejúsque quæ ex eo facta est mundo redemptionis.

BALS. Quando adversus Ægyptiorum primogenita Moses jussu Dei elocutus est, jussit ab Hebręis agnum interfici, & ejus sanguine Judæorum limina inungi: ut à primogenitorum destructore ad eos adiri non posset. Hic ergo agnus præfigurabat Dominum. Unde etiam magnus propheta angelisque æqualis præcursor, cùm Dominum & Deum nostrum Jesum Christum vidisset, dixit, Ecce agnus Dei, filius patris, qui tollit peccatum mundi. Quidam ergo in sacris imaginibus sanctum pręcursorem describentes, è regione ejus agnum imprimebant, qui à pręcursoris digito monstrabatur. Hoc ergo sancta Synodus prohibens, statuit, quòd quoniam agnus in typum veritatis acceptus est; umbrę autem & signa & typi præterierunt, utpote cùm veritas exhibeatur: typos quoque & umbras, ut signa veritatis, amplectimur; sed veritatem præponimus. Et ideo typum quidem cessare statuerunt; pro agno autem in sanctis imaginibus ipsum Dominum & Deum nostrum Jesum Christum humana forma describi. Si hæc autem ita se habeant, eos malè facere arbitror, qui in Ecclesia columbas emittunt pro sancti spiritus adventu: & qui pro illâ stellâ, quæ novo modo apparuerat & erat admirabilis, cereos accendunt: & qui ineffabilem & salutarem Domini & Dei & Servatoris nostri Jesu Christi generationem puero & thoro strato exprimunt, & quæ sunt supra rationem & mentis cogitationem humanis studiis describunt.

A ΖΩΝΑΡ. Οἱ τῇ θεότητι πάθος προσαρμόζοντες προσέθεντο τῷ τρισαγίῳ τὴν προσθήκην ταύτην, ὃ, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς. ὅπερ καὶ πρὸ τῆς συνόδου ταύτης ὑφ' ἑτέρων ἁγίων πατέρων, ὡς νόθον καὶ τῆς ὀρθῆς δόξης ἀλλότριον, ἀπεβλήθη, καὶ ἔστι δὲ παρά τινων, ὡς ἔοικε, λεγόμενον, οἱ τῆς συνόδου ταύτης τοῦ τρισαγίου αὐτὸ ἐξορίζουσιν, ἀναθέματι καταδικάζοντες τοὺς ἔτι αὐτὸ παραδεχομένους, καὶ τῷ τρισαγίῳ ὁπῳδήποτε συνάπτοντας. καὶ καθαιροῦσι μὲν τοὺς ἱερατικοὺς παραβαίνοντας τὰ ὁρισθέντα, τοὺς δὲ μοναχοὺς ἢ λαϊκοὺς ἀφορίζουσιν.

B ΑΡΙΣΤ. Τῷ τρισαγίῳ ὕμνῳ ὁ συνάπτων τὸ, ὁ σταυρωθεὶς, ἑτερόδοξος.

Λέγεται, ὡς ἐπὶ τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ ἤρθη παιδίον ἐν τῇ τοῦ κάμπου λιτῇ, καὶ ἐπὶ πολλὰς ὥρας μετέωρον γέγονε, καὶ ἤκουσε θείας φωνῆς, μὴ προστιθέναι ἐν τῷ τρισαγίῳ τὸ, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, ὡς ὁ παράφρων Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς ἐληρώδει. εἴ τις οὖν τὴν τοιαύτην φωνὴν τῷ τρισαγίῳ ὕμνῳ συνάψει, ὡς ἑτερόδοξος ἀναθεματισθήσεται. εὑρήσεις δὲ καὶ ἐν τῷ Δαμασκηνῷ νγ'. κεφάλαιον διαλαμβάνον πλατύτερον περὶ τοῦ τρισαγίου, καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν ἤρθη τὸ παιδίον.

C ΚΑΝΩΝ πβ'.

Εν τισι τῶν σεπτῶν εἰκόνων γραφαῖς ἀμνὸς δακτύλῳ τοῦ προδρόμου δεικνύμενος ἐγχαράττεται, ὃς εἰς τύπον παρελήφθη τῆς χάριτος, τὸν ἀληθινὸν ἡμῖν διὰ νόμου προϋποφαίνων ἀμνὸν Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν. τοὺς οὖν παλαιοὺς τύπους καὶ τὰς σκιὰς, ὡς τῆς ἀληθείας σύμβολά τε καὶ προχαράγματα, τῇ ἐκκλησίᾳ παραδεδομένους κατασπαζόμενοι, τὴν χάριν προτιμῶμεν καὶ τὴν ἀλήθειαν, ὡς πλήρωμα νόμου ταύτην ὑποδεξάμενοι. ὡς ἂν οὖν ὃ τέλειον κἂν ταῖς χρωματουργίαις ἐν ταῖς ἁπάντων ὄψεσιν ὑπογράφηται, τὸν τοῦ αἴροντος τὴν ἁμαρτίαν κόσμου, ἀμνοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, κατὰ τὸν ἀνθρώπινον χαρακτῆρα καὶ ἐν ταῖς εἰκόσιν ἀπὸ τοῦ D νῦν, ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ ἀμνοῦ, ἀναστηλοῦσθαι ὁρίζομεν, δι' αὐτοῦ τὸ τῆς ταπεινώσεως τοῦ Θεοῦ λόγου κατανοοῦντες, καὶ πρὸς μνήμην τῆς ἐν σαρκὶ πολιτείας, τοῦ τε πάθους αὐτοῦ καὶ τοῦ σωτηρίου θανάτου χειραγωγούμενοι, καὶ τῆς ἐντεῦθεν γενομένης τῷ κόσμῳ ἀπολυτρώσεως.

ΒΑΛΣ. Οτε τὴν κατὰ τῶν πρωτοτόκων Αἰγυπτίων ἀπειλὴν διελάλησε κατὰ κέλευσιν τοῦ θεοῦ ὁ Μωϋσῆς, ἐνετείλατο τοῖς Εβραίοις σφαγιάσαι ἀμνὸν, καὶ τῷ αἵματι τούτου χρισθῆναι τὰς Ιουδαϊκὰς φλιὰς, ὡς ἂν ἄβατοι ὦσι τῷ τοῦ πρωτοτόκων ὀλοθρευτῇ· προετύπου οὖν ὁ τοιοῦτος ἀμνὸς τὸν E Κύριον. ὅθεν καὶ ὁ μέγας ἐν προφήταις καὶ ἰσάγγελος πρόδρομος ἰδὼν τὸν Κύριον Ιησοῦν Χριστὸν καὶ Θεὸν ἡμῶν, εἶπεν, ἰδοὺ ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. τινὲς οὖν ἐν ἁγίαις εἰκόσι τὸν ἅγιον πρόδρομον ἀναστηλοῦντες, ἀμνὸν ἀντικρὺ αὐτοῦ ἀνεχάραττον ὑπὸ τοῦ προδρόμου δακτυλοδεικνούμενον. τοῦτο τοίνυν ἡ ἁγία σύνοδος ἀποτρέπουσα, ὥρισεν, ὡς ἐπεὶ ὁ ἀμνὸς εἰς τύπον τῆς ἀληθείας παρελήφθη, αἱ σκιαὶ δὲ καὶ οἱ τύποι καὶ τὰ σύμβολα παρῆλθον, ὡς τῆς ἀληθείας παῤῥησιασθείσης· κατασπαζόμεθα μὲν καὶ τοὺς τύπους καὶ τὰς σκιὰς ὡς τῆς ἀληθείας σύμβολα, προτιμώμεθα δὲ τὴν ἀλήθειαν. διὸ καὶ ὥρισεν τὰ μὲν τοῦ τύπου σχολάσαι· ἀντὶ δὲ ἀμνοῦ, ἐν ταῖς ἁγίαις εἰκόσιν F ἀναστηλοῦσθαι αὐτὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ιησοῦν Χριστὸν καὶ Θεὸν ἡμῶν, κατὰ τὸν ἀνθρώπινον χαρακτῆρα. εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχουσι, νομίζω ὅτι κακῶς ποιοῦσιν οἱ ἐπ' ἐκκλησίας περιστερὰς ἀπολύοντες ἀντὶ πνεύματος ἁγίου ἐπιδημίας, καὶ ἀντὶ τοῦ ἀστέρος ἐκείνου τοῦ ὑπερφυοῦς καὶ καινοφανοῦς κηρὸν ἀνάπτοντες· καὶ τὴν ἀπόῤῥητον καὶ σωτήριον ἐν σπηλαίῳ γέννησιν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ διὰ παιδὸς καὶ στρωμνῆς ὑποτυποῦντες, καὶ τὰ ὑπὲρ λόγον καὶ ἔννοιαν ἀνθρωπίνοις ἐπιτηδεύμασι διαγράφοντες.

ΖΩΝΑΡ.

Digitized by Google

ΖΩΝΑΡ. Ο τοῖς Ἑβραίοις ὑπὸ Μωσέως ἐντα- A
λθεὶς σφαγιαζόμενος ἀμνός, ᾧ τῷ αἵματι αἱ φλιαὶ τῶν οἴ-
κων αὐτῶν χριαθεῖσαι ἄβατοι τῷ τῶν πρωτοτόκων ἔσφη ὀ-
λοθρευτῇ, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν προετύπου
καὶ προεικόνιζεν. ὅθεν καὶ ὁ Βαπτιστὴς δεικνύων τοῖς λαοῖς
τὸν Χριστὸν, ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ, ἔφη, ὁ αἴρων τὴν
ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. ἐγράφετο οὖν ἐν εἰκόσιν ἀμνὸς, καὶ ὁ
προδρομεὺς τῷ δακτύλῳ δεικνύων αὐτόν. τοῦτο δὲ μὴ γί-
νεσθαι ἡ συνοδος αὕτη θεσπισθεῖσα, λέγουσα, ὅτι τοὺς μὲν
τύπους καὶ τὰς σκιὰς τιμῶμεν ὡς σύμβολα τῆς ἀληθείας
καὶ προχειρίσματα, προτιμῶμεν δὲ τὴν χάριν καὶ τὴν
ἀλήθειαν· καὶ ὁρίζομεν μηκέτι ἐν εἴδει ἀμνοῦ γράφε- B
σθαι τὸν ἀρτιον τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ἀλλὰ καὶ τὸν
ἀνθρώπινον χαρακτῆρα ἀναπλουσθαι αὐτὸν ἐν εἰκόσιν· ἵν'
οὕτω καταγνῶμεν τὴν συγκατάβασιν τοῦ θεοῦ λόγου, καὶ
τὸ τῆς αὐτοῦ ταπεινώσεως ἄμετρον, καὶ μνημονεύωμεν τῆς ἐν
σαρκὶ ἀναστροφῆς αὐτοῦ, καὶ τοῦ πάθους καὶ τοῦ σωτηρίου θανά-
του, καὶ ὅσων εὐεργεσιῶν ἐτύχομεν δι' αὐτοῦ.

Zonar. Qui ab Hebræis agnus Moſe præcipiente immolatus eſt, cujus ſanguine conſignata domorum limina primogenitorum interfectori inacceſſa fuere, is Chriſti Ieſu Domini noſtri typum ac imaginem referebat. Quapropter & Baptiſta, cum Chriſtum populo indicaret, Ecce, inquit, agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. Proinde in imaginibus quoque agnus, cum præcurſore illum intento digito monſtrante, effingebatur. Quod quidem hæc Synodus fieri vetat, figuras dicens, & umbras, ut ſigna veritatis indicia- que, veneramur; ſed gratiam & veritatem, longè pluris facienda eſſe judicamus: ac ne in poſterum is, qui peccatum mundi tollit, agni ſpecie in imaginibus pingatur, ſed humano habitu ac figura exprimatur, decernimus; ut hinc, quæ noſtra cauſa Verbi Dei abjectio demiſſioníſque immenſitas fuerit, intelligamus, ejúſque in carne converſationis, & paſſionis ac mortis quoque ſalutaris, &, quæcunque demum in nos contulit, beneficiorum, memoriam perpetuò conſervemus.

ΑΡΙΣΤ. Οὐ χαράξεις ἀμνὸν εἰς τύπον Χριστοῦ· ἀλλ' ἐκεῖνον αὐτόν.

Arist. *Non depinges agnum in typum Chriſti: ſed illum ipſum.*

Ο ἀμνὸς εἰς τύπον προελήφθη τοῦ ἀληθινοῦ Χριστοῦ C
τοῦ θεοῦ ἡμῶν. καὶ ὑ χρὴ τὸν τύπον προτιμᾶσθαι τῆς ἀλη-
θείας, καὶ ἀμνὸν ἐν ταῖς σεπταῖς εἰκόσιν ἐγχαράσσειν, τῷ δα-
κτύλῳ τὸν προδρόμου δεικνύμενον· ἀλλὰ αὐτὸν τὸν Χριστὸν καὶ
θεὸν ἡμῶν, καὶ ἐν ταῖς γραμματουργίαις καὶ τὸ ἀνθρώπινον
ἐγχαράττειν.

Agnus in veri Chriſti Dei noſtri typum aſſumptus fuit. Et non oportet typum veritati præponere, & agnum in venerabilibus imaginibus præcurſoris digito monſtratum depingere: ſed ipſum Chriſtum & Deum noſtrum etiam coloribus delineatum forma humana exprimere.

ΚΑΝΩΝ πγ'.

Canon LXXXIII.

Μηδεὶς τοῖς σώμασι τῶν τελουτησάντων τὴν εὐχαριστίαν με-
ταδιδότω. γέγραπται γὰρ, λάβετε, φάγετε· τὰ δὲ τῶν
νεκρῶν σώματα, οὐδὲ λαβεῖν δύνανται, οὐδὲ φαγεῖν.

Nemo mortuorum corporibus Euchariſtiam communicet. Scriptum eſt enim, Accipite, comedite. Mortuorum autem corpora nec accipere poſſunt, nec comedere.

ΒΑΛΣ. Ο Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς D
δειπνήσας μετὰ τῶν οἰκείων μαθητῶν, καὶ τοῖς ἄρτοις τούτοις
μεταδιδοὺς, λάβετε, φάγετε, ἔφησε, τοῦτ' ἔστι τὸ σῶ-
μά μου τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν·
καθὼς τοῦτο ἐν εὐαγγελίοις γέγραπται. εἴωθεν γοῦν πρὸ τῆς
συνόδου ταύτης πολλοί τισι μεταδιδόναι τῶν θείων ἁγιά-
σματων (ταῦτα γὰρ εὐχαριστίαν οἱ πατέρες ὠνόμασαν) σώ-
μασι νεκροῖς. τοῦτον οὖν κωλύοντες οἱ πατέρες, διωρίσαντο
μηκέτι τοιοῦτόν τι γίνεσθαι. ὅτι, φασὶ, γέγραπται, λάβετε,
φάγετε· τὰ δὲ σώματα τῶν νεκρῶν, οὔτε λαβεῖν ἔτι φαγεῖν
δύανται. ἀνάγνωσον καὶ τὸ ιη'. κανόνα τῆς ἐν Καρθαγένῃ E
συνόδου. Τὸ μύρῳ χρεωκόπεσθαι τοῖς ἀρχιερεῦσι μετὰ τελευ-
τὴν ἄγιον ἄρτον, καὶ οὕτως ἐνταφιάζεσθαι, νομίζω γίνε-
σθαι εἰς ἀποτροπὴν τῶν δαιμονίων, ἵνα δι' αὐτοῦ ἐφοδιάζό-
μενον πρὸς οὐρανὸν, ὁ τῆς μεγάλης καὶ ἀποστολικῆς καθα-
ξιωθεὶς ἐπαγγέλματος.

Bals. Dominus & Deus noſter Ieſus Chriſtus, cùm unà cum ſuis diſcipulis cœnans eis panem impertiiſſet, dixit, Accipite, comedite; hoc eſt corpus meum, quod pro vobis frangitur in remiſſionem peccatorum: ſicut hoc ſcriptum eſt in Evangeliis. Ante hanc ergo Synodum mos erat nonnullis divina ſacramenta (ea enim patres Euchariſtiam nominavêre) corporibus mortuis impertire. Patres ergo hoc fieri prohibentes, tale quid non ampliùs faciendum decreverunt. Quoniam, inquiunt, ſcriptum eſt, Accipite, comedite: mortuorum autem corpora non poſſunt accipere, nec comedere. Lege & xviii. can. Carth. Syn. Quòd autem ſanctus panis Antiſtitibus poſt mortem tradatur, & ſic ſepeliantur, exiſtimo hoc fieri ad avertendos dæmonas, & ut per ipſum, tanquam viaticum, deducatur ad cœlum, qui magna & Apoſtolica profeſſione dignus eſt habitus.

ΖΩΝΑΡ. Εθος ἦν παλαιὸν μεταδίδοσθαι τοῖς νεκροῖς
σώμασι τὸ τελουτησάντων τὸ σώματος καὶ τὸ αἵματος τοῦ κυ-
ρίου. τὴν γὰρ εὐνόμασαν εὐχαριστίαν, ὅτι εὐχαριστεῖν ἡμᾶς
χρὴ μεταλαμβάνοντας τούτων, ὡς ἀξιωθέντας τοιούτων
δωρεῶν. τοῦτον τίνων γίνεσθαι ὁ κανὼν ἀπηγόρευσε, καὶ τὴν
αἰτίαν ἐπάγει λέγων, ὅτι ὁ κύριος μεμερισμένων τὸν ἄρτον τοῖς F
μαθηταῖς, λάβετε, φάγετε, εἶπε· τὰ δὲ νεκρωθέντα σώ-
ματα ὔτε λαβεῖν, οὔτε φαγεῖν δύανται. καὶ ὁ ὀκτωκαιδέκα-
τος κανὼν τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου περὶ τῆς συνόδου
ταύτης ἀπηγόρευσε τὸ τῆς εὐχαριστίας μεταδίδοσθαι τοῖς νε-
κροῖς.

Zonar. Antiquæ conſuetudinis fuit corpus & ſanguinem Domini mortuorum corporibus impertiri. Illa ſiquidem Euchariſtiæ nomine intelliguntur, quod ea dum percipimus, ſit à nobis, qui ejuſmodi muneribus digni habiti ſimus, gratiarum actio adhibenda. Id igitur hic canon fieri vetuit, ejúſque rei rationem hanc ſubdit, quod panem Dominus in diſcipulos dividens, Accipite, ait, & comedite: mortuis autem cadaveribus neque accipere neque comedere datum eſt. Carthaginenſis quoque Synodi decimooctavo canone, jam olim ante hanc ſynodum, Euchariſtiam vita functis præbere ne liceat interdictum eſt.

ΑΡΙΣΤ. Σώματι νεκρῷ οὐ μεταδοτέον τῶν ἁγιασμάτων.

Arist. *Corpori mortuo ſacramenta non ſunt communicanda.*

Ἐπειδὴ γέγραπται, λάβετε, φάγετε· τοῖς δὲ τῶν νεκρῶν

Quoniam ſcriptum eſt, Accipite, edite; at mortuorum

tuorum corporum nec accipere poſſunt, nec comedere: nemo mortuis divina Sacramenta communicabit.

σώματα ὔτε λαβεῖν ὔτε φαγεῖν δύνανται· ὐδεὶς μεταδώσει τοῖς τελευτήσασι τ᾽ θείων καὶ ἁγιασμάτων.

Canon LXXXIV.

Canonicas patrum leges ſequentes, de infantibus quoque decernimus, quoties non inveniuntur firmi teſtes, qui eos indubiè baptizatos eſſe dicant, nec ipſi propter ætatem de ſibi tradito myſterio aptè reſpondere poſſint, debere ſine ulla offenſione baptizari: ne forte ejuſmodi dubitatio eos tali ſanctitatis puritate privet.

ΚΑΝΩΝ ϖδ'.

Τοῖς κανονικοῖς τ῀ν πατέρων θεσμοῖς κατακολουθοῦντες, ὁρίζομεν καὶ περὶ τ῀ν νηπίων, ὁπόταν μὴ εὑρίσκωνται βέβαιοι μάρτυρες, οἱ ταῦτα ἀναμφιβόλως βαπτισθέντα αὐτὰ λέγοντες, καὶ αὐτὰ ζῶντα διὰ τὴν ἡλικίαν περὶ τῆς παρα δοθείσης αὐτοῖς μυσταγωγίας ἀποκρίνασθαι ὑπευθύνως ἰσχύσιν, χωρὶς τινος προσκόμματος ὀφείλειν ταῦτα βαπτίζεσθαι· μήποτε ὁ τοιοῦτος διασμὸς ἀποστέρηση αὐτὰ τῆς τοιαύτης τ῀ ἁγιασμοῦ καθαίρσεως.

B

Bals. Patres, qui Carthagine convenerant, quorum præſens canon meminit, unum baptiſmum confitentes ex ſancti ſymboli comprehenſione, can. lxxii. ſtatuerunt, ut qui in infantia dicuntur eſſe baptizati ſive non, ſi non ſint firmi teſtes, qui eos eſſe baptizatos plenè & integrè probent, baptizentur. His ergo conſequenter patres in præſenti canone ea ipſa ſtatuerunt, quæ & qui Carthagine convenerunt jusſerant: ut ii ſcilicet baptizarentur, de quibus dubitabatur, an baptizati eſſent, ſi nec illi ipſi probare poſſint ſe fuiſſe baptizatos, eo quòd neſciant quid ſibi in infantia factum ſit (nam ἡλίκια eſt ætas imperfecta) nec teſtes adducunt, qui probent eos fuiſſe baptizatos. Eſt enim timendum, ne propter dubitationem infantes ſacro baptiſmate & regno cœlorum, quod per id datur, priventur, prout eſt vox Domini dicentis, Niſi quis per aquam & ſpiritum renatus fuerit, non intrabit in regnum cœlorum. Hæc autem conſtituta ſunt, quon am non permittebant aliqui, ut tales propter dubitationem baptizarentur: ne eos, qui anteà baptizati fuerant, rebaptizare viderentur. De ea re autem ſæpe ſynodicè controverſia exorta eſt. Cùm enim infantes ex Chriſtianorum regione à Scythis & Agarenis bello capti eſſent, & Romanis divenditi, dubitatum eſt, an oporteat venundatos baptizari. Dicebant enim nonnulli, quoniam ex Chriſtiana regione capti ſunt, præſumptio eſt eos fuiſſe in regione baptizatos in infantia, nec rebaptizandos. Placuit verò potiùs baptizandos eſſe, eo quòd hi neſciant, an in infantia baptizati fuerint, nec ulli inveniantur qui baptiſmum affirment. De iis autem, qui ex infidelium regione capiuntur, eos eſſe baptizandos indiſtinctè ſtatutum eſt: niſi teſtes profiteantur eos poſt captivitatem fuiſſe baptizatos. Tempore autem ſanctiſſimi Patriarchæ domini Lucæ ſynodicè adfuerunt Agareni, & cùm ab eis poſtularetur ut baptizarentur, dixerunt, quòd in ſuis regionibus antea baptizati fuerant. Et interrogati quomodo reſponderunt, eſſe conſuetudinem ut omnes Agarenorum infantes ab orthodoxis ſacerdotibus baptizarentur: non tamen admiſſi fuerunt. Audierant enim, quòd baptiſmus, quem infideles à Chriſtianis petunt, non bona affectione & orthodoxo propoſito petitur; ſed propter corporalem medicinam. Perſuaſum eſt enim Agarenis, fore ut ſui liberi à dæmone vexentur, & tanquam canes malè oleant, niſi baptiſmum Chriſtianum aſſequantur. Quamobrem, non ut omnium animæ ſordidum mundatorem, divinæque lucis & ſanctificationis præbitorem, baptiſmum poſtulant; ſed tanquam veneficium & incantationem. Quidam autem eorum dicebant ſe matres habere orthodoxas, ſéque earum cura fuiſſe ab orthodoxis baptizatos: ſed nec ii exauditi ſunt, quoniam teſtes non adducebant, qui hoc ipſum pro teſtimonio dicerent; imo potiùs condemnati ſunt, quòd non bonam de ſe exiſtimationem dabant, quòd rectè ad fidem non accederent. Propterea & hos omnes baptizari permiſſum eſt.

C

D

E

F

Βαλσ. Οἱ ἐν Καρθαγ῀νι συνελθόντες πατέρες, ὧν ὁ παρὼν κανὼν μέμνηται, ἓν βάπτισμα ὁμολογοῦντες, καὶ τὸ τ῀ ἁγίου συμβόλου προλαβόντες, ὥρισαν ἐν κανόνι οβ'. τοὺς ἐν νηπιότητι λεγομένους βαπτισθ῀ναι, εἴτε καὶ μὴ βαπτίζεσθαι, ἐὰν μὴ ὦσι μάρτυρες βέβαιοι πληροφοροῦντες αὐτοὺς βαπτισθ῀ναι. ἀκολούθως οὖν τούτοις ἐνθεσμοθέτησαν οἱ πατέρες ἐν τ῀ παρόντι κανόνι αὐτὰ ἐκεῖνα, ὅσα καὶ οἱ ἐν Καρθαγ῀νι συνελθόντες προεκελεύσαντο· δηλονότι βαπτίζεσθαι τὲς ἀμφιβαλλομένους βαπτισθ῀ναι, εἰ μήτε αὐτοὶ ἐκεῖνοι δύνανται πληροφορ῀σαι ὅ βαπτισθ῀ναι, διὰ ὃ μὴ εἰδέναι τί γέγονεν εἰς τούτους ἐν νηπιότητι (ἡλίκια γάρ ἐστιν ἡ ἀτελὴς ἡλικία) μηδὲ μάρτυρας φέρεσθαι πληροφοροῦντας ὅ βαπτισθ῀ναι αὐτούς. δέος γάρ ἐστι, μήποτε διὰ τὸ διασμὸν ἀποστερηθῶσι τὸ νήπια τ῀ θείου βαπτίσματος, καὶ τ῀ς διὰ τ῀ν διδομένης βασιλείας τ῀ν οὐρανῶν, καὶ τὸ τ῀ κυρίου φωνὴν τὸ λέγουσαν, ἐὰν μή τις γεννηθ῀ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὸ βασιλείαν τ῀ν οὐρανῶν. ταῦτα δὲ νενομοθέτηται, ὅτι τινὲς οὐ προεχώρουν διὰ τὸ ἀμφιβολίαν βαπτίζεσθαι τοὺς τοιούτους· ἵνα μὴ δόξωσιν ἀναβαπτίζειν τοὺς προβαπτισθέντας. περὶ δὲ τούτου πολλάκις ἀμφισβήτησις γέγονε συνοδικῶς. νηπίων γὰρ ἀπὸ Χριστιανικ῀ς χώρας αἰχμαλωτισθέντων παρὰ Σκυθῶν καὶ Ἀγαρηνῶν, καὶ διαπεπραθέντων πρὸς Ρωμαίους, ἀμφιβολία γέγονεν, εἰ χρὴ τοὺς πωληθέντας βαπτισθ῀ναι. ἔλεγον γάρ τινες, ὡς ἐπεὶ ἀπὸ Χριστιανικ῀ς χώρας ἠχμαλωτίσθησαν, πρόληψίς ἐστι βαπτισθ῀ναι κ῀ χώραν ἐν νηπιότητι, καὶ οὐ χρὴ αὖθις ἀναβαπτισθ῀ναι. ἤρεσε δὲ μᾶλλον ὀφείλειν βαπτισθ῀ναι, διὰ ὃ μὴ εἰδέναι τούτους εἰ ἐν νηπιότητι ἐβαπτίσθησαν, μήτε τινὰς δύνασθαι διαβεβαιουμένους ὅ βάπτισμα. περὶ δὲ τ῀ς ἀπὸ χώρας ἀπίστων αἰχμαλωτιζομένων ὠφέλει, ἀδιαφθόρους αὐτοὺς βαπτίζεσθαι· εἰ μὴ μάρτυρες ὁμολογοῦσι βαπτισθ῀ναι τούτους μ῀ τὸ αἰχμαλωσίαν. ὅτι δὲ τ῀ς ἡμερῶν τ῀ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυροῦ Λουκᾶ, πρέσβεσθαι Ἀγαρηνοὶ συνοδικῶς, καὶ ἀπαιτέμενοι βαπτισθ῀ναι, εἶπον, ὡς ἔθος ἐστὶ εἰς τὰς χώρας αὐτ῀ς βαπτισθ῀ναι. καὶ ἐρωτώμενοι ὅπως, ἀπελογήσαντο, ὅτι συνήθεια ἔστι πάντα τὰ νήπια τ῀ς Ἀγαρηνῶν βαπτίζεσθαι παρὰ ὀρθοδόξων ἱερέων· ἀλλ᾽ οὐ προσδέχθησαν. ἠκούσθη γάρ, ὡς ὃ παρὰ τ῀ς ἀπίστων ζητούμενον ἀπὸ τ῀ς Χριστιανῶν βάπτισμα, οὐ κατὰ διάθεσιν ἀγαθὴν καὶ προαίρεσιν ὀρθόδοξον ζητεῖται· ἀλλὰ διὰ θεραπείαν σωματικήν. δέδοκται γὰρ παρὰ τοῖς Ἀγαρηνοῖς, τὰ πάντα τέκνα δαιμονᾶν καὶ κατὰ κύνας ὄζειν, εἰ μὴ βαπτίσματος τύχωσι Χριστιανικοῦ. κἀντεῦθεν σὺν ὡς καθαρτήριον πάντως ῥύπους ψυχικοῦ, καὶ φωτὸς θείου καὶ ἁγιασμοῦ πάντων ἀναπαλοῦνται ὅ βάπτισμα, ἀλλ᾽ ὡς φαρμακείαν ἢ ἐπῳδήν. τινὲς δὲ ἐξ αὐτ῀ς εἶπον μητέρας ἔχειν ὀρθοδόξους, καὶ ἀπὸ σπουδ῀ς τούτων βαπτισθ῀ναι αὐτὲς παρὰ ὀρθοδόξων· ἀλλ᾽ οὐδὲ οὗτοι εἰσηκούσθησαν, ὅτι οὐ παρέσησαν μάρτυρες τοῦτο αὐτὸ μαρτυροῦντες. μᾶλλον μὲν οὖν καὶ κατεγνώσθησαν, ὡς μὴ ἀγαθὴν πρόληψιν διδόντες καθ᾽ ἑαυτ῀ς, εἰς ὃ μὴ προσέρχεσθαι τ῀ πίστει ὀρθ῀ς. διὸ καὶ ἐξεχωρήθη πάντας τούτους βαπτισθ῀ναι.

Zonar.

Digitized by Google

A

ΖΩΝΑΡ. Εν βάπτισμα ὁμολογεῖν ἐκ τοῦ θείου συμβόλου τῆς πίστεως δεδιδάγμεθα. ὅτι δὲ ὁ κύριος ἔφη, εἰ μή τις γεννηθῇ δι ὕδατος καὶ πνεύματος οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, διὰ τοῦτο ἔδοξε τοῖς ἱεροῖς πατράσι παλαιοτέρων πατέρων ἐξακολουθοῦσι θεσμοῖς, εἰ ἀμφίβολόν ἐστι βαπτισθῆναί τινας, ἐκείνων μὲν μὴ εἰδότων εἰ ἐβαπτίσθησαν διὰ νηπιότητα καὶ ὀλίαν ἀτελῆ τῆς ἡλικίας αὐτῶν (ἡλικία γὰρ ἡ κεῖρα ἐρμηνεύεται) καὶ ὑπό τινες δύνωνται εἰδότες καὶ μαρτυρῶντες, ὅτι ἐβαπτίσθησαν, βαπτίζεσθαι αὐτοὺς χωρὶς πνος προσκόμματος, ἀντὶ τοῦ μή πινος ἐμποδίου ὄντος διὰ τὸ ἀγνοεῖσθαι εἰ ἐβαπτίσθησαν. τοῦτο δέ, φασιν, ὁρίζομεν, ἵνα μὴ διὰ διταγμὸν καὶ ἀμφιβολίαν τὸ, εἴτε ἐβαπτίσθησαν εἴτε μή, σκηπτῶσι τῆς τοιαύτης ἐκ ἀγιασμοῦ καθάρσεως, καὶ ἔξω μείνωσι τῆς τοῦ θεοῦ βασιλείας καὶ τοῦ κυρίου ἀπόφασιν.

ZONAR. Unum baptiſma confiteri divino fidei ſymbolo edocti ſumus. Quoniam verò Domini illa verba ſunt, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu non intrabit in regnum cœlorum, propterea ſancti Patres, antiquiorum Patrum ſecuti decreta, ſtatuere; ut ſi de aliquibus, ſint baptizati nec ne, incertum ſit, cum nec ipſi ob infantiam ætatemque teneram (eſt idem namque κεῖρα, quod ætas) ſe baptiſmo initiatos norint, nec aliorum, qui id ſciant, teſtimonio baptizatos eſſe probari poſſit, ſine offenſione, hoc eſt, ſine ulla mora cunctationéque, cum nihil de illorum baptiſmo certi cognitum ſit, baptizentur. Hoc vero, inquiunt, ita decernimus, ne ob incertam ambiguámque de baptiſmo ſuſcepto ab his hominibus controverſiam, tali ſanctitatis puritate priventur, atque à Dei regni aditu ex dominica aſſertione prohibeantur.

B

ΑΡΙΣΤ. Οἱ μὴ γινώσκοντες, μηδὲ μαρτυρούμενοι βαπτισθῆναι, βαπτιζέσθωσαν.

ARIST. *Qui nec cognoſcunt, nec per teſtes probare poſſunt, ſe baptizatos eſſe, baptizentur.*

Ὅσοι ἀγνοοῦσιν εἰ ἐν τῇ νηπιώδει αὐτῶν ἡλικίᾳ ἐβαπτίσθησαν, καὶ οὐδὲ διείσονταί τινες ἀξιόπιστοι μάρτυρες ἀναμφιβόλως αὐτοὺς βεβαιοῦντες βαπτισθῆναι· χωρὶς πινος προσκόμματος βαπτιζέσθωσαν.

Quotquot ignorant, an in infantili ſuâ ætate baptizati fuerint; & non inveniuntur aliqui teſtes fide digni, qui extra controverſiam confirmatum dent, eos C fuiſſe baptizatos: ſine ullo ſcandalo baptizentur.

ΚΑΝΩΝ πέ.

CANON LXXXV.

Ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων βεβαιοῦσθαι πᾶν ῥῆμα γραφικὰς παραλαμβάνομεν. τοὺς οὖν ὑπὸ τῶν οἰκείων δεσποτῶν ἐλευθερουμένους δούλους ὅτι ἐπὶ τριῶν μάρτυσι, τῆς τοιαύτης τιμῆς ἀπολαύειν δίκαιόν ἐσμεν, οἳ ὅ κύριος παρόντες τῇ ἐλευθερίᾳ προσοίσουσιν, καὶ ὅ πιστὸν ἐξ ἑαυτῶν τοῖς γινομένοις παρέξουσιν.

In duobus vel tribus teſtibus confirmari omne verbum ex ſcriptura accepimus. Servos ergo, qui à ſuis dominis ſub tribus teſtibus manumittuntur, eo frui honore decernimus; qui præſentes libertati vires & firmitatem afferent, &, ut iis quæ ab ipſis facta ſunt fides habeatur, efficient.

BALS. Εἶπεν ἐν εὐαγγελίοις ὁ κύριος, ὅτι ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων πᾶν ῥῆμα σταθήσεται. διὸ καὶ ὁ παρὼν κανὼν διορίζει τοὺς λέγοντας ἐλευθερίας αἰτιωθῆναι παρὰ τῶν οἰκείων δεσποτῶν, μὴ ἀναλαμβάνεσθαι πολλοὺς μάρτυρας χάριν ἀποδείξεως τούτου αὐτῷ παρέχειν· ἀλλὰ διὰ τριῶν μαρτύρων σωτηρίαν τὸ λεγόμενον προσεῖναι αὐτοῖς ἐλευθερίαν. ἦσάν γάρ τινες, ὡς ἔοικε, λέγοντες ὀφείλειν τὴν ἐλευθερίαν ἀποδεικνύεσθαι διὰ πλειόνων μαρτύρων, πέντε τυχὸν ἢ καὶ ἓξ. ὅπερ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ οὐκ ἤρεσεν. καὶ ὁ μὲν κανὼν ἐν τούτοις. ἐπράκτευσε δὲ πολλάκις, εἰ τῷ νόμῳ λέγοντος ἐν βιβλίῳ κα'. πτλῳ α'. καὶ βιβλ. κγ'. τίτ. α'. ὅτι μὲν τῆς ἐπέκεινα τῶν μιᾶς ὑπερπύρων λίτρας προσήκουσιν, ὀφείλειν διὰ πλειόνων μάρτυρας ἤγεσθαι· ὅτι δὲ ὑποδεεστέρας λίτρας ὑπερπύρων μιᾶς καὶ κατωτέρω, ἀρκεῖν μάρτυρας δύο, ἀναλαμβάνεσθαι ὁ ἐλευθερούμενος καὶ τὸ παρόντα κανόνα διὰ τριῶν μάρτυρας ἤγεσθαι. καὶ πῶς ἐμοὶ ἔδοξε, δύο καὶ μόνους ἀρκεῖν μάρτυρας εἰς ἀπόδειξιν ἐλευθερίας, διὰ ὃ ὑπιδάλπεως παρά τε τοὺς νόμων καὶ τοὺς κανόνων πλέον πρώτων τὴν ἐλευθερίαν· ἄλλως τε ἐπεὶ σὺν ὑπερβαίνῃ τίμημα δούλου οἱουδήποτε μίαν ὑπερπύρων λίτραν, νενομοθέτηται δὲ ὑπὲρ μιᾶς ὑπερπύρων λίτρας ἀρκεῖν μάρτυρας δύο, πάντως καὶ εἰς ἀπόδειξιν ἐλευθερίας δύο ἀρκέσουσι μάρτυρες, ἀκολούθως τῷ παρόντι κανόνι τῷ ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἐκφωνηθέντι, καὶ λέγοντι ἐξ ἀρχῆς, ὅτι δύο ἢ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα. καὶ ὅτι ἐξ αἰτίας τοῦ ἀποδείξεως οὐκ ἂν ἀξιατίμητος ἐλευθερία δίδοται τῷ ἀντιδίκῳ, ἀλλὰ ἡ δουλεία, ἥτις ἀποτιμᾶται ὡς ἄνωθεν εἴρηται, ἧς καὶ δοθείσης διὰ νομισμάτων ἐλευθερωθήσεται ὁ ἐλευθερούμενος. ἀνάγνωθι καὶ τὸ νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, τὸ ἐξενεχθεῖσθαι χάριν τοῦ μὴ δέχεσθαι ἀντιφάσεις μαρτύρων, ὅταν παράγονται μάρτυρες παρὰ τοῦ ἐλευθερούμενος, καὶ χάριν τοῦ μὴ γίνεσθαι ἐλευθέρους τοὺς ἱερολογημένους δούλους, τὸ καὶ ταῦτα ῥητῶς διεξιέναι. δύο ταῦτα ὅτι ζῶς ἀκοὰς τῆς βασιλείας μου ἦλθεν ἁγιώτατα δέσποτα, ὡς τινὲς τῶν προσερχομένων ᾧ ἁγίῳ

D

BALS. Dominus dixit in Evangeliis; In duobus vel tribus teſtibus ſtabit omne verbum. Et ideo præſens quoque Canon ſtatuit, ut qui ſe dicunt fuiſſe manumiſſos à ſuis dominis, non neceſſe habeant ad hoc oſtendendum multos teſtes adducere: ſed per tres teſtes probare libertatem quæ illis adeſſe dicitur. Erant enim nonnulli, qui, ut eſt veriſimile, dicebant, oportere eum eſſe liberum oſtendi per plures teſtes, quinque fortaſſe vel ſex: quod quidem ſanctæ Synodo non placuit. Et hæc quidem in hoc canone continentur. Sæpe autem tractatum eſt, an cùm lex dicat in libro xxii. tit. i. & lib. xxiii. tit. i. in negotiis, quæ unam hyperpyrorum libram excedunt, debere tres teſtes adduci, in cauſis autem unius hyperpyrorum libræ & inferioribus ſufficere duos teſtes; cogatur, qui ad libertatem proclamat, ex præſenti canone tres teſtes adducere. Et mihi quidem viſum eſt, ad oſtendendam libertatem duos ſolos teſtes ſufficere, eo quòd leges & canones libertati maxime faveant; & quandoquidem cujuſlibet ſervi pretium unam hyperpyrorum libram non excedit, in una autem hyperpyrorum libra conſtitutum eſt duos teſtes ſufficere, omnino & ad oſtendendam libertatem duo teſtes ſufficient, præſenti canoni conſequenter, qui eſt pro libertate editus, & dicit ab initio, In ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum; & quòd ex infirmitate probationum inæſtimabilis libertas non datur adverſario, ſed ſervitus quæ æſtimatur, ut ſuperiùs dictum eſt, qua etiam data, pecuniis liberabitur qui ad libertatem proclamat. Lege etiam novellam Imperatoris domini Alexii Comneni, quæ edita eſt de non admittendis teſtibus qui contra opponuntur, quando teſtes adducuntur ab eo qui ad libertatem proclamat, & de eo, quòd liberi ſervi non fiant, qui ſacram benedictionem acceperint: quæ hæc his verbis perſequitur. Duo hæc ad aures Imperialis meæ poteſtatis pervenerunt, ſanctiſſime domine, quòd quidam eorum, qui ad ſanctum & ma-

E

F

Digitized by Google

gnum divini verbi ſapientiæ templum accedunt, ad libertatem proclamantes, & genus ſuum ad libertatis oſtenſionem allegantes (dicunt enim ſe ex liberis parentibus eſſe natos, Bulgaris fortè vel aliquibus aliis, quos in ſervitutem noſtra non accepit respublica) ea quidem quæ dicunt demonſtrare permittuntur. Et poſtquam teſtes omni exceptione majores, & in quos nulla cadit criminatio, adduxerint, ad alios eis teſtes opponendos eorum domini procedunt; & ſic cùm ii, qui provocant, non poſſint amplius in judiciis perſiſtere, ſervilis conditionis onere rurſus opprimuntur: & quando matrimoniales fiunt ſervorum conſuetudines & convinctiones in noſtra republica, eas tamen ſacra non conſequitur benedictio, caventibus dominis ne ſervi inter ſe invicem cum ſacra benedictione conjungantur, ne ex eo ad libertatem conveniant. Eorum autem utrumque convenienti correctione opus habere cenſuit; & propterea hanc conſtitutionem magna cum cautione & obſervatione edidit, per quam ſtatuitur de his qui ad libertatem proclamant ſervis, ne ii, qui contrà adducuntur, teſtes vim ullam locúmve habeant, in quocunque ſeu civili ſeu Eccleſiaſtico judicio: ſed ii ſoli, qui in jus vocant, legitimas probationes afferant; & ſi ii quidem teſtibus abundent, qui jure ſunt recipiendi, neque calumnia inducti, teſtium jurejurando judicium ſolvatur; ſed non contrariæ etiam per teſtes probationes eorum dominis permittantur, ne magna adverſariorum inæqualitas ſit inferioribus damni cauſa. Sed quemadmodum in iis, qui idem tributum ſolvunt, lex beatiſſimi domini Baſilii potentibus adverſus pauperes contrarias probationes per teſtes non permiſit: ſic & hîc dominis adverſus ſervos vis contrariæ per teſtes probationis extincta erit, & ſola apud eos valebit adverſus ipſos teſtes illata criminatio; contraria non omnino per teſtes probatione excluſa, quando ii, qui trahunt in ſervitutem, adverſus illos, qui jure ſunt liberi, ſervis in jus vocatis teſtes, produxerint. Inferioribus enim & imbecillis præſens conſtitutio gratificatur, & quod eos juvet ſubminiſtrat: non autem pro majoribus & potentioribus editur. Adjicit autem & ſacras benedictiones, non ſolùm apud liberos, ſed etiam apud ſervos valere. Et nuptias non alias legitimas & Chriſtiana inſtitutione dignas eſſe & exiſtimari, niſi etiam benedictio eos, qui conjunguntur, colliget. Abſurdum enim eſſet, cùm una in omnibus Chriſtiana fides valeat, & unus ſit in confeſſo baptiſmus, per quem ad Dominum deducti ſumus, & eadem ſalus à nobis omnibus qui credimus ſperetur, nonnullis hanc obortam eſſe ſuſpicionem, quòd ſervi ſint boni minùs participes; & liberi quidem matrimonio invicem conjungantur, priùs oratione colligati: ſervi autem à tali bono excidant, & Deum non aſſumant in congreſſus benedictione, vel metuant, quòd ſi aſſumpſerint, eorum dominus in dominio injuria afficeretur, illorum dominio privatus. Si hoc autem locum habuerit, ſanctum quoque baptiſmum timere oportet, ne ſervi dominium ſibi vendicent: ſed etiam immaculatorum myſteriorum aſſumptionem, ne per eam ab illis quoque alienentur. Quo fiet ut in ſervis intereat magnum & venerabile divinæ fidei nomen: & non ſolùm ſervi hominum, ſed etiam diaboli homicidæ, fient homines. Eorum autem domini in periculum quoque venient, ne dum hominum miniſterio privari formidant, à Dei gloria ſeipſos abalienare ſuſtineant, ſed neque hoc eſt rationi conſentaneum, & ſacram benedictionem in ſervis quoque valere æquum, & Chriſtiana inſtitutione dignum eſt. Verum enimvero fortuna novit in hominibus diverſa eſſe dominium & ſervitutem, & quæ noſtra accepit respublica, ea in iis quoque valere oportet. Unus autem dominus omnium, una fides, unum baptiſma:

A μεγάλῳ τε καὶ θείῳ ναῷ τῆς τοῦ θεοῦ λόγου σοφίας, εἰς ἐλευθερίαν ἀναφωνοῦντες, καὶ προφάσιν τῆς ἐλευθερίας τὸ γένος ποιούμενοι (φασὶ γὰρ ἐξ ἐλευθέρων γεγενῆσθαι γονέων, Βουλγάρων τυχὸν ἢ τινῶν τοιούτων ὃς εἰς δουλείαν ἡ καθ' ἡμᾶς ἡ πολιτεία, εἰς ἀπόδειξιν τῶν λεγομένων ἀφίενται. καὶ πειδὴ παρασήσονται μάρτυρας ἀδιαβλήτους, εἰς ἀντιπαράστασιν μαρτυρίαν οἱ κύριοι τούτων χωροῦσι, καὶ οὕτως τῶν ἐγκαλούντων διὰ τέλους σιωπωμένων τοῖς δικαστηρίοις ἀδυνατούντων, ἡ δουλικὴ τύχη πάλιν τοῖς βαρυφορτίζεται· καὶ ὅτι γαμικαὶ δούλων ὁμιλίαι τε καὶ συναρμογαὶ σπουδαὶ τῷ καθ' ἡμᾶς γίνονται πολιτεύματι, οὐ μήν

B τοιγε καὶ ἱερολογία ταύταις ἀκολουθεῖ, τῶν κυρίων αὐτῶν διαβαλλομένων μεθ' ἱερολογίας ἀλλήλους συναπτειν τοὺς δούλους, ἵνα μὴ πρὸς ἐλευθερίαν ἐντεῦθεν συνέλθωσι. καὶ τῆς προσηκούσης ἄμφω διορθώσεως ἔγνωκε δεῖν· καὶ διὰ τοῦτο τὸ παρὸν διάταγμα συμπεπληρωμένως ἐξέθετο, δι' οὗ διορίζεται καὶ τῶν εἰς ἐλευθερίαν ἀναφωνούντων δούλων, ἀντιθεσατικὴν μαρτυρίαν μὴ κρατεῖν, μηδὲ χώραν ὅλως ἔχειν αὐτῇ, πρὸ οἱουδήτινι πολιτικῷ ἢ ἐκκλησιαστικῷ δικαστηρίῳ· ἀλλὰ τοῖς ἐγκαλοῦσι μόνοις τὰς ἀποδείξεις καὶ νόμους ἐπάγεσθαι, κἂν εἴ που μαρτυρίων διορήσειεν οὗτοι νόμοις δεκτῶν καὶ μὴ παραιτουμένων διαβολαῖς, τῇ τῶν μαρτύρων ὅρκῳ τὴν δίκην λύεσθαι· ἀλλὰ

C μὴ καὶ ἀντιθεσάσεις τοῖς κυρίοις αὐτῶν ἐγχωρεῖσθαι ἵνα μὴ τὸ πολὺ τῶν ἀντιδίκων ἄνισον, βλάβης αἴτιον τοῖς ἐλαχιστοτέροις γένηται. ἀλλ' ὥσπερ ὅπου τῶν ὁμοτελῶν ἡ τοῦ μακαρίτου κυροῦ Βασιλείου νομοθεσία τοῖς δυνατοῖς καὶ τῶν πενήτων ἀντιθεσάσεις οὐκ ἐξεχώρησεν· οὕτω καὶνίζειν δεῖ τοῖς κυρίοις καὶ τῶν δούλων ἀπεσβεσμένον ἔσαι τὸ τῆς ἀντιθεσάσεως ἰσχυὸν, καὶ μόνη κρατήσει παρὰ τούτοις ἡ καὶ τῶν μαρτύρων διαβολή· τῆς ἀντιθεσάσεως πάντως μὴ ἀποκλειομένης τοῖς ἐγκαλουμένοις δούλοις, ὅπου τοὺς μάρτυρας καὶ τῶν ἐν νο-

D μῇ ἐλευθερίας ὄντων οἱ πρὸς δουλείαν ἕλκοντες τούτους παράγωσι. τοῖς γὰρ ἐλαχιστέροις καὶ ἀσθενέσιν ἡ παροῦσα διάταξις χαρίζεται τῷ ῥοπῷ, ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ τῶν δυνατῶν καὶ μᾶλλον ἰσχυροτέρων ἐκτέθειται. πρεσταθήσει δὲ καὶ τὰς ἱερολογίας μὴ μόνον παρὰ τοῖς ἐλευθέροις, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς δούλοις κρατεῖν. καὶ γάμον μὴ ἄλλως ἔννομόν τε καὶ τῆς Χριστιανικῆς καταστάσεως ἄξιον εἶναί τε καὶ νομίζεσθαι, εἰ μὴ καὶ ἱερολογία τοὺς συναπτομένους σωθεῖ. ἄτοπον γὰρ ἂν εἴη, μιᾶς ἐν πᾶσι τῆς Χριστιανικῆς κρατούσης πίστεως καὶ βαπτίσματος ὁμολογουμένου ἑνὸς, δι' οὗ προσήλυθα τῷ Κυρίῳ, καὶ τῆς αὐτῆς σωτηρίας ἐλπιζομένης πᾶσιν ἡμῖν τοῖς πιστεύουσιν, ὑποπτέχειν ἑνίους ὑπόνοιαν, ὡς τοῖς δούλοις ἧττον μέτεστι τοῦ καλοῦ· καὶ τὸν μὴ ἐλευθέρους καὶ γάμον ἀλλήλοις συναπτεσθαι θείᾳ συνδουμένους δυνῇ προτέρου· τοὺς δούλους δὲ,

E τοιούτου ἀπαπτειν καλοῦ, καὶ μὴ παραλαμβάνειν θεὸν ἐπ' εὐλογίᾳ τῆς συνελεύσεως, ἢ δεδιέναι, ὡς εἰ παραλαμβάνετο, ἀδικηθείη ἂν πρὸς τοῦ δεσποτείαν ὁ τούτων κύριος, τῆς ἐπ' αὐτοῖς κεκτημένης δεσποτείας. οὕτω γὰρ εἰ τοῦτο κρατοίη, δεδιέναι χρὴ καὶ τὸ ἅγιον βάπτισμα, μὴ δοῦλοι ξενοθεῖεν τῶν δεσποτειῶν· ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ πρὸ αἰῶνος μυστηρίων μεταλήψιν, μὴ καὶ διὰ ταύτης ἐκείνων ἀλλοτριωθεῖεν. καὶ-

F τοῦθεν ἐκ τῶν δούλων οἰκήσεται τὸ μέγα καὶ σεβάσμιον τῆς θείας πίστεως ὄνομα· καὶ οἱ δοῦλοι μόνον ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀνθρωποκτόνων γενήσονται ἄνθρωποι. συγκινδυνεύσουσι δὲ καὶ οἱ κύριοι τούτων, φόβῳ τοῦ μὴ διαπεσεῖν ὑπηρεσίας ἀνθρώπων, τῆς τοῦ θεοῦ δόξης ἀποξενοῦν ἑαυτοὺς ἀνεχόμενοι. ἀλλ' οὔτε τοῦτο λόγον ἔχει δίκαιον. καὶ τὸν ἱερολογίαν ἐξ ἀνάγκης καὶ ὅπου τῶν δούλων κρατεῖν, δύσλογον καὶ Χριστιανικῆς ἐπάξιον καταστάσεως. ἀλλὰ γὰρ ἐν ἀνθρώποις οἶδεν ἡ τύχη δεσποτείαν καὶ δουλείαν διάφορα, καὶ ἄπερ ἡ καθ' ἡμᾶς πολιτεία φέλαβε ταῦτα καὶ ὅπου τούτων κρατεῖν. εἷς δὲ κύριος πάντων, μία πίστις, ἓν βάπτισμα,

καὶ

δὲ δουλείαν καὶ δεσποτείαν ὅσην καὶ πίστιν διάφορα ὑ γινώσκομεν, ὅτι καὶ πάντες ὁπόσοι δοῦλοι ἐσμὲν τῷ ἐκ δουλείας λυτρώσαντι ἡμᾶς ὡς ἀξ ἀυτοῦ θείῳ καὶ ζωοποιῷ αἵματι. καὶ ἐπεὶ ταῦτα καλῶς τούτοις καὶ λυσιτελῶς διατέτακται, δεῖ τὸν μεγάλων ἁγιωσύνην σε δῆλα ταῦτα θέσθαι ἀπανταχοῦ τοῖς ἁγίων ἐκκλησιῶν, ὡς ἂν οἱ ἐν αὐταῖς προεστῶτες ὕτω τι πρὸς τοὺς περὶ τῶν ἐλευθερίων δοκιμάζωσιν, ἀντιπαρατιθέντες μαρτυρίαν καὶ τοῖς δούλων τοῖς δεσπόταις μὴ συγχωροῦντες, καὶ πᾶσι δῆλοι καταφανὲς ἐν ταῖς ὑπ' αὐτῶν ἐνοριαῖς, ὡς οἱ μὴ μὴ ἱερουργίας ἀλλήλοις συναπτόντες τοὺς δούλους, οὐχὶ θεοφιλῆ γάμον συνιστῶσιν ἐν αὐτοῖς· ἀλλὰ σκοτεινοῦσθαι μίξιν κατύνουσιν. ὃς γὰρ μὴ συναπτῇ θεὸς διὰ ἱερολογίας παραλαμβανόμενος, ὅτοι πάντες εἰς ἁμαρτίας συνέρχονται. καὶ εἴ που προσαγορευθείη τοῦτο πρὸ οἱουδήτινος ὅτως ἀπὸ τοῦδε γινόμενον, ἴστωσαν οἱ δεσπόται ὡς ὑ μόνον θείῳ μηνύματι κατασήσονται ἔνοχοι, ἀλλὰ καὶ τῶν δούλων ἀλλοτριωθήσονται, εἰς ἐλευθερίαν ἁρπαζομένων. ἔξὸν γὰρ αὐτοῖς καὶ νόμοις θεῷ συναπτῆν ἀλλήλοις τοὺς δούλους, καὶ τὸ ὅτι αὐτοῖς δεσποτείαν ἔχειν ἀλαθητον, εἰ μὴ τοῦτο ποιοῖεν, ἑαυτοῖς δικαίως πάντως τὸ τῆς δεσποτείας ἐπάγοιεν ἔκπτωσιν. ὃ δὲ πρὸν διάταγμα ὑ μόνον ὀφείλει ἐν ταῖς καταγγελίαις τῶν ἐκκλησιῶν διαγινώσκεσθαι, ἀλλὰ καὶν τοῖς πολιτικοῖς δικαστηρίοις καταστρωθῆναι. γνώσεσθαι δὲ διάφορον καὶ εἰς τοὺς τῶν ἐπηρχωτῶν προεστῶτας ἀρχῶν, ὡς ἂν εἴδησιν ἔχωσι πάντες τὸ καλῶς παρὰ τῆς βασιλείας ἡμῶν ὁριζόντων. ὅπου δὲ καὶ γάμοι ἐφθάσθησαν ἤδη γνώσεσθαι ὅτι προσώποις δυσκόλως ἔχουσι τύχῃ, καὶ οἱ γάμοι κατῆλθον παρέλυτον συνήθειαν προβεβήκασι, δεῖ καὶ ὅτι τούτων τὸ ἱερολογίαν γνώσεσθαι, ἵνα διὰ ταύτης, καὶν ὀψὲ γένηται, ὃ σεβάσμιον ἔχωσι, τῶν ἀνωτέρων εἰρημένων παρατηρήσεων καὶ ὅτι τῷ τοιούτῳ γάμῳ κατεῖν ὀφλησόντων.

& quod ad fidem quidem attinet, dominii & servitutis differentiam non cognoscimus; quoniam omnes sumus ex æquo servi ejus, qui nos ex servitute divino suo & vivifico sanguine redemit. Et quoniam hæc rectè his & utiliter constituta sunt, oportet magnam tuam sanctitatem hæc omnia in omnibus Ecclesiis manifesta reddere: ut qui eis præsunt, ea quæ ad libertatem pertinent sic examinantes contrarias testium probationes adversus servos dominis non permittant, & omnibus in suis provinciis manifestum efficiant, quòd qui non cum sacra benedictione servos invicem conjungunt, non Deo gratum inter eos matrimonium constituunt: sed fornicatorium coitum confirmant. Quos enim non conjungit Deus per sanctam benedictionem assumptus, hi omnes ad peccata conveniunt. Et sicubi hoc ab aliquo, quicunque is sit, abhinc factum renunciatum fuerit, sciant domini, quòd non solùm iræ divinæ erunt obnoxii, sed à servis quoque abalienabuntur, eis abductis in libertatem. Cùm eis enim liceat servos suos jure in Deo invicem conjungere, & integrum in eis habere dominium, nisi hoc fecerint, jure omnino ab eorum dominio excident. Præsens autem constitutio non solùm debet in Ecclesiis quæ ubique sunt promulgari, sed in omnibus etiam civilibus judiciis deponi: tradi autem etiam iis, qui in provinciis Magistratus gerũt, ut quæ ab Imperatoriâ nostrâ auctoritate bene decernuntur, omnibus innotescant. Quoniam autem in personis servilem fortunam habentibus nuptiæ priùs factæ sunt, & nuptiæ convenienter iniquæ, quæ hucusque invaluit, consuetudini processerunt; oportet in iis quoque sacram benedictionẽ fieri, ut per eam, etiãsi tardè fiat, id quod est colendum ac venerandum habeant, superioribus quoque observationibus etiam in hisce nuptiis valere debentibus.

ΖΩΝΑΡ. Ἀξιατίμητον πρᾶγμα τὸν ἐλευθερίαν, ἤγουν διατιμηθῆναι καὶ τιμὴν ὁρισθῆναι ἐπ' αὐτῇ μὴ δυναμένων οἱ τῆς πολιτείας (εἰ) νόμοι φασί. ὡς οὖν περὶ μεγάλου πράγματος ἐσομένης τῆς μαρτυρίας, ὅτε δεήσῃ μαρτυρίας περὶ ἐλευθερίας, ἀπητοῦντο οἱ τὰς ἀποδείξεις ποιούμενοι πέντε τυχὸν ἢ καὶ πλείονας παρέχειν μάρτυρας, ὡς τοσούτων καὶ ἐφ' ἑτέραις ὑποθέσεσι παραιτουμένων. τοῦτο οὖν ἀναιρῶν ὁ κανὼν ὅτι σκοπὸς τῆς ἐλευθερίας, καὶ ἱκανὸς ὁρίζει ἀρκεῖν, καὶ τὸν γραφὴν παρέχει εἰς σύστασιν τῆς θεσμοθεσίας, λέγουσαν, ὅτι δύο ἢ τριῶν μαρτύρων στα θήσεται πᾶν ῥῆμα, ἀντὶ τοῦ βεβαιωθήσεται, κυρωθήσεται.

ZONAR. Rem inæstimabilem esse libertatem, hoc est, impossibile esse, ut æstimetur, vel pretium ejus constituatur, leges civiles docent. Igitur, quoties de libertate, quippe de non levis momenti re testimonium ferri oporteret, quorum intererat probationes afferre, quinque scilicet aut plures etiam (quod totidem in aliis quoque disceptationibus dari consuevissent) testes exhibere cogebantur. Qua quidem consuetudine hîc damnata Can. (qui nimirum libertati faveat) trium quoque testimonium satis esse decernit; & stabiliendæ constitutioni ex sacris literis illa profert, in ore scilicet duorum aut trium testium stabit omne verbum, hoc est, firmum ac ratum esse judicabitur.

ΑΡΙΣΤ. Ἐλευθερούμενος ὑπὸ δεσπότου δοῦλος. ὅτι δυσὶ μάρτυσιν, εἴη ἀδούλωτος. Σαφής.

ARIST. *Servus à domino sub duobus testibus manumissus, libertate donetur.* Perspicuus.

ΚΑΝΩΝ πϛ'.

Τοὺς ὅτι ψυχῶν ὀλέθρῳ πόρνας ὑποσυνάγοντας καὶ συνεφέροντας, εἰ μὲν κληρικοί εἶεν, καθαιρεῖσθαι ὁρίζομεν. εἰ δὲ λαϊκοί, ἀφορίζεσθαι.

CANON LXXXVI.

Eos, qui ad animarum lapsum meretrices cogunt & alunt, si sint quidem Clerici, deponi definimus: sin verò Laici, segregari.

ΒΑΛΣ. Ὥσπερ ὁ πολιτικὸς νόμος κολάζει τοὺς πορνοβοσκούς, ὕτω καὶ ὁ κανὼν διορίζεται τοὺς ὑποσυνάγοντας πόρνας, καὶ διὰ τοῦτο συνωδοῦντας εἰς ψυχικὴν ἀπώλειαν τοὺς πολλούς, καὶ ὑ μόνον ὑποσυνάγοντας, ἀλλὰ καὶ συνεφέροντας, ἤγουν τὰ ἀναγκαῖα αὐταῖς ὑποχορηγοῦντας (τῷ γὰρ ὀνόματι τῆς τροφῆς καὶ ἐνδυμασίας, καὶ τὰ λοιπά, τὰ πρὸς ἀκολασίαν τοὺς ἁπαλωτέρους ἕλκοντα, προσέχονται) κληρικοὺς μὲν ὄντας, καθαιρεῖσθαι, λαϊκοὺς δὲ, ἀφορίζεσθαι. ὑ πρὸς τοῦτο δὲ οἱ μόνον ὑποσυνάγοντες καὶ μὴ συνεφέροντες αὐταῖς ὑ τιμωρηθήσονται· ἀλλὰ κἀκεῖνοι ὁμοίως κολασθήσονται. εἶπε δὲ ὁ κανὼν ὅ συνεφέροντες, ὅτι ἐξ ἀνάγκης τῇ συναγωγῇ ἀκολουθεῖ καὶ ἡ λοιπὴ φορτὶς τῶν ὑποσυναγομένων. ὑ γὰρ ὅ συναγαγεῖν μόνον ἄξιόν ἐστι κολάσεως· ἀλλὰ συνάγει τις πολλάκις πόρνας χάριν τοῦ ἀποδέσθαι

BALS. Quemadmodum lex civilis lenones, qui meretrices alunt, punit, ita & Canon decernit eos, qui meretrices cogunt, & multos ea ratione ad animæ exitium veluti protrudunt; & non solùm eos qui cogunt, sed & qui alunt sive eis necessaria suppeditant (alimenti enim nomine & indumenta & reliqua, quæ molliores ad intemperantiam attrahunt, comprehenduntur) si sint quidem Clerici, deponendos: sin verò Laici, segregandos. Non autem idcirco qui solùm quidem cogunt, & eas non nutriunt, non punientur: sed in eos quoque similiter animadvertetur. Dixit autem Can. illud, Et alunt, quoniam ubi coëgerint, necessariò quoque sequitur, ut coactarum cura deinceps ab iis geratur. Neque enim solùm cogere supplicium meretur: Meretrices enim sæpe cogit quispiam, ut eis illa,

Digitized by Google

quæ ſunt ſalutaria, ſuggerat, vel ut earum opera ad tractandum aliquod miniſterium utatur, vel ut det eas magiſtratui caſtigandas. Quære librum lx. Baſilic. tit. xxxviii. cap. i. Si pater filiam, vel dominus ſervam nutriat ad quæſtum meretricium, perdant quam habent in eas poteſtatem. Adjicit autem conſtitutio, Per Epiſcopum & Magiſtratum eis quoque ferri debere auxilium: & quòd ſi ad hoc reſiſtat pater vel dominus, publicantur & exterminantur. Ac ſecundum quidem caput viles lenones ſimiliter punit: eos autem, qui ſunt militaris ordinis, publicandos dicit. Ejuſdem autem libri & tituli cap. iii. quod eſt Juſtiniani Novella, valde punit eos, qui arte & dolo & neceſſitate aliquas in hanc intemperantiam attrahunt, & iis mercaturam exercent. Lege ergo hoc caput diligentiús. Dicunt enim nonnulli, quòd id illos punit qui ſeducunt, & aliquo artificio vel neceſſitate mulieres aliquas ad fornicationem attrahunt: non autem eos qui illas ſuſcipiunt, quæ ſpontanea voluntate fornicationem eligunt propter naturæ neceſſitatem vel etiam paupertatem. Ad hoc autem probandum utuntur, & nonnullis ipſius Novellæ verbis, & præſenti Canone puniente, non eos ſolùm qui meretrices cogunt, ſed etiam qui eas nutriunt, per fraudem & adulationem eas in malum impellentes. Porro autem & quod hodie actu fit in lenonum officinis videtur cum eorum dicto concurrere. Mihi autem videtur, quòd leges & Canones quemcunque lenonem indiſtinctè puniunt, & omnem meretricem ad temperantiam retrahunt. Lege & xci. Novellam Imperatoris domini Leonis Philoſophi, quæ non permittit ut veteri lege aliquis degat cum concubinis.

A

B

C

ZONAR. Meretrices alere civilium quoque legum ſanctiones vetant. Alere vero meretrices eſt, eis ob lucrum ex meretricio quæſtu percipiendum, cum animarum pernicie alimenta ſuppeditare. Quam rem, ſi civiles quoque leges prohibeant, multo illam certe magis Eccleſiaſticæ ac ſpirituales debent averſari. Proinde graviores etiam pœnæ Clericis in hoc genere delinquentibus irrogatæ. Illos ſiquidem (quod non ita crebro reperias) deponi ſimul & ſegregari jubet. Pro quovis enim alio ſupplicio in eos, qui clero adſcripti fuerant, plerumque depoſitio ſola ſufficere viſa fuit. Laicos verò, qui id fecerint, ſegregatione puniendos eſſe decernit.

D

ARIST. *Qui meretrices in animarum exitium cogit, ſegregatur.* Perſpicuus.

CANON LXXXVII.

E

Quæ maritum reliquit, eſt adultera, ſi venerit ad alium, ut vult ſacer & divinus Baſilius, qui ex Hieremia Propheta hoc optimè collegit: quòd ſi alii viro uxor fuerit, ad maritum ſuum non convertetur, ſed polluta, polluetur: & rurſus, Qui detinet adulteram, eſt & inſipiens & impius. Si itaque præter rationem à marito ſeceſſiſſe appareat; ille quidem venia dignus eſt: hæc verò pœna. Illi autem venia dabitur, ut Eccleſiæ communicet. Sed is qui legitimè ſibi datam uxorem relinquit, & aliam ducit, ex Domini ſententia eſt adulterii judicio obnoxius. A Patribus autem noſtris ſtatutum eſt: ut qui ſunt ejuſmodi uno anno defleant, biennio audiant, triennio ſubſternantur, & ſeptimo cum fidelibus conſiſtant, & ſic oblatione digni habeantur, ſi cum lachrymis pœnitentiam egerint.

F

BALS. Dominus & Deus noſter JESUS CHRISTUS interrogatus, an liceat marito uxorem quavis ex cauſa dimittere, hoc vetuit, dicens: Quòd qui uxorem ſuam reliquit præterquam fornicationis cauſa,

αὐτᾶς τὸ ζωτηριώδη, ἢ χρεαγωγίας ἀξιῶσαι σωματικῆς, ἢ ὑποδεδῆναι τῷ ἄρχοντι χάριν συφερονισμοῦ. ζήτει βιβλίον ξ. τοῦ βασιλικοῦ τίτλῳ λή. κεφ. α'. ἐὰν πατὴρ θυγατέρα ἢ δεσπότης δούλην πορνοβοσκῇ, ἀπολλύτωσαν τὸ ἐπ' αὐταῖς ἐξουσίαν. προστίθησι δὲ ὁ κεφάλαιον, ἔχειν τὸν Ἐπισκόπου καὶ τὸν ἄρχοντα αὐτὰς βοηθεῖαν· καὶ ὅτι ἐὰν ἀνθίστηται πρὸς τοῦτο ὁ πατὴρ ἢ ὁ δεσπότης, δημεύονται καὶ ἐξορίζονται. καὶ ὁ δεύτερον κεφάλαιον τοὺς μὲν ἁπλῶς πορνοβοσκοὺς ὁμοίως τιμωρεῖ, τοὺς δὲ στρατείαν ἔχοντας δημεύεσθαι φησι. ὁ μοίτοι γ'. κεφ. τοῦ αὐτοῦ βιβλίου καὶ τίτλου, ὅπερ ἐστὶ νεαρὰ Ἰουστινιάνου, μεγάλως κολάζει τοὺς σωτῆρα καὶ δόλῳ καὶ ἀνάγκῃ εἰς τὸν τοιοῦτον ἀσέλγειαν ἄγοντας, καὶ ἐμπορευομένους ταῦτα. ἀναγνωστέον οὖν ὁ πιθανὸν κεφάλαιον ὀξυτικώτερον. λέγουσι γάρ τινες, ὡς ἐκείνους τοῦτο κολάζει τοὺς πλανῶντας, καὶ μετά τινος μεθόδου ἢ ἀνάγκης μεθέλοντας εἰς πορνείαν γυναῖκάς τινας· ὑμεῖς δὲ τοὺς προσδεχομένους τοὺς ἐκείνων βουλῆσι τὸν πορνείαν ἑλομένους, διὰ φύσεως ἀνάγκην ἢ καὶ πενίαν. ἀγνοοῦσι δὲ καὶ πρὸς ὑπόσυσιν τοῦ λόγου αὐτοῦ, καὶ ῥήμασί τισι τῆς αὐτῆς νεαρᾶς, καὶ τῷ προσθέντι κανόνι μὴ μόνον τοὺς ὑπάγοντας πόρνας κολάζοντι, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπιτρέφοντας, τουτέστι διὰ πλάνης καὶ κολακείας συνωδοῦντας αὐτὰς εἰς τὸ κακόν. καὶ τὸ σήμερον δὲ νόμιμον πραγματικῶς εἰς τὰ πορνοβοσκεῖα διενεχθέντα συνηρέχθη τοῖς λόγοις αὐτοῦ. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, ὅτι πάντα πορνοβοσκὸν οἱ νόμοι καὶ οἱ κανόνες ἀδιαστίκτως κολάζουσι, καὶ πᾶσαν πόρνην εἰς σωφροσύνην μεθέλουσιν. ἀναγνωστὶ καὶ τῇ κά. νεαρᾷ τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ φιλοσόφου, μὴ ἐξεχωρούσης καὶ τὸν παλαιὸν νόμον διάγειν τινὰ μετὰ παλλακῆς.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ πορνοβοσκεῖν καὶ τοῖς πολιτικοῖς ἀπηγόρευται νόμοις. πορνοβοσκεῖν δ' ἐστὶ τὸ τρέφειν πόρνας διὰ κέρδος τοῦ μισθώματος. ὅπερ βλάβη ψυχῶν. εἰ δὲ τοῖς τῆς πολιτείας τοῦτο νομοῖς ἀπηγόρευται, πολλῷ τῷ μέσῳ εἴη ἂν ἀποπεφραμμένον τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς καὶ πνευματικοῖς. διὸ καὶ βαρύτατα τοῦτο κολάζει ὁ κανὼν ὅπ' κληρικούς. καθαιρεῖσθαι γὰρ αὐτοὺς ἐν ταὐτῷ καὶ ἀφορίζεσθαι διατίθεται, ὅπερ σπανιάκις διείσκεται. ἀντὶ γὰρ πίστις ἑτέρας τιμωρίας ὡς ὅπι τὸ πολὺ τοῖς κεκληρωμένοις ἀρκεῖν νενομοθέτηται ἡ καθαίρεσις. τοὺς δὲ λαϊκοὺς ἀφορίζεσθαι προσέταξε τοῦτο ποιοῦντας.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ συνάγων πόρνας ἐπ' ὀλέθρῳ ψυχῶν, ἀφορίζεται. Σαφής.

ΚΑΝΩΝ πζ.

Ἡ καταλιποῦσα τὸν ἄνδρα μοιχαλίς ἐστιν, εἰ ἐπ' ἄλλον ἦλθε, καὶ τὸν ἱερὸν καὶ θεῖον Βασίλειον, ἐκ τῆς Ἱερεμίου προφητείας αἱρεῖται τοῦτο ἀναλεξάμενον· ὅτι ἐὰν γυνὴ γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ, οὐκ ὑποστρέψει πρὸς τὸν ἄνδρα αὐτῆς, ἀλλὰ μιαινομένη μιανθήσεται. καὶ πάλιν, ὁ ἔχων μοιχαλίδα, ἄφρων καὶ ἀσεβής. εἰ οὖν φανῇ τοῦ ἀνδρὸς ἀλόγως ἀναχωρήσασα, ὁ μὲν συγγνώμης ἐστὶν ἄξιος· ἡ δὲ ὑπομείων. ἡ δὲ συγγνώμη τούτῳ πρὸς τὸ κοινωνεῖν τῇ ἐκκλησίᾳ δοθήσεται. ὁ μέντοι καταλιμπάνων τὴν νομίμως συναφθεῖσαν αὐτῷ γυναῖκα, καὶ ἑτέραν ἀγόμενος, καὶ τὴν τοῦ κυρίου ἀπόφασιν, τῷ τῆς μοιχείας ὑπόκειται κρίματι. κεκανόνισται δὲ καὶ ὑπὸ τῶν πατέρων ἡμῶν, τὸν τοιοῦτον ἐνιαυτὸν προσκλαίειν, διετίαν ἐπακροᾶσθαι, τριετίαν ὑποπίπτειν, καὶ τῷ ἑβδόμῳ συνίστασθαι τοῖς πιστοῖς, καὶ ὕστερον τῆς προσφορᾶς καταξιοῦσθαι, ἐὰν μετὰ δακρύων μετάνοιάν ᾖ.

ΒΑΛΣ. Ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐρωτηθείς, εἰ ἔξεστιν ἀνδρὶ τὴν γυναῖκα ἀπολύειν καὶ πᾶσαν αἰτίαν, ἀπηγόρευσε τοῦτο, εἰπών, ὅτι ὁ ἀπολύσας τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἐκτὸς

Digitized by Google

ἐκτὸς λόγου πορνείας, καὶ γαμήσας ἑτέραν, μοιχᾶται. καὶ ὁ ἐν βασιλεῦσιν ἀοίδιμος Ἰουστινιανὸς, τοὺς πάλαι κρατοῦντας νόμους, καὶ ἐκχωροῦντας τοῖς ὁμοζύγοις λύειν χωρὶς εὐλόγου αἰτίας τὰ συνοικέσια, καὶ λέγοντα, ἕνα ἕκαστον πρὸς τὸν ἕτερον, πράττε τὰ σεαυτοῦ, ἀνήρησε διὰ τῆς νεαρᾶς ριζ'. τῆς κειμένης ἐν τῷ ζ'. τίτλῳ τοῦ κη'. βιβλίου, καὶ ἀπαριθμουμένης τὰς αἰτίας δι' ἃς καὶ μόνας ὀφείλουσι λύεσθαι τὰ συνοικέσια. ὅθεν συνανηρέθη καὶ ὁ Ἑβραϊκὸς νόμος, ὁ ἐνδιδοὺς τοῖς ἀνδράσι βιβλίον ἀποστασίου πέμπειν ταῖς γυναιξὶν, καὶ τὴν ὁμοζυγίαν λύειν. ἀκολούθως οὖν καὶ ὁ παρὼν κανὼν φησιν, ὅτι ἡ τοῦ ἄνδρα καταλιποῦσα γυνὴ, ἐὰν μετὰ ἑτέρου συμφθαρῇ, ὑπόκειται τῷ τῆς μοιχείας ἐγκλήματι, καθὼς τοῦτο καὶ ὁ μέγας Βασίλειος φησὶν ἔντε τῷ θ'. αὐτοῦ κανόνι καὶ ἐν τῷ κα'. ἀναλεξάμενος αὐτὸ ἀπὸ τῆς Ἱερεμίου προφητείας, τῆς λεγούσης, ἐὰν γυνὴ ἀπὸ τῆς ἀνδρώας ὁμοζωΐας ἐξελθοῦσα, ἑτέρῳ μιανθῇ, οὐ δύναται ὑποστρέψαι πρὸς τοῦ ἄνδρα αὐτῆς, ὡς μοιχευθεῖσα. ἀλλὰ καὶ ὁ Σαλομὼν ἐν ταῖς παροιμίαις εἶπεν, ὁ μιγνύμενος μετὰ μοιχαλίδος, τουτέστι μετὰ ἐχούσης ἄνδρα, ἄφρων ἐστὶ καὶ ἀσεβής. τιμωρεθήσεται οὖν ἡ οὕτω μοιχεύσασα δι' ἐπιτιμίων κανονικῶν. ὁ ἀνὴρ δὲ, ὡς μὴ πταίσας, συγγνώμης ἀξιωθήσεται, τουτέστιν οὐκ ἐπιτιμηθήσεται. ὁ καταλιμπάνων μέντοι τὴν οἰκείαν σύζυγον καὶ ἑτέραν ἀγόμενος κατὰ γάμου κοινωνίαν, ὡς μοιχὸς τιμωρηθήσεται κατὰ τὴν τοῦ κυρίου ἀπόφασιν. τῶν μοιχῶν δὲ ἐπιτίμια εἰσὶν ἀπὸ τοῦ οζ'. κανόνος τοῦ αὐτοῦ μεγάλου πατρὸς, τὸ προσκλαίειν ἐνιαυτὸν ἔξω τοῦ προνάου, καὶ τὰ λοιπὰ τὰ ἐν τῷ αὐτῷ κανόνι περιεχόμενα. καὶ ὁ μὲν κανὼν ταῦτα. ὁ δὲ πολιτικὸς νόμος τοὺς μοιχοὺς ἀλλοτρόπως κολάζει. καὶ ἀνάγνωθι βιβλίον ξ'. τίτλου λζ'. κεφ. ογ'. καταστρωθὲν εἰς τὰς ἑρμηνείας τοῦ δ'. καὶ ε'. κεφ. τοῦ ιγ'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος· καὶ τὴν ριζ'. καὶ ρλδ'. νεαρὰν τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ, τὰς κειμένας ἐν τῷ ζ'. τίτλῳ τοῦ κη'. βιβλίου τῶν βασιλικῶν, καὶ συνοψισθείσας εἰς τὸ διαληφθὲν δ'. καὶ ε'. κεφ. καὶ τὴν λβ'. νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ φιλοσόφου, ῥινῶν ἐκτομῇ τὴν μοιχὸν καὶ τὴν μοιχαλίδα κολάζουσαν, καὶ διορίζομένην τὴν μὲν ἄνδρα τῆς μοιχευθείσης κερδαίνειν τὴν προῖκα, αὐτὴν δὲ ἐν μοναστηρίῳ περιορίζεσθαι, καὶ ἄκουσαν μὴ ἀποκείρεσθαι. τὰ μέντοι προσόντα ἴσως αὐτῇ πράγματα ἐπέκεινα τῆς προικὸς οἰκονομεῖσθαι, καθὼς αὐτὴ ἡ νεαρὰ διορίζεται. σημείωσαι δὲ, ὅτι ἀπὸ μὲν τοῦ παρόντος κανόνος ἡ καταλιποῦσα τὸν ἄνδρα ὡς μοιχαλὶς οὐ κολάζεται, εἰ μὴ μετὰ ἑτέρου συμφθαρῇ· ἀπὸ δὲ τῶν διαληφθεισῶν νεαρῶν λύεται τὸ συνοικέσιον ἀπὸ μόνου τοῦ μεῖναι τὴν γυναῖκα ἔξω τῆς οἰκίας τοῦ ἀνδρὸς παρὰ γνώμην αὐτοῦ, εἰ μή τι γε τυχὸν παρὰ τοῖς γονεῦσιν τοῖς ἰδίοις. ἆρα δὲ ἀπολελυμένη λέγεται καὶ ἡ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ἐκβληθεῖσα; Λύσις. οὐδαμῶς. φησὶ γὰρ ἡ ῥηθεῖσα ριζ'. νεαρὰ ἐν μέρει ταῦτα. εἰ μέντοι συμβῇ τινα δίχα μιᾶς τῶν προειρημένων αἰτιῶν τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν τοῦ ἰδίου οἴκου ἐξωθῆσαι, ὥστε ἐκείνην μὴ ἔχουσαν γονεῖς, πρὸς οὓς δύναται μεῖναι, ἐξ ἀνάγκης ἔξω τὴν νύκτα διάγειν, κελεύομεν, μηδεμίαν εἶναι τῷ ἀνδρὶ ἄδειαν διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν διαζύγιον πέμπειν τῇ γυναικὶ, διότι παρ' αὐτὸς τούτου αἴτιος γίνεται. τὸ μέντοι γραφικὸν τὸ λέγον· οὐκ ἐπιστρέψει πρὸς τὸν ἄνδρα αὐτῆς ἡ μοιχευθεῖσα, νόει περὶ ἀνδρὸς μὴ θέλοντος ἀναλαβέσθαι ταύτην. εἰ γὰρ συγχωρεῖ τὸ ἔγκλημα ὁ ἀνὴρ, ἀκωλύτως αὐτὴν ἀναλάβεται ἐντὸς διετίας, κατὰ τὴν αὐτὴν νεαράν. ἐπεὶ δέ φησιν ὁ κανὼν ὡς ἐκείνη ἡ γυνὴ τιμωρεῖται ὡς μοιχαλὶς, ἡ ἀλόγως ἀναχωρήσασα τοῦ ἀνδρὸς, εἴποι τις, ὡς ἡ τοῦ ἀνδρὸς εὐλόγως ἀναχωρήσασα οὐ τιμωρηθήσεται. οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο ἀληθές. οὔτε γὰρ μετὰ εὐλόγου αἰτίας, οὔτε μετὰ παραλόγου δύναται ἡ γυνὴ ἀναχωρεῖν ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, χωρὶς δικαστικῆς ἐπιτροπῆς, καθὼς τοῦτο φησὶν ὁ θ'. κανὼν τοῦ ἁγίου Βασιλείου, καὶ διάφοροι Ἰουστινιάνειοι νεαραὶ κείμεναι ἐν τῷ ζ'. τίτλῳ τοῦ κη'. βιβλίου ὅθεν καὶ τὰ τοῦ κανόνος ὀφείλομεν ἐκλαβέσθαι ἐκ περιουσίας· ἢ εἰπεῖν ἄλογον ἀναχώρησιν τῆς γυναικὸς εἶναι τὴν χωρὶς δικαστικῆς ἐπιτροπῆς ταύτης ἀναχώρησιν. ἐρωτήσει δέ τις, ὡς τῶν κανόνων τοῦ ἁγίου Βασιλείου, ἤτοι τοῦ θ'. καὶ τοῦ κδ'. λεγόντων τὴν μὲν γυναῖκα ἑτέρῳ

A & alteram uxorem ducit, mœchatur. Et inclytus Imperator Justinianus, leges quæ olim locum habebant, & conjugibus permittebant conjugia sine justa causa solvere, & unicuique alteri dicere, Res tuas gere, per cxvii. novellam sustulit, quæ sita est in vii. tit. xxviii. lib. & causas enumerat, propter quas & solas solvi debent matrimonia. Quamobrem lex quoque Hebraica una sublata est, quæ libellum repudii mittere mulieribus & conjugium solvere viris permittebat. Consequenter ergo præsens quoque Canon dicit, quòd mulier, quæ, relicto marito, cum altero polluta fuerit, est adulterii crimini
B obnoxia, quemadmodum hoc quoque magnus dixit Basilius in ix. suo Canone, & xxi. hoc colligens ex prophetia Hieremiæ dicentis, Si mulier à mariti communi vitæ societate egressa, cum altero polluta fuerit, non potest ad maritum suum reverti, ut quæ adulterata sit. Sed etiam Salomon dixit in Proverbiis, Qui coit cum adultera, id est, cum ea quæ habet maritum, stultus est & impius. Quæ ergo sic est adulterata, canonicis pœnis mulctabitur. Maritus autem, ut qui non offenderit, venia dignus censebitur, id est, non punietur. Qui autem relinquit propriam conjugem, & alteram ducit uxorem, ut adulter punietur, ex Domini sententia.
C Adulterorum autem pœna est in lxxvii. Canone ejusdem magni Patris, anno uno extra templi vestibulum deflere, & reliqua, quæ in eo Canone continentur. Et hæc quidem Canon. Lex autem civilis adulteros alio modo punit. Et lege librum lx. tit. xxxvii. cap. lxxiii. situm in interpretatione cap. iv. & v. tit. xiii. præsentis operis. Et cxvii. & cxxxiv. Novellam Imperatoris Justiniani, sitas in vii. tit. xxviii. lib. Basilic. Et compendio reductas in prædicta capita iv. & v. & xxxii. Imperatoris domini Leonis Philosophi novellam, quæ narium truncatione punit adulterum & adulteram, & statuit adulteræ quidem maritum lucrari do-
D tem; ipsam autem in Monasterio includi, invitam tamen non tonderi: res autem, quas habet ultra dotem, administrari, quemadmodum ipsa novella statuit. Nota ergo, quòd ex præsenti quidem Canone quæ virum dimisit ut adultera non punitur, nisi cum alio polluta fuerit: ex prædictis autem novellis solvitur matrimonium, eo quòd solùm manserit mulier extra domum mariti præter ejus voluntatem, nisi forté apud suos parentes. Nunquid autem ea etiam soluta dicitur, quæ à marito ejecta est? Solutio. Nullo modo: prædicta enim cxvii. Novella hæc dicit præcisé. Sin autem contigerit aliquem absque una præ-
E dictarum causarum uxorem suam ex propriis ædibus extrudere, ut illa quidem, cùm parentes non habeat apud quos possit manere, necessariò foris noctem agat, jubemus nullo modo licere marito propter hanc causam mulieri mittere libellum repudii, quoniam ipse hujus rei causa est. Id autem quod scriptum est, Non revertetur ad virum suum adulterata, intellige de viro, qui non vult eam recipere: si vir enim crimen condonat, eam absque ullo impedimento rursus accipiet intra biennium, ut vult Novella. Quoniam autem dicit Canon, eam esse puniendam mulierem tanquam adulteram, quæ à marito nullam
F ob causam secessit, dixerit quispiam, quòd quæ ob rationabilem causam à marito recessit, non punietur. Non est autem hoc verum: neque enim rationabili, neque non rationabili de causa potest mulier à marito discedere sine permissione judicis, quemadmodum hoc dicit ix. Canon sancti Basilii, & diversæ Justiniani novellæ sitæ in vii. tit. xxviii. lib. unde etiam debemus Canonem ex abundanti accipere: vel dicere injustam mulieris discessionem esse ejus sine judiciali permissione recessum. Rogaverit autē quispiam, cùm Can. S. Basilii, ix. scilicet & xxiv. dicant mulierē quidem quæ cum altero polluitur,

Digitized by Google

polluitur, mœchari; virum autem, qui cum alia scortatur, non condemnari: (non enim habemus, inquit, Canonem, quo eum adulterii crimini subjiciamus.) Quomodo præsens Canon indistinctè dicit, eum qui aliam duxit, adulterii judicio teneri? Solutio. Differentia est inter virum, qui cum muliere libera, viva sua uxore, rem habuerit, & eum qui in matrimonii societatem secundam uxorem duxit. Ille enim non est adulter, sed punitur ut fornicator. Hic verò est adulter, & ut adulter punitur. Quare Canones inter se non repugnant. Et quomodo canonicè quidem puniuntur qui fornicantur, dictum est. Octogesimum autem tertium caput xxxvii. tit. lx. lib. decreto secundo, hæc dicit: Qui habet uxorem, & fornicatur, per duodecim ictus alternis inflictos castigetur. Qui verò uxorem quidem habet, & cum sua ancilla rem habet, re cognita, hic quidem verberatus castigetur: ejus autem loci magistratus receptam ancillam vendat extra provinciam, ejus pretio in publici ærarii partem illato. Qui autem in alienam ancillam fornicationem exercet, si sit quidem locuples, det ancillæ domino pro delicto numismata xxxvi. Si sit autem humilis & abjectæ conditionis, verberetur, & pro suis facultatibus, det ex proportione xxxvi. numismatum. Quòd autem lex æquè ac Canones eum punit ut adulterum, qui secundam uxorem duxit, dicit penultimum cap. ejusdem tit. Qui duas uxores habere conatus est, non lege, sed suæ facto voluntatis, adulterii crimini rectè subjicietur. Quæ autem ei postea nupsit, si ipsum habere legitimam uxorem ignorabat, ei venia dabitur. Quare per distinctionem à contrario sumptam, quæ sciebat adulteratur. Animadverte autem, quòd Patres ubique puram pœnitentiam in animæ delictis exigunt: & propterea concesserunt Episcopis, qui sunt in eo loco, pœnas augere vel diminuere, pro ejus qui punitur compunctione.

ZONAR. Et veterum legum decretis, & diuturni temporis consuetudine, matrimonia vel sine causa dissolvendi facultas erat; ac tam viro, quam uxori, alteri conjugi dicere, Res tuas gere vir, vel res tuas gere mulier, atque ita conjugii contractum fœdus rescindere permissum fuit. Quod Hebræorum quoque concessere leges. Viro siquidem, ut repudii libellum uxori mittere, séque ab illius consuetudine abjungere liceret, facultas data. Id vero nunc Christianorum instituto haud conceditur: sed connubii dissociandi certæ quædam ac definitæ causæ sunt, quarum nisi aliqua extiterit, abscedere invicem inter se matrimonii jure sociatos sit nefas. Et vero Dominus, an viro uxorem quacunque de causa dimittendi jus esset rogatus, id vetuit. Nam qui uxorem suam, inquit, excepta fornicationis causa dimiserit, & alteram duxerit, mœchatur. Et qui dimissam duxerit, mœchatur. Hanc igitur rationem divini quoque Patres secuti mulierem, quæ sine causa relicto viro alteri nupserit, adulteram vocavere: quæ quidem etiamsi ad virum suum reverti postea velit, nequaquam invito illo excipietur. Polluta est enim. Quæ igitur mulier, inquit Canon, à viro absque causa secessit, pœnis, iis nimirum quæ in adulteros constitutæ sunt, mulctabitur: viro autem ignosci, & eam, quæ in Ecclesia est, communionem concedi placet. Ex quo contra intelligi licet, quæ non temere se à viro abjunxerit, sed aut illius nimia morositate, aut injuriis victa, aut aliis modis ab eodem irritata discesserit, illam extra culpam fore, sed à viro pœnas, quippe qui culpæ causam uxori præbuerit, exigendas. Qui verò, inquit Canon, uxore dimissa aliam duxerit, adulterii reus ex ipsius Domini verbis existimabitur: indéque qua pœna talis homo mulctandus sit, quidque cum eo agendum, Canon differt. Quinimo pugnantia cum magno Basilio affirmare hoc loco Patres videntur. Nam is mulierem quidem, quæ contracto nuptiarum fœdere cum alio viro rem habuerit,

A συμφθειρομένῳ μοιχᾶσθαι, τὸν δὲ ἄνδρα μὴ ἑτέρας πορνεύοντα μὴ κατακρίνεσθαι (οὐ γὰρ ἔχομεν, φησὶ, κανόνα τῇ τῆς μοιχείας αὐτὸν ὑπάγειν ἐγκλήματι) πῶς ὁ πρῶτον κεφάλαιον ἀσυμφορολογήτως φησὶ, τὸν ἑτέραν ἀγόμενον τῇ τῆς μοιχείας ὑποκεῖσθαι κρίματι; Λύσις. Διαφορά ἐστι τοῦ συμφθαρέντος ἀνδρὸς μὴ ἐλευθέρας γυναικὸς, ζώσης τῆς γυναικὸς τούτου, καὶ τοῦ τὴν γάμου κοινωνίαν ἀγαγόντος δευτέραν γαμετήν. ἐκεῖνος μὲν γὰρ οὐ μοιχᾶται, ἀλλ' ὡς πόρνος τιμωρεῖται· οὗτος δὲ μοιχᾶται, καὶ κολάζεται ὡς μοιχός· ὅθεν οἱ κανόνες οὐκ ἐναντιοῦνται ἀλλήλοις. καὶ ὅπως μὲν κολάζονται κανονικῶς οἱ πορνεύοντες, εἴρηται. ὁ δὲ πγ'. κεφ. τοῦ

B λζ'. τίτλου τοῦ ξ'. βιβλίου φησὶν ὁ Βέματι ταῦτα· ὁ ἔχων γυναῖκα, καὶ πορνεύων, ἅμα δώδεκα πληγὰς τῶν σωφρονιζέσθω. ὁ μοιχὸς γυναῖκα ἔχων, καὶ τῇ ἰδίᾳ δούλῃ μιγνύμενος, διαγινωσκομένης τῆς πράξεως, ἔστω μὲν τυπτόμενος σωφρονιζέσθω· ὁ δὲ κατὰ τόπον ἄρχων ἀναλαμβάνων τὴν δούλην, ὑπὲρ ἐπαρχίαν αὐτὴν πωλείσθω, τῆς τιμῆς αὐτοῦ τῷ μέρει τοῦ δημοσίου εἰσπραττομένης. ὁ δὲ εἰς ἀλλοτρίαν δούλην πορνεύων, πλὴν μὲν εὐπόρων ὑπαρχόντων, πλειόνων ὑπὲρ τοῦ πλήσματος τῷ δεσπότῃ τῆς δούλης νομίσματα λς'. εἰ δὲ εὐπορὸς εἴη, τυπτέσθω, καὶ καθ' ὅσον εὐπορῇ, κατ' ἀναλογίαν πλὴν λς'. νομισμάτων διδότω. ὅτι δὲ καὶ ὁ νόμος ὅπως ζῶσι

C κανόσιν ὡς μοιχὸν τιμωρῇ καὶ δευτέραν γυναῖκα ἀγόμενον, φησὶ δὲ ὠφελιτέλευτον κεφάλ. τοῦ αὐτοῦ τίτλου· ὁ δύο γυναῖκας ἔχειν πειραθείς, οὐ νόμῳ, ἀλλὰ φάκελῳ προαιρέσεως, καλῶς ὑποκείσεται τῷ τῆς μοιχείας ἐγκλήματι. ἢ δὲ, εἰ ἠγνόει αὐτὸν ἔχειν νόμιμον γαμετὴν, συγγνωσθήσεται. ὥστε ἐξ ἀφαιρέσεως, ἣ γινώσκουσα μοιχᾶται. φέρε δὲ, ὅτι πολυτρόπως οἱ πατέρες τὴν καθαρὰν μετάνοιαν ὅπου τῆς ψυχικῆς σφαλμάτων ἀπαιτοῦσι. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἐξεχώρησαν τοῖς κατὰ τόπον Ἐπισκόποις, αὔξειν καὶ μειοῦν τὰ ὀφειλόμενα, πρὸς τὴν τοῦ ὀφειλομένου κατάνυξιν.

D ΖΩΝΑΡ. Πάλαι μὲν τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἐκ τῶν νόμων τῶν παλαιῶν καὶ ἐξ ἔθους μακρὸν ἐνεδέδοτο λύειν καὶ ἀναιτίως τὰ συνοικέσια, καὶ ἐξεῖναι καὶ ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ τῷ συνοίκῳ προφάσει λέγειν, τὰ σαυτοῦ πρᾶττε, ἢ τὰ σαυτῆς πρᾶττε, καὶ λύειν τὸν γάμον. ὅπερ καὶ τοῖς Ἑβραίοις νενομοθέτηται. ἐνεδέδοτο γὰρ τοῖς ἀνδράσι βιβλίον ἀποστασίου πέμπειν ταῖς γυναιξὶ, καὶ τῆς μετ' αὐτῶν ἀφίστασθαι συνοικέσεως. νυνὶ δὲ τοῦτο παρὰ Χριστιανοῖς οὐ κρατεῖ· ἀλλ' αἰτίαι τινὲς ὡρισμέναι εἰσὶν, αἳ τὸν γάμον διώσανται λύειν, καὶ ἄνευ μιᾶς ἐκείνων χωρίζεσθαι τοὺς συνοικοῦντας ἐννόμῳ γάμῳ οὐκ ἔξεστι. καὶ ὁ κύριος δὲ τοῖς ἐρωτήσασιν, εἰ ἔξεστιν ἀνδρὶ τὴν γυναῖκα

E ἀπολύειν κατὰ πᾶσαν αἰτίαν, ἀπηγόρευσε τοῦτο, εἰπὼν, ὅτι ὁ ἀπολύσας τὴν γυναῖκα ἐκτὸς λόγου πορνείας, καὶ γαμήσας ἑτέραν μοιχᾶται. καὶ ὁ ἀπολελυμένην γαμήσας μοιχᾶται. κατὰ τοῦτον οὖν τὸν λόγον καὶ οἱ θεῖοι πατέρες τὴν ἀναιτίως καταλιποῦσάν τὸν ἄνδρα καὶ ἑτέρῳ γαμουμένῳ μοιχαλίδα ἐκάλεσάν, ἥτις κἂν ἐπιστρέψαι βουληθῇ πρὸς τὸν ἴδιον ἄνδρα, ἄκοντος αὐτοῦ οὐ προσδεχθήσεται. μεμίανται γάρ. ἢ οὖν ἀλόγως ἀναχωρήσασα τοῦ ἀνδρὸς, φησὶν ὁ κύριος, ἀτιμίων ἀξία, ἤγουν τῶν τῆς μοιχείας· ὁ δὲ ἀνὴρ συγγνωμονηθήσεται καὶ ἀξιωθήσεται τῆς ἐν ἐκκλησίᾳ κοινωνίας. ὥστε ἐξ ἀντιδιαστολῆς νοεῖσθαι δίδοται, ὅτι εἰ μὴ ἀλόγως ἀνεχωρήσε τοῦ ἀνδρὸς, ἐμπεραινομένου ἵνα αὐτῇ προσῇ σωφρονοῦν, ἢ κακουχουμένη, ἢ τινὰς αἰτίας ἔχουσα πρὸς τοῦ ἀνδρὸς ἐπιγομένας, ἐκείνη ἔσται ἀναίτιος, καὶ ὁ ἀνὴρ ἀτιμωθήσεται ὡς αὐτὸς αἴτιος τῆς ἁμαρτίας τῇ γυναικὶ γεγονώς. ὁ μέντοι καταλιμπάνων, φησὶν ὁ κύριος, τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, καὶ ἑτέραν ἀγόμενος τῷ τῆς μοιχείας ὑποκειται κρίματι κατὰ τὴν τοῦ κυρίου ἀπόφασιν, καὶ ἐξῆς ἐπάγει πῶς ὁ τοιοῦτος ἀτιμωθήσεται καὶ οἰκονομηθήσεται. ἐοίκασι δὲ οἱ πατέρες ὅτοι καὶ ἐναντιοῦσθαι τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ· ἐκεῖνος μὲν τὴν μὲν γυναῖκα ἑτέρῳ συμφθειρομένην τοῦ γάμου σωισαμένου

μοιχαλίδα

μοιχαλίδα καλῆ. καὶ ἀποπέμψει λέγει ταύτῃ τῶν οἰκων A
αὐτῆ ὁ ἀνήρ. ἡ δὲ γυνὴ ἐκ πορνείας ἐπανιόντα τὸν ἄνδρα αὐ-
τῆς προσδέξεται. ὁ γὰρ ἔγκριμα, φησι, κανόνα τῆ τῆς μοι-
χείας αὐτὸν ὑπάγειν ἐγκλήματι, ἐὰν εἰς ἑλευθέραν γά-
μου ἁμάρτῃ. ἀλλ' οὐκ ἐναντιοῦνται οἱ κανόνες ἀλλήλοις.
ὁ μὲν γὰρ μέγας Βασίλειος περὶ πορνεύσαντος λέγει τῆ
γάμου σωιζαμένου, καὶ συμφθαρέντος ἑτέρᾳ ἐξ ἀνδρὸς
ἐλευθέρᾳ· ὁ δὲ πρῶν κανὼν περὶ τῆ ἀναιτίως ἀποπεμ-
ψαμένου τὴν γυναῖκα αὐτῆ, καὶ ἑτέραν ὡς ζώσα νόμιμον
γαμετὴν εἰσοικισαμένου, ὃν καὶ ὁ κύριος ἐν εὐαγγελίοις
μοιχὸν ἐκάλεσε.

ΑΡΙΣΤ. Ἡ ἐξ ἀνδρὸς ἐπ' ἄλλον ἰοῦσα, μοιχαλίς· καὶ ὁ B
ἀπὸ γυναικὸς ἐπ' ἄλλην, κατὰ τὸ κύριον, ὁμοίως
μοιχός. Σαφής.

ΚΑΝΩΝ πθ'.

Μηδεὶς ἔνδον ἱεροῦ ναῦ κτῆνος. Ὃ οἱονοῦν εἰσαγέτω· ἐκτὸς,
εἰ μή τις ὁδοιπορῶν μεγίστης καταλαβέσης ἀνάγκης
οἰκίσκου καὶ καταγωγῆς ἀπορῶν ἐν τῷ τοιούτῳ κατα-
λύσει ναῷ. Διὰ γὰρ τὸ μὴ τὸ κτῆνος ἔνδον εἰσενεχθῆναι,
αὐτὸ μὲν ἔξεστιν ὅτε διαφθαρήσεται· ὁ δὲ τῇ τοῦ ὑποζυγίου
ἀποβολῇ, καὶ τῷ ἐντεῦθεν ἀπόρως ἔχειν τῆς ὁδοῦ τὸν ὁδοι- C
πορίαν ὁρμῶς, κινδύνῳ θανάτου παραδοθήσεται. Ὃ γὰρ
σάββατον διὰ τὸν ἄνθρωπον γεγενῆσθαι, ὥστε διὰ
πάντων προτιμητέαν εἶναι τὸν τοῦ ἀνθρώπου
σωτηρίαν τε καὶ ἀπάθειαν. εἰ δέ τις φυγαδεῖν χωρεῖς
ἀνάγκης, ὡς εἴρηται, κτῆνος· εἰσάγων εἰς ἱερὸν, εἰ
μὲν κληρικὸς εἴη, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφορι-
ζέσθω.

ΒΑΛΣ. Ὡς ἔοικε συμβῆ ποτὲ ὲν δριμυτάτῳ χει-
μῶνι καταλύσαι τινὰς εἰς ναὸν παρακείμενον ἐν δημοσίᾳ
ὁδῷ· καὶ ἡ μὲν ἀπειλὴ τῆς χιόνος κατηναγκάζετο τούτους ἔν- D
δον τοῦ ναοῦ εἰσελθεῖν μετὰ τῶν ἵππων αὐτῶν, καὶ τὸν ἀπὸ τῆς
ψύχους θανατηφόρον κάκωσιν ἐκφυγεῖν· τὸ αἰδέσιμον δὲ τῆς
ναοῦ οὐ παρεχώρησεν αὐτοὺς τοῦτο ποιῆσαι· ἀλλ' αὐτοὶ μὲν εἰσ-
ελθόντες ἐν τῷ ναῷ, τὸν ἐκ τοῦ κρύους κίνδυνον ἔφυγον, τὰ
δὲ ὑποζύγια αὐτῶν ἔξω τοῦ ναοῦ ἑστηκότα τῆ ψύχους γέγονασι
παράκλημα, ὡς ἐντεῦθεν καὶ τοὺς ἀνθρώπους τὸ ὅμοιά τοῖς
ἀλόγοις ζώοις παθεῖν, ἢ ὡς ἀπὸ τῆς θλίψεως, ἢ ὡς μὴ δυνα-
μένους πεζῇ βαδίσαι, διὰ τὴν ὑπερβολικὴν τῆς ὥρας κατά-
ψυξιν. τοῦτο οὖν διορθούμενοι οἱ ἅγιοι πατέρες, διωρίσαντο
μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας τινὰς κτῆνος οἱονδηποτοῦν ἔνδον εἰσά-
γειν ναοῦ, εἰ μὴ καταπείγοι ἀνάγκη μεγίστη· τηνικαῦτα γάρ, E
φασι, καὶ τὸ κτῆνος ἐν τῷ ναῷ εἰσαχθήσεται, ἵνα μὴ σὺν
αὐτῷ καὶ ὁ ἄνθρωπος θανάτῳ παραδοθῇ. ἐπάγουσι δὲ πρὸς
καταισχύνην τῶν λόγων αὐτῶν καὶ τὴν τοῦ Κυρίου διδασκαλίαν, τοῦ
σάββατον καταλύσαντος, καὶ εἰπόντος πρὸς τοὺς αἰτιω-
μένους αὐτὸν, ὡς προτιμοτέρα ἔστιν ἡ τοῦ ἀνθρώπου σωτηρία
παρὰ τὴν τοῦ σαββάτου φυλακήν. τὸ γὰρ σάββατον γέγονε
διὰ τὸν ἄνθρωπον, οὐ μὴν ὁ ἄνθρωπος διὰ τὸ σάββα-
τον. ὅπως δὲ μὴ γένηται τοῦτο τοῖς ἀδιαφόρως ζῶσιν ἀφ-
ορμὴ κακίας, ὥστε ἀνεπικαλύπτως καὶ χωρὶς ἀνάγκης
τὸν ἅγιον ναὸν τοῦ θεοῦ κοινοποιῆσαί τε καὶ βεβηλῶσαι, διωρί-
σαντο, καὶ μὴ χωρὶς ἀνάγκης μεγάλης τοιαύτης, κτῆ- F
νος οἱονδηποτοῦν εἰσάγοντα ἐν τῷ ναῷ, κληρικὸν μὲν ὄντα,
καθαιρεῖσθαι· λαϊκὸν δὲ ἀφορίζεσθαι. τί δὲ, πετεινὰ πλέ-
οντα, περδικάς τε δηλονότι καὶ περιστερὰς, καὶ ἄλλως τοιού-
τους ἀδιαφόρως εἰσαγάγῃ τις ἐν ναῷ; Λύσις. ὧδε ταῦτα, ὡς
ἐμοὶ δοκεῖ, ἵνα μὴ τὸ ἅγιον διὰ τῶν σκηνέσεων βεβη-
λωθῇ.

adulteram vocat, eámque maritus, inquit, à ſuis ædibus A
amandabit. Veruntamen ex fornicatione redeuntem
maritum ſuum uxor excipiet. Nullus enim, inquit,
extat Canon, cujus auctoritate, qui cum ſoluta mu-
liere peccarit, adulterii reus agi queat. Sed nullo mo-
do inter ſe hi Canones pugnant. Nam magnus qui-
dem Baſilius de eo homine agit, qui manentibus
nuptiis fornicatus, & cum muliere nulli viro ſocia-
ta pollutus eſt: hic vero Canon eos tangit, qui uxo-
re ſine causâ dimiſſa aliam ſibi, quaſi pro juſta ſcilicet
conjuge habituri, adjunxerint, quos quidem adulteros
ipſe in Evangelio Dominus appellavit.

ARIST. *Quæ à viro ſuo ad alium accedit, adultera* B
eſt: Et qui ab uxore ad aliam, juxta Domini ſermonem,
ſimiliter mœchus eſt. Perſpicuus.

CANON LXXXVIII.

Nemo intra ædes ſacras quodvis jumentum introducat:
niſi fortè viator quiſpiam, maxima urgente neceſſitate,
domunculæ vel diverſorii indigens, in id templum di-
verterit. Niſi enim jumentum introductum fuerit,
ipſum quidem nonnunquam peribit: hic verò, propter
jumenti amiſſionem, & facultatis ad iter peragendum ex
eo profectam inopiam, mortis periculo tradetur. Sabba-
tum enim propter hominem factum eſſe docemur; quam-
obrem & per omnia præferendam eſſe exiſtimare homi-
nis ſalutem & incolumitatem. Si quis autem deprehen-
ſus fuerit ſine neceſſitate jumentum in templum introdu-
cere, ſi ſit quidem Clericus, deponatur: ſin verò Laicus,
ſegregetur.

BALS. Ut eſt veriſimile, accidit quandoque ut in
maxima tempeſtate diverterent quidam in templum,
quod prope viam publicam ſitum erat; & vis qui- D
dem nivis eos urgebat in templum ingredi cum ſuis
equis; & lethiferum frigoris incommodum effugere;
templi autem reverentia non permittebat eis hoc fa-
cere: ſed ipſi quidem templum ingreſſi, frigoris peri-
culum evitarunt; eorum autem jumenta, quæ extra
templum ſteterant, à frigore conſumpta fuere; quo fa-
ctum eſt, ut idem quoque hominibus quod beſtiis
ΖΩΝΑΡ. Νῦν μὲν ἡ μνηστεία γάμῳ ἰσοδυναμοῦ, ἐκ νεαρᾶς τοῦ βασιλέως Κυροῦ Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ. καὶ πάλαι δὲ, ἐπεὶ φίλημα τῶν μνηστευομένων ὅτι τῇ μνηστείᾳ ἐγίνετο, καὶ ἀῤῥαβὼν τῇ γυναικὶ παρείχετο παρὰ τοῦ ἀνδρὸς, εἰκότως καὶ τότε ὁ ζωντος τοῦ μνήστορος τὸν μνηστὴν εἰς γάμον ἀηθμυον, τῷ τῆς μοιχείας ἐγκλήματι καθίστατο ἔνοχος. κἂν ἐξέλιπε τότε λύσῃ τὸν μνηστείαν τῆς ποινῆς τοῦ φονεύσαι παρεχομένης. ἀλλ' εἰ, μήπω τῆς μνηστείας λυθείσης, μνηστὴ λίπῃ ἡ γυνὴ ἑτέρου, καὶ ὁ ταύτην λαβὼν μοιχὸς εἰκότως ἐκρίνετο. ὅπου δὲ ἤτε φίλημα ἔτε δόσις ἀῤῥαβῶνος παρηκολούθησεν, ὡς νῦν γίνεται διὰ τῶν λεγομένων δεσμῶν, κἂν ἕτερος λάβῃ τὴν γυναῖκα, οὐκ ὑποπεσεῖται τῷ τῆς μοιχείας ἐγκλήματι.

ΑΡΙΣΤ. Μοιχός ἐστιν ὁ τὴν ἑτέρῳ μνηστευθεῖσαν ἀγόμενος. Σαφής.

ΚΑΝΩΝ ϛθ'.

Καὶ τοῦτο δὲ ἐν τῇ Ἀρμενίων χώρᾳ γίνεσθαι μεμαθήκαμεν, ὡς τινες ἔνδον ἐν τοῖς ἱεροῖς θυσιαστηρίοις μέλη κρεῶν ἕψοντες, προσάρτισιν ἀφαιρέματα τοῖς ἱερεῦσιν, Ἰουδαϊκῶς ἀπονέμοντες· ὅθεν ἡμεῖς τῆς ἐκκλησίας φυλάττοντες ἀκηλίδωτον, ὁρίζομεν, μὴ ἐξεῖναί τινι τῶν ἱερέων ἀφωρισμένα κρεῶν μέλη παρὰ τῶν προσαγόντων λαμβάνειν, ἀλλ' οἷς ἀρέσῃ ὁ προσάγων, τούτοις ἀρκείσθωσαν, ἔξω τῆς ἐκκλησίας τοιαύτης γινομένης προσαγωγῆς· εἰ δέ τις μὴ τοῦτο ποιῇ, ἀφοριζέσθω.

ΒΑΛΣ. Οἶδας, ὅτι τοῦ Μωϋσέως κελεύσαντος τοῖς Ἰσραηλίταις, καὶ τὸ κριὸν τῆς ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου ἐξελεύσεως αὐτῶν, σφαγιάσαι ἀμνὸν, καὶ χρίσαι ἐξ τοῦ αἵματος τὰς φλιὰς τῶν οἰκιῶν αὐτῶν, ὅπως φύγωσι καὶ ἐκ τοῦ ὀλοθρευτοῦ τῶν πρωτοτόκων κίνδυνον, δέδοκται παρὰ Ἰουδαίοις ἐξ θυσίας ἀμνοῦ καὶ ἄλλων τινῶν ζώων ἐξιλεοῦσθαι καὶ θεὸν ἐν ἡμέραις τισίν. ἡ δὲ θυσία αὕτη ἐν ἄλλῳ μὲν τόπῳ ἐγίνετο, ἐν ἑτέροις δὲ τὰ κρέα ἥψουν. καὶ ἐμερίζετο. τινὰ γοῦν μέρη τοῦ θυομένου ζώου τοῖς ἱερεῦσι προσήγοντο ἔξω λόγου τινὰς, περὶ ὧν οὐκ ἔστι καιρὸς λέγειν. ἐπεὶ

A crimini subjiciunt. Nonnulli autem è doctis nimirum, istiusmodi obligatione eum artificiosè liberant. Dicunt enim, quòd si ante nuptias sponsus & sponsa conveniant, & filium procreaverint, naturale id esse peccatum, & fornicationis speciem: si unus è desponsis ante nuptias moriatur. Nos autem dicimus, quòd etiam ante Imperatoris domini Alexii Comneni novellam, quæ matrimonio in omnibus sponsalia æquiparavit, sponsis matrimonialia in se invicem jura à legibus concessa sunt. Sponsa enim, si sponsalia ante nuptias dissolvantur, de dote actionem movet ob datam sponso dotem, juxta secundum thema cap. xvii. tit. vii. lib. ix. dicens: Mulier dotem dans, si nupta non fuerit, dotis privilegium habet. Et juxta cap. lxxiv. tit. i. lib. xxix. dicens: Sponsa, quæ dotem dedit, & non nupsit, & quæ minor est xii. annis, privilegium repetendi habet secundùm dotis similitudinem. Privilegium autem in actionibus personalibus locum habet. Et sponsus, juxta præsentem Canonem, & cap. viii. tit. lviii. lib. lx. & thema iii. cap. xii. tit. vii. lib. lx. jure viri, tam contra sponsam ab alio ante nuptias corruptam, quam contra eum qui cum ea adulterium commisit, adulterii actionem movebat. Si sponsi itaque ante novellam hujusmodi in se invicem jura habuerant, multò magis per novellam, quæ sponsalia nuptiis ob sacrarum, divinarumque precum celebrationem in omnibus æquivalere statuit. Quapropter etiam conjux suæ sponsæ appellabitur sponsus; & qui ex iis procreatur, legitimus eorum erit filius & hæres, & patri erit sub potestate, nullo modo impeditus, quod nuptiæ non celebratæ sunt.

ZONAR. Sponsalia, hoc quidem tempore, ex Imperatoris Alexii Comneni Novella, ejusdem sunt cum nuptiis potestatis. Et olim quidem quoniam osculum à viro in sponsalibus cum arrabone mulieri præbitum esset, jure fiebat, ut qui viro superstite sponsam duxisset, adulterii reus ageretur; ac tum sponsalia rescindere, & mulctam ex condicto præfinitam exigere licebat. At si, sponsalibus nondum dissolutis, mulier alterius erat sponsa, & qui eam ducebat, adulter jure judicabatur. Quòd si nec osculum nec aliquid arrabonis nomine intercessisset, ut in iis, quæ dicuntur vincula, hoc tempore fieri consuevit; tunc, etsi mulierem sibi alter adjunxerit, ab adulterii nihilominus criminis immunis existimabitur.

ARIST. *Adulter est qui alteri desponsam ducit.* Perspicuus.

CANON XCIX.

Porrò hoc quoque in Armeniorum regione fieri didicimus, quòd quidam intus in sacris altaribus carnium membra coquentes frusta offerunt Sacerdotibus Judaicè distribuentes. Quocirca Ecclesiam immaculatam servantes, statuimus, nulli licere Sacerdoti separata carnium membra ab offerentibus accipere; sed iis sint contenti, quæ offerenti visa fuerint, ejusmodi oblatione extra Ecclesiam factâ: si quis autem hoc non fecerit, segregetur.

BALS. Scis, quòd cùm Moses jussisset Israëlitis, suæ ex Ægypto egressionis tempore, agnum interficere, & ejus sanguine domorum postes inungere, ut, quod ex primogenitorum exterminatore impendebat, periculum effugerent: Judæis hinc visum est, per agni & aliorum quorundam animalium sacrificium, Deum quibusdam diebus placare. Ipsum autem sacrificium in alio quidem loco fiebat: in alio autem coquebantur carnes & dividebantur. Aliquas ergo partes animalis quod sacrificabatur, Sacerdotibus propter aliquas rationes afferebant, de quibus non est dicendi tempus. Quoniam

Digitized by Google

autem didicêre ſancti Patres, quòd in Armeniorum A regione per animalia quidem non fiunt ſacrificia, ſed carnium partes intra altare coquuntur, & ex iis fruſta quædam, ſcilicet membra ſeparata, pedes fortè & caput, vel aliquid ejuſmodi, Sacerdotibus more Judæorum offerunt, ſtatuerunt, nec in altari carnium membra coquere, nec extra ipſum tales ſeparatas partes Sacerdotibus offerre ex antiqua conſuetudine oportere: ſed ejuſmodi ceſſare, & Sacerdotes à Laicis oblationem ſuſcipere debere, in quibuſcunque rebus & generibus ipſi voluerint. Ut eſt autem veriſimile, propter conſuetudinem quæ in Armeniis obtinuit, conceſſerunt ſancti Patres, ut Laici Sacerdotibus offer- B rent quæ ipſi vellent. Apud nos enim nemo cogitur aliquid hujuſmodi facere. Dixerit autem quiſpiam, quomodo, cùm Canon tractet de duobus quæ in Armeniorum regione fiebant, de coquendis ſcilicet carnium membris in altari, & de fruſtis Sacerdotibus in Eccleſiâ offerendis, ſolam carnium in Eccleſia oblationem Patres prohibuerunt? Solutio. In altaribus carnium membra coquere apud Chriſtianos eſt omnino prohibitum, ex quo per animalia ceſſavit ſacrificium; & propterea de eo patribus dicere non placuit: unde & de ſolis fruſtis, quæ Sacerdotibus offeruntur, lex conſtituit; nempe cùm de eo ſolùm capite C quæſtio inſtituta eſſet.

δὲ μεμαθήκασιν οἱ ἅγιοι πατέρες, ὡς ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Ἀρμενίων θυσίαι μὲν ἀπὸ ζώων οὐ γίνονται, μέρη δὲ κρεῶν ἐντὸς τοῦ θυσιαστηρίου ἕψονται, καὶ ἐκ τούτων ἀφαιρέματά τινα, ἤγουν ἀφωρισμένα μέλη, πόδας τυχὸν καὶ κεφαλὴν, ἢ ἕτερόν τι ζωιοῦτον, τοῖς ἱερεῦσιν Ἰουδαϊκῶς προσάγουσιν, ὥρισεν, μήτε ἐντὸς τοῦ θυσιαστηρίου μέλη κρεῶν ἕψεσθαι, μήτε ἐκτὸς αὐτοῦ προσάγεσθαι τοιαῦτα ἀφωρισμένα μέλη τοῖς ἱερεῦσι κατὰ τὸ πάλαι κρατοῦν ἔθος· ἀλλὰ τὴν τοιαύτην προσαγωγὴν σχολάσαι, καὶ δέξιοῦσθαι τοὺς ἱερεῖς ἀπὸ τῶν λαϊκῶν, ἐν οἷς ἕτοιμοι θέλουσιν εἶδέσί τε καὶ σκεύεσι. ὡς ἔοικε δὲ, διὰ τὴν κρατήσασαν ἐν Ἀρμενίοις συνήθειαν, ἐνέδωκαν οἱ πατέρες, προσάγειν τοὺς λαϊκοὺς τοῖς ἱερεῦσι τὰ αὐτοῖς αἱρετά. πῶς γὰρ ἡμῖν οὐδεὶς ἀναγκάζεται τοιοῦτόν τι ποιεῖν. εἴποι δέ τις, πῶς τῷ κανόνι διαλαμβάνοντι περὶ δύο τινῶν γινομένων εἰς τὴν χώραν τῶν Ἀρμενίων, ἤγουν περὶ τοῦ ἕψεσθαι μέλη κρεῶν ἐν τοῖς θυσιαστηρίοις, καὶ περὶ τοῦ ἐντὸς τῆς ἐκκλησίας προσάγεσθαι τοῖς ἱερεῦσιν ἀφαιρέματα κρέων, μόνῳ τῷ ἐπ' ἐκκλησίας προσαγωγῷ τῶν κρεῶν οἱ πατέρες ἐκώλυσαν; Λύσις. Ὃ ἐν τοῖς θυσιαστηρίοις μέλη κρεῶν ἕψεσθαι, πάντη παρὰ Χριστιανοῖς ἀπηγόρευται, ἐξότου ἡ ἀπὸ τῶν ζώων ἐπαύθη θυσία, καὶ διὰ τοῦτο εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ τοῖς πατράσιν οὐκ ἔδοξεν. ὅθεν καὶ περὶ μόνων τῶν ἀφαιρεμάτων τῶν τοῖς ἱερεῦσι προσαγομένων ἡ θεσμοθεσία γέγονεν, ὡς τούτου τυχὸν τῇ κεφαλαίᾳ εἰς ἔτι πιστὸν ζητήσιν.

Zonar. Hebræorum inſtituto, quicunque ſacrificaverât, ex mactato animali pectuſculum aliáſque ejuſdem animalis particulas, non ſine ſua quidque ratione latentiſque myſterii ſignificatione, Sacerdotibus offerebant. Apud Armenios vero, nulla quidem animalia immolabantur, ſiquidem illa ſacrificandi conſuetudo Chriſtianorum legibus ſublata fuit: ſed intra altare decoctis carnibus, ex iis certa ac definita quædam Sacerdotibus largiebantur. Quam quidem conſuetudinem, quippe Judæo- D rum mores adhuc redolentem, Synodus damnat; ac carnes quidem in Eccleſia coquere, aut in eadem definita illa Sacerdotibus offerri vetat: promiſcuè vero quæcunque demum offerêtes maluerint extra Eccleſiam offerendi, idque prorſus inveterati apud eos moris habita ratione, poteſtatem facit. Per Ἀφαίρεμα porro id quod offerentes largiuntur intelligi debet, ex eo ſcilicet, quòd à toto mactati animalis corpore abſtractum ſit, appellatione deducta.

ΖΩΝΑΡ. Οἱ θύοντες παρ' Ἰουδαίοις προσῆγον τοῖς ἱερεῦσιν ἐκ τοῦ πνυμμόνος ζώου τὸ σπθώδιον, καὶ ἕτερα τοῦ ζώου μέρη, ἃ καὶ λόγους εἶχον, δι' οὓς προσήγοντο, καὶ ὠφελείας. παρὰ δὲ τοῖς Ἀρμενίοις, ζώων μὲν θυσίαι οὐκ ἐπιτελοῦνται, ἐπεὶ δὲ ζῶα προσάγειν εἰς θυσίαν ἀπηγόρευται τοῖς Χριστιανοῖς. ἕψοντες δὲ κρέα τοῦ θυσιαστηρίου ἐντὸς, ἔξ ἐκείνων προσῆγον τοῖς ἱερεῦσιν ὡρισμένα τινά. ὅπερ ὡς Ἰουδαϊκὸν κωλύει ἡ σύνοδος, καὶ τὸ μὲν ἕψειν ἐν ἐκκλησίᾳ, ἢ ὡρισμένα προσάγειν ἐν αὐτῇ τοῖς ἱερεῦσιν ἀπαγορεύει· τὸ δὲ προσάγειν αὐτοῖς οἷα καὶ ὅσα οἱ προσάγοντες βέλονται, ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἐφῆκε, καὶ τοῦτο δὲ πάντως διὰ τὴν κρατήσασαν παρ' ἐκείνοις συνήθειαν ἐφῆκεν ἡ σύνοδος. ἀφαίρεμα δὲ τὸ προσαγόμενον λέγεται, ὡς ἐκ τοῦ ὅλου σώματος ἀφαιρούμενον.

Arist. *Nonnulli more Judaico carnes in templis coquunt. Qui igitur hoc permiſerit, vel quippiam ex illis acceperit, non eſt habendus Sacerdos: ſi quis autem ſuâ* E *ſponte offeret, ipſe, quod offerenti placuerit, accipiat, oblatione extra Eccleſiam factâ.*

ΑΡΙΣΤ. Ἰουδαϊκῶς τινες ἐν ἱεροῖς ἕψουσι κρέα. ὃς τοῦτο οὖν συγχωρήσειεν, ἢ λάβῃ τι ἐξ αὐτῶν, οὐκ ἱερεύς· εἰ δέ τις οἰκοθεν ἄροι, ὅδε καὶ ὃ ἀρέσκον τῷ προσάγοντι λαβέτω, ἔξω τῆς ἐκκλησίας γινομένης τῆς προσαγωγῆς.

Quidam in Armeniorum regione carnium membra coquentes in ſacris ædibus offerebant, nonnulla eorum ſeparata Judæorũ more Sacerdotibus diſtribuentes. Hoc itaque factum fuiſſe intelligentes Patres, ampliùs fieri prohibent, jubentque non licere Sacerdotibus ſeparata carnium membra repoſcere, ſed illis acquieſcere quæ offerenti placent; eorum autem oblationem extra Eccleſiam fieri: Sin minus, ſegregari iſtum, qui aliter facit.

F

Τινὲς ἐν τῇ τῶν Ἀρμενίων χώρᾳ μέλη κρεῶν ἕψοντες ἐν τοῖς ἱεροῖς οἴκοις προσῆγον, ἀφωρισμένα τινὰ τούτων τοῖς ἱερεῦσιν Ἰουδαϊκῶς ποιοῦντες. τοῦτο γοῦν οἱ πατέρες μαθόντες νόμον, κωλύουσι γίνεσθαι, καὶ προστάττουσι, μὴ ἐξεῖναι τοῖς ἱερεῦσιν ὡρισμένα μέλη κρεῶν ἀπαιτεῖν, ἀλλ' ἐκείνοις ἀρκεῖσθαι, οἷς ἀρέσκεται ὁ προσάγων, τὴν δὲ προσαγωγὴν τούτων ἔξω τῆς ἐκκλησίας γίνεσθαι· εἰ δὲ μὴ, ἀφορίζεσθαι καὶ ἄλλως ποιοῦντα.

KANΩN

Digitized by Google

A

ΚΑΝΩΝ ρ'.

Οἱ ὀφθαλμοί σου ὀρθὰ βλεπέτωσαν, καὶ πάσῃ φυλακῇ τήρει σὴν καρδίαν, ἡ σοφία διακελεύεται· ῥᾳδίως γὰρ τὰ ἑαυτῶν ἐπὶ τὴν ψυχὴν αἱ τοῦ σώματος αἰσθήσεις εἰσκρίνουσι. τὰς οὖν τὴν ὅρασιν καταγοητευούσας γραφὰς, εἴτε ἐν πίναξιν, εἴτε ἄλλως πῶς ἀνατιθεμένας, καὶ τὸν νοῦν φθειρούσας καὶ κινούσας πρὸς τὰ τῶν αἰσχρῶν ἡδονῶν ὑπεκκαύματα, οὐδαμῶς ἀπὸ τοῦ νῦν οἱῳδήποτε τρόπῳ προστάσσομεν ἐγχαράττεσθαι· εἰ δέ τις τοῦτο πράττειν ἐπιχειρήσοι, ἀφοριζέσθω.

B

ΒΑΛΣ. Πρώτη τῶν αἰσθήσεων ἡ ὅρασίς ἐστι, καὶ ὀφείλομεν διὰ ταύτης ἐπὶ πᾶν ἀγαθὸν ὁδηγεῖσθαι· οὐ μὴν δι' αὐτῆς κατὰ τὸν προπάτορα προδιδόναι τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ. εἶδε γάρ, φησι κἀκεῖνος, ὃ φυτὸν ὡς ὡραῖον, καὶ ἠπατήθη, καὶ ἔφαγε, καὶ τῷ θανάτῳ ὑπόδικος γέγονεν. ἐπεὶ τοίνυν τινὲς ἐρωτομανοῦντες, καὶ περὶ τὴν βιοτὴν ἀδιάφοροι, ἐν πίναξιν, ἢ ἐν τείχοις, ἢ ἐν ἄλλοις τισὶν εἴδεσιν εἰκόνιζον ἐρωτίδια, ἢ καί τινα μυσαρὰ, ὅπως τὰς σαρκικὰς αὐτῶν ἐπιθυμίας διὰ τῆς πρὸς ταῦτα ὁράσεως ἐκπραίνωσιν, ὥρισαν οἱ ἅγιοι πατέρες, χρησάμενοι καὶ μαρτυρίαις γραφικαῖς, σχολάσαι ταῦτα παντάπασιν, ὡς καταγοητεύοντα ἤτοι ἀπατῶντα τὴν ὅρασιν, καὶ εἰσκρίνοντα, ἤτοι εἰσβάλλοντα εἰς τὴν ψυχὴν πᾶν εἴτι κακὸν, καὶ παραίτια ὄντα αἰσχρῶν καὶ ἀσέμνων τολμημάτων, καὶ διαφθειρόντων τὸ κατ' εἰκόνα θεοῦ. τοὺς δὲ τοιοῦτόν τι τολμήσαντας καθ' οἱονδήτινα τρόπον, ὑπευθύνους εἶναι ἀφορισμῷ. σημείωσαι τοῦτο· παρὰ γὰρ οἴκοις πλουσίων τινῶν, οὐ μόνον γραφαὶ τοιαῦται καὶ ταῦτα χρυσόπαστοι μετὰ πάσης ἀσχημοσύνης ἐξεικονίζονται, ἀλλὰ καὶ διὰ γυψίνων κατασκευασμάτων στηλογραφοῦνται ἀνθρωπόμορφα εἰκονίσματα.

C

ΖΩΝΑΡ. Γραφάς τινες, ἤτοι ζωγραφίας ἀσέμνους ἐν τοίχοις καὶ πίναξιν ἐνεχάραττον, αἳ τοὺς ὁρῶντας ἐξεκαλοῦντο πρὸς ἡδονὰς καὶ πράξεις αἰσχρὰς, καὶ πρὸς ἐπιθυμίας ἠρέθιζον σαρκικάς. ταύτας οὖν ὁ κανὼν ἐν οἱοδενὶ τόπῳ γίνεσθαι συγχωρεῖ, τάς τε γραφικὰς μαρτυρίας παράγων, καὶ λέγων, ὡς ῥᾳδίως αἱ αἰσθήσεις τὰ δι' αὐτῶν ὁρώμενα ἢ ἀκουόμενα τυχὸν εἰσκρίνουσιν ἐπὶ τὴν ψυχὴν, ἀντὶ τοῦ εἰσῳθοῦσιν, εἰσάγουσι. διὸ καὶ τοὺς τοιαῦτα ποιοῦντας κολάζει ἀφορισμῷ.

D

ΑΡΙΣΤ. Αἱ πρὸς τὰ αἰσχρὰ κινοῦσαι τὴν ὅρασιν γραφαὶ, ἀζωγράφητοι. ὁ δὲ παραβαίνων, ἀφορίζεται.

Οἱ ὀφθαλμοί σου ὀρθὰ βλεπέτωσαν, καὶ πάσῃ φυλακῇ τήρει σὴν καρδίαν· ἡ σοφία διακελεύεται. διὰ τοῦτο γοῦν δέον ἔκριναν οἱ πατέρες τὸ ἐν πίναξιν, ἢ ἐν τοίχοις γίνεσθαι ζωγραφίας πρὸς αἰσχρὰ κινούσας τὴν ὅρασιν, καὶ διαφθειρούσας τὸν νοῦν, κωλύεσθαι· τὸν δὲ παραβαίνοντα τοῦτο προσέταξαν ἀφορίζεσθαι.

E

ΚΑΝΩΝ ρα'.

Σῶμα Χριστοῦ καὶ ναὸν τὸν κατ' εἰκόνα θεοῦ κτισθέντα ἄνθρωπον ὁ θεῖος ἀπόστολος μεγαλοφώνως ἀποκαλεῖ. πάσης οὖν αἰσθητῆς κτίσεως ὑπερκείμενος ὁ τῷ σωτηρίῳ πάθει τῶν οὐρανίου τυχὼν ἀξιώματος, καὶ ἐσθίων καὶ πίνων Χριστὸν, πρὸς ζωὴν διὰ παντὸς μεταρμόζεται τὸν αἴδιον, ψυχῇ καὶ σώματι μεθέξει τῆς θείας ἁγιαζόμενος χάριτος· ὅστε, εἴτις τῶν ἀχράντου σώματος μετασχεῖν ἐν τῷ τῆς συνάξεως βουληθείη καιρῷ, καὶ ἔμπροσθεν αὐτοῦ τῇ μετουσίᾳ γενέσθαι, τὰς χεῖρας σχηματίζων εἰς τύπον σταυροῦ, οὕτω προσίτω καὶ δεχέσθω τὴν κοινωνίαν τῆς χάριτος. τοὺς γὰρ ἐκ χρυσοῦ ἢ ἄλλης ὕλης ἀντὶ χειρός τινα δοχεῖα κατασκευάζοντας πρὸς τὴν τοῦ θείου δώρου ὑποδοχὴν, καὶ δι' αὐτῶν τῆς ἀχράντου κοινωνίας ἀξιουμένους, οὐδαμῶς προσιέμεθα, ὡς προτιμῶντας τῆς τοῦ θεοῦ εἰκόνος τὴν ἄψυχον ὕλην καὶ ὑποχείριον. εἰ δέ τις ἁλῷ τῆς

F

CANON C.

Oculi tui recta aspiciant, & omni custodiâ serva cor tuum, jubet Sapientia: corporis enim sensus sua facilè in animam infundunt. Picturas ergo, quæ oculos præstringunt, sive in tabulis, sive alio quovis modo fiant, & mentem corrumpunt, & ad turpium voluptatum movent incendia, nullo modo deinceps exprimi jubemus: si quis autem hoc facere aggressus fuerit, deponatur.

BALS. Primus sensuum est visus, & per eum debemus ad omne quod bonum est deduci: non autem per ipsum, quemadmodum & noster primus pater, Dei præcepta prodere. Vidit enim, inquit & ille, arborem, quòd pulchra esset, & deceptus est, & comedit, & sub mortis potestatem redactus est. Quoniam ergo nonnulli insano amore capti, & vitam negligentem agentes, in tabulis, vel etiam in parietibus, vel in aliquibus aliis rebus, cupidines quosdam, vel etiam alia quidem execranda depingebant, ut carnales suas cupiditates per eorum aspectum peragerent; statuerunt sancti Patres, scripturæ quoque testimoniis utentes, ea omnino cessare oportere, utpote quæ sensum præstringunt seu fallunt, & in animam infundunt seu immittunt omne malum, turpibusque & inhonestis inceptis, quæque Dei imaginem corrumpunt, causam præbent: eos autem, qui tale quid quovis modo ausuri sunt, esse segregationi obnoxios. Nota hoc: in ædibus enim quorundam divitum, non solùm ejusmodi picturæ, eæque auro distinctæ, cum omni turpitudine effinguntur; sed etiam per gypseas structuras, hominum repræsentatrices imagines, describuntur.

ZONAR. Γραφὰς, hoc est Picturas habitu inverecũdo in parietibus ac tabulis aliqui efformabant, quarum aspectus ad voluptates, facta obscœna, flagitiosásq; libidines excitaret. Eas ergo quocunque loco Canon adhiberi vetat, ac repetito etiã ex sacris literis testimonio, quæ externis sensibus, oculis nimirum forte aut auribus, usurpamus, in animum facile transfundi, hoc est insinuari atque immitti, docet. Quamobrem & eos, qui ejusmodi quidpiam admiserint, segregatione puniendos esse decernit.

ARIST. *Picturæ quæ ad turpia aspectum movent, non sunt pingendæ: qui enim transgreditur, segregatur.*

Oculi tui recta aspiciant, & omni custodiâ serves cor tuum, Sapientia jubet. Quapropter Patres necessarium judicârunt, picturas in tabulis aut parietibus ad turpia moventes aspectum, & mentem corrumpentes fieri prohibere. Qui hoc autem transgressus fuerit, eum segregari jubent.

CANON CI.

Corpus Christi & templum esse hominem ad imaginem Dei creatum altâ voce proclamat divinus Apostolus. Omnem ergo sensilem creaturam superans is, qui salutari passione cœlestem dignitatem est assecutus, & Christum bibens & comedens, æternæ vitæ prorsus adaptatur, animam & corpus divinæ gratiæ participatione sanctificans: Quare, si quis immaculati corporis in synaxis tempore esse particeps voluerit, etiã antequã ejus fiat communio, manus in crucis formã figurãs, sic accedat & gratiæ cõmunionẽ accipiat. Eos enim, qui ex auro vel ex alia materia quædã loco manus receptacula efficiũt, ad divini muneris susceptionẽ, & per ipsa immaculatã cõmunionẽ recipiũt, minimè admittimus, ut qui inanimatã subjectamque materiã Dei imagini præferant: si quis autẽ deprehensus fuerit

Digitized by Google

immaculatam communionem iis impertiens, qui ejuſmodi A
receptacula afferunt, & ipſe ſegregetur, & is qui affert.

BALS. Iis temporibus divites quidam pauperes, ut eſt veriſimile, irridentes, ex auro vel argento vel aliqua alia ſpecie vaſa ſeu receptacula conſtruentes, prætextu religionis & metus Dei, iis veluti manibus utebantur, & ſacroſanctum Domini & Dei & Servatoris noſtri JESU CHRISTI corpus ſanctæ Communionis tempore in eis recipiebant. Et ab initio quidem hoc fortaſſe à quibuſdam propter pietatem excogitatum eſt, fortaſſe exiſtimantibus manum non eſſe dignam Dominicum corpus ſuſcipere, quæ turpia quædam & indigna tangit. Procedente autem tempore, ad animæ perniciem converſa eſt B
pietas, utpote iis, qui illa faciunt, pauperioribus præferri quærentibus, & ſe alioqui arroganter & inſolenter jactantibus. Quoniam ergo hoc ſanctis Patribus multorum ſcandalorum & offendiculorum cauſam præbere, ut & in noſtrum quoque corpus, ad imaginem Dei factum, contumelioſum eſſe viſum eſt, dixerunt, quòd cùm magnus Apoſtolus Paulus corpus Chriſti & Dei imaginem, & quavis creatura pretioſiorem, hominem vocet, ut qui divinorum Sacramentorum participatione dignus habeatur, & ex eo & anima & corpore ſanctificetur; non debent ulli, inanimatas & ſubjectas ſpecies, ex auro & quibuſdam aliis materialibus factas, ei præferre: vel alioqui ii quidem, qui præter hæc faciunt, ſegregantur, & ii ſcilicet, qui ejuſ- C
modi materialibus ad corporis Chriſti ſuſceptionem utuntur, & qui eis hoc præbet. Ne mireris autem, nec cauſam rogaveris, propter quam in quibuſdam Eccleſiis datur Laicis ſanctum Chriſti corpus, nec eis in manu traditur, ut hoc Canone continetur: recta enim fides, & Dei timor, & ab omni ſuſpicione aliena pietas, hoc tradidit, non Laicorum indignitas. Exiſtimo autem hoc Canone eos coargui, qui auctoritates ſeu dignitates generiſque nobilitatem allegant, ſanctæ communionis tempore, & præponi quærunt.

ZONAR. Nonnulli religione forte adducti, & ſacro- D
rum donorũ veneratione, quibuſdam receptaculis ex auro aliave multi pretii materia comparatis, immaculatum Domini corpus excipere, eâque ratione communicare ſoliti ſunt. Quod quidem, licet à religione profectum, tamen Synodus improbavit. Rei nãque cuilibet ſenſili, hominis dignitatem, qui nimirum, & divina imagine nobilitatus, & cum Chriſto unius corporis nexu copulatus, & divini Apoſtoli Pauli teſtimonio templum Dei eſt, longe anteponit. Quoniam igitur is cui ſacra myſteria communicantur, quacunque ſenſili natura præſtantior eſt, ac dũ Chriſtum manducat, & bibit, ea communione animo pariter & corpore ſanctus efficitur, ſi quis interea dum ſacra ſynaxis peragitur, immaculatum corpus ſuſcipere amet, exporrectis, atque in crucis modum cõformatis manibus procedat, ac ita demum gratiæ communionem, quã Dominus nobis ad animum ſanctitate imbuendum donavit, accipiat. Ea ſiquidem communione, nemo revera dignus eſt, ſed ea digni, per gratiam, omnes efficimur, quemadmodum & gratia, ut D. Paulus teſtatur, ſalvati ſumus. Qui vero ejuſmodi receptacula ſecum afferunt, iiſque ad communionem percipiendam uti volunt, quippe qui expertem animi materiam Dei imagini anteponant, ac eos quoque qui illis ſic poſcentibus impertiverint, ſegregatione Canon puniri jubet.

ARIST. *Manus in crucis figurã componit, qui Euchariſtiã* E
ſumpturus eſt, ac ore ſumit; qui vero receptaculũ aureum, vel alius materiæ manus vice præparat, ſegregandus eſt.

Homo ad Dei ſimilitudinem creatus, eſt ſupra omnem creaturam ſenſibilem, & Chriſti corpus, & templum eſt juxta divinum Apoſtolum. Si quis itaque ſe divinæ communionis participem eſſe cupit, eamque non ore accipit, ut manus ſuas in crucis formam figurans, ſed receptaculum quoddam aureum aut ex aliâ materiâ

ἀλλάντω κοινωνίας μεταδιδὺς τοῖς ζωαύτα δοχεῖα προσφέρουσι, καὶ αὐτὸς ἀφοριζέσθω, καὶ ὁ ταῦτα ὑπφερόμενος.

ΒΑΛΣ. Κατὰ τὰς τότε καιρὰς πλέονοί τινες, τῆς πενεσέων, ὡς ἔοικε, καταμωκώμενοι, ἐκ χρυσοῦ ἢ ἀργύρου ἢ ἄλλης τινὸς εἴδους κατασκευάζοντες δοχεῖα ἐν προσχήματι εὐλαβείας καὶ φόβου θεοῦ, ἐχεῶντο τούτοις ὡσεὶ χερσὶ, καὶ τὸ ἄχραντον σῶμα τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἁγίας μεταλήψεως ἐν αὐτοῖς ὑπεδέχοντο. καὶ ἀρχῆθεν μὲν ἴσως ἐπενοήθη τοῦτο παρά τινων διὰ εὐλάβειαν, νομιζόντων τάχα μὴ εἶναι ἀξίαν εἰς ὑποδοχὴν τοῦ κυριακοῦ σώματος τὴν χεῖρα τὴν ἀπτομένην καὶ αἰσχρῶν τινων καὶ ἀναξίων· καιρῷ δὲ περιόντι, εἰς ψυχικὴν ἀπώλειαν μετέπεσεν ἡ εὐλάβεια, ὡς τῶν ποιούτων ταῦτα ζητούντων προτιμᾶσθαι τῶν πενεσέων, καὶ ἄλλως ἀλαζονευομένων. ἐπεὶ γοῦν ἔδοξε τοῦτο τοῖς πατράσι πρᾶγμα σκανδάλων πολλῶν, ἀλλὰ μὴν καὶ ὑβριστικὸν τοῦ ἡμετέρου σώματος, τοῦ κατ' εἰκόνα θεοῦ πλασθέντος, εἶπον, ὡς τοῦ μεγάλου ἀποστόλου Παύλου ἀποκαλοῦντος ἄνθρωπον σῶμα Χριστοῦ, καὶ εἰκόνα θεοῦ, καὶ πάντος κτίσματος τιμιώτερον, ὡς ἀξιέπαινον τῆς τῶν θείων ἁγιασμάτων μεταλήψεως, πάντοθεν καλά τε ψυχὴν καὶ σῶμα ἁγιαζόμενον, οὐκ ὀφείλοισι τινες προτιμᾶσθαι αὐτοῦ τὰ ἐκ χρυσοῦ καί τινων ἑτέρων ὑλικῆς ἄψυχα καὶ ὑποχείρια εἴδη· ἢ μὴν τοὺς τοιαῦτα ποιοῦντας ἀφορίζεσθαι, δηλονότι αὐτούς τε τοὺς χρωμένους τοιούτοις πρὸς ὑλικῆς εἰς ὑποδοχὴν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοὺς μεταδιδόντας τούτοις αὐτοῖς. μὴ θαυμάσῃς δὲ, μηδὲ ἐρωτήσῃς τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἔν τισιν ἐκκλησίαις μεταδίδοται τοῖς λαϊκοῖς τὸ ἅγιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ, καὶ οὐκ ἐγχειρίζεται τούτοις κατὰ τὸν τοῦ κανόνος παραίνεσιν· πίστις γὰρ ὀρθὴ καὶ φόβος θεοῦ καὶ εὐλάβεια ἀνυπόπτως τοῦτο προδήλωσιν, οὐχὶ τὸ τῆς λαϊκῆς ἀναξίαν. νομίζω δὲ ὑπὸ τοῦ προκειμένου κανόνος ἁλίσκεσθαι τοὺς προβαλλομένους ἀξιώματα καὶ ἡλικίαν κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἁγίας μεταλήψεως, ζητοῦντας προτιμᾶσθαι.

ZONAP. Τινὲς δι' εὐλάβειαν τάχα καὶ πιμὴν τῶν θείων δώρων δοχεῖά τινα χρύσεα ἢ ἐξ ἄλλης ὕλης τῶν πολυτίμων ποιοῦντες, ἐν ἐκείνοις ἐδέχοντο τὸ ἄχραντον σῶμα τοῦ κυρίου, καὶ ὕτως αὐτῷ μετελάμβανον. ὅπερ ἡ συνοδος, κἂν δι' εὐλάβειαν ἐγίνετο, οὐκ ἐδέξατο. πολὺ γὰρ αἰσθητῷ πράγματος, πιμιώτερον ἥγηται ἄνθρωπον, ὡς θεοῦ εἰκόνι τετιμημένον, καὶ σῶμα Χριστοῦ γεγονός, καὶ ναὸν θεοῦ καὶ τὸν θεῖον ἀπόστολον Παῦλον. ἐπεὶ οὖν φησιν ὑπέρκειται πάσης κτίσεως αἰσθητῆς, καὶ ἐδίων καὶ πίνων Χριστὸν ἀφὴ τῆς κοινωνίας ἁγιάζεται ψυχή τε καὶ σώματι ὁ τῶν ἁγιασμάτων ἀξιούμενος, εἴτις ἐν καιρῷ σωτηρίας βούλεται τοῦ ἀχράντου σώματος μεταλαβεῖν, προσίτω τὰς χεῖρας ἐκτείνας, καὶ σχηματίσας εἰς τύπον σταυροῦ, καὶ ὕτω δεχέσθω τὴν κοινωνίαν τῆς χάριτος, ἣν ἡμῖν ὁ κύριος εἰς ἁγιασμὸν ἐχαρίσατο. οὐδεὶς γὰρ ἄξιος ἀληθῶς ἐστι τῆς αὐτοῦ μεταλήψεως, ἀλλὰ πάντες χάριτι αὐτῆς ἀξιούμεθα, καὶ διὰ καὶ χάριτί ἐσμεν σεσωσμένοι καὶ τὸν μέγαν Παῦλον. τὸς δὲ τοιαῦτα δοκοῦντα κομμίζοντας, καὶ δι' αὐτῶν δέχεσθαι βουλομένους τὴν κοινωνίαν ὡς προτιμῶντας τῆς τοῦ θεοῦ εἰκόνας τὴν ἄψυχον ὕλην, ἀφορίζεσθαι ὁ κανὼν λέγει καὶ τοὺς τούτου μεταδιδόντας αὐτοῖς.

ΑΡΙΣΤ. Τὰς παλάμας εἰς σταυρὸν τυποῖ ὁ μέλλων λήψεσθαι, καὶ λαμβάνων τῷ στόματι· ὁ δὲ δοκοῦν χρυσοῦν, ἢ ἐξ ἄλλης ὕλης ἀντὶ χειρὸς σκευάζων, ἀφορισθήτω.

Πάσης τῆς αἰσθητῆς κτίσεως ἐπέκεινα ὁ κατ' εἰκόνα θεοῦ κτισθεὶς ἄνθρωπος καὶ σῶμα Χριστοῦ, καὶ ναός ἐστι, καὶ ὁ ἀπόστολος. εἴ τις γοῦν τῆς θείας κοινωνίας μεταλαβεῖν βούλοιτο, καὶ λάβῃ αὐτὴν τῷ στόματι, ὡς ἐν τύπῳ σταυροῦ σχηματίσας τὰς χεῖρας αὐτοῦ, ἀλλὰ δοκοῦν τι χρυσοῦν, ἢ ἐξ ἄλλης ὕλης κατασκευάσῃ ἀντὶ χειρὸς, ὥστε δι' αὐτοῦ τὸ

Digitized by Google

ὃ θεῖον δέξασθαι δῶρον, καὶ τῆς μεταλήψεως ταύτης ἀξιωθῆναι· ἀφορισθήσεται αὐτὸς, καὶ ὁ μεταδιδοὺς, ὡς προτιμῶντες τῆς τῷ θεοῦ εἰκόνος τὴν ἄψυχον ὕλην καὶ ὑποχείριον.

A manus loco conficit, ut per illud divinum donum acciperet, illiusque participatione haberetur dignus, & ipse & qui mysteria ei tradit segregabitur, ut qui inanimatam subjectamque materiam Dei imagini præferunt.

ΚΑΝΩΝ ρβ'.

Δεῖ δὲ τοὺς ἐξουσίαν λύειν καὶ δεσμεῖν παρὰ θεοῦ λαβόντας σκοπεῖν τὴν τῆς ἁμαρτίας ποιότητα, καὶ τὴν τοῦ ἡμαρτηκότος πρὸς ἐπιστροφὴν ἑτοιμότητα, καὶ οὕτω κατάλληλον τὴν θεραπείαν προσάγειν τῷ ἀῤῥωστήματι, ἵνα μὴ τῇ ἀμετρίᾳ καθ' ἑκάτερον χρώμενος, ἀποσφαλείη πρὸς τὴν σωτηρίαν τοῦ κάμνοντος. οὐ γὰρ ἁπλῆ τῆς ἁμαρτίας ἡ νόσος, ἀλλὰ ποικίλη καὶ πολυειδὴς, καὶ πολλὰς τῆς βλάβης τὰς παραφυάδας βλαστάνουσα, ἐξ ὧν ὃ κακὸν ἐπὶ πολὺ διαχεῖται καὶ πρόσω βαίνει, μέχρις ἂν σταίῃ τῇ δυνάμει τοῦ θεραπεύοντος. ὥστε καὶ τὴν ἰατρικὴν ἐν πνεύματι ἐπιστήμην ἐπιδεικνύμενον πρότερον χρὴ τὴν τοῦ ἡμαρτηκότος διάθεσιν ἐπισκέπτεσθαι, καὶ εἴ τε πρὸς τὴν ὑγίειαν νεύει, ἢ τοὐναντίον διὰ τῶν οἰκείων τρόπων προσκαλεῖται καθ' ἑαυτοῦ ὃ ἀῤῥώστημα, ἐφορᾷν, ὅπως τε τῆς ἐν τῷ μεταξὺ προνοεῖται ἀναστροφῆς· καὶ εἰ μὴ τῷ τεχνίτῃ ἀντιπαλαίει, καὶ ὃ τῆς ψυχῆς ἕλκος διὰ τῆς τῶν ἐπιτιθεμένων φαρμάκων αὐξάνει προσαγωγῆς, καὶ οὕτω καὶ ἔλεον κατ' ἀξίαν ἐπιμετρεῖν. πᾶς γὰρ λόγος θεῷ καὶ τῷ τὴν ποιμαντικὴν ἐγχειρισθέντι ἡγεμονίαν, ὃ πλανώμενον πρόβατον ἐπαναγαγεῖν, καὶ τρωθὲν ὑπὸ τοῦ ὄφεος ἐξιάσασθαι, καὶ μήτε κατὰ κρημνῶν ὠθῆσαι τῆς ἀπογνώσεως, μήτε καὶ χαλινὸν ἐπιδοῦναι πρὸς τὴν τοῦ βίου ἔκλυσίν τε καὶ καταφρόνησιν· ἀλλ' ἐν ἑτέρῳ τρόπῳ πάντως, εἴτε διὰ τῶν στηρωτέρων τε καὶ στυφόντων, εἴτε διὰ τῶν ἁπαλωτέρων τε καὶ πραοτέρων φαρμάκων, κατὰ τοῦ πάθους στῆναι, καὶ πρὸς συνούλωσιν τοῦ ἕλκους ἀνταγωνίσασθαι, τοὺς τῆς μετανοίας καρποὺς δοκιμάζοντι καὶ οἰκονομοῦντι σοφῶς καὶ πρὸς τὴν ἄνω λαμπροφορίαν καλούμενον ἄνθρωπον. ἀμφότερα τοίνυν εἰδέναι ἡμᾶς χρὴ, καὶ τὰ τῆς ἀκριβείας καὶ τὰ τῆς συνηθείας, ἕπεσθαι δὲ ἐπὶ τῶν μὴ καταδεξαμένων τὴν ἀκρότητα, ᾧ παραδοθέντι τύπῳ, καθὼς ὁ ἱερὸς ἡμᾶς ἐκδιδάσκει Βασίλειος.

Canon CII.

Oportet autem eos, qui solvendi & ligandi potestatem à Deo accepêre, peccati qualitatem considerare, & ejus qui peccavit ad conversionem promptum studium, & sic morbo convenientem afferre medicinam: ne si in utroque immoderatione utatur, ab ejus qui laborat salute excidat. Non enim simplex est morbus peccati, sed varius & multiformis, & multas incommodi propagines germinans: ex quibus malum multum diffunditur, & ulteriùs progreditur, donec viribus medentis reprimatur. Quare, qui medicinæ scientiam in spiritu profitetur, oportet eum primùm ejus qui peccavit affectionem considerare, &, sive vergat ad sanitatem, sive contrà propriis moribus provocet in se morbum, adspicere, & quomodo ejus quæ intercedit vitæ rationisque curam gerat: & si artifici non reluctatur, & ulcus animæ auget per impositorum medicamentorum adjectionem, sic quoque misericordiam, prout dignus est, impertiri. Omnem enim rationem init Deus, isque cui pastoralis traditus est principatus, ut errantem ovem reducat, & ei, quæ est à serpente vulnerata, medeatur, & neque per desperationis præcipitia impellat, nec ad vitæ dissolutionem & contemptum fræna relaxet: sed aliâ quidem omnino ratione, sive per acriora & astringentia, sive per molliora & leniora medicamenta, affectioni resistat, & ad ulceris obductionem adnitatur, fructus pœnitentiæ examinans, & sapienter dispensans & gubernans hominem, qui ad superiorem illuminationem vocatur. Nos enim utraque scire oportet, & quæ sunt summi juris, & quæ sunt consuetudinis, in iis autem, qui extrema non admittunt, sequi formam traditam, quemadmodum sanctus nos docet Basilius.

ΒΑΛΣ. Καὶ ἐν ἄλλαις συνόδοις ὡρίσθη, καὶ κατὰ χώραν Ἐπίσκοπον, καὶ ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ παναγίου πνεύματος ἐξουσίαν λαβόντα δεσμεῖν καὶ λύειν, μὴ πάντοτε προσέχειν τοῖς θεσμοθετηθεῖσι παρὰ τῶν κανόνων χάριν τῶν ἐπιτιμίων· ἀλλ' οἰκονομεῖν ταῦτα, πρὸς τὰ πρόσωπα τὰ ἐπιτιμώμενα, ἤγουν πρὸς τὰς ἡλικίας αὐτῶν, καὶ πρὸς τὰς διαθέσεις, καὶ πρὸς τὰ ἐπιτηδεύματα, ἀλλὰ μὴν καὶ πρὸς τὴν ποιότητα τοῦ ἁμαρτήματος, καὶ οὕτω προσάγειν ἑκάστῳ ἀῤῥωστήματι θεραπείαν κατάλληλον. καὶ ὁ παρὼν δὲ κανὼν τοῦτο αὐτὸ διορίζεται, ἀνατιθέμενος ὃ πᾶν τῆς διὰ τῶν ἐπιτιμίων θεραπείας τοῦ κάμνοντος εἰς τὴν διάκρισιν τοῦ ἰατρεύοντος, ἤγουν τοῦ κατὰ χώραν Ἐπισκόπου, καὶ τοῦ ἐπιτραπησομένου παρ' αὐτοῦ. καὶ ὁ μὲν σκοπὸς τοῦ κανόνος οὗτός ἐστι, σαφέστατός τε καὶ εὔληπτος. διὰ γὰρ τοῦτο οὐδὲ πλέον τι γέγραπται παρ' ἡμῶν χάριν ἑρμηνείας. ἐν τῷ τέλει δὲ διορίζεται, ὀφείλειν ἡμᾶς εἰδέναι καὶ τὰ τῆς ἀκριβείας καὶ τὰ τῆς συνηθείας. γράφεται δὲ καὶ τὰ τῆς συμπαθείας, ἀκολούθως τῷ ἀποστολικῷ ῥητῷ τῷ λέγοντι, εἰ δέ τις οὐχ ὑπακούει τοῦ λόγου ἡμῶν, διὰ τῆς ἐπιστολῆς τοῦτο σημειοῦσθαι, καὶ μὴ συναναμίγνυσθαι αὐτῷ, ἵνα ἐντραπῇ· μηδὲ ὡς ἐχθρὸν ἡγεῖσθε, ἀλλὰ νουθετεῖτε ὡς ἀδελφόν. ταῦτα γὰρ ἐλέους καὶ συμπαθείας εἰσὶν, ἤτοι συνηθείας, ἤγουν τοῦ ἤθους τῷ χρόνῳ δοκιμασθέντος καὶ βεβαιωθέντος. συναγαγὼν τοίνυν, εἰπὲ, ὡς χρὴ ἡμᾶς εἰδέναι, καὶ τὰ τῆς συμπαθεστέρας συνηθείας· καὶ πῇ μὲν, κανονικῶς θεραπεύειν τὰ ἀῤῥωστήματα, ὅταν ἑτοίμως καταδέχωνται οἱ κάμνοντες τὰ ἐπιτίμια· πῇ δὲ, διὰ τῶν συνήθων καὶ συμπαθεστέρων ἰατρειῶν, ὅταν σκληρότεροι ὦσιν εἰς τὴν ὑποδοχὴν τῶν ἐπι-

Bals. In aliis quoque Conciliis statutum est, ut qui est loci Episcopus, qui à sancti Spiritus gratia accepit potestatem ligandi & solvendi, non ea omnino observet, quæ de pœnis à canonibus statuta sunt: sed eas modificetur, habita ratione personarum quibus infliguntur, earum scilicet ætatum & affectionum, & vitæ studiorum, & etiam qualitatis peccati; & sic unicuique morbo afferat convenientem medicinam. Præsens autem Canon hoc ipsum quoque statuit, universam per pœnas ægroti curandi rationem medici prudentiæ ac judicio relinquens, Episcopi scilicet illius loci, & ejus cui hoc ab eo committetur. Et hic est quidem scopus Canonis, manifestissimus & comprehensu facillimus. Propterea enim nec plura à nobis in ejus interpretationem scripta sunt. In fine autem statuit, nos ea quæ sunt summi juris scire oportere, & quæ sunt consuetudinis (Græcè est, καὶ τὰ τῆς συνηθείας.) Invenitur autem etiam scriptum τὰ τῆς συμπαθείας quæ sunt commiserationis, consequenter dicto Apostolico, quod ita se habet; Si quis autem id, quod à nobis dicitur, non audit, hoc per Epistolam significari, & ne cum illo consuetudinem haberi ut confundatur: neque ut inimicum existimate, sed admonete ut fratrem. Ea autem sunt misericordiæ & commiserationis, sive consuetudinis & moris scilicet tempore comprobati & confirmati. His ergo simul collectis, dic, quòd oportet nos scire, & quæ sint pœnæ canonicæ summo jure, & quæ sunt paulo mitioris consuetudinis: & aliquando quidem morbos canonicè curare, quando, qui laborat, pœnas satis

Digitized by Google

promptè & non gravatè acceperint; aliquando verò per consuetas & mitiores medicinas, quando ii, quibus medicina adhibetur, ad pœnas suscipiendas paulo duriores fuerint. Ad hæc consueta enim nemo restiterit. His consimiliter jubet magnus quoque Basilius in tertio suo canone.

πμίων ἰατρευόμενοι. εἰς ταῦτα γὰρ τὰ συνήθη οὐδεὶς ἂν τις ἀντιστῇ. προμθίως δὲ τούτοις προσκελεύεται καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ γ'. κανόνι αὐτοῦ.

Zonar. Cum de multis ac variis mulctarum generibus Synodus disserverit, suásque singulis criminibus pœnas vicissim debitas constituerit, hoc demum canone Episcoporum judicio universa permisit. Nec vero solum de peccatorum qualitate gravioráne an leviora sint, cogitandum, sed ejus quoque qui peccavit, affectionem, & quomodo ad pœnitentiam disponitur, an scilicet ad ea remedia quæ acrimoniam, acerbitatémque habeant, excipienda sit paratus, an vero curationem mollis ac segnis animus reformidet, inspiciendum, proque affectionum varietate, diversam curandæ ægritudinis rationem ineundam esse demonstrat, ne duobus forte eodem crimine obstrictis, quorum alter ad luendas errati pœnas paratus sit, segniorem se alter ac tardiorem præbeat, qui utrumque curandum suscepit, si solius peccati spectata ratione, eadem utrique remedia curationis adhibeat, aberret longius, ac ægrotanti salutem afferre non ita facile possit. Nam ille quidem alter, ad expianda crimina strenue paratus, etiam si acerbior homini pœna luenda sit, non recusabit, séque totum illius à quo regitur voluntati, arbitrióque permittet; Alter vero qui nullo se pœnitentiæ amore incensum ostendat, acriorem quamcunque medicinam fastidiose respuet, neque modo morbos non depellet, sed desperatione fortasse victus in facinora etiam gravioia præcipitabit. Multiplex enim est, inquiunt Patres, ac varius peccati morbus, multásque propagines erroris emittit, ex quibus malum longè latéque diffunditur, hoc est, latius evagatur ac serpit, donec eousque processerit, ut etiam medicinam adhibere cupientis longe superet facultatem. Proinde, sit illa prima, inquit, spiritualis medici cura, ut eum qui peccavit, quemadmodum animo affectus sit, diligenter inspiciat, an ardentiorem agat pœnitentiam, & sanitatem appetat, an contra, morum improbitate morbum suum ipsemet augeat; tum quænam hominis post admissum facinus vitæ ratio ac modus; an cum medici artificio ipsemet, insaniâ correptorum more, colluctetur; illi enim medicis adversantur, salutariáque ipsis medicamenta adhibentes repellunt. Illud quoque sedulò animadvertat; ne forte animæ ulcus ipsa curatione medicamentorúmque appositione crudescat; itáque oleum, ut ægritudinis ratio postulabit, medicamentis admisceat. Est verò id quod dicit hujusmodi; esse nimirum à spirituali medico attentè considerandum ægrotantis affectum; ut nec eum, qui angusto pusillóque animo sit, vehementioribus remediis urgeat, ne vulneris molestiam, desperata ab eo curatione, adhuc magis intendat; neque, quem asperioribus medicamentis sufficere posse intellexerit, in eo curando facilioribus utatur, ex quo illum pœnæ levitas in eandem vel etiam graviorem noxam rursus impellat: sed esse miserationem unicuique pro meritis impertiendam, hoc est pro ea, quæ in singulis fuerit animi affectione, ita uniuscujusque miserendum; & animi quidem abjectioris hominem, leviore pœna, magni vero spiritus & erectum, graviore puniendum; idque totum misericordiæ tribuendum, ut ab altero quidem squallorem & sordes abstergat, alterius vero vulnus ne scalpendo adhuc magis exasperet. Omnis siquidem tum ipsius Dei tum pastoris animarum cura & studium in eo positum est, ut errabundas oves in suam stationem revocet, ac serpentis veneno infectis salutarem faciat medicinam, nec vel acerbitate nimia in præruptæ desperationis impellat, vel indulgentia ac remediorum facilitate habenas quodammodo, quasi equo,

Ζωναρ. Περὶ πολλῶν ὑπτιμίων καὶ διαφόρων διαλεχθεῖσα ἡ συνοδος, καὶ τῆς ἀπαριθμηθέντων πλημμάτων ἑκάστῳ ὃ καταλληλον ἀποτάξασα πλάστιγγον διὰ τοῦ παρόντος κανόνος ὃ πᾶν τῇ κρίσει τῆς Ἐπισκόπων ἀνέθετο. καὶ σκεπτέον, φησι, μὴ μόνον τὴν ποιότητα τῆς ἁμαρτίας σκοπεῖν, εἰ μεγάλη τυχὸν εἴη ἢ μετρία· ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ ἡμαρτηκότος διάθεσιν, καὶ ὅπως πρὸς τὴν μετάνοιαν διάκειται· εἰ ἑτοίμως ἔχει δηλαδὴ δέξασθαι φάρμακα σύφοντα καὶ πικραίνοντα, ἢ μαλακώτερον διάκειται, καὶ νωθρότερον πρὸς τὴν θεραπείαν· καὶ οὕτω καταλληλον προσάγειν ὃ ἴαμα· ἵνα μὴ δύο τυχὸν τῆς ὁ αὐτὸ ἁμαρτησάντων ὄντων, καὶ τῷ μὲν ἑτοίμου τυγχάνοντος πρὸς μετάνοιαν· τῷ δὲ νωθρότερον διακειμένῳ, ὁ θεραπεύων αὐτοὺς πρὸς ὃ ἁμάρτημα μόνον ἀποβλέπων, καὶ ἑκατέρῳ αὐτῆς ὁμοίως χρώμενος, ἀποσφαλείη πρὸς τὴν σωτηρίαν τοῦ κάμνοντος. ὁ μὲν γὰρ ἑτοίμως ἔχων πρὸς τὴν μετάνοιαν, κἂν ἀυστηρότερον εἴη ὃ ὑπτίμον, δέξεται τοῦτο, κὴ ἑαυτὸν ὑποθήσει τῇ τοῦ αὐτὸν οἰκονομοῦντος θελήματι· ὁ δὲ μὴ θερμότητα σπουδὴς πρὸς μετάνοιαν ἀποδυσωτήσει πρὸς τὰ πρὸν σύφοντα φάρμακα, κὴ ὑ μόνον οὐκ ἰαθήσεται, ἀλλὰ καὶ εἰς ἀπόγνωσιν ἴσως ἐμπεσὼν χείροσιν ὑποπεσεῖται πλημμελείας. πολυειδὴς γάρ, φασιν οἱ πατέρες, κὴ ποικίλη τῆς ἁμαρτίας ἡ νόσος, καὶ πολλὰς προφυάδας τῆς βλάβης βλαστάνουσα, ἐξ ὧν προφυάδων ὁ κακὸν διαχεῖται, πλατυύεται δηλαδὴ καὶ προέισιν, ἕως ἂν τοιοῦτον ηὐξηται, ὥστε ὑφνικᾶν καὶ τὴν τοῦ θεραπεύοντος δύναμιν. διὰ τοῦτό, φησι, ⟨Θ⟩ πνευματικὸν ἰατρὸν δεῖ πρῶτον τὴν τοῦ ἡμαρτηκότος διάθεσιν κατασκοπεῖν, εἴτε θερμῶς μετέχοι, καὶ ὑγείας ὀρέγεται, εἴτε μᾶλλον τὴν νόσον αὔξει καθ' ἑαυτῷ διὰ πρόπων κακίαν, κὴ πῶς μὴ τὴν ἁμαρτίαν ἀναστρέφεται καὶ βιοῖ, καὶ εἰ μὴ τῇ τεχνίτῃ ἀντιπαλαίσει, ὅπερ γίνεται ὅτι τῇ μανίαν νοσοῦντων. ἐκεῖνοι γὰρ τοῖς ἰατροῦσιν αὐτοὺς ἀνθίστανται, κὴ οὐκ ἐῶσι προσαγαγεῖν αὐτοῖς τὰ σωτήρια φάρμακα. σκοπεῖν ὃ καὶ τοῦτο, μήποτε ἰατρεύων καὶ φάρμακα προσάγων διὰ τῆς ὑπτιότητος αὐτῆς αὐξάνῃ ὃ ἕλκος ὃ ψυχικὸν, καὶ οὕτω ⟨Θ⟩ ἔλεον κατ' ἀξίαν ὑπομετρῇ. ὃ δὲ λέγει τοῦτό ἐστιν· ὅτι προσέχειν δεῖ ⟨Θ⟩ πνευματικὸν ἰατρὸν τῇ διαθέσει τοῦ κάμνοντος, καὶ μήτε τῷ μικροψύχῳ ὑπτιοτέραν σύφοντα φάρμακα, ἵνα μὴ μᾶλλον αὐξήσῃ ὃ ἕλκος, ἀπαγορεύσαντος πρὸς τὴν θεραπείαν ἐκείνου, μήτε τῷ δυναμικῷ τὰ αὐστηρότερα δέχεσθαι μαλακώτερον προσφέρεσθαι, ὥστε διὰ τὴν μαλακότητα τῆς ὑπτιμίων ἐμπίπτειν ἐκεῖνον εἰς ὃ αὐτὸ πάθος κὴ εἰς μεῖζον ἴσως· ἀλλὰ ὑπομετρῆσαι ⟨Θ⟩ ἔλεον κατ' ἀξίαν, ἤγουν ἑλεῆσαι ἕκαστον ἀξίως τῆς αὐτοῦ διαθέσεως, κὴ ἐλαφρύνειν μὲν τῷ μικροψύχῳ τὴν ὑπτίμησιν, βαρύνειν δὲ τῷ μεγαλοψύχῳ αὐτὴν, κὴ ἀμφότερα δι' ἔλεον ποιεῖν, ἵνα ⟨Θ⟩ μὲν ἐκκαθαίρῃ τοῦ ῥύπου, τῆς δὲ μὴ ὑπερξέσῃ τὸ τραῦμα, κὴ χεῖρον τὸ ἕλκος ἐργάσηται. ἡ γὰρ παῖς φρονὶς καὶ σωουδὴ τῷ τε θεῷ. καὶ τῇ ψυχῶν ποιμένι τοῦτό ἐστι, τὸ, τὸ πλανώμενον προβάτιον ἐπισυνάγειν, καὶ τὸ φαρμαχθὲν ὑπὸ τοῦ ὄφεως ἐξιάσασθαι, κὴ μήτε διὰ τῆς ἀυστηρίας ὠθῆσαι κὴ κρυμνοῦ τῆς ὑπογνώσεως, μήτε διὰ χαυνότητος καὶ τῆς ἀπαλωτέρων φαρμάκων ἐνδοσιν αὐτῇ ⟨Θ⟩ χαλινὸν, ὡς ἔπος, ὥστε σκιρτᾶν καὶ βίον ἔκλυτον ζῆν, ἀλλὰ σωφρονίζειν διὰ τῆς πάθης, εἴτε δι' ἀυστηρίας, εἴτε διὰ πραότητος, ὡς ἂν διαθέσεως ἔχῃ πρὸς αὐτὰ ὁ θεραπεύμενος. τοῦτο δ' ἔστι

ἔσται, εἰ δοκιμάζῃ καὶ κατασοφίζεται τοὺς τῆς μεζονοίας αὐτῷ καρποὺς, καὶ οἰκονομεῖν Θ᾽ πρὸς τὸ ἄνω λαμπροφορείαν, ἤγουν τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν καλούμενον θεῖον τρόπον. ἀμφότερα οὖν ἐνδέχεται ἡμᾶς γινώσκειν, φασὶν οἱ τῆς συνόδου πατέρες, καὶ τὰ τῆς ἀκριβείας, καὶ τὰ τῆς συνηθείας ἢ συμπαθείας. γράφονται γὰρ καὶ ἀμφότερα, ἤγουν καὶ ὅσα ἡ ἀκρίβεια βούλεται, καὶ ὅσα ὁ συμπαθὴς ἀπαιτεῖ δικαίως καὶ σὺν λόγῳ κρίσει γινόμενον· ἢ τὰ τῆς συνηθείας, ἤγουν τὰ τῷ ἔθει τῷ χρόνῳ δοκιμασθέντα Θ᾽ καὶ βεβαιωθέντα Θ᾽, ὃ καὶ ὡς νόμον κρατεῖν καὶ οἱ θεῖοι κανόνες, καὶ οἱ τῆς πολιτείας νόμοι κελεύουσι. καὶ ὁ μέγας δὲ Βασίλειος ὅτι τῶν μὴ καταδεχομένων τὸ ἀκρότητα τῶν προσδοθέντων τύπων ἔπεσθαι τῇ συνηθείᾳ ἐδίδαξε. τὸ ἄνω δὲ λαμπροφορείαν εἶπεν, ὅτι τοῖς θείοις παρασὶ καὶ διδασκάλοις βασιλεία τῶν οὐρανῶν πρὸ τῶν ἄλλων ἡ ἑλλαμψις κέκριται, ἡ ἐκ τῆς θείας φύσεως, καὶ ὃ νοῆσαι πλεώτερον.

A ad lasciviam solutumque vitæ genus remittat: sed vitiis obsistere, adhibita vel austeritate vel lenitate, pro ejus, quem curandum susceperit, affectione contendat. Quod quidem ita fiet, si ipsorum pœnitentiæ fructus examinaverit & diligenter consideraverit; proindéque hominem ad illustrationis supernæ claritatem, ad regnum nimirum cœleste vocatum, regendum sibi moderandumque suscipiat. Duo igitur illa, inquiunt Synodi Patres, licet nobis cognoscere, tum ea quæ summi juris sunt, tum ea quæ consuetudini sive misericordiæ tribuuntur. Utraque enim scriptis commendata extant; & ea nimirum, quæ summi juris severitas exigit, & quæ, temporis opportunitate servata judicióque adhibito, commiseratio B postulat: vel quæ consuetudo, mos videlicet hominum temporis diuturnitate probatus confirmatúsque deposcit. Nam ea quoque instar legis, tum sacrorum canonum decretis tum civilium etiam legum constitutionibus obtinet. Magnus quoque Basilius in iis, qui pœnarum severitatem antiquis formulis expressam non admittunt, sequendam esse consuetudinem docuit. Illustrationem porro supernam dixit, eo quòd regnum cœlorum in illustratione quadam, in primis ex natura divina emanante, ac perfectiore Dei cognitione, sancti Patres ac Doctores positum esse judicaverunt.

C

ΑΡΙΣΤ. Ἡ τῆς ἁμαρτίας ὅτι πᾶσι σκοπεῖται ποιότης, καὶ ἡ ἐπιστροφὴ καθορᾶται· καὶ οὕτω μετρεῖται ὁ ἔλεος.

ARIST. *Peccati qualitas in omnibus consideratur, & conversio perspicitur. Et sic misericordia mensurâ disponitur.*

Τὰ μὲν ἐπιτίμια ἐφ᾽ ἑκάστῳ ἁμαρτήματι ὥρισαν οἱ πατέρες. τὸ δὲ κρίσιν πᾶσαν ἀνέθεντο Θ᾽ πρὸς τὸ ἐξουσίαν ὡς ἀπὸ θεοῦ λαβόντα τοῦ δεσμεῖν τε καὶ λύειν· ὅπως αὐτὸς καὶ τὴν ποιότητα σκοπήσῃ τοῦ ἁμαρτήματος Θ᾽, καὶ τὴν ἐπιστροφὴν τοῦ ἡμαρτηκότος Θ᾽, καὶ ὕστως ἐπιμετρήσῃ ὁ ἔλεος, τὴν θεραπείαν προσάγων κατάλληλον τῷ ἀῤῥωστήματι. ὁ γὰρ πᾶς λόγος Θ᾽ τῷ θεῷ, καὶ τῷ τὴν ποιμαντικὴν ἐγχειρισμένῳ ἡγεμονίαν ἐν τούτῳ ἔξι, ἐν τῷ τὸ πλανώμενον πρόβατον ἐπαναγαγεῖν, καὶ μὴ κατ᾽ κρημνῶν ὠθῆσαι τῆς ἀπογνώσεως, καὶ πρὸς τὰ ὑπὸ τοῦ ὄφεως δηχθέντα ὑπὸ τοῦ ὄφεως δηχθῆσαι, εἴ τε διὰ τῶν αὐστηροτέρων τε καὶ τυφόντων, εἴτε διὰ τῶν ἀπαλωτέρων, καὶ θραυστέρων φαρμάκων.

Pœnas quidem cuique peccato adhibendas decreverunt Patres. Sed totum judicium ei relinquunt qui ligandi & solvendi potestatem à Deo accepit, ut ille & peccati consideret qualitatem, & ejus qui peccavit conversionem, & sic misericordiam mensurâ disponat, medelam morbo convenientem adhibens. Omnis enim ratio Deo & ei cui Pastoralis traditur prin- D cipatus, in eo est, ut errantem ovem reducat, & non in desperationis præcipitia impellat, & à serpente vulneratum medicetur, sive per acriora & astringentia, sive per molliora & leniora medicamenta.

CANONES

Digitized by Google

A

CANONES SANCTÆ ET UNIVERSALIS VII. SYNODI.

BALS. SAncta & œcumenica septima Synodus fuit anno 6296. indictione xi. sub Imp. Constantino & Irene matre ejus, (Erat autem hic Constant. filius Leonis filii Copronymi) ccclxvii. sanctis patribus Nicææ Bithyniæ secundò congregatis, adversus eos qui imaginum hostes seu Christianorum erant accusatores: Quæ quidem imagines relativè adorari & salutari decrevit.

ZONAR. SAncta & œcumenica septima Synodus, Constantino & Irene ejus matre imperantibus, celebrata fuit. (Constantinus hic porro Leonis ex Copronymo geniti filius) trecentis septem & sexaginta Sanctis Patribus Nicææ, quæ in Bithynia est, adversus imaginum hostes seu Christianorum accusatores, congregatis. Quæ quidem imagines relativè adorandas & amplectandas, quemadmodum & verendæ crucis figuram, decrevit, & fidelium Ecclesiæ tradidit, sic à Domino assumptæ humanitatis, & ejus, quæ ipsum sine semine modóque prorsus inexplicabili edidit, Deiparæ omniúmque sanctorum simulacra, esse colenda. Sed &, ad Ecclesiæ constitutionem fideliúmque utilitatem, subjectos præterea canones promulgavit.

CANON I.

Iis, qui sacerdotalem dignitatem sortiti sunt, testimonia & ad rectè se gerendum instituta sunt canonicarum constitutionum descriptiones: quas cum Deiloquo Davide lubenter recipientes, ad Dominum Deum cantamus, dicentes; In via mandatorum tuorum lætatus sum, tanquam in omnibus divitiis; & mandâsti justitiam, testimonia tua in sæculum; intellectum da mihi & vivam. Et in seculum nos jubet vox prophetica testimonia Dei servare, & in eis vivere, ut quæ scilicet nequaquam concutienda nullâque ratione labefactanda permaneant. Nam & qui Deum vidit Moses sic ait; Eis non licet addere, nec eis licet detrahere. Et divinus Apostolus Petrus, in iis glorians, exclamat; Ad quæ Angeli prospicere desiderant. Atque etiam dicit Paulus; Etiamsi nos vel Angelus de cælo evangelizaverit vobis præter id, quod nos evangelizavimus vobis, sit anathema. Cùm hæc ergo ita se habeant, & sint nobis testata, iis exultantes, ut si quis multa spolia invenerit, divinos canones lubenter amplectimur, eorúmque constitutionem integram & illabefactam confirmamus, qui editi fuerunt à sanctis spiritus tubis, summa laude celebrandis Apostolis, & sex sanctis universalibus Synodis, iísque quæ ad ejusmodi decretorum traditionem localiter coactæ fuerunt, & nostris sanctis patribus. Ex uno enim eodémque spiritu omnes illuminati, quæ erant utilia, decreverunt: & quos anathemati quidem transmittunt, nos quoque anathematizamus; quos verò depositioni, nos quoque deponimus; quos autem segregationi, nos itidem segregamus; & quos pœnæ tradunt, nos quoque similiter subjicimus. Sine avaritia namque sint mores, præsentibus contenti, is qui tertium cælum conscendit, & arcana verba audivit, divinus Apostolus Paulus apertè vociferatur.

BALS. Testimonia dicuntur divinarum scripturarum præcepta, ut quæ testificentur & describant quomodo fideles vitam instituere oporteat. Hujus ergo sanctæ Synodi Patres dicunt, à Sanctis Apostolis,

ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ καὶ οἰκουμενικῆς ἑβδόμης συνόδου.

ΒΑΛΣ. Η ἁγία καὶ Οἰκουμενικὴ ἑβδόμη σύνοδος γέγονεν ἐν ἔτει ϛσϛϛ'. ἰνδικτιῶνος α'. ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης τῆς μητρὸς αὐτοῦ· ἦν δὲ ϛϛϛ ὁ Κωνσταντῖνος υἱὸς Λέοντος τοῦ υἱοῦ τοῦ Κοπρονύμου, τριακοσίων ἑξήκοντα ἑπτὰ ἁγίων πατέρων συναθροισθέντων ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας ὃ δεύτερον, κατὰ τῶν εἰκονομάχων, ἥγουν Χριστιανοκατηγόρων· ἥτις τὰς εἰκονικὰς ἐκτυπώσεις προσκυνεῖσθαι καὶ κατασπάζεσθαι σχετικῶς ἐψηφίσατο.

ΖΩΝΑΡ. Η ἑβδόμη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος γέγονεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης τῆς μητρὸς αὐτοῦ. ἦν δὲ ϛϛϛ ὁ Κωνσταντῖνος υἱὸς Λέοντος τοῦ υἱοῦ τοῦ Κοπρονύμου, τριακοσίων ἑξηκοντα ἑπτὰ ἁγίων πατέρων ἀθροισθέντων ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας κατὰ τῶν εἰκονομάχων, ἥγουν χριστιανοκατηγόρων. ἥτις τὰς εἰκονικὰς ἐκτυπώσεις προσκυνεῖσθαι καὶ κατασπάζεσθαι σχετικῶς ἐψηφίσατο, ὁμοίως τῷ τοῦ τιμίου σταυροῦ τύπῳ, καὶ τῇ τῶν πιστῶν ἐκκλησίᾳ παρέδωκεν, οὕτω σέβεσθαι τοὺς τύπους τοῦ προσλήμματος τοῦ κυρίου καὶ τῆς αὐτὸν ἀσπόρως καὶ ἀῤῥήτως τεκούσης θεοτόκου, καὶ τοὺς τῶν ἁγίων ἁπάντων. Ἀλλὰ καὶ κανόνας ἐξέθετο εἰς κατάστασιν ἐκκλησιαστικὴν, καὶ εἰς ὠφέλειαν τῶν πιστῶν, οἵπερ εἰσὶν οὗτοι.

ΚΑΝΩΝ α'.

Τοῖς τὴν ἱερατικὴν λαχοῦσιν ἀξίαν μαρτύριά τε καὶ κατορθώματα αἱ τῶν κανονικῶν διατάξεών εἰσιν ὑποτυπώσεις· ἃς δεχόμενοι ἀσμένως, μετὰ τοῦ θεοφάντορος Δαβὶδ ᾄδομεν πρὸς τὸν δεσπότην θεὸν λέγοντες· ἐν τῇ ὁδῷ τῶν μαρτυρίων σου ἐτέρφθην, ὡς ἐπὶ παντὶ πλούτῳ, καὶ ἐνετείλω δικαιοσύνην, τὰ μαρτύριά σου εἰς τὸν αἰῶνα· συνέτισόν με, καὶ ζήσομαι. καὶ εἰς τὸν αἰῶνα ἡ προφητικὴ φωνὴ ἐντέλλεται ἡμῖν φυλάττειν τὰ μαρτύρια τοῦ Θεοῦ, καὶ ζῆν ἐν αὐτοῖς, δηλονότι ἀκράδαντα καὶ ἀσάλευτα διαμένουσι. ὅτι καὶ ὁ θεόπτης Μωϋσῆς οὕτω φησίν· ἐν αὐτοῖς οὐκ ἔστι προσθεῖναι, καὶ ἀπ' αὐτῶν οὐκ ἔστιν ἀφελεῖν. καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος Πέτρος ἐν αὐτοῖς ἐγκαυχώμενος βοᾷ, εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακῦψαι. καὶ ὁ Παῦλός φησι, κἂν ἡμεῖς ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται ὑμῖν παρ' ὃ εὐηγγηλισάμεθα ὑμῖν ἀνάθεμα ἔστω. τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων καὶ διαμαρτυρομένων ἡμῖν, ἀγαλλιώμενοι ἐπ' αὐτοῖς, ὡς εἴ τις εὕροι σκῦλα πολλὰ, ἀσπασίως τοὺς θείους κανόνας ἐνστερνιζόμεθα, καὶ ὁλόκληρον τὴν αὐτῶν διαταγὴν καὶ ἀσάλευτον κρατύνομεν, τῶν ἐκτεθέντων ὑπὸ τῶν ἁγίων σαλπίγγων τοῦ πνεύματος τῶν πανευφήμων ἀποστόλων, τῶν τε ἐξ ἁγίων οἰκουμενικῶν συνόδων καὶ τῶν τοπικῶς συναθροισθεισῶν ἐπὶ ἐκδόσει τοιούτων διαταγμάτων, καὶ τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν. ἐξ ἑνὸς γὰρ ἅπαντες καὶ τοῦ αὐτοῦ πνεύματος αὐγασθέντες, ὥρισαν τὰ συμφέροντα, καὶ οὓς μὲν τῷ ἀναθέματι παραπέμπουσι; καὶ ἡμεῖς ἀναθεματίζομεν· οὓς δὲ τῇ καθαιρέσει, καὶ ἡμεῖς καθαιροῦμεν· οὓς δὲ τῷ ἀφορισμῷ, καὶ ἡμεῖς ἀφορίζομεν· οὓς δὲ ἐπιτιμίῳ παραδιδόασι, καὶ ἡμεῖς ὡσαύτως ὑποβάλλομεν. ἀφιλάργυρος γὰρ ὁ τρόπος, ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσιν, ὁ βεβηκὼς εἰς τρίτον οὐρανὸν, καὶ ἀκούσας ἄῤῥητα ῥήματα, Παῦλος ὁ θεῖος ἀπόστολος διαῤῥήδην βοᾷ.

ΒΑΛΣ. Μαρτύρια λέγονται τὰ τῶν θείων γραφῶν παραγγέλματα, ὡς διαμαρτυρόμενα καὶ ὑποτυποῦντα πῶς χρὴ πολιτεύεσθαι τοὺς πιστούς. φασὶν οὖν οἱ τῆς συνόδου ταύτης ἅγιοι πατέρες, ὅτι κατασπαζόμενοι τοὺς προεκτεθέντας κανόνας παρὰ τῶν

τῶν ἁγίων ἀποστόλων, τὸ ἐξ οἰκουμενικῶν Συνόδων καὶ τῶν τοπικῶν, ἀναθεματίζομεν τοὺς ἐπὶ τούτοις ἀναθεματισθέντας, καθαιρούμενοι τοὺς καθαιρεθέντας, ἀφορίζομεν τοὺς ἀφορισθέντας καὶ ἐπιτιμῶμεν τοὺς ἐπιτιμηθέντας· ἀφιλάργυρος γὰρ ὁ ἡμέτερος, τουτέστιν οὐδὲν τι πλέον ἡμῖν φιλοδοξίαν τούτοις προσετάξαμεν, ἀπλεονασάμενοι ὡς φιλάργυροι, ἀλλ' ἀρκέσθημεν τοῖς παρ' ἐκείνων διορισθεῖσι. καὶ ὁ μὲν σκοπὸς τοῦ κανόνος οὗτος ἔστι. τὰ δ' ἐν αὐτῷ περιεχόμενα γραφικὰ σαφῆ ὄντα, ἑρμηνείας οὐ δέονται. γινώσκε δέ, ὅτι ἔστι μὲν ὁ κανὼν τῶν ἀποστολικῶν καὶ Συνοδικῶν κανόνων μόνων ἐμνήσθη· ὁ β'. δὲ κανὼν τοὺς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου διορίζεται καὶ ἑτέρων ἁγίων θεσπίσματα ὡς τοὺς ἱεροὺς κανόνας κρατεῖν. μὴ θαυμάσῃς οὖν, πῶς καὶ περὶ τούτων οὐ γέγραπταί τι ἐνταῦθα. προκέκτηνται γὰρ οἱ πατέρες τοῖς ὁρισθεῖσι τότε λίαν καλῶς. μὴ ἐναντιωθῇ δέ σοι ἡ ῥηθεῖσα. Ἰουστινιάνειος νεαρὰ, ἡ καλαστρωθεῖσα εἰς χεῖλιον τοῦ δευτέρου κεφ. τοῦ α'. τίτλου τοῦ πρώτου. συντάγματος, καὶ μεμνημένη μόνων τῶν οἰκουμενικῶν Συνόδων καὶ τῶν τοπικῶν. διὰ ὧν γὰρ ἐπεκύρωσε ὁ β'. κανονα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, συνεπέρεξε καὶ τὰ τῶν ἑτέρων ἁγίων θεσπίσματα, τὰ τούτῳ περιεχόμενα.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ ἁπαιτῆν ⸀ ἀρχιερέα τὴς ὑπ' αὐτὸν διδύναι τι αὐτῷ, πάντη κωλύει ὁ κανών, καὶ ⸀ μέγα Παῦλον εἰσάγει λέγοντα· χρυσίου, ἢ ἀργυρίου, ἢ ἱματισμοῦ οὐδενὸς ἐπεθύμησα, τύπον ἑαυτὸν καὶ ὑπόδειγμα πᾶσι διδόναι, ὅπως ὕστερον χρὴ τοὺς πιστοὺς ἀναφέρειν, καὶ κοπιῶντας ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἀσθενῶν· ἀδικεῖ δὲ οὐ τοὺς νοσοῦντας δηλῶν, ἀλλὰ πάντας τοὺς ὁπωσδήποτε δεομένους ἐλέους. εἰ δὲ πᾶσι ταῦτα ἐπιτέλει, πολλῷ μᾶλλον ἂν τοῖς Ἐπισκόποις ἁρμόσοιεν. ὀρθῶς οὖν, μὴ προφάσει πλατυνόμενον δι' αἰσχροκέρδειαν ⸀ Ἐπίσκοπον ἁπαιτῆν, ἀπὸ τῶν ὑπ' αὐτὸν ὄντων Ἐπισκόπων, κληρικῶν, ἢ μοναχῶν, χρυσὸν, ἢ ἄργυρον, ἢ ἕτερον εἶδος. ἄδικος γάρ, φησὶν, ἡ τοιαύτη ἀπαίτησις· ἀδίκοι δὲ βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι. καὶ οὐκ ὀφείλει τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσι θησαυρίζειν, ἀλλ' οἱ γονεῖς τοῖς τέκνοις. καὶ ταῦτα δὲ ἀποστολικά τὰ ῥητά. εἰ γοῦν ἁπαιτῆσαί τις Ἐπίσκοπος τοὺς ὑπ' αὐτὸν οἱονδήποτε φόρον, καὶ μὴ εὐπειθεῖς διείσκων αὐτοὺς, ἀφορίσῃ αὐτοὺς, ἢ δι' ἐμπαθείαν ἑτέραν, ἢ κλείσῃ ναὸν, ὥστε μὴ γίνεσθαι ἐν αὐτῷ τὰς ἱερουργίας, εἰς ἀναίδειαν ⸀ ναὸν δηλαδὴ τὸν ὀργὴν αὐτοῦ, διὰ μανίαν δέ ⸀ παύσει φρενῶν καὶ φλύαρον ὠνόμασεν, ὑπερέμπων, ἀναίδητος ἔσται, φησὶ, καὶ τῇ ζωοπαθείᾳ ὑποκείσεται, ἥττων ἀφορισθήσεται, καὶ ὃ ἐποίησε παθὴ ὁ μὲν Ἐπίσκοπος ⸀ παρὰ μητροπολίτου αὐτοῦ, ὁ δὲ μητροπολίτης ⸀ παρὰ τοῦ πατριάρχου, οἷς ὑποκειται, καὶ ὑπιστρέψει ὁ πόνος αὐτοῦ εἰς κεφαλὴν αὐτοῦ, ὡς παραβάτου ἐντολῆς θεοῦ καὶ τῆς ἀποστολικῆς διατάξεως. ⸂ ἐξῆς τίθησι τὰ τοῦ κορυφαίου τῆς ἀποστόλων Πέτρου ῥητὰ, ἃ ἐν τῇ πρώτῃ τῆς καθολικῆς αὐτοῦ ὑπιστολῆς γέγραπται.

ΑΡΙΣΤ. Ὀρίζομεν μηδ' ὅλως ὑπολογίσασθαι Ἐπίσκοπον ἀπαιτῆν χρυσὸν, ἢ ἄργυρον, ἢ ἕτερον εἶδος, τοὺς ὑπ' αὐτὸν Ἐπισκόπους, ἢ κληρικοὺς, ἢ μοναχούς. εἴ τις οὖν δι' ἀπαίτησιν χρυσοῦ, ἢ ἑτέρου εἴδους, ἢ διά τινα ἰδιοπάθειαν, διρεθεῖη ἀπείργων τῆς λειτουργίας, ἢ ἀφορίζων τινὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν κληρικῶν, ἢ σεπτὸν ναὸν κλείων, μὴ γίνεσθαι ἐν αὐτῷ τὰς ἱερὰς τοῦ Θεοῦ λῃτουργίας· τῇ ταυτοπαθείᾳ ὑποκείσεται· φησὶ γὰρ Πέτρος ὁ ἀπόστολος· ποιμάνετε τὸ ποίμνιον τοῦ Θεοῦ, μὴ ἀναγκαστῶς, ἀλλ' ἑκουσίως, καὶ κατὰ θεὸν· μὴ αἰσχροκερδῶς, ἀλλὰ προθύμως· μὴ ὡς κατακυριεύοντες τῶν κλήρων, ἀλλ' ὡς τύποι γινόμενοι τοῦ ποιμνίου.

Τὸ ὑπερημᾶν, καὶ ἀφορίζειν, διὰ τοῦτο ἐδόθη παρὰ τῶν ἱερῶν κανόνων τοῖς Ἐπισκόποις, ἵνα τὰ ἐπταισμένα παρὰ τῶν ὑπ' αὐτοὺς κληρικῶν καὶ λοιπῶν πνευματικῶς, ὁμοῦ καὶ παρρησιακῶς διορθῶνται· εἰ δέ τινες, τῇ ἐξουσίᾳ πάντη καταχρώμενοι, ἀφορίσωσί τινας, ἢ ὑπερημήσουσι δι' ἰδίαν ἐμπάθειαν, ἢ ἀπαίτησιν χρυσοῦ, ἢ ἑτέρου τινὸς εἴδους, δικαίως τῇ ταυτοπαθείᾳ ὑποπεσοῦνται· ἵνα μάθωσι, μὴ ἀλόγως ὑπερημᾶν.

CANON V.

Est peccatum ad mortem, quando peccantes aliqui perstant non corrigendi. Hoc autem est deterius, quando & erecta cervice adversus pietatem & religionem insurgunt, mammonam Dei obedientiæ præferentes; & ejus Canonicas constitutiones non ferentes. In iis non est Dominus Deus, nisi forte humiliati à suo delicto resipuerint. Oportet enim eos magis Deo supplicare, & cum corde contrito hujus peccati remissionem & condonationem petere, & non de illicita donatione se jactare. Deus enim prope est iis, qui sunt contriti corde. Eos ergo, qui per auri donationem se fuisse in Ecclesia constitutos gloriantur, & in ea improba consuetudine spem habent, quæ à Deo & ab omni sacerdotio alienat,

ΚΑΝΩΝ ε'.

Ἁμαρτία πρὸς θάνατόν ἐστιν, ὅταν τινὲς ἁμαρτάνοντες ἀδιόρθωτοι μείνωσι. δεῖ δὲ τοῦτο χεῖρον, ἐὰν τραχηλιάσαντες καὶ ἐξανίσταντο τῆ εὐσεβείᾳ καὶ τῇ ἀληθείᾳ, προτιμῶντες ⸀ μαμωνᾶν τῆ θεοῦ ὑπακοῆς, καὶ τοῖς κανονικοῖς αὐτοῦ διατάξεων μὴ ἀνθεχόμενοι. ἐν τούτοις οὖν ἔστι κύριος ὁ Θεὸς, εἰ μήπω παρῳνθέντες τῷ ἰδίῳ σφάλματι· ἀναπήψωσι· χρὴ γὰρ μᾶλλον αὐτοὺς προσέρχεσθαι τῷ Θεῷ, καὶ μὴ σωτηριμμένης καρδίας τὴν ἄφεσιν τούτου τοῦ ἁμαρτήματος καὶ τὴν συγχώρησιν αἰτεῖσθαι ἢ ἐναβρύνεσθαι τῇ ἀθέσμῳ δόσει. ἐγγὺς γὰρ Κύριος τοῖς Συντετριμμένοις τῇ καρδίᾳ· τοὺς οὖν ἐγκαυχωμένους διὰ δόσεως χρυσίου τετάχθαι ἐν ἐκκλησίᾳ, καὶ ταύτῃ τῇ πονηρᾷ Συνηθείᾳ ἐπελπίζοντας τῇ ἀλλοτριώσῃ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ πάσης ἱερωσύνης, καὶ

Digitized by Google

καὶ ἐκ τούτου ἀναιδεῖ προσώπῳ καὶ ἀποκαλύπτῳ στόματι, ὀνειδιστικοῖς λόγοις τοὺς διὰ ἀρετὴν βίου ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκλεγέντας καὶ καταριζομένους ἐκτὸς δώρου χρυσίου, ἀτιμάζοντας· πρῶτα μὲν τοῦτο ποιοῦντας τὸ ἔσχατον λαμβάνειν βαθμὸν τοῦ οἰκείου τάγματος· εἰ δὲ ὄφελον, ἔσχατοι ἐφορᾶσθαι. εἰ δέ τις ἐπὶ φανερᾷ ποτὲ τοῦτο πεποιηκὼς, μενέτω καὶ ὁ ἀποστολικὸς κανόνα, ὁ λέγοντα· εἴ τις Ἐπίσκοπος διὰ χρημάτων τὴν ἀξίαν ταύτης ἐκτήσατο γένηται, ἢ πρεσβύτερος ἢ Διάκονος, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς καὶ ὁ χειροτονήσας, καὶ ἐκκοπτέσθω πάμπαν ἐκ τῆς κοινωνίας, ὡς Σίμων ὁ μάγος ὑπ' ἐμοῦ Πέτρου· ὡσαύτως καὶ ὁ δεύτερον κανόνα τῶν ἐν Χαλκηδόνι ὁσίων πατέρων ἡμῶν, ὁ λέγοντα· εἴ τις Ἐπίσκοπος διὰ χρήμασι χειροτονίαν ποιήσοιτο, καὶ εἰς πρᾶσιν καταγάγοι τὴν ἄνωθεν χάριν, καὶ χειροτονήσοι διὰ χρήμασιν Ἐπίσκοπον ἢ χωρεπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον ἢ διάκονον, ἤ τινα τῶν ἐν τῷ κλήρῳ καταριθμουμένων, ἢ προβάλλοιτο διὰ χρήμασιν οἰκονόμον ἢ ἔκδικον ἢ στρατηγοῦντα μονάστριον, ἢ ὅλως τινὰ τὸν κανόνα, διὰ αἰσχροκέρδειαν οἰκείαν, ὁ τοῦτο διὰ χρήσας ἐλεγχθεὶς, κινδυνευέτω εἰς ὁ οἰκεῖον βαθμόν· καὶ ὁ χειροτονούμενος, μηδὲν ἐκ τῆς κατ' ἐμπορείαν ὠφελείσθω χειροτονίας ἢ προβολῆς, ἀλλ' ἔστω ἀλλότριος τῆς ἀξίας ἢ τῆς φροντίσματος, ὅτῳ διὰ χρήμασιν ἔτυχεν. εἰ δέ τις καὶ μεσιτεύων φανείη καὶ τοῖς ὕστερον αἰσχροῖς καὶ ἀθεμίτοις λήμμασι, καὶ οὗτος εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, τοῦ οἰκείου ἐκπιπτέτω βαθμοῦ· εἰ δὲ λαϊκὸς ἢ μοναχὸς, ἀφορισθήτω.

A

B

C

D

E

F

BALS. Sancti patres Clericos puniturι, qui primum quidem ſponte & piâ mente pecunias vel aliqua alia in Eccleſias adferunt; poſtea autem propter donationem ſe jactant, & primas ſedes prioreſque honores quærunt, in eos probra ingerentes, qui propter virtutem vel actionem in clerum divinitus recepti ſunt confratres ſui: dicto quodam in procœmiis uſi ſunt ex prima catholica epiſtola ſancti Apoſtoli & Evangeliſtæ Joannis, dicente; Eſt peccatum ad mortem, ſcil. peccatum mortale quod eſt incorrigibile & cujus nulla agitur pœnitentia; & eo adhuc deterior quæ eſt cum peccato impudentia. Quodnam enim malum non ſuperat, ſi quis mammonam, id eſt, pecunias Dei mandato præferat: & dicat, debere ſe ob ea quæ attulit, cæteris aliis honore præferri, qui fortaſſe actiones habent aut etiam virtutem? Eos ergo, qui ita ſentiunt & pecuniarum dationis omnino meminerunt, & ſperant propter id ſe apud multos præponendos, ex quo major condemnatio ſequitur, & aperto quaſi ore ſuis fratribus paupertatem, quæ ad alta eos provexit, exprobrant: ad ultimum ſui gradûs locum dimitti, ut humilientur: ſin autem ſic quoque in malo perſeverent, puniri, ut Epiſcopo omnino viſum fuerit. Et hæc quidem, quando quiſpiam ſua ſponte in Eccleſiam res aliquas tulerit: quas & qui accipiunt, citra ullum præjudicium accipiunt, & qui dant in pœnam non incidunt. Si quis autem, inquit, ab initio non ita liberali & ſponte ſuſcepta voluntate, ſed ut ordinetur, vel in clerum cooptetur, vel aliquo alio modo in Eccleſia eligatur, oblationem fecerit: talis puniatur, ut vult xxix. Can. Apoſt. & ii. Can. Chalced. Syn. Id autem quod dicitur; In his non eſt Dominus Deus, à patribus acceptum eſt ex tertio lib. Regum, propter arrogantes, & eos qui mammonam præferunt. Cùm autem audis Canonem nominantem eam, quæ ſic ſponte fit, auri dationem illicitam, ne dixeris eam eſſe prohibitam, & ideo etiam illicitam, ut ea eſt quæ proceſſit ordinationis vel clericatûs gratia. De ea enim deinceps docet. Sed eam patres ideo illicitam nominaverunt, quod is, qui eam offerat, propter hanc oblationem ſe jactitet & glorietur. Nota ergo hæc propter eos qui tondentur in monaſteriis cum pecuniarum largitione, & propter eos,

& ideo impudente vultu & ore aperto, probroſis & contumelioſis verbis eos, qui propter actam ex virtute vitam à ſancto Spiritu ſelecti conſtitutique ſunt abſque auri largitione, vilipendunt: primum quidem eos qui hoc faciunt ultimum proprii ordinis gradum ſumere; ſin autem perſeveraverint, inflicta quoque pœna corrigere decernimus. Si quis autem in ordinatione hoc quandoque feciſſe viſus fuerit, fiat ut vult canon Apoſtolicus, qui dicit; ſi quis Epiſcopus per pecunias hanc dignitatem ſit aſſecutus, vel Presbyter, vel Diaconus, deponatur & ipſe, & is qui ordinavit, & excindatur omnino à communione, ut Simon magus à me Petro: & ii. canon ſanctorum patrum qui Chalcedone convenerunt, qui dicit; Si quis Epiſcopus pecuniis ordinationem fecerit, & gratiam non venalem in emptionem deduxerit, & pecuniis ordinaverit Epiſcopum, vel Chorepiſcopum, vel Presbyterum, vel Diaconum, vel aliquem eorum qui in clero enumerantur, vel pecuniis promoverit Oeconomum, vel Defenſorem, vel monaſterii Adminiſtrum, vel omnino aliquem ex canone, turpis lucri gratia, qui hoc aggreſſus eſſe convictus fuerit, de proprio gradu veniat in periculum: & qui ordinatur, ex ea ordinatione vel promotione, quæ pretio dato inſtar mercaturæ facta eſt, nihil juvetur; ſed ſit alienus à dignitate vel munere ſeu curatione quam pecuniis aſſecutus eſt. Si quis autem & lucris adeo turpibus & illicitis interceſſor ſeu ſequeſter apparuerit, hic quoque, ſi ſit quidem Clericus, à proprio gradu excidat: ſin autem Laicus vel Monachus, ſegregetur.

qui Deo ſua ſponte oblationes faciunt. Eos autem, qui pecuniis in externis monaſteriis jus fraternitatis acquirunt, Canonibus teneri non exiſtimo, quòd ſit vituperanda alimentorum acquiſitio. Quid autem, qui ſponte quidem res obtulit ſic punitur; qui vero, ut eſſet Clericus vel ut tonderetur, res ullas dedit, poſtquam punitus fuerit, eáne, quæ dederit, petet efficaciter? Solutio. Nequaquam. Ait enim xi. cap. ii. tit. xxiv. lib. Baſil. hoc modo: Quod turpi utriuſque cauſa datur, ejuſque qui dat & ejus qui accipit, non redit. Et exteriorem affert lex antiqua rationem, quoniam in pari causâ potior eſt qui poſſidet, ex xxii. lib. hæc eligens.

A χρημάτων, καὶ ἀπὸ τῶν αὐθαιρέτως ποιουμένων προσαγωγὰς τῷ Θεῷ. τοὺς μέντοι ὑπὸ ἐπιθυμίαν ἐξωμοσίας τὰ ἀδελφάτα ἐν μοναστηρίοις ἀπὸ χρημάτων, ἃ νομίζω ὑπὸ τῶν κτημόνων αἱρίσκεσθαι, ἀπὸ τοῦ μὴ εἶναι ὑπόμεμφον τὸ τῶν στρατιωτῶν ὑπάκουσιν. τί δὲ, ὁ μὲν αὐθαιρέτως προσαγαγὼν χρήματα, ὅτῳ κληρικῷ, ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ κληρωθῆναι ἢ ἀποκαρεῖσθαι δοὺς οἱαδήποτε προάγματα ἐνδυσωπῶμεν ζητῆσαι μὲν τὰ κληρωθῆναι ἃ δέδωκε; Λύσις. ὑδαμῶς. φησὶ γὰρ τὸ ια'. κεφ. τοῦ β'. τίτλου τοῦ κδ'. βιβλίου τῶν Βασιλικῶν ὅτῳ, τὸ ὅτι αἰσχρᾷ αἰτίᾳ ἑκατέρων διδόμενον, τοῦ παραδόντος καὶ τοῦ παραδεξαμένου), καὶ προσιθησιν ἔξωθεν ὁ παλαιὸς λογισμὸν, ὅτι ἐν ἴσῃ αἰτίᾳ κρείττων ἐστὶν ὁ νεμόμενος, ἐκ τοῦ κβ'. βιβλίου τοῦτο ἀναλεξάμενος.

B

Zonar. Nonnulli, cùm in clerum legendi eſſent, pecunias Eccleſiæ offerre, Deóque dicare ſoliti ſunt: quibus deinde præſidentes, ſeque in auro illo glorioſè jactantes, quicunque nulla data pecunia ob virtutem forte, vel etiam ob dicendi facultatem, clero adſcripti fuerant, protervè conviciis inſectabantur. Hujuſmodi igitur homines, primo quidem de gradu dejici, ac in extremum ordinis ſui locum amandari: tum ſi adhuc à malitia non diſcedant, pœnis quoque, ut per eas corrigantur, affici Can. jubet. Exordium vero ab Apoſt. & Evang. Joanne Can. auctores mutuati ſunt. Illius namque verba illa ſunt, in i. catholica Epiſtola, Eſt peccatum ad mortem: quæ quidem Patres de iis, qui peccârunt, & non reſipuerunt, interpretantur. Et verò, nequiores adhuc illos eſſe aſſerunt, & revera ſunt, qui patrato nefario facinore tollere cornua, hoc eſt, ſeſe impudenter efferre minimè verentur. Ac facinus quidem illud appellant, in oblata nimirum pecunia ſeſe glorioſiùs jactare, divinique præcepti auctoritati canoniciſque conſtitutionibus mammonam, pecuniam videlicet, anteferre. Impudentiæ vero nomine convicia & contumelias, quæ illi in clerum abſque pecuniæ præbitione cooptatis ingerunt, intellexêre. Non eſt in his, inquiunt, Dominus Deus; hoc quoque ex ſcriptura, Regum tertio. Eos igitur magna demiſſione Deo ſupplicare, ac peccati veniam expoſcere, non contrà iniqua largitione efferri oportet. Iniquam verò appellat largitionem, non quod ipſa ſit ejuſmodi: ſi enim iniqua fuerat, cur admiſſa? aut cur è clero, qui dedit, non prorſus ejicitur, & in eum, qui data pecunia in clerum electus eſt, animadvertitur? Non igitur quod ſeipsâ ſit talis, idcirco hæc iniqua dicta donatio eſt; ſed quòd ejus vitio, qui ſe ob illam jactat & æqualibus anteponit, ut proinde non illum demereri numen, ſed auram inanem popularesque rumuſculos captare ea donatione voluiſſe ſuſpicari liceat, ſpeciem, hominum exiſtimatione, induit pravitatis. Quod etiam ſatis ex ſequentibus declaratur. Nam ſi quem, inquit Canon, ob ordinationem id aliquando feciſſe, pecuniam videlicet obtuliſſe, compertum fuerit, Canonum in eo conſtitutiones ſervari placet: Canonum ſcilicet, Apoſtolici undetrigeſimi, Synodique Chalcedonenſis ſecundi. Quemadmodum igitur hoc loco, iniqua donatione intercedente, & qui ordines contulit, & qui ſuſcepit, uterque pœnis afficitur: idem de illa quoque donatione, ſi ea revera legibus adverſaretur, conſtitutum fuiſſet. Horum porro Canonum explicationem, qui voluerit, ſuis locis reperiet.

C

D

E

Zωναρ. Τινὲς εἰς κλῆρον καταλαγχάνειν μέλοντες προσφέρειν τῇ ἐκκλησίᾳ χρήματα, ὡς ἀφιερωτες ταῦτα τῷ Θεῷ· εἶτα τούτοις θαῤῥοῦντες, καὶ τῇ δόσει τοῦ χρυσίου καυχώμενοι, ὠνείδιζον ἀδεῶς τὸν δόσεως χρυσίου χωρὶς, δι' ἀρετὴν ἴσως ἢ καὶ λόγον, καταλαγχάνοντας τῷ κλήρῳ. τοὺς μὲν τοιούτους πρῶτον μὲν ὑποβιβάζεσθαι βούλεται ὁ κτήμων ἐκ τοῦ οἰκείου βαθμοῦ, καὶ εἰς ὃν ἔχαζον τόπον τοῦ τάγματος, ἐν ᾧ εἰσι, τάττεσθαι· εἰ δὲ καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ ποιοῦσιν, ὑπερημάδην αὐτοὺς, ἵνα διορθωθῶσι. προοιμάζονται δὲ οἱ ὃν κτήμονα ἐκδεδεμένοι, ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου. ἐκείνῳ γὰρ εἴρηται ἐν τῇ πρώτῃ καθολικῇ ὑπιστολῇ, τὸ, ἔστιν ἁμαρτία πρὸς θάνατον. καὶ ἐκλαμβάνουσι ἔστι τὸ ῥητὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτημόντων, καὶ μὴ μετανοούντων. εἶτα καὶ χεῖρον λέγουσιν, ὥσπερ δὴ καὶ ἔστι, τὸ μὴ τιμᾶν ἁμαρτίαν πρωτοκλισίαν, ἤγουν ἀναισχυντίαν· ἁμαρτίαν μὲν καλοῦντες, τὸ ἐγκαυχᾶσθαι ὅτι τῇ προσαγωγῇ τῶν χρημάτων, καὶ προτιμᾶν τῆς τοῦ θεοῦ ὑπακοῆς καὶ τῶν κανονικῶν διατάξεων μαμωνᾶ, τὰ χρήματα δηλονότι. ἀναισχυντίαν δὲ ὃν ὀνειδισμὸν καὶ τιμίαν, διὰ ἐπάγουσι τοῖς κληρωθῆσι χωρὶς παροχῆς χρημάτων. ἐν τούτοις οὐκ ἔστι, φασὶ, κύριος ὁ θεὸς, καὶ τοῦτο ὃ γραφικὸν, ἐκ τῆς τρίτης τῶν βασιλειῶν. χρὴ οὖν ἀυτοὺς ταπεινοῦντας προσπίπτειν τῷ θεῷ, καὶ αὐτὴν τοῦ ἁμαρτήματος ἄφεσιν, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπαίρεσθαι ὅτι τῇ δόσει τῇ ἀδέσμῳ. ἄδετμον δὲ τὸν δόσιν καλῶ, ὁ κατ' αὐτὸ. εἰ γὰρ ἄθεσμος διὰ, ἀλλὰ πρόσεδέχθη; καὶ διὰ μὴ καὶ αὐτὸς πλέον ἐξωθῆται τοῦ κλήρου, καὶ ὁ ὅτι δόσει τοῦτον κληρώσας κολάζεται; ὁ κατ' αὐτὸ τοίνυν ἄθεσμος ἡ δόσις ἐκλήθη, ἀλλ' ὅτι ἐκβάινει ταύτῃ ποιεῖ νομίζεσθαι ἄθεσμον, ὡς δι' αὐτὴν αἰλαζονευόμενος καὶ κατεπαιρόμενος τῶν ὁμοταγῶν, καὶ ἐντεῦθεν ὑπόληψιν δίδως, ὅτι ὁ τῷ θεὸν ἐποιήσατο τὴν προσαγωγὴν, ἀλλ' ἵν' ἔχοι ταύτῃ εἰς καύχημα καὶ αἰλαζονείαν ὑποθεσιν. τοῦτο δὲ δηλοῖ καὶ ἀπὸ τῆς ἐφεξῆς, φησὶ γὰρ ὁ κανών· εἰ δέ τις ὅτι χειροτονίᾳ φανῇ ποτὲ τοῦτο πεποιηκώς, τὸ δῶναι δηλαδὴ χρήματα, γινέσθω κατὰ τὸν κανόνας, ἤγουν ὃν ἀποστολικὸν, ὃς εἰκοστὸς ἔννατός ἐστι, καὶ κατὰ ὃν δεύτερον τῆς ἐν Χαλκηδόνι Συνόδου. ὥσπερ οὖν ἀνέσμου ὄντος τοῦ δόσεως, καὶ ὁ χειροτονήσας ποινηλατῆται, καὶ ὁ χειροτονηθεὶς, ὥστως καὶ ἐγίνετο ἂν, εἰ πρὸς ἀληθειαν ἄθεσμος ἦν. πῶς δὲ τῶν κανόνων τούτων ἐξήγησιν ὁ ζητῶν εὑρήσει ἐν τοῖς τόποις αὐτῶν.

F

Arist. *Iſti, qui ſe per auri largitionem in Eccleſiâ conſtitutos gloriantur, illos autem, qui propter virtutem eliguntur, & ſine largitione conſtituuntur, vilipendunt, viſum eſt, ut ultimum ordinis ſui gradum accipiant: Sin perſeverent, puniantur. Qui vero ordinationis gratiâ hoc fecerint, à communione, non ſecus ac Simon Magus à Petro, excindantur.*

Dicendi facultatem & virtutem præferre oportet, & qui ſic ſe habere inveniuntur ſine auri donatione in Eccleſiæ clero conſtitui debent, & non probris onerari ab iis, qui per largitionem quamcunq; in Eccleſiâ collocantur: ſed potius

Αριστ. Τοὺς ἐγκαυχωμένους ἀπὸ δόσεως χρυσίου πεπαῦσθαι ἐν ἐκκλησίᾳ, καὶ ἀτιμάζοντας τοὺς δι' ἀρετὴν ἐκλεγομένους, καὶ χωρὶς δόσεως καταλαγχάνοντας· ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ ἔχαζον βαθμὸν τοῦ ἰδίου λαμβάνειν τάγματος· εἰ δὲ ὑπεμμένοιεν, ὑπερημάδην· τοὺς δ' ὑπὲρ χειροτονίᾳ τοῦτο πεποιηκότας, ἐκκόπτεσθαι τῆς κοινωνίας, ὡς ὑπὸ Πέτρου τοῦ Σίμωνα μάγον.

Τὸν λόγον δεῖ καὶ τῇ ἀρετῇ προτιμᾶσθαι· καὶ χωρὶς δόσεως χρυσίου, τοὺς ὕτως ἔχειν διεσκομμένους τάττεσθαι χρὴ ἐν τῷ κλήρῳ τῆς ἐκκλησίας· καὶ μὴ ὀνειδίζεσθαι αὐτοὺς ὑπὸ τῶν καταταγέντων τῇ ἐκκλησίᾳ διὰ οἱασδήτινος δόσεως· ἀλλὰ μᾶλλον

Digitized by Google

μᾶλλον ϗ ἐπαινῆσθαι, ὡς δι' ἀρετὴν βίου ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκλεγέντας. εἰ δέ τινες, ὡς ἐλλαγχώμενοι δηλ. τῇ τοιαύτῃ ἀνθέσμῳ δόσει, ϗ τῇ πονηρᾷ ταύτῃ συνηθείᾳ τῇ ἀλλοτριούσῃ ἀπὸ θεοῦ ϗ πάσης ἱερωσύνης, καταναιδίσσουσιν ἀναιδεῖ προσώπῳ, ϗ ἀπεριφαλύπτῳ στόματι τὰς ἀνὰ χρυσίου καταβεβηκότας κληρικάς· ϗ ἔσχατον βαθμὸν ἐν τῷ οἰκείῳ τάγματι λήψονται. εἰ δ' ϗ ὕστερον ὑβριμοίεν αὖθις ἀναιδίζοντες, δι' ὑπερτίμου διορθωθήσονται· ϗ ταῦτα μὲν περὶ τῶν εἰς κλῆρον καταλεγομένων. ὅσοι δ' ἀπὸ χρημάτων χειροτονίας τύχωσί τινος, καθαιρεθήσονται ϗ αὐτοὶ, ϗ οἱ χειροτονήσαντες αὐτούς.

A laudibus ornari, ut qui propter vitæ pietatem à ſancto ſpiritu electi ſunt. Si qui autem, ut in illegitima iſtiuſmodi datione, & impiâ iſtâ conſuetudine, quæ à Deo & omni ſacerdotio alienat, gloriantes vultu impudente, & ore aperto Clericos, qui ſine auro conſtituti fuerint, probris affecerint; ultimum gradum in ordine ſuo accipient: Si autem ſic probra in eos jacere perſeverent, per pœnam corrigentur. Et hæc quidem de iis, qui in clerum conſcripti ſunt. Quicunque autem per pecuniam ordinationem aliquam conſequuntur, deponentur, & ipſi, & qui eos ordinârunt.

B

ΚΑΝΩΝ ϛ'.

Ἐπειδήπερ κανών ἐστιν ὁ λέγων, δὶς τοῦ ἔτους καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν χρῆναι γίνεσθαι διὰ συναθροίσεως Ἐπισκόπων τὰς κοινωνικὰς ζητήσεις, διὰ τὸν συνειθισμὸν ϗ τὸ ἐνδεῶς ἔχειν πρὸς ὁδοιπορίαν τοὺς συναθροιζομένους, ὥρισται οἱ τῆς ἁγίας συνόδου ὅσοι πατέρες, ἐξ ἅπαντος τρόπου ϗ προφάσεως, ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ γίνεσθαι, ϗ τὰ ἐσφαλμένα διορθοῦσθαι. Τὸν οὖν τὸν κανόνα ϗ ἡμεῖς ἀνανεούμεθα, ϗ εἴ τις εὑρεθῇ ἄρχων τοῦτο κωλύων, ἀφορίζέσθω· εἰ δέ τις ὑπὸ τῆς μητροπολιτικῆς ἀμελήσοι τοῦτο γίνεσθαι, ἐκτὸς ἀνάγκης ϗ βίας καί τινος C εὐλόγου προφάσεως, τοῖς κανονικοῖς ὑποκείσθω. Ἐπεὶ δὲ συνόδου γινομένης θεϊκῆς ϗ εὐαγγελικῆς διαταγμάτων, διὰ τοῖς συναθροισθεῖσιν Ἐπισκόποις ἐν μελέτῃ ϗ φροντίδι πάσῃ φυλάττεσθαι τὰς θείας ϗ ζωοποιοὺς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ. ἐν γὰρ τῇ φυλάξει αὐτῶν ἀνταπόδοσις πολλή, ὅτι ϗ λύχνος ἐντολὴ, νόμος δὲ φῶς ϗ ὁδὸς ζωῆς, ἔλεγχος ϗ παιδεία· ϗ ἡ ἐντολὴ Κυρίου πηλαυγῆς φωτίζουσα ὀφθαλμούς. μὴ ἔχειν δὲ ἄδειαν τὸν μητροπολίτην, ἐξ ὧν ὑπάρχει ὁ Ἐπίσκοπος μετ' αὐτοῦ, ἢ κτῆνος ἢ ἕτερον εἶδος ἀπαιτεῖν· εἰ γὰρ τοῦτο ἐλεγχθῇ πεποιηκὼς ἀποτίσει τετραπλάσιον. D

Canon VI.

Quoniam Canon eſt, qui dicit, bis in anno in unaquaque provincia per congregationes Epiſcoporum fieri oportere quæſtiones canonicas, propter vexationem, & quod itineri peragendo minùs ſufficerent qui congregabantur, ſtatuerunt ſancti ſextæ Synodi patres, quovis modo & quacunque ex cauſa, ſemel in anno fieri, & delicta corrigi. Hunc ergo Canonem nos quoque renovamus; & ſi quis magiſtratus hoc prohibere inventus fuerit, ſegregetur: ſi quis autem Metropolitanus hoc fieri non curaverit, præterquam vi vel neceſſitate & juſta aliqua de cauſa, Canonicis pœnis ſubjiciatur. Cum autem de Canonicis & evangelicis rebus fiat Synodus, opus eſt ut congregati Epiſcopi magnam curam & diligentiam gerant, ut divina & vivifica Dei mandata ſerventur. In eis enim ſervandis eſt retributio multa, quoniam lucerna eſt mandatum, lex vero lux & via vitæ, probatio & diſciplina; & mandatum domini lucidum illuminans oculos. Ne liceat autem Metropolitano, ex iis quæ ſecum affert Epiſcopus, vel jumentum vel aliquam rem aliam petere. Si enim hoc feciſſe convictus fuerit, reddet quadruplum.

ΒΑΛΣ. Κανόνων διαφόρων διοριζομένων πότε ὀφείλουσι γίνεσθαι αἱ συνόδοι, ϗ τῶν μὲν λεγόντων ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ συνέρχεσθαι τοὺς ἐπαρχιώτας Ἐπισκόπους, τοῦ δὲ δὶς τοῦ ἔτους· ὁ παρὼν κανὼν διὰ τὴν ὀδοιπορίας Συνοχιβὼ τῶν Ἐπισκόπων καλυκυλέθησε τὴν η'. κηρύνι τῆς ς'. συνόδου, τοῦ διορίζομένου ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ τούτους συναθροίζεσθαι, ϗ διωρίσατο οὕτω γίνεσθαι, εἰ μή τις ἀνάγκη ϗ βία ἢ ἄλλη πρόφασις εὔλογος τὴν σύνοδον ἐμποδίσει· τοὺς δὲ μὴ οὕτω ποιοῦντας ἀρχιερεῖς τοῖς κανονικοῖς ὑποκεῖσθαι, ἀλλὰ ϗ τοὺς πολιτικοὺς ἄρχοντας, τοὺς κωλύοντας τοὺς γινέσθαι, ἀφορίζεσθαι. ὅτε μέντοι, φησὶν, ἡ σύνοδος χρὴ, ὀφείλουσιν οἱ Ἐπίσκοποι φροντίζειν τοῦ φυλάττεσθαι τὰς εὐαγγελικὰς ϗ κανονικὰς παραδόσεις, ϗ τὰς ἄλλας ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ. ϗ κανονικαὶ μὲν παραδόσεις εἰσὶν οἱ ὅροι ϗ παράδοσοι ἀφορισμοὶ, αἱ καταγωγαὶ τῶν κληρικῶν, αἱ παραδόσεις τῶν ἐπισκοπικῶν προσταγμάτων, ϗ τὰ τοιαῦτα· εὐαγγελικαὶ δὲ παραδόσεις ϗ ἐντολαὶ τοῦ Θεοῦ τὸ βαπτίζεσθαι εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς ϗ τοῦ υἱοῦ ϗ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τὸ μὴ μοιχεύσῃς, μὴ πορνεύσῃς, μὴ ψευδομαρτυρήσῃς, ϗ τὰ ὅμοια. ἐπεὶ δὲ ἔμαθον οἱ πατέρες, ὅτι ἐν ταῖς συνελεύσεσι τῶν Ἐπισκόπων μητροπολίτῃ τινὲς καταξιοῦσιν αὐτῶν, ϗ ἀπαιτοῦσιν ἵππους ἢ ἕτερά τινα εἴδη, ὥρισε ϗ τοῦτο κολάσαι, ϗ τὸ τοιοῦτόν τι ποιήσαντα μητροπολίτην, ἀνταποδοῦναι τὸ διπλοῦν τοῦ ληφθέντος. καλῶς δὲ εἶπεν ὁ κανών, μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας τὸ μητροπολίτῃ ἀπαίτησίν τι ἐξ ὧν ὁ Ἐπίσκοπος ὑπάρχει. εἰ γὰρ ἑκὼν τὸ Ἐπίσκοπος θελήσει δωρήσασθαι τὸ μητροπολίτῃ αὐτοῦ διά τινος πράγματος, οὐ κωλυθήσεται τοῦτο ποιῆσαι. ζήτει τὸ ιη'. κεφ. τοῦ η'. τίτλου τοῦ πρώτου Συντάγματος, ϗ τὸν η'. κανόνα τοῦ ἐν τῷ Τρούλλῳ Συνόδου.

Balsamon. Cùm diverſi Canones ſtatuant, quando fieri debeant ſynodi; & alii quidem ſemel in anno convenire oportere provinciales Epiſcopos, alii verò bis in anno dicant: hic Canon, ob itineris moleſtiam Epiſcopis, octavum Canonem vi. Synodi ſecutus eſt, qui decernit eos ſemel in anno congregari oportere, & ſic faciendum eſſe, niſi quædam vis, vel neceſſitas, vel cauſa probabilis impedimento fuerit, quominus conveniant; Antiſtites autem, qui non ita faciunt, pœnis Canonicis ſubjici; ſed & civiles magiſtratus, qui hoc fieri prohibent, ſegregari. Quando autem fuerit, inquit, facta Synodus, debent Epiſcopi curam gerere, ut evangelicæ & Canonicæ traditiones ſerventur & alia Dei mandata. Et ſunt Canonicæ quidem traditiones, juſtæ & injuſtæ excommunicationes, clericorum ordinationes, Epiſcopalium rerum adminiſtrationes, & ſimilia: Evangelicæ autem traditiones & mandata Dei, baptizari in nomine Patris & filii & Spiritûs ſancti; non mœchaberis, non ſcortaberis, non falſum teſtimonium dices, & ſimilia. Quoniam autem intellexerunt patres, quòd in Epiſcoporum concionibus quidam Metropolitani nimis ſua poteſtate & imperio in eos utuntur, & equos ab eis, vel aliqua alia exigunt, id quoque ceſſare ſtatuerunt, & Metropolitanum, qui tale quid fecerit, quadruplum ejus quod datum eſt reſtituere. Pulchrè autem dixit Canon, non licere Metropolitano quidquam eorum exigere, quæ affert Epiſcopus. Si enim ſua ſponte voluerit Epiſcopus Metropolitanum aliquo ejuſmodi dono proſequi, non prohibebitur hoc facere. Quære viii. cap. viii. tit. præſentis operis, & vii. Can. Syn. in Trullo.

Zonar.

Digitized by Google

ZONAR. De Synodis in unaquaq; provincia quotannis celebrandis multi Canones extant. Idem hic quoque ſtatuit, canoniſque in ſexta Synodo editi meminit, à qua quidem, ut Epiſcopis itinerum moleſtiæ vexationeſque minuerentur, ſemel in anno Synodum in ſingulis provinciis haberi decretum eſt, ac antiquiorem de ſynodicis conventibus celebrandis conſtitutionem reſtituit. Quod ſi magiſtratus aliquis Synodo cogendæ obſtet, ſegregari, & Metropolicanos, qui eam nulla neceſſaria cauſa interveniente nullaq; vi coacti prætermiſerint, canonicis pœnis teneri jubet. In Synodo porro de canonicis Evangeliciſque negotiis habitâ, an divina præcepta ſerventur, ſtudioſè ab Epiſcopis inquirendum. Ac negotia quidem canonica ſunt exempli cauſa; an ſegregationes jure irrogentur; an per Oeconomos ex uniuſcujuſque ipſorum clero delectos Eccleſiarum bona ab Epiſcopis adminiſtrentur, aliaq; hujuſmodi canonicis conſtitutionibus definita ſerventur, inveſtigare. Evangelica vero ea ſunt, quæ nobis in Evangelio præcipiuntur; quale eſt illud, ut in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti baptiſmus adminiſtretur; & ne quis uxorem ſuam ejiciat exceptâ cauſâ fornicationis; ac ejus generis alia. Hæc enim omnia, an in ſubjectis cuique regionibus ita fierent, Epiſcopi convenientes inquirebant; & an juxta divina mandata homines vitam inſtituerint. Hinc teſtimonia quoq; Canon ex Pſalmorum & ex Proverbiorum libris adducit. Ad hæc, ne Metropolitano liceat, Epiſcopis ex Canonis præſcripto in eum locum quem ipſe delegerit congregatis, aliquid ex ipſorum rebus, nec jumentum, equum ſorte aut mulum, nec aliud quidpiam ſibi vindicare, decernit. Quod ſi rem aliquam ab eo vindicatam atque ablatam eſſe probatum fuerit, quadruplum reddet.

ARIST. *Quandoquidem non eſt poſſibile, ut Synodus, juxta decretum olim editum, bis quotannis celebretur, ſemel, uti ſextæ Synodo viſum eſt, habeatur. Et Magiſtratus, qui hoc prohibuerit, ſegregetur: & Epiſcopus, qui id fieri non curaverit, pœnis ſubjiciatur. Habitâ autem Synodo, ſi Metropolitanus quippiam à quovis Epiſcopo abſtulerit, quadruplum reddet.*

Et hæc Synodus illud confirmat, nempe ſemel quotannis in unaquâque provinciâ haberi Synodum: eum autem qui regioni præeſt, ſi Epiſcoporum conventum propter Canonica & Evangelica factum negotia prohiberi deprehendatur, ſegregat; Metropolitanum autem, qui curam non gerit ut hoc fiat, ſine neceſſitate aliquâ & violentiâ Canonicis pœnis ſubjicit. Et jubet autem, non licere Metropolitano aliquid ex iis, quæ Epiſcopi ſecum attulerint, ut jumentum vel aliquid aliud, auferre. Si autem deprehenſus fuerit aliquid ex eis abſtuliſſe, illud ad quadruplum exigetur.

CANON VII.

Dixit Paulus divinus Apoſtolus, Quorundam hominum peccata ante manifeſta ſunt: quorundam vero etiam ſubſequuntur. Præcedentibus enim peccatis, alia quoque ea ſequuntur. Impiam ergo eorum ſectam, qui Chriſtianos accuſant, alia quoque impia conſecuta ſunt. Quemadmodum venerabilium imaginum aſpectum ex Eccleſia ſuſtulerunt, alias quoque conſuetudines reliquerunt, quas quidem oportet removari, & tam ex jure ſcripto quam non ſcripto ſic obſervari. Quacunq; ergo templa conſecrata ſunt abſque ſanctis reliquiis martyrum, in iis fieri ſtatuimus reliquiarum depoſitionem cum conſuetis precibus. Qui autem templum conſecrat ſine ſanctis reliquiis, deponatur, ut qui Eccleſiaſticas traditiones tranſgreſſus ſit.

BALS. Mos erat Eccleſiaſticus divina templa per ſanctas martyrum reliquias conſecrare. Chriſtianorum autem accuſatores, ſeu imaginum hoſtes exuſtoreſque, qui venerabilium & ſanctarum imaginum cultores

ΖΩΝΑΡ. Περὶ δ γίνεσθαι συνόδους ἐν ταῖς ἐπαρχίαις καθ' ἕκαστον ἔτος. Διάφοροι κανόνες διαλαμβάνουσι, καὶ ὁ πρῶτον ὁ ἕκτος, καὶ μέμνηται δ κανόνος τῆς ἕκτης συνόδου, ἥτις ἅπαξ δ ἐνιαυτῷ διετυπώσατο γίνεσθαι τὰς συνόδους ἐν ταῖς ἐπαρχίαις, ἵνα μὴ πολλὴν ὄχλησιν καὶ χαλεπονομίαν ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις οἱ Ἐπίσκοποι ἔχωσι, καὶ ἀνανεοῖ τὸν περὶ τῆς Συνόδων παλαιοτέρων διάταξιν. καὶ εἰ ἄρχων κωλύσῃ, φησὶ, δ γίνεσθαι σύνοδον, ἀφοριζέσθω, καὶ τὸν ἀμελοῦντα δ προστάγματος μητροπολίτας, εἰ μὴ ἀνάγκη τις μεσολαβήσῃ καὶ βία, κανονικοῖς ὑποβάλλῃ ἐπιτιμίοις. ὅτι δ ἡμῖν τῶν Συνόδων περὶ κανονικῆς καὶ εὐαγγελικῆς πραγμάτων, δῆ τὸν Ἐπισκόπους φροντίζειν, εἰ φυλάσσονται αἱ θῆαι ἐντολαί. κανονικὰ μὲν οὖν πράγματα εἶεν ἂν οἱ ἀφορισμοί, εἰ δικαίως γίνονται σκοπούμενοι, εἰ δὲ οἰκονόμων ὄντων ἐκ τῶν κλήρων αὐτῆς τὰ τῆς ἐκκλησιῶν διοικοῦσιν οἱ Ἐπίσκοποι, καὶ τοιαῦτά τινα, ἃ οἱ κανόνες γίνεσθαι διατάττονται. εὐαγγελικὰ, ἃ διὰ δ εὐαγγελίου ἡμῖν βαπτίζονται· οἷόν ἐστι δ βαπτίζειν εἰς ὄνομα πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, καὶ δ μὴ ἐκβάλλειν τινὰ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἐκτὸς λόγου πορνείας, καὶ ἄλλα τοιαῦτα. ταῦτα γὰρ πάντα ἠρώτων, εἰ ἐν τῇ χώρᾳ αὐτῆς ἐγίνοντο, οἱ ἀρχιερεῖς ἀφοριζόμενοι, καὶ εἰ κατὰ τὰς θείας ἐντολὰς βιοῦσιν οἱ ἄνθρωποι. καὶ μαρτυρίας γραφικὰς ὁ κανὼν προφέρει ἔκ τε δ ψαλτῆρος καὶ ἐκ τῶν παροιμιῶν. καὶ ὅτι τούτοις προσέθηκαν, ὅτι Συναγομένων τῶν Ἐπισκόπων ἔνθα ὁ μητροπολίτης τῆς ἐπαρχίας ὁρίσῃ κατὰ τὸν κανόνα, μὴ ἔξῃ ὁ μητροπολίτης ἐξουσίαν ἁπαιτεῖν τι ἐξ αὐτῶν, ἔτι κτηνῶν, ἵππων τυχὸν ἢ ἡμιόνων, ἔτι τι ἕτερον εἶδος. εἰ δὲ καὶ ἀπαιτήσας καὶ λαβών τι ἐλεγχθείη, ἀποδώσει δ τετραπλοῦν.

ΑΡΙΣΤ. Ἐπεὶ μὴ δυνατὸν, κατὰ τὸ πάλαι δόξαν, δὶς τοῦ ἔτους γίνεσθαι Σύνοδον· γινέσθω ἅπαξ κατὰ τὸ δόξαν τῇ ἕκτῃ. καὶ ὁ κωλύσας ἄρχων, ἀφοριζέσθω· καὶ ὁ ἀμελήσας Ἐπίσκοπος, ἐπιτιμάσθω. τῆς Συνόδου δ γινομένης, εἴ τι ὁ μητροπολίτης ἀφείληταί τι τῶν τοῦ Ἐπισκόπου, ἀποτισάτω τετραπλάσιον.

Βεβαιοῖ καὶ αὕτη ἡ Σύνοδος, τὸ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ γίνεσθαι σύνοδον ἐν ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ· καὶ ᾧ μὴ κατὰ χώραν ἄρχοντα, εἰ διαρεθῇ κωλύων τὸν τῶν Ἐπισκόπων Συνέλευσιν, τὸν περὶ κανονικῆς καὶ εὐαγγελικῆς πραγμάτων γινομένην, ἀφορίζει· ᾧ δ μητροπολίτῃ ᾧ ἀμελοῦντα τούτου γένηται, ἄνευ τινὸς ἀνάγκης καὶ βίας, κανονικοῖς ἐπιτιμίοις καθυποβάλλει. προστάττει δ καὶ τό, μὴ ἔχειν ἄδειαν ᾧ μητροπολίτῃ ἀφαιρεῖσθαί τι ὧν οἱ Ἐπίσκοποι ἐπιφέρονται μεθ' ἑαυτῶν, ἢ κτῆνος ἢ ἕτερον εἶδος· εἰ δ ἐλεγχθῇ ἀφελόμενός τι ἐξ αὐτῶν, ἀπαιτεῖσθαι τοῦτο εἰς τὸ τετραπλάσιον.

ΚΑΝΩΝ ζ'.

Ἔφη Παῦλος ὁ θῖος ἀπόστολος, τινῶν ἁμαρτίαι ἀνθρώπων πρόδηλοί εἰσι, τισὶ δ καὶ ἐπακολουθοῦσιν. ἁμαρτιῶν γὰρ προκαταλαμβανουσῶν, καὶ ἕπεται ἁμαρτίαι ἕπονται ταύταις. τῇ οὖν ἀσεβεῖ αἱρέσει τῶν χριστιανοκατηγόρων καὶ ἄλλα ἀσεβήματα συνηκολούθησε. ὥσπερ γὰρ τὰ τῶν σεπτῶν εἰκόνων ἀφεῖλον ὄψιν ἐκ τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἕτερά τινα ἔθη παρελιπάσιν, ἃ χρὴ ἀνανεωθῆναι, καὶ κατὰ τὸ ἔγγραφον καὶ ἄγραφον θεσμοθεσίαν ὕπο κρατεῖν. ὅσοι οὖν σεπτοὶ ναοὶ καθιερώθησαν ἐντὸς ἁγίων λειψάνων μαρτύρων, ὁρίζομεν ἐν αὐτοῖς κατάθεσιν γίνεσθαι λειψάνων μετὰ τὸ συνήθους εὐχῆς. ὁ δ ἄνευ ἁγίων λειψάνων καθιερῶν ναὸν, καθαιρείσθω, ὡς παραβεβηκὼς τὰς ἐκκλησιαστικὰς παραδόσεις.

ΒΑΛΣ. Ἔθος ἦν ἐκκλησιαστικὸν τοὺς θείους ναοὺς καθιερῶσθαι διὰ ἁγίων λειψάνων μαρτυρικῶν. οἱ δ χριστιανοκατήγοροι ἦσαν εἰκονοκάσται, οἱ λέγοντες τὰς προσκυνητὰς τῶν σεπτῶν καὶ ἁγίων

Digitized by Google

ἁγίων εἰκόνων εἰδωλολάτρας, ἐπέκεινα τῆς αἱρέσεως αὐτῶν τῆς A idololatras esse dicunt, ultra eorum hæresin & adversus
ὀρθοδόξων μανίας, καὶ σεπτοὺς ναοὺς καθιέρωσαν orthodoxos insaniam, veneranda quoque templa sine
ἐκτὸς ἁγίων λειψάνων. φασὶν οὖν οἱ πατέρες, ὅτι ταῖς ἀν- sanctis reliquiis consecrârunt. Dicunt ergo patres, quòd
θρωπίναις ἁμαρτίαις ἐπακολουθοῦσι καὶ ἕτεραι ἁμαρτίαι, humanæ peccata alia quoq; peccata consequuntur, ut dicit
καθὼς μέγας Ἀπόστολος Παῦλον. καὶ ἐπεὶ τῇ αἱρέσει magnus Apostolus Paulus. Et quoniam Iconomachorum
τῶν εἰκονομάχων καὶ ἄλλα κακὰ ἐπακολούθησαν, (παρε- hæresin alia quoque mala subsecuta sunt: (prætermissæ
λείφθησαν γὰρ ἔθισμα ἐκκλησιαστικὰ ἀναγκαῖα,) ὁρίζο- sunt enim necessariæ consuetudines Ecclesiasticæ) decer-
μεν τοὺς καθιερωθέντας ναοὺς ἄνευ ἁγίων λειψάνων πάλιν nimus, ut templa, quæ absque reliquiis consecrata fuêre,
καθιερωθῆναι διὰ λειψάνων, καὶ ἐφεξῆς οὕτω γίνεσθαι· τοὺς rursus per reliquias consecrentur, & sic deinceps fiat: ii
δὲ καθιεροῦντας ναοὺς χωρὶς ἁγίων λειψάνων καθαιρεῖσθαι. autem, qui templa sine sanctis reliquiis consecrant, depo-
καὶ ὁ μὲν κανὼν ταῦτα. εἶπε δέ τις, Καὶ πῶς ἄνευ κατα- nantur. Et hæc quidem Can. Dixit autem nonnemo, Et
θέσεως λειψάνων σήμερον τὰ οὐκτήρια καθιεροῦνται· καὶ διὰ B quomodo oratoria hodie sine reliquiarum depositione
τί ἐ γίνονται ἱεροτελεσίαι ἐν αὐτοῖς καὶ παρὰ Ἐπισκόπων, consecrantur? Et cur sacra in eis non celebrantur etiam
ἀλλὰ παρὰ ἱερέων μόνων; καὶ ἤκουσεν, ὡς τὰ γινόμενα παρὰ ab Episcopis, sed à solis sacerdotibus? Eique responsum
τῶν ἀρχιερέων ἀντιμίνσια, καθ' ὃν καιρὸν καθιέρωσις fuit, Quod quæ fiunt ab Antistitibus superaltaria, eo tem-
ναοῦ γίνεται, διὰ διδόμενα εἰς οὐκτηρίων οἴκοις, ἀρκοῦσιν ἀντὶ pore quo fit templi consecratio, oratoriis tradita sufficiunt pro consecratione, sive dedicatione ac inthronizatione, encæniis & apertionibus. Propterea enim & ἀντιμίνσια appellata sunt, quòd multas ejusmodi mensas exprimant & referant, quæ sanctam dominicam mensam perficiunt. Cæterum Antistites sacra non faciunt in oratoriis, quæ non sunt dedicata, quoniam præsulatûs dignitas deprimitur, si non sit thronus in quo Episcopus apostolicè collocatur, nec alia quæ templi consecrationem C decoremq; constituunt. Cùm autem interrogâssent aliqui, quando fit Ecclesiarum consecratio? Responso acceperunt, quòd fundamenti quidem locatio fit per solam orationem Episcopi illius regionis, & crucis fixionem: consecratio autem post templi perfectionem, quando fiunt encænia & apertiones & inthronizatio, & universa ejus perfectio, sacro chrismate inuncti, & martyrum reliquias susciplentis. Cùm instaret autem quispiam; debere deponi Antistitem, qui in non dedicata Ecclesia sacrificaverat; quemadmodum deponitur & qui templum consecrat sine sanctis reliquiis: sanctissimus ille Patriarcha Dominus Lucas pronunciavit, alio quodam talem esse D puniendum Antistitem, prout scilicet Synodo visum fuerit; sed non per depositionem. Delicta enim ea sunt longe lateque dissidentia.

ἐπειδὴ καὶ τῶν εἰκονομάχων ἄλλα τε κακὰ ἐπακολούθησαν, καὶ ἄνευ ἁγίων λειψάνων ἱερὰ ἐκτίσθησαν οἶκοι, ἐπὶ τούτοις ἐκεῖνοι ἐκκλησιαστικὰ ἔθη ἀνέτρεψαν, καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς ναοῖς ἄνευ ἁγίων λειψάνων ἱερουργίαι ἐγένοντο· ἀναγκαίως οὖν ὁρίζομεν, καθὼς καὶ τὸ παλαιὸν ἔθος ἐκράτησε, καὶ ἐν τοῖς καθιερουμένοις ναοῖς ἄνευ ἁγίων λειψάνων μὴ τίθεσθαι λείψανα ἁγίων μαρτύρων, καὶ τὸν καθιερούμενον ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον ἐπὶ τῇ καθιερώσει τοῦ ναοῦ ἐπιτελεῖν τὰ ἐπιβάλλοντα τοῖς καθιερουμένοις ἱεροῖς, καὶ ἐκδιδόναι τὸν ἐκκλησιαστικὸν τύπον, καθὼς καὶ τὸν τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης Ἐκκλησίας τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐκτέθειται· εἴ τις δὲ ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος παρὰ τοὺς παρόντας κανόνας ἐπιτελοίη τὰ τῆς καθιερώσεως, καθαιρείσθω.

Quæcunque templa ante hanc synodum, sine consuetis Episcoporum precibus & Sanctorum Martyrum reliquiis, fundata fuerunt, in eis sanctas reliquias deponi, & consuetas preces celebrari definitum est. Quicunque autem post hanc synodum sine reliquiis templum consecrâsse deprehendantur, depositione damnantur, ut traditionum Ecclesiasticarum transgressores.

ΖΩΝΑΡ. Τοῦτο δὲ ἀποστολικὸν ῥητὸν ὁ μὲν μέγας Βασίλειος ἄλλως ἐξελάβετο. ὅτι γὰρ οἱ πατέρες ἐνταῦθα ἁπλοϊκώτερον ἐδέξαντο δὲ, ἐπακολουθοῦσι, δὲ ἔπεσθαι δηλονότι ταῖς προλαβούσαις ἁμαρτίαις καὶ ἕπεσθαι· καὶ τοῦτο ἐκβιῶναι φασὶν ὅτι τῶν εἰκονομάχων. ἐκείνους γὰρ ὀνομάζουσι χειρισμοκατηγόρους, ὡς κατηγοροῦντας τῶν χειρισμῶν εἰδωλολατρείαν. ὁ μόνον γὰρ τὰς ἐκκλησίας τοῦ κόσμου τῶν σεπτῶν εἰκόνων ἐσύλησαν, ἀλλὰ καὶ ἔθη παλαιὰ προλελοίπασιν, ἃ καὶ ἀνανεοῦσιν ὅτι· ἵνα καὶ ἡ ἔγγραφος θεσμοθεσία καὶ ἡ ἄγραφος συνήθεια κρατῇ. δὲ δὲ προλέλοιπεν ἔθος ἐστὶ τοῦτο, δὲ ἐν ταῖς καθιερώσεσι τῶν θείων ναῶν μὴ γίνεσθαι κατάθεσις λειψάνων ἁγίων. ὅσοι οὖν, φασὶ, χωρὶς καταθέσεως ἁγίων λειψάνων καθιερώθησαν ναοὶ, δεξάσθωσαν νῦν καὶ ἅγια λείψανα κατατιθέμενα ἐν αὐτοῖς. ὁ δὲ καθιερῶν ναὸν χωρὶς ἱερῶν λειψάνων, καθαιρείσθω, ὡς παραβάτης τῆς ἐκκλησιαστικῆς παραδόσεως.

ZONAR. Magnus quidem Basilius aliter hoc Apostoli dictum interpretatus est. Hi vero Patres verbum illud, consequuntur, paulo simpliciùs accepêre, ut ad priora scilicet facinora alia quoque solere sequi intelligendum sit. Quod quidem Iconomachis aiunt contigisse. Illos namque Christianorum accusatores nominant, quippe qui Christianos idololatriæ accusarent. Nec enim ii solùm Ecclesias sacrarum imaginum ornamentis spoliavêre, sed antiquas etiam consuetudines reliquêre; quæ quidem, ut simul & scriptis consignata lex, & non scripta quoque consuetudo servetur, hujus Canonis decreto renovantur. Consuetudo porro prætermissa ea fuit, quòd cum divina templa consecrarentur, nullæ simul in eis sanctorum reliquiæ conderentur. Quæcunque ergo templa, inquiunt, absque conditis sanctorum reliquiis consecrata sunt, in eis sacræ quoque reliquiæ hoc demum tempore collocentur. Qui vero templum, non adhibitis sanctorum reliquiis consecraverit, eum, quippe traditionum quas à majoribus accepimus transgressorem, deponi jubent.

ΑΡΙΣΤ. Καταπιθέσθω μαρτύρων ἅγια λείψανα ἐν τοῖς F ἄνευ ἀντῶν καθιερωθεῖσι ναοῖς, μὴ τὴν συνήθειαν εὐχῆς. ὁ δὲ ἄνευ τούτων καθιερώσας, καθαιρείσθω, ὡς παραβὰς τὰς ἐκκλησιαστικὰς παραδόσεις.

ARIST. *Sancta martyrum reliquiæ in templis, quæ absque iis consecrata sunt, idque cum consuetis precibus, reponantur. Qui autem absque iis consecrat, ut Ecclesiasticas traditiones transgressus, deponatur.*

Digitized by Google

A

Canon VIII.

Quoniam Hebræorum religionis quidam errantes, Christum Deum noſtrum ſubſannare viſi ſunt, ſeſe quidem Chriſtianos eſſe fingentes, ipſum autem occulte negant, & clanculum ſabbata obſervant, & multa alia Iudaica faciunt: ſtatuimus, ut iſti neque ad communionem, neque ad orationem, neque ad Eccleſiam admittantur; ſed aperte ſint ſecundum ſuam religionem Hebræi, & neque filios ſuos baptizent, neque ſervum emant vel poſſideant. Si autem ex pura & ſyncera fide quis eorum converſus, & ex toto corde confeſſus fuerit, eorum B *moribus & rebus inſultans ac veluti triumphum agens, ut & alii refellantur & corrigantur; eum recipiant, & baptizent ejus liberos; & caveant ipſi ſe ab Hebræorum ſtudiis & inſtitutis deſcituros: ſin autem non ita ſe gerant, eos nullo modo admittant.*

Bals. Judæi quidam, cum quorundam criminum rei agerentur, vellent autem damnationem effugere, ad fidem Chriſtianam accedebant, & ſe Chriſtiana quidem ſentire præ ſe ferebant; ſed Judaica revera ſentiebant, ſabbata clanculum obſervantes, & noſtra lacerantes, ſuos C autem liberos baptizabant, & alia quædam pia faciebant ut orthodoxi fortaſſe viderentur. Dicunt ergo patres, eos non in aliquam communionem admittendos, nec permittendum ut filii eorum baptizentur, nec ut Chriſtianum ſervum ullo modo poſſideant, ſed juxta Hebræorum religionem ſe aperte gerant. Si quis autem à Judaica impietate, cum bona affectione, & ſine neceſſitate vel ſimulatione, ad orthodoxam fidem converſus fuerit, & Judaicis moribus valedixerit, & toto animo de iis triumphum egerit, & confeſſus fuerit ea quæ ab aliquibus prætextu facta ſunt, & ad Chriſtianorum fidei ludificationem reſpiciunt, ut & illi convincantur & corrigantur: D ipſe & ejus liberi ad communionem admittantur, & baptizentur, ſi priùs caverint fore ut à Judaicis traditionibus & ſtudiis abſtineant. Nota igitur iſta propter ſacerdotes qui Sarracenorum filios baptizant; & baptiſmum, qui ab illis propter corporis ſanitatem expetitur, non eſſe admittendum. Quadrageſimum verò quartum caput primi tit. primi lib. Baſil. inquit, Judæus qui ſe Chriſtianum eſſe velle præ ſe ferens, ut qui adverſus ſe accuſationem vel mutui actionem expectet, ad Eccleſiam confugit, debito non ſoluto, vel à crimine non abſolutus, ne admittatur. Quære & xlvii. caput ejuſdem libri & tit. Judæus mancipium Chriſtianum ne habeat, nec catechumenum cir- E cumcidat, nec alius hæreticus Chriſtianum ſervum habeat. Et liv. cap. Samaritanus autem nullus ſervum Chriſtianum habebit: ſed cùm primùm eum poſſederit, ſtatim in libertatem vendicetur. Si ſervus autem ejuſdem cum ipſo perverſæ opinionis fuerit, licebit ei Chriſtianam amplectenti opinionem, ſtatim etiam Romanam libertatem aſſequi.

Zonar. Quidam ex Judæis ſe fidei ſtudio teneri, Chriſtianamque religionem amplecti velle, ſimulabant: Chriſtum vero illi ſubſannabant, hoc eſt, Chriſto, privatim ab eo deficientes, illudebant, atque ſabbata ſecretò F colebant, & alios Judæorum ritus, quippe ut infantes ſuos præciderent, tum qui cadaver attigiſſet, qui lepra infectus eſſet, cui ſemen efflueret, quiq; ejuſmodi quidquam aliud antiqua lege vetitum feciſſent, tanquam impuros averſarentur, retinebant. Ejuſmodi igitur homines, nec ad communionem admitti, nec in conventum ſacræ precationis recipi, tum ab Eccleſiæ ingreſſu omnino arceri, Hebræorumque rurſum publicè profiteri ſectam, nec liberos ſuos baptizare, nec ipſis mancipium emendi facultatem eſſe, Synodus jubet. Chriſtianum

Κανων η'.

Επειδὴ πλανώμενοί τινες ἀπὸ τῆς τῶν Ἑβραίων θρησκείας μυκτηρίζειν ἔδοξαν Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν, προσποιούμενοι μὲν χριστιανίζειν, αὐτὸν δὲ ἀρνούμενοι κρύβδην, καὶ λαθραίως σαββατίζοντες, καὶ ἕτερα Ἰουδαϊκὰ ποιοῦντες, ὁρίζομεν τούτους μήτε εἰς κοινωνίαν, μήτε εἰς εὐχὴν, μήτε εἰς ἐκκλησίαν δέχεσθαι· ἀλλὰ φανερῶς εἶναι κατὰ τὸν ἑαυτῶν θρησκείαν Ἑβραίους· μήτε τοὺς παῖδας αὐτῶν βαπτίζειν, μήτε δοῦλον ἀγοράζειν ἢ κτᾶσθαι. εἰ δέ τις ἐξ εἰλικρινοῦς πίστεως ἐπιστρέψῃ τις ἐξ αὐτῶν καὶ ὁμολογήσῃ ἐξ ὅλης καρδίας, ἀριαμβεύων τὰ κατ' αὐτῶν ἔθη καὶ πρόγματα, προς δὲ καὶ ἄλλους ἐλεγχθῆναι καὶ διορθώσασθαι, τοῦτον προσδέχεσθαι, καὶ βαπτίζειν τοὺς παῖδας αὐτοῦ, καὶ ἀσφαλίζεσθαι αὐτοὺς ἀποστῆναι τῶν Ἑβραϊκῶν ἐπιτηδευμάτων· εἰ δὲ μὴ οὕτως ἔχοιεν, μηδαμῶς αὐτοὺς προσδέχεσθαι.

Βαλσ. Ἰουδαῖοί τινες ἔνοχοι καταστάντες δίκαις ὑπεδύοντο, καὶ θέλοντες ταύτας ἐκφυγεῖν, προσήρχοντο τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει, καὶ προσεποιοῦντο μὲν τὰ τῶν Χριστιανῶν φρονεῖν, τῇ ἀληθείᾳ δὲ τὰ τῶν Ἰουδαίων ἐφρόνουν, λάθρα σαββατίζοντες, καὶ τὰ ἡμέτερα διασύροντες, ἐβάπτιζον δὲ καὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν, καὶ ἄλλα τινὰ ἐποίουν εὐσεβῆ, ὡς ἂν φαίνοιντο τάχα ὀρθόδοξοι· φασὶν οὖν οἱ πατέρες, μὴ δέχεσθαι τούτους εἰς κοινωνίαν οἱανδήποτε, μηδὲ προσχωρεῖν τοὺς παῖδας αὐτῶν βαπτίζεσθαι, μηδὲ δοῦλον χριστιανὸν ὁπωσδήποτε κτᾶσθαι, ἀλλὰ φανερῶς κατὰ τὸν τῶν Ἑβραίων θρησκείαν αὐτοὺς πολιτεύεσθαι. εἰ δέ τις ἐξ αὐτῶν ἀπὸ τῆς Ἰουδαϊκῆς θρησκείας πρὸς τὸ ὀρθόδοξον πίστιν ἐπιστρέψει μὴ καταισχύσεως διαθέσεως, καὶ ἄνευ ἀνάγκης, ἢ προσποιήσεως, καὶ ἀποταξῃ τοῖς Ἰουδαϊκοῖς ἔθεσιν, καὶ ὁλοψύχως ἀριαμβεύσει αὐτά, καὶ ὁμολογήσει τὰ σφάλ πίνων κατὰ σωφρονισμόν, καὶ εἰς ἐμπαιγμὸν ἀφορῶντα τῆς πίστεως τῶν χριστιανῶν, ἐφ' ᾧ καὶ ἐκείνους ἐλεγχθῆναι καὶ διορθωθῆναι, προσδέχεσθαι τοῦτον καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ εἰς κοινωνίαν, καὶ βαπτίζειν, ἀσφαλιζομένους ἀπέχειν ἀπὸ τῶν Ἰουδαϊκῶν παραδόσεων καὶ ἐπιτηδευμάτων. σημείωσαι οὖν ταῦτα διὰ τοὺς ἱερεῖς τοὺς βαπτίζοντας τοὺς παῖδας τῶν Ἀγαρηνῶν, καὶ ὅτι διὰ θεραπείαν σωματικὴν ζητούμενον ὑπὸ τούτων βάπτισμα ἀποδεκτέον ὄχι. ὁ μοῦτοι μδ'. κεφ. τοῦ α'. τίτλου τοῦ α'. βιβλίου τῶν βασιλικῶν, φησιν, Ἰουδαῖος, ὁ θέλειν εἰ χριστιανὸς προσποιούμενος, ὡς ἂν τὸν κατ' αὐτοῦ κατηγορίαν ἢ τὸν ἀπὸ χρέους ἀγωγὴν ἀποφεύγων, τῇ ἐκκλησίᾳ φεύγῃ, μὴ πληρώσας τὸ χρέος, ἢ ἐλευθερωθεὶς τοῦ ἐγκλήματος, μὴ δεχέσθω. ζήτει ὁ ὁ μζ'. κεφ. τοῦ αὐτοῦ βιβλίου καὶ τίτλου· Ἰουδαῖος χριστιανὸν ἀνδράποδον μὴ ἐχέτω, μήτε κατηχούμενον ποιείσθω, μήτε ἄλλος αἱρετικὸς χριστιανὸν ἀνδράποδον ἐχέτω. καὶ τὸ νδ'. κεφ. Σαμαρείτης δὲ οὐδεὶς χριστιανὸν οἰκέτην ἕξει, ἀλλ' ἅμα τῷ κτήσασθαι τοῦτον, εὐθέως εἰς ἐλευθερίαν ἁρπάζεσθαι. εἰ δὲ τῆς ὁμοίας αὐτῷ οἰκέτης καθοδοξίας εἴη, ἐξέστω αὐτῷ τὴν τῶν χριστιανῶν ἀσπαζομένῳ δόξαν, εὐθὺς καὶ τῆς Ρωμαϊκῆς ἀπολαύειν ἐλευθερίας.

Ζωναρ. Τινὲς Ἰουδαῖοι προσήρχοντο τῇ δοκεῖν τῇ πίστει, καὶ προσεποιοῦντο γίνεσθαι Χριστιανοί. ἐκεῖνοι δὲ ἐμυκτήριζον τὸν Χριστόν· ἀντὶ τοῦ ἐνέπαιζον κρυφίως αὐτὸν ἀρνούμενοι, καὶ λελανθότως τὰ σάββατα φυλάσσοντες, καὶ ἄλλα Ἰουδαϊκὰ ποιοῦντες, οἷς προστιμῶντες τοὺς παῖδας αὐτῶν, ἀκαθάρτους ἡγούμενοι, τοὺς νεκρῷ προσψαύσαντας, καὶ τοὺς λεπρούς, καὶ τοὺς γονορρυεῖς, καὶ ἄλλα τοιαῦτα, ὅσα τῇ παλαιᾷ ἀπηγόρευσεν νόμῳ. τοὺς γοῦν τοιούτους, ὥρισεν ἡ Συνοδος, μήτε εἰς κοινωνίαν δέχεσθαι, μήτε συνδιέχεσθαι αὐτοῖς, μήτε ὅλως εἰς ἐκκλησίαν εἰσιέναι προσχωρεῖν, εἰ δὲ Ἑβραίους καὶ αὖθις κατὰ τὸ φανερὸν, καὶ μηδὲ τοὺς παῖδας αὐτῶν βαπτίζειν, μήτε προσχωρεῖν αὐτοῖς δοῦλον ὠνεῖσθαι. τὸ γὰρ χριστιανὸν ἀνδρά-

Digitized by Google

ἀνδραπόδον κτᾶσθαι Ιουδαῖον καὶ ὁ πολιτικὸς κωλύει νόμος. οἱ δὲ τάχα τῇ πίστει προσελθόντες, ὡς Χριστιανοὶ ὄντι ἐκωλύοντο δέλους ὠνεῖσθαι. ἐπεὶ δὲ ὑποκεκριμένως τοῦτο ἐποίουν, φησὶν ἡ σύνοδος μὴ ἐξεῖναι αὐτοῖς δέλους ὠνεῖσθαι, ἢ ἄλλως κτᾶσθαι, ὁπωσοῦν τυχόν, ἢ ἀνταλλαγῆς, ἢ ἑτέρῳ τρόπῳ. εἰ δὲ ἐξ εἰλικρινοῦς καὶ καθαρᾶς πίστεως, ἀντὶ τοῦ καθαρῶς καὶ ἀνυποκρίτως πιστεύσας, ἐπιστρέψει τις αὐτοῖς καὶ ὁμολογήσει ἐξ ὅλης καρδίας, ἀντὶ τοῦ τὰ αὐτὰ ἡμῖν λέγῃ, καὶ τὰ ἔθη τὰ οἰκεῖα καὶ ὅσα προάγουσι διαμβάνει, ἤγουν εἰς ὃ φανερὸν προτίθησι, καὶ σωτίθεται μὲ ποιεῖν, ὥστε καὶ ἄλλους ἐλεγθῶαι ὁμοπίστους αὐτοῖς καὶ διορθωθῶαι, ὃ τοιοῦτον ἐπιτρέπεσθαι καὶ βαπτίζειν, καὶ παῖδας αὐτοῦ, καὶ ἀκριβῶς προσέχειν αὐτοῖς, ὥστε ἀποσῆναι τοὺς Ἑβραϊκοὺς διαπορθυμάτων, ἄλλως δὲ αὐτοὺς μὴ προσδέχεσθαι. καὶ ὁ μέγας δὲ Βασίλειος ἐν πέμπτῳ κανόνι, τοὺς μεταμοουμένους δεῖ, φησι, δέχεσθαι, οὐκ ἀκρίτως δὲ, ἀλλὰ δοκιμάζειν, εἰ ἀληθῶς καὶ γνησίως μετανοοῦσι. καὶ ὁ πολιτικὸς νόμος πολλῷ πλείονα ποιεῖται τὴν ἐπιζήτησιν περὶ τῶν προσερχομένων Ιουδαίων τῷ ἀκριβολογίαν.

ΑΡΙΣΤ. Ἑβραίους μὲν χρῆναι προσδέχεσθαι, εἰ μὴ φαίνοντο ἐξ εἰλικρινοῦς καρδίας ἐπιστρέφοντες. Σαφής.

ΚΑΝΩΝ θ'.

Πάντα τὰ μειρακιώδη ἀθύρματα καὶ μανιώδη βακχεύματα, τὰ ψευδοσυγγράμματα, τὰ κατὰ τῶν σεπτῶν εἰκόνων γινόμενα, δέον δοθῆναι τῷ ἐπισκοπείῳ Κωνσταντινουπόλεως· ἵνα ἀποτεθῶσιν μετὰ τῶν λοιπῶν αἱρετικῶν βιβλίων· εἰ δέ τις εὑρεθείη ταῦτα κρύπτων, εἰ μὲν Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος εἴη, καθαιρεῖσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς ἢ μοναχός, ἀφορίζεσθω.

ΒΑΛΣ. Τῆς τῶν Χριστιανοκατηγόρων ἤτοι τῶν εἰκονοκαυτῶν αἱρέσεως κραλησαίσης ὅτι πολύ, οἱ ταύτῃ προσκείμενοι, διὰ γραφῶν τὰς κατὰ τῶν ἁγίων εἰκόνων βλασφημίας αὐτῶν ἐνεγλίτθυον. φασὶν οὖν οἱ πατέρες, ὀφείλειν ταύτας δοθῆναι, ἐφ' ᾧ ἀποτεθῆναι ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ἔνθα ἀπόκεινται καὶ τὰ λοιπὰ βιβλία τῶν αἱρετικῶν. τοὺς δὲ κρύπτοντας ταῦτα, ἐὰν μὲν ὄντας καθαιρεθῆναι, λαϊκοὺς δὲ καὶ μοναχοὺς, ἀφορίζεσθαι. καλῶς δὲ ὠνόμασαν οἱ πατέρες τὰ τοιαῦτα συγγράμματα, μειρακιώδη ἀθύρματα, ἤγουν νηπιώδη παίγνια καὶ μανιώδη βακχεύματα, ἤτοι μαινομένων βακχῶν φλυαρήματα, ὅπερ ἀνεγίλυτα καὶ ἀνακαθάρσεισά εἰσιν ὡς τὰ τῶν μειρακίων παίγνια, καὶ ἀξιογέλαστα ὡς τὰ τῶν μαινομένων ἔργα καὶ μεθυόντων. αἱ βάκχαι γὰρ χορεὶ ἦσαν μαινομένων ἑπόμενοι τῷ ἐφόρῳ τῆς μέθης ψευδωνύμῳ θεῷ τῷ Διονύσῳ. οἱ μῦθοι νόμοι τὰ τῶν αἱρετικῶν βιβλία διορίζουσι καθεξῆς. ζήτει κεφ. γ'. τοῦ ιβ'. τίτλου τοῦ πρόσθεν σωζόμενον, καὶ εὑρήσεις ἐν αὐτῷ καταγραμμένα κεφ. διάφορα τοῦτο αὐτὸ προσκεκολλόμενα. εἴποι δέ τις, διὰ τίνα αἰτίαν ὁ μὲν ἡμῶν τὰ τῶν Χριστιανοκατηγόρων βιβλία ἀποτίθεσθαι ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ διορίζουσι; λύσις. τὰ αὐτὰ δηλαδὴ καὶ βέβηλα συγγράμματα τῶν αἱρετικῶν, καὶ ὃ ἀποτεθῆναι ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως. ἔτε γὰρ καιόμενα εἰς ἀνάγνωσιν ἔλθοιεν, ἔτε ἐν τοιούτῳ τόπῳ ἀσύλῳ ἀποτιθέμενα, θεαταί τινες γένοιντο. ὁ γοῦν καύσας ταῦτα καὶ μὴ ἀποτιθέμενος ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ, τῷ κανόνι οὐχ ὑποκείσεται, ὡς μηδὲ ὑπεναντίως αὐτοῖς ἁμαρτήσας. ἐπισκοπεῖον δὲ τῆς Κωνσταντινουπόλεως τὸ πατριαρχεῖόν ἐστιν. ἐπεὶ δὲ τὸ μεγαλεῖον τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου διάφορα μὲν ἀπόκρυφα ἔχει ὑφ' ἑαυτῷ, ἰδικῶς δὲ ἀφωρίσθη τῷ σεκρέτῳ τοῦ χαρτοφυλακείου τὰ ἐπισκοπικὰ δίκαια, καὶ ὁ κατὰ καιροὺς χαρτοφύλαξ ἐνεργεῖ δικαίῳ τοῦ κατὰ καιροὺς ἁγιωτάτου πατριάρχου πάντα τὰ τούτῳ ἀνήκοντα, ὡς Ἐπισκόπῳ·

namque servum Judæus possidere civili quoque lege prohibetur. Qui tamen ex eorum numero fortè fidem amplexi forent, servos emere Christianorum more permittebantur. Quoniam verò id simulatè agebant, idcirco Synodus servum iis emere, aut aliter possidere, donatione nimirum, aut permutatione, aut alia quacunq; ratione quæsitum, minime licere decernit. Quòd si eorum quispiam ex pura & syncera fide, hoc est, puro animo atque omni simulatione sublata, fidei mysteriis assensus convertatur, atque ex toto corde confiteatur, hoc est, nobiscum in omnibus plane consentiat, & de suorum moribus ac institutis quibusque triumphum agat, hoc est, se nihil simile facturum aperte profiteatur ac spondeat, ut ex eo alii quoq; erroris socii refutentur ac resipiscant: admitti hominem, ipsumque & filios baptizari, studioseque ipsos, ut ab Hebraicis se institutis abjungant, observari; secus omnino repelli placet. Magnus verò etiam Basilius, quinto Canone; Quos, inquit, errari pœnitet, admittendi sunt: non tamen iis temere habenda fides, sed an vere eos & ex animo pœniteat sedulò cognoscendum. De Judæis itidem, ut non nisi diligenter examinati probatique recipiantur, civilia quoque jura decernunt.

ARIST. *Hebræos admittere non oportet, nisi eos syncero corde conversos esse constiterit.* Perspicuus.

CANON IX.

Puerilia omnia ludibria furiosaque dicta ac scripta, quæ adversus venerabiles imagines edita sunt Episcopio Constantinopolitano tradi oportet; ut cum reliquis hæreticis libris deponantur. Si quis autem hæc celare inventus fuerit, si quidem Episcopus vel Presbyter vel Diaconus sit, deponatur: sin verò Laicus vel Monachus, segregetur.

BALS. Cùm Christianorum hostium seu imaginum exustorum diu invaluisset hæresis, qui ei adhærebant, suas adversus sacras imagines blasphemias literis mandabant. Dicunt ergo patres, eas debere tradi, ut in Episcopio Constantinopolitano reponantur, ubi reponuntur reliqui quoq; libri hæreticorum: eos autem, qui hæc celaverint, si quidem sacris ordinibus initiati sint, deponi; sin verò Laici vel Monachi, segregari. Rectè autem patres ejusmodi scripta nominârunt puerilia ludibria, hoc est, ludicra puerorũ oblectamenta & insana ac bacchica responsa, insanientium sc. baccharum nugas; quia sunt solutu facilia & nullo negotio labefactabilia, ut puerorum ludibria, & ridicula ut furiosorum & ebriorum opera. Bacchæ enim erant chori insanientium, ebrietatis præsidem sequentes Bacchum, qui falsò Deus cognominatur. Jam verò leges hæreticorum libros exuri quoque decernunt. Quære autem tertium caput xii. tit. præsentis operis, & invenies diversa capita in eo posita, quæ hoc ipsum jubent. Dixerit autem quispiam quamnam ob causam Canon quidem Christianorum hostium seu imaginum combustorum libros in Episcopio reponi jubet, leges autem eos comburi permittunt? Solutio. Idem est cumburi profana & impia hæreticorum scripta, & in Constantinopolitano Episcopio reponi. Neque enim, si combusta fuerint, legentur, nec si in ejusmodi tuto & inaccesso loco reponantur, ab ullo unquam aspicientur. Qui ergo ea combusserit, & in Episcopio non reposuerit, non tenebitur Canone, ut qui non contrà fecerit. Constantinopoleos autem Episcopium Patriarchæ palatium est. Porro quoniam patriarchalis throni magnificentia diversa quidem sub se habet secreta; chartophylacii vero seu tabularii secretò seorsum deputata sunt jura Episcopalia, & qui pro tempore est chartophylax, sanctissimi tempore Patriarchæ jure, omnia, quæ ad eum pertinent ut Episcopum exercet; etenim

Digitized by Google

etenim excommunicat, animæ delicta corrigit, Diaconos & Sacerdotes ordinari permittit, ſacrorum miniſteriorum pittacia exponit, & quædam hujuſmodi alia: chartophylacium Epiſcopium rectè dicetur.

A statum restituantur: ii autem qui non obediunt, sed in malo persistunt, si sint quidem sacris initiati, deponantur: sin verò Laici vel Monachi, segregentur. Et hæc quidem dicta sunt ad eam, quæ tunc fuit, rerum constitutionem. Extende autem Canonem etiam ad eos, qui hodie sacras ædes tenent, ex gentium incursione profanatas & communes effectas. Neque enim possunt dicere, se hoc malum non esse ausos, & ideo non debere hanc restitutionem facere. Similiter nec multorum annorum lapsum proferent, ut id confirmetur quod non potest consistere, & sanctum commune efficiatur. Ea enim in aliis quidem locum habent, humanis scilicet negotiis: non autem in sanctis & sacris. Nota hæc propter Metropolitanos Orientales, qui proprios Episcopatus & monasteria à laicis, qui ea detinent, revocant, & hæc audiunt. Nunquid autem sanctis locis non communibus effectis, sed conservatis, sicut priùs, cogentur qui ea detinent restituere? Solutio. Episcopatus quidem ut ab Episcopis occupentur necesse est, nec ullo tempore ad illos revertere prohibebuntur electi: quemadmodum & in Megarensi Episcopatu factum est, qui tot annis, quot hominum memoriam excedunt, deletus extinctúsque fuerat, & per jussionem Imperialem synodalémque actum metropoli Athenarum paulo antè rursus servatus est. Monasteria autem, ut mihi videtur, si xl. annorum spacio ab aliquibus possessa fuerint, non facilè ad priores possessores revertuntur: si videlicet sciverint à quibusnam possideantur, & propter socordiam ea tanto tempore non revocaverint. Quia autem præsens quidem Canon consequenter xxiv. Chalced. Syn. editus est; xlix. autem Canon Syn. in Trullo eadem decernens, adjicit, non tradenda secularibus hominibus monasteria; dictum est aliquando, quòd ei Canoni & præsenti consequenter, debent subverti antiquiores Patriarchales monasteriorum secularibus donationes, quinetiam & traditiones monasteriorum aliis monasteriis attributorum, & magnæ Ecclesiæ reservari. Lectus est & Patriarchæ illius domini Sisinnii locus eadem decernens, & id fortasse etiam ad effectum pervenisset. Quia autem sanctissimi illius Patriarchæ domini Sergii alia allata est decisio, quæ mense Maio facta est, indict. xiv. anno 6524. Imp. subscriptione munita, quæ xlix. Syn. in Trullo Canonem interpretatur, & statuit, non intelligi traditionem in donationibus, quæ statum monasteriorum conservant: sed in iis qui monasteria accipiunt, ut ea habeant secularia diversoria; circa finem hæc quoque expressè prosequens. Synodicè ergo subvertimus, per datam nobis à sancto spiritu potestatem, actionem illam, quæ donationes & traditiones tollit, ut quæ ex nullo Episcopali consensu, sed ex libera sua sententia facta sit, & nec ab Imp. Christi amantissimo suscepta sit, quum & ipse videtur donare monasteria præter ejus vigorem: & quæ ex rebus ipsis appareat non esse ad monasteriorum utilitatem, sed summam perniciem & exitium. Confirmantes autem & corroborantes antiquam & novam utilem consuetudinem beatorum & divinorum patrum nostrorum, statuimus fieri donationes & traditiones citra ullam prohibitionem, ad constitutionem & meliorationem, quæ dantur ac donantur, monasteriorum. Visum est itaque dictos Caonnes debere exponi secundùm præsentem decisionem, & quæ fiunt secularibus monasteriorum donationes, multo autem magis traditiones, non posse labefactari. Quamobrem ea hucusque sine impedimento servantur. Quæ à nobis in præsentis Canonis expositione scripta sunt, ei qui velit sufficient, ut sciat mentem non adhibendam iis, quæ ab illo Patriarcha Antiocheno domino Joanne scripta sunt, de non elocandis monasteriis hominibus, quæque hoc opus impietatem nominant.

 Omnino

Digitized by Google

Omnino enim his præferenda ea, quæ à sanctissimo universali patriarcha domino Sergio facta est decisio, quæ quidem interpretatur, quomodo Canones cum synodali consensu intelligi debent.

ZONAR. Quo tempore Iconomachorum hæresis grassabatur, multa contra orthodoxos nefariè patrata sunt. Sed omnium maxime sacris initiati ac monachi vexabantur, ut etiam Ecclesiis suis ac monasteriis relictis plerique aufugerint. Desertas igitur Ecclesiarum ac Monasteriorum stationes, nonnulli occupabant, earúmque sibi possessionem quasi propriam arrogantes, addicta profanis usibus ibidem domicilia collocabant. De hujusmodi igitur hominibus Canon, si quidem, inquit, qui hæc tenent, ea, ut ad priores, sive Episcopalium ædium sive monasteriorum, usus denuò accommodentur, haud gravatè reddant, bene habebit, hoc est bene facient: sin ea sibi vendicare nihilominus contendant sacris initiati quidem, deponantur; Monachi vero aut Laici, sanctæ quippe Trinitatis præjudicio ob id facinus jam condemnati, segregentur.

ARIST. *Qui Episcopia aut Monasteria communia faciunt, nisi quod ad Episcopatum pertinet, aut monasterium Episcopo aut Monasterii præfecto restituerint, irritum sit; & si sacris quidem initiati fuerint, deponantur; sin autem Laici vel Monachi, segregentur.*

Si Ecclesiarum bona alienari non debent; multo magis ipsas Ecclesias & monasteria prophanari non oportet & communia fieri diversoria. Illi itaque qui ea possident, & ad pristinum statum restituere nolunt si è catalogo quidem sacerdotali sint, deponentur: sin vero Laici vel Monachi, segregabuntur; ut domum Dei domum negotiationis facientes.

CANON XIV.

Quod ordo in omni sacerdotio custodiri debet, est omnibus manifestum: & sacerdotii promotiones exactè servare Deo gratum est. Quoniam ergo videmus nonnullos à pueris cleri tonsuram accipientes, nondum accepta Episcoporum manuum impositione, & in congregatione in suggestu legentes, & id non Canonicè facientes; per præsentem Canonem, ne hoc fiat, jubemus: idque ipsum etiam in monachis servari. Lectoris autem manuum impositionem licet in proprio Monasterio etiam soli unicuique præfecto facere; si ad ejus præfecturam ab Episcopo manuum impositio fiat ipsi præfecto, qui scilicet & ipse est presbyter. Similiter & ex antiqua consuetudine Chorepiscopos Episcopi permissu oportet per manuum impositionem Lectores creare.

BALS. Ordo omnia continet cœlestia & terrestria: multo magis autem, si bonus ordo in sacerdotibus versetur, id Deum mitigat. Quoniam ergo, inquiunt sancti patres, videmus nonnullos à pueris nigris vestibus indutos, tanquam Deo consecratos, tonsuráque non per Episcopi sui manuum impositionem suscepta, audentes autem, postquam ad ætatem pervenerint, divinas scripturas in suggestu non canonicè legere: statuimus ne hoc fiat, ut quod sit inordinationis causa, nec quis divinas scripturas aliter in suggestu legat, quàm si tonsuræ characterem acceperit per Episcopalem manuum impositionem. Hoc ipsum autem etiam in Monachis servandum. Quoniam autem, ut consentaneum est, hoc Monachis difficile videbatur, qui eremos ut plurimum habitant, & non possunt urbes obire, nec Episcop. facile adire; concessum est eorum præfectis, qui ab Episcopis characterem accepêre, Presbyteris quidem necessariò existentibus, Monachos Lectores in proprio monasterio facere, ut ipsi citra ullum impedimentum

A πάντως γὰρ κατακρατήσει τούτων, ὁ παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου οἰκουμενικοῦ κυροῦ Σεργίου γεγονὼς τόμος, ἑρμηνεύων πῶς ὀφείλουσι νοεῖσθαι τὰ τῶν κανόνων μετὰ συνοδικῆς συμπράξεως.

ΖΩΝΑΡ. Ἐν τῷ καιρῷ τῆς αἱρέσεως τῶν Εἰκονομάχων πολλὰ ἐτολμήθησαν κατὰ τῶν ὀρθοδόξων. πλέον δὲ τῶν ἄλλων οἱ ἱερωμένοι καὶ οἱ μοναχοὶ ἐδιώχθησαν, ὡς καὶ τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν καὶ τὰ μοναστήρια τοὺς πλείονας καταλιπεῖν καὶ φυγεῖν. ἐρήμων τοίνυν τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν μονῶν καταλιμπανομένων κατεῖχόν τινες καὶ ᾠκειοῦντο αὐτὰς, καὶ εἰς κοσμικὰ μετεποίουν καταγώγια. φησὶν οὖν περὶ
B τῶν τοιούτων ὁ κανὼν, ὅτι εἰ μὲν οἱ ἔχοντες ταῦτα βούλονται ἀποδοῦναι αὐτὰ, ἵνα ἀποκαταστῶσιν, οἷα πρότερον ἦσαν ἤγουν Ἐπισκοπαὶ καὶ μοναστήρια, καλῶς ἂν ἔχοι, ἀντὶ τοῦ καλῶς ποιήσουσιν. εἰ δὲ ἀντέχονται τούτων, εἰ μὲν ἱερατικοί εἰσι, καθαιρείσθωσαν· εἰ δὲ μοναχοὶ ἢ λαϊκοὶ, ἀφοριζέσθωσαν, ὡς ἀπὸ τῆς ἁγίας τριάδος διὰ τοῦτο κατακεκριμένοι.

ΑΡΙΣΤ. Οἱ κοινώσαντες ἐπισκοπεῖα ἢ μοναστήρια, εἰ μὴ ἀποκαθιστᾶιεν παρὰ Ἐπισκόπῳ ἢ ἡγουμένῳ πρᾶγμα τῆς ἐπισκοπῆς ἢ τοῦ μοναστηρίου, ἄκυρον ἔστω· καὶ
C οἱ ἱερατικοὶ μὲν ὄντες, καθαιρείσθωσαν· λαϊκοὶ δὲ ἢ μοναχοὶ, ἀφοριζέσθωσαν.

Εἰ τὰ τῶν ἐκκλησιῶν πράγματα ἀνεκποίητα εἶναι ὀφείλουσι· πολλῷ μᾶλλον οὐδεὶ κοινοῦσθαι τὰς ἐκκλησίας αὐτὰς, καὶ τὰ μοναστήρια, καὶ κοινὰ γίνεσθαι καταγώγια. οἱ οὖν διακατέχοντες ταῦτα, εἰ οὐ βούλονται εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκαταστῆσαι σχῆμα, τοῦ μὲν ἱερατικοῦ καταλόγου ὄντες, καθαιρεθήσονται· εἰ δὲ λαϊκοὶ ἢ μοναχοὶ τυγχάνουσιν, ἀφορισθήσονται, ὡς τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ οἶκον ἐμπορίου ποιοῦντες.

ΚΑΝΩΝ ιδ'.

D Ὅτι τάξις ἐμπολιτεύεται ἐν ἱερωσύνῃ πάσῃ, ἀρίδηλόν ἐστι, καὶ τὸ σὺν ἀκριβείᾳ διατηρεῖν τὰς τῆς ἱερωσύνης ἐγχειρήσεις, θεῷ εὐάρεστον. ἐπεὶ οὖν ὁρῶμεν ἐκτὸς χειροθεσίας νηπιόθεν τὴν κουρὰν τοῦ κλήρου λαμβάνοντάς τινας, μήπω δὲ παρ' Ἐπισκόπων χειροθεσίαν λαβόντας, καὶ ἀναγινώσκοντας ἐν τῇ συνάξει ἐπ' ἄμβωνος, ἀκανονίστως δὲ τοῦτο ποιοῦντας, ἐπιτρέπομεν ἀπὸ τοῦ παρόντος τοῦτο μὴ γίνεσθαι· τὸ αὐτὸ δὲ φυλάττεσθαι καὶ ἐπὶ τῶν μοναχῶν. ἀναγνώστου δὲ χειροθεσίαν ἄδειά ἐστιν ἐν ἰδίῳ μοναστηρίῳ καὶ μόνῳ ἑκάστῳ ἡγουμένῳ ποιεῖν, εἰ αὐτῷ τῷ ἡγουμένῳ ἐπετέθη χειροθεσία παρὰ
E Ἐπισκόπου πρὸς προεδρίαν ἡγουμένου, δηλονότι ὄντος αὐτοῦ πρεσβυτέρου. ὡσαύτως καὶ τὸ ἀρχαῖον ἔθος τοὺς χωρεπισκόπους κατ' ἐπιτροπὴν τῶν Ἐπισκόπου δεῖ προχειρίζεσθαι ἀναγνώστας.

ΒΑΛΣ. Τάξις συνέχει πάντα τὰ οὐράνια καὶ τὰ ἐπίγεια πολλῷ δὲ πλέον τὸ τῆς εὐταξίας καλὸν εἰς τοὺς ἱερουργοῦντας πολιτευόμενον θεραπεύει τὸν Θεόν. ἐπεὶ οὖν, φασιν οἱ ἅγιοι πατέρες, ὁρῶμέν τινας νηπιόθεν μελανειμονήσαντας, ὡς τῷ Θεῷ ἀφιερωθέντας, καὶ κουρὰν δεξαμένους μὴ διὰ χειροθεσίας τῶν ἐγχωρίου
F Ἐπισκόπου, τολμῶντας δὲ μετὰ τὸ ἐνηλικιωθῆναι ἐπ' ἄμβωνος ἀναγινώσκειν τὰς θείας γραφὰς ἀκανονίστως· θεσπίζομεν μὴ γίνεσθαι τοῦτο, ὡς παραίτιον ἀταξίας, μηδὲ ἄλλως ἀναγινώσκειν ἐπ' ἄμβωνος τὰς θείας γραφάς τινα, εἰ μὴ λάβῃ σφραγῖδα ἐπικουρίδος διὰ χειροθεσίας ἐπισκοπικῆς. τὸ αὐτὸ δὲ φυλάττεσθαι καὶ ἐπὶ μοναχῶν. ὅτι δὲ, ὡς ἔοικεν, ἐνομίσθη δυσχερὲς εἶναι τοῦτο τοῖς μοναχοῖς τὰς ἐρήμους κατοικοῦσι κατὰ πολὺ, καὶ μὴ δυναμένοις τὰς πόλεις περιέρχεσθαι, καὶ τοῖς Ἐπισκόποις ἐντυγχάνειν εὐχερῶς, ἐνεδόθη τοῖς ἡγουμένοις τοῖς σφραγισθεῖσι παρὰ τῶν Ἐπισκόπων, πρεσβυτέροις οὖσιν ἐξ ἀνάγκης, ἀναγνώστας ποιεῖν μοναχοὺς

Digitized by Google

ναχὴς ἐν τῷ ἰδίῳ μοναστηρίῳ, ἐφ' ᾧ ἀκωλύτως ἀναγνώσκῃ τέτους ὅτι ἄμβωνος τὰς θείας γραφάς. ὡσαύτως ἐνεδόθη καὶ τοῖς χωρεπισκόποις ἀναγνώσας προχειρίζεσθαι κατ' ἐπαρχιῶν ἐπισκοπικῶν. καὶ ὁ μὲν κανὼν ταῦτα. λέλυται δὲ ἀπὸ τέτου μεγάλη ἔνστασις τῶν λεγόντων μὴ εἶναι κληρικὲς τὲς μόνας ὀπιμυείδας ἔχοντας ἀπὸ χειροθεσίας ἀρχιερατικῆς, καὶ μήπω καταξίνας ἐν κλήρῳ, ὥστε ἔχειν ὅτι ἀδείας αὐτὲς μεταχηματίζεσθαι εἰς λαϊκές. πέφασται γὰρ ἀριδήλως, ὡς ἤνίκα τις δέξεται χειροθεσίαν ὑπηρετικῆς ἀπὸ ἀρχιερέως, αὐτίκα κληρικός ἐστιν, ὡς ἐκχωρήσαντος ἀναγνώσκειν ὅτι ἄμβωνος. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, ὅτι καὶ ὁ ἁπλῶς μελανειμονήσας Ἐπισκόπῳ τῷ κληρῶσαι, μεταχηματίσαι οὐ δύναται, ὡς προδήλου ἀφιερῶσαι τῷ Θεῷ· κἀντεῦθεν μὴ ἰσχύων πρὸς Θεὸν ἀποχρῆσαι ἀθετῆσαι, καὶ ἐμπαίξαι ὃ ἅγιον χρῆμα κατασκιωικὲς, ὅπερ καὶ πολλάκις εἶπον· τὲς δὲ μὴ τελεταίου μελανειμονήσαντας ἀδιαστίκτως λέγω μὴ δύασθαι μεταχηματίζεσθαι. τῷ δὲ κανόνος λέγοντος ἐπ' ἀδείας ἔχειν πάντα καθηγούμενον σφραγισθέντα παρὰ ἀρχιερέως, δηλονότι ὄντα ἱερέα, ἀναγνώσας ποιῆν μοναχὲς ἐντὸς τῆς οἰκείας μονῆς καὶ μάνης, ἐζήτησάν τινες, εἰ ἐφῆ αὐτῷ ἅμα καὶ σφραγισθῆναι τῶν ποιῆν, καὶ δίχα ῥητῆς ὑπηρετοπῆς τῆς ἀρχιερέως; καί τινες μὲ εἶπον, ἐπακολυθῆν σιωπηρῶς καὶ τῶτο τῇ χειροθεσίᾳ τῆς ἡγουμενείας, ὡς τι κανόνος πλέον τι μὴ προσδιαμένου χρώμενοι καὶ τῷ κδ'. κανόνι τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδε εἰς συγκρότησιν τῆς λόγε αὐξῆς. ἀντιδέγλο δὲ καὶ ἕτεροι, ὡς ἐπεὶ καὶ ὁ ἀναγνώστης κληρικός ἐστιν, ὀφειλῇ δὲ ἀναγκαίως μὴ χειροθεσίας Ἐπισκόπε ἢ ὑπηρετοπῆς αὐτῆς σφραγίζεσθαι· ὅθεν καὶ ὁ καθηγέμων τότε ἀναγνώστε χειροθεσίαν ποιήσει ἐν τῷ ἰδίῳ μοναστηρίῳ, ὅπερ ἐκ τῶτο πρὸς τῆς ἰδίε ἀρχιερέως ὑπηρετῆ. εἰ μὴ γὰρ τῶτο εἴπωμεν, δικαιώσομεν ἐξ ἀνάγκης αὐτὸν δέχεσθαι χωρὶς ὑπηρετοπῆς ἀρχιερατικῆς καὶ τὲς λογισμὲς τῆς μοναχῶν αὐτῆς καὶ ἑτέρων, ὅπερ ἀδιανόητον. μόνοις γὰρ τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς ἐκχωρηθεῖσι πρὸς τέτων ἱερεῦσιν ἐφιλοτιμήθη ἄνωθεν ὁ δεσμεῖν καὶ λύειν. τῶν δ' ἀντιδέτων εἰπόντων, ὡς εἰ χρεία ἐστὶ τῷ καθηγουμένῳ πρὸς τῶτο καὶ ἰδικῆς ὑπηρετοπῆς τῆς ἐγχωρείου Ἐπισκόπου, εἰς ὃ μηδὲν καταμαρτᾷ ὁ πρὸς τῷ κανόνος ὑπφιλοτιμηθὲν τῷ καθηγουμένῳ, ἀντέφαμεν ἐκεῖνοι, ὅτι καὶ ἕτω μέγα δίκαιον δέδοται τῷ καθηγουμένῳ. μηδενὸς γὰρ ἱερέως δυναμένου ἀναγνώστου χειροθεσίαν ποιῆσαι, κἂν ὑπηρετῇ τῶτο πρὸς ἀρχιερέως, οἱ ῥηθέντες καθηγούμενοι κατ' ὁρισμὸν ἀρχιερατικὸν τῶτο ἐνεργήσουσι, ὅπερ ἐστὶ φιλοτίμημα ἰδικόν· ἐμοὶ δὲ καταμοῦσθαι ἀδιαστίκτως ἐνδοθῆναι τῶτο τοῖς ἡγουμένοις πρὸς τῷ κανόνος. ἔτι ἀμφιβολίας γενομένης πρὸς τῷ εἰ γίνονται ἡγέμενοι ἀνίεροι, εἶπόν τινες, ὡς ἐπεὶ καὶ δοκιμασίᾳ τῷ ὑπισκόπου σφραγίζονται, πάντως ὑπολήψεται ὁ Ἐπίσκοπος ἢ εὐδοκιμοῦντα πρὸς ἱερωσύνην ψυχῶν, καὶ ἀνίερος ἐστιν· ἢ μᾶλλον τὸν χειροτονηθέντα καὶ μὴ εὐδοκιμοῦντα. ὥσπερ οὖν ὁ νοσῶν σωματικῶς ἵνα ὑπολέξῃ ἢ πρὸς θεραπείαν ἀνεπιτήμονα πρὸς τὰ ἰατρικά, ἀλλ' ὃν ἀρχιατρὸν αὐτὸν χειροτονηθῆναι, ὡς παραθράμῃ ἢ δεξιὸν καὶ ὑπιτήμονα, ὡς ἀχειροτόνητον· ὅτι μηδὲ ἡ χειροτονία, ἀλλ' ἡ ἀκριβὴς ὑπιτήμη τῷ θεραπείᾳ δίδωσιν. ἕτεροι δὲ ἀντιδέγλο, ὡς τῷ κανόνος διορίζομένε ἐκείνοις ἔχειν τῶτο ὃ δίκαιον, τὲς σφραγισθέντας ἡγουμένους πρὸς Ἐπισκόπων, δηλονότι ὄντας ἱερῆς, ἀναφαίνεσθαι μὴ σφραγίζεσθαι ἡγέμονα, εἰ μὴ καὶ ἱερεύς ἐστιν· ὅπερ ἐμοὶ πέως οὐ δοκεῖ. οὐδὲ γὰρ διὰ τῶν ἡγουμενείαν προσετέθη πρὸς τῶν ἁγίων πατέρων, ὃ εἶναι πάντως ἱερῆς τὲς ἡγουμένους, ἀλλὰ διὰ τῶν τὸ ἀναγνώστε σφραγῖδα, ὡς δυνατὸν μὴ ὄντος πρὸς ἀνίερον καθηγουμένου ἀναγνώσην σφραγῖδα. λέγω οὖν, ἀπὸ τε τῷ πρόνος κανόνος καὶ ἀπὸ τῷ ιθ'. καλῶς προχειρίζεσθαι καὶ ἀνίερους καθηγουμένους, ὅτι καὶ γυναῖκας ἡγουμενεύουσι. καὶ ὥσπερ ἐκεῖναι ἔτε λογισμὲς

A divinas in ſuggeſtu ſcripturas legant. Similiter etiam Chorepiſcopis conceſſum eſt, ut Epiſcopali permiſſu lectores per manuum impoſitionem conſtituant. Atque hæc quidem Canon. Ex eo autem ſoluta eſt magna inſtantia eorum qui dicunt, non eſſe Clericos eos, qui ſolas habent tonſuras per Antiſtitis manuum impoſitionem, & nondum ſunt in Cleri ordinem relati: & ideo poſſe illos Laicorum habitum amictumque accipere. Apertè enim oſtenditur, quòd quando quis tonſuræ manuum impoſitionem ſuſceperit ab antiſtite, is eſt protinus Clericus; ut cui etiam in ſuggeſtu legere ſit permiſſum. Mihi autem videtur, quòd qui etiam nigris ſimpliciter veſtibus fuerit B indutus ab Epiſcopo, ut Clericus fieret, amictum ampliùs mutare non poteſt, ut qui Deo conſecrare propoſuerit; & ideo nec ſuam Deo pollicitationem reſcindere, nec ſanctum habitum ſcenicorum inſtar ludificari poſſit; quod ſæpe etiam de Monachis dixi: eos autem, qui cum triſagio nigris veſtibus induti fuerint, indiſtinctè dico habitum mutare non poſſe. Cùm autem Canon dicat, licere cuivis monaſterii præfecto, qui ab Antiſtite characterem acceperit, ſacerdos ſcilicet Monachos Lectores facere intra monaſterium & ſolum; quæſiverunt nonnulli, an ſit ei permiſſum hoc facere, cùm primùm characterem ſuſceperit, etiam ſine expreſsâ Antiſtitis permiſſione? Et dixe- C runt quidem nonnulli, præfecturæ manuum impoſitionem hoc quoque tacitè conſequi, utpote cùm Canon nihil ultra adjiciat: utentes & xxiv. Canone Syn. Laodicenæ ad id quod dicunt confirmandum. Alii autem contra opponebant, quòd quoniam lector quoque eſt Clericus, debet neceſſariò cum Epiſcopi manuum impoſitione vel ejus permiſſione characterem ſuſcipere; unde & monaſterii præfectus tunc lectoris ordinationem in ſuo monaſterio faciet, quando hoc à proprio Epiſcopo ei permiſſum fuerit. Niſi enim hoc dixerimus, eum quoque ſine Epiſcopali permiſſione Monachorum ſuorum & aliorum confeſſiones audire æquum cenſebimus, quod fieri non D poteſt. Solis enim Antiſtitibus, &, quibus ab ipſis permiſſum fuerit, Sacerdotibus, ſupernè conceſſum eſt ligare & ſolvere. Cùm autem dixerint adverſarii, quòd ſi monaſterii præfecto opus eſt ſpeciali quoque illius regionis Epiſcopi permiſſione, ad nihil redit quod præfecto à Canone conceſſum eſt: illi contra dixerunt, quòd ſic quoque magnum jus datur præfecto. Cùm enim nullus ſacerdos poſſit Lectorem ordinare, etiamſi ei ab Antiſtite hoc permiſſum fuerit, ſupradicti præfecti Antiſtitis decreto hoc facient, quod eſt quidem donum ſpeciale. Ego verò intelligo hoc monaſteriorum præfectis indiſtinctè à Canone conceſſum eſſe. Præterea cùm dubitaretur, an Monachorum præfecti fiunt, qui ſacris non ſunt initiati; dice- E bant quidam, quòd quoniam ex Epiſcopi examinatione characterem ſuſcipiunt, illum omnino Epiſcopus eliget, qui ad animarum ſalutem eſt probatior, etiamſi non eſt ſacris initiatus; non autem eum, qui ordinatus eſt, ſed non eſt ſatis ſpectatus. Quemadmodum nec is, qui ægrotat corporaliter, medicinæ artis imperitum ad medendum eligerit, eo quòd archiater ſeu medicorum princeps ſit ordinatus; ſcientem verò & peritum prætermiſerit, ut qui non ſit ordinatus: quoniam non ordinatio, ſed perfecta ſcientia dat medelam. Alii autem contrà opponebant, quòd cùm Canon decernat illos hoc jus habere Monaſteriorum præfectos, qui ab Epiſcopis characterem acceperint, Sacerdotes ſcilicet, apparet characterem præfecturæ F non ſuſcipere præfectum, niſi ſit Sacerdos: quod non mihi videtur. Non enim propter præfecturam à ſanctis patribus additum eſt, ut ſint omnino Sacerdotes, qui Monaſteriis præſunt; ſed propter lectoris ordinationem, nempe cùm lector ordinari non poſſit à monaſterii præfecto, qui non ſit Sacerdos. Dico ergo ex præſenti Canone & ex xix. rectè ad præfecturam provehi etiam eos, qui non ſunt ſacris initiati; quoniam fœminæ quoque monaſteriis præficiuntur. Et ſicut illæ nec peccatorum confeſſiones audi-

Digitized by Google

audiunt, nec Lectores faciunt: sic nec Monachi & præfecti, qui non sunt sacerdotes, hoc facient; eo quòd nec apti quidem sunt, ut ejusmodi rei permissionem ab Episcopo accipiant. Quid autem? Cùm Justiniani novella dicat, ut sæpe diximus, non fieri Lectorem quempiam, nisi sit Octodecim annos natus, si quis infans vel puer lectoris ordinationem ab Antistite susceperit, eâne contentus erit; an post octavum decimum annum alio ab Antistite charactere opus habebit? Solutio. Si datum fuerit eum rursus quoque characterem accipere, utpote quòd primus character non possit consistere, ei licebit ante secundum, in Laicum transformari, quod est absurdum. Et ideo ei, qui à pueritia characterem accepit, sufficiet, ut mihi videtur, primus character ab Antistite susceptus, & reputatus perinde, ac si post octavum decimum annum ab eo factus esset: & eo magis, quòd non invenitur Canon, qui dicat eum aliquo præjudicio affici, qui ante id tempus Lectoris ordinem susceperit. De Chorepiscopi autem privilegiis lege x. Canonem Antioch. Synodi.

A ἀναδέχηται, ὅτε ἀναγνώσας ποιῆσι, ὅτως ἐᾶσι οἱ ἀνίεροι μοναχοὶ καὶ καθηγούμενοι τοιοῦτόν τι ἐνεργήσουσι, δεῖ δὲ μηδὲ πεφυκέναι τοιούτου τινὸς ἐπιτροπὴν λαβεῖν αὐτοὺς ἐκ τοῦ Ἐπισκόπου. τί δὲ; τῆς Ἰουστινιανείου νεαρᾶς, ὡς πολλάκις εἴπομεν, λεγούσης, μὴ γίνεσθαί τινα ἀναγνώστην, εἰ μὴ ὀκτωκαιδεκαετής ἐστιν, ἐάν τις νήπιος ὢν δέξηται χειροθεσίαν ἀναγνώστου ἀπὸ ἀρχιερέως, ἀρκεσθήσεται ταύτῃ, ἢ μετὰ ὀκτωκαιδέκατον χρόνον ἑτέρας σφραγῖδος ἀρχιερατικῆς δεηθείη; Λύσις. εἰ δυθῇ σφραγίζεσθαι καὶ αὖθις τοῦτον, ὡς τῆς πρώτης σφραγῖδος ὅσης ἀνυποστάτου, ἔξεστιν ἐπ' ἀδείας καὶ τῆς δευτέρας μεταχηματίζεσθαι, ὅπερ ἄτοπον. B δεῖ καὶ ἀρκεῖσθαι τῇ νηπόθεν σφραγῖδι, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἡ πρώτη σφραγὶς ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως δεχομένη, καὶ λογιζομένη ὥσπερ εἰ μετὰ ὀκτωκαιδέκατον χρόνον γέγονε πρὸς αὐτοῦ· καὶ μᾶλλον, ἐπεὶ ἔσθ' ὅτε κανὼν διείσκειν λέγων, προκρινατίζειν τὸ πρὸ τοιούτου χρόνου λαβόντα χειροθεσίαν ἀναγνώστου. ἔστι μέντοι τὸ προνομίων τοῦ χωρεπισκόπου, ἀναγνῶναι τὸν ιε'. κανόνα τὸν ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου.

Zonar. Quidam nulla manuum impositione creati Lectores, hoc est nulla certa designatione ad id munus electi, in conventibus è suggestu sacros libros legebant. Id ergo hic can. fieri vetat, quoniam in omni, inquit, sacerdotio ordinis rationem habendam esse, plane clarum, hoc est, C valde manifestum & apertum est. Qui vero nec manuum impositione designatus, nec in Lectorum album relatus sit; qualis illorum est ratio, qui à teneris Deo sepositi, nihil aliud quàm coronam in capite gestant; ab eo divinam scripturam de suggestu populo pronunciari, quædam ordinis perturbatio est. Id igitur ne fiat in posterum decernit; eademque constitutione Monachos quoque teneri jubet. Et vero Lectorem, inquit, manuum impositione creare, in suo duntaxat monasterio, si modo ab Episcopo Præfecturæ characterem accepit, & sacerdotio initiatus fuerit, ipse monasterii Præfectus potest. Chorepiscopi quoque ejus, cui subjiciuntur, Episcopi permissione Lectores, quin D etiam ex decreto Canonis decimi Synodi Antiochenæ, Hypodiaconos quoque & Exorcistas creandi jus habent.

ΖΩΝΑΡ. Τινὲς μὴ τυχόντες χειροθεσίας ἤτοι προχείρου ἀναγνώστου ἐν ταῖς συνάξεσιν ἀνίοντες ἐν ἄμβωνι, ὑπανεγίνωσκον τὰς βίβλους τὰς ἱεράς. τοῦτον οὖν κωλύει γίνεσθαι ὁ πρὸν κανών, λέγων, ὅτι ἀφάνταστόν ἐστιν, ἀπὸ C δὲ πάνυ φανερὸν καὶ προδηλον, ὅτι τάξις ἐν ἱερωσύνῃ πάσῃ πολιτεύεται. ὃν γὰρ μὴ τυχόντα χειροθεσίας, μηδὲ τοῖς ἀναγνώσταις συντεταγμένον, οἷοί εἰσιν ὅσοι νηπόθεν τῷ θεῷ τάχα ἀφοσιωθέντες, κεφὰν μόνον ἔχον ὅτι τῆς κουρᾶς καὶ πλέον ἐστὶν, ἐπ' ἄμβωνα ἀναγινώσκειν τῷ λαῷ τὰ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς ἀταξίας ἐστί. κωλύει οὖν μηκέτι τοῦτο γίνεσθαι· ὃ αὐτὸ γὰρ καὶ ὅτι μοναχῶν. ἀναγνώστου γὰρ χειροθεσίαν, φησὶ, δώσατε καὶ ἡγούμενον ποιεῖν ἐν μόνῳ τῷ οἰκείῳ μοναστηρίῳ, εἰ σφραγῖδα ἔχει ἀρχιερέως καὶ ἱερεύς ἐστι. καὶ οἱ χωρεπίσκοποι δὲ μετὰ ἐπιτροπῆς τοῦ Ἐπισκόπου, ὑφ' ὃν πλουσι, δώσατε ἀναγνώστας χειροθετεῖν. καὶ γὰρ δεκάτην κανόνα τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου, οἱ χωρεπίσκοποι καὶ ὑποδιακόνους χειροθετεῖσι καὶ ἐξορκιστάς.

Arist. *Sine manuum Episcopi impositione nemo de suggestu leget. Hoc & in Monachis observabitur. Monasterii vero præfectus, cui Episcopus manus imposuit, in suo solo monasterio Lectorem ordinabit. Chorepiscopus etiam Lectorem creabit.*

ΑΡΙΣΤ. Ἐκτὸς χειροθεσίας Ἐπισκόπου οὐκ ἀναγνώσεταί τις ἐπ' ἄμβωνος· κεκώλυται τοῦτο καὶ ὅτι μοναχῶν. ἡγούμενος δὲ, χειροθεσίαν ἔχων Ἐπισκόπου, ἐν μόνῳ τῷ ἰδίῳ μοναστηρίῳ χειροθετήσει ἀναγνώστην. προχείρου ἀναγνώστην καὶ χωρεπισκόπου.

Licet tonsuram habeat quispiam sacerdotalem, si non & ab Episcopo manuum impositionem recepit, in conventu sacros Dei libros è suggestu non leget. Similiter autem nec Monachus hoc faciet. At monasteriorum præfectis, si Presbyteri sint, & ab Episcopo per manuum ejus impositionem mansionis curam acceperunt, manus in Lectorem imponendi in suo solo monasterio potestas datur. Sed & Chorepiscopi lectores ordinabunt: ut autem decimus synodi Antiochenæ Canon statuit, Hypodiaconos etiam & Exorcistas illi constituunt. Etiamsi Basilius magnus hoc eis non concedit, sine ejus voluntate, ad Ecclesiasticum ministerium quempiam admittere; quia illi contemptim & oscitanter in talium electione se gerunt.

Κἂν κεφὰν τις ἱερατικὴν ἔχῃ, εἰ μὴ καὶ παρ' Ἐπισκόπου χειροθεσίαν δέξεται, οὐκ ἀναγνώσεται ἐν τῇ συνάξει ἐπ' ἄμβωνος τὰς ἱερὰς θεοῦ βίβλους. ὡσαύτως οὐδὲ μοναχὸς τοῦτο ποιήσει. τοῖς δὲ ἡγουμένοις, πρεσβυτέροις οὖσι, καὶ παρὰ Ἐπισκόπου δεῖ χειροθεσίας αὐτοῦ πρὸς ἀσίαν τῆς μονῆς ἀναδεξαμένοις, ἄδεια δίδοται χειροθετεῖν ἀναγνώστην ἐν μόνῳ τῷ ἰδίῳ μοναστηρίῳ. ἀλλὰ καὶ οἱ χωρεπίσκοποι ἀναγνώστας χειροτονήσουσιν· ὡς δὲ ὁ δέκατος κανὼν τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου λαμβάνει, καὶ ὑποδιακόνους, καὶ ἐξορκιστὰς ἔστι καταστῆσαι. εἰ καὶ ὁ μέγας Βασίλειος συγχωρεῖ αὐτοῖς, ἄνευ γνώμης αὐτοῦ εἰς ἐκκλησιαστικὴν ὑπηρεσίαν τινὰ προσδέχεσθαι, ἀλλ' ὡς καταφρονητικῶς αὐτοὺς καὶ ῥαθύμως περὶ τὴν ἐπιλογὴν τῶν τοιούτων λαμβάνειν.

E

F

Canon XV.

Clericus ab hoc deinceps tempore in duabus Ecclesiis non collocetur: negotiationis enim & turpis lucri proprium est, & ab Ecclesiastica consuetudine alienum. Ab ipsa enim Domini voce audivimus, non posse quempiam duobus dominis servire: vel enim unum odio habebit, & alterum diliget; vel unum amplectetur, & alterum negliget. Unusquisque ergo, secundum dictum Apostolicum, in eo, in quo vocatus est, debet manere, & in

ΚΑΝΩΝ ιε'.

Κληρικὸς ἀπὸ τοῦ νῦν μὴ καταλατέσθω ἐν δυσὶν ἐκκλησίαις· ἐμπορείας γὰρ καὶ αἰσχροκερδείας ἴδιον τοῦτο, καὶ ἀλλότριον ἐκκλησιαστικῆς συνηθείας. ἠκούσαμεν γὰρ ἐξ αὐτοῦ τοῦ κυριακοῦ φωνῆς, ὅτι οὐ δυνατά τις δυσὶ κυρίοις δουλεύειν· ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει, ἢ τοῦ ἑνὸς ἀνθέξεται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει. ἕκαστος οὖν, κατὰ τὸν ἀποστολικὸν φωνῶν, ἐν ᾧ ἐκλήθη, ἐν τούτῳ ὀφείλει μένειν, καὶ προσεδρεύειν ἐν

Digitized by Google

τὰ γὰρ διὰ αἰσχροκέρδειαν γινόμενα ὅπη τῇ ἐκκλησιαστικῇ A
πραγμάτων, ἀλλότρια τοῦ Θεοῦ καθηγήσασι. ποῖς δὲ τοῦ
βίου τούτου χρείαν ὑπηρετοῦμεν ἐσι διάφορα· ἐξ αὐτῆς οὖν
εἴ τις βούλοιτο, τὰ χρειώδη τῷ σώματι ποριζέσθω. ἔφη γὰρ
ὁ ἀπόστολος, ταῖς χρείαις μου, καὶ τοῖς οὖσιν μετ' ἐμοῦ, ὑπη-
ρέτησαν αἱ χῖρες αὗται. καὶ ταῦτα μὲν ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυ-
λάκτῳ πόλει· ἐν οἷς τοῖς ἔξω χωρίοις, διὰ τὴν ἔλλειψιν τῶν
ἀνθρώπων συγχωρείσθω.

ΒΑΛΣ. Σαφὴς ὅδε ἐστὶν ὁ κανών. διορίζεται γὰρ, μὴ κατα- B
στάτιόν τινα κληρικὸν εἰς δύο ἐκκλησίας, διὰ δὲ τοῦτο
αἰσχροκέρδειαν καὶ ἐμποριάν. ὡς δὲ τὶν εἰπόντος, καὶ πό-
θεν τὰ ποῖς ζωάρκειαν ἕξουσιν οἱ κληρικοὶ ἀνενδεῶς; εἶπον
οἱ πατέρες, πολλὰ εἶναι καὶ διάφορα ὑπολήμματα, ἐλεύ-
θερα καὶ ἀκαταγώνωστα, καὶ ποριζέσθωσαν δὲ αὐτῶν τὰ
χρειώδη. μνήμονον δὲ καὶ χρήσεως χάριν τούτου ἀπὸ τῶν
Πράξεων τῶν ἀποστόλων καὶ εὐαγγελικῶν. εἰς μέντοι
τὰς ἔξω τῆς βασιλευούσης τῶν πόλεων χώρας, ἔνθα λεί-
ψεις ἀνθρώπων εἰδότων γράμματά ἐστι, συγχώρησαν καὶ
εἰς δύο ἐκκλησίας καταστάτιόν τινα κληρικόν. νῦν δὲ
σημεῖον ὅτι ἀνάπαλιν. ἐν γὰρ ταῖς ἔξω χώραις, διὰ τὴν βασιλι- C
κὴν ἐξουσίαν τῶν ἱερέων, πλείους εἰσὶν οἱ κληρικοὶ σχεδὸν
τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ διὰ τοῦτο οὐδεὶς καταστάτιόν εἰς δύο
ἐκκλησίας. ἐν δὲ τῇ βασιλευούσῃ τῶν πόλεων οὐ μόνον εἰς
δύο ἐκκλησίας, ἀλλὰ καὶ εἰς τρεῖς οἱ πλείους κατα-
στάτιόνται. ὡς ἔοικε δὲ καταφρονηθεὶς τὰ τοῦ πρόνοητος
κρίνοντος, διὰ δὲ μὴ κολάζεσθαι τοὺς τούτου καταφρονη-
τὰς, ἢ διὰ δὲ πλῆθος τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τὴν στενοχω-
ρίαν τῶν ἀξιολογωτέρων καὶ τῶν πραγμάτων. οἱ δὲ λέ-
γοντες τὸν κανόνα διαλαμβάνειν περὶ τῶν βιαιομένων εἰς δύο
πόλεις καταστάτιόν κλήρους, κακῶς λέγουσι. τοῦτο γὰρ ἕτεροι
διάφοροι κανόνες μετὰ σφοδρότητος ἐπόλασε.

una Ecclesia assidere. Quæ enim propter turpe lucrum fiunt in Ecclesiasticis negotiis, ea à Deo sunt aliena. Ad hujus autem vitæ usum sunt diversa studia: ex iis ergo, si quis velit, ea quæ sunt corpori ad usum necessario comparet. Dixit enim Apostolus; usibus meis, & iis qui mecum sunt, manus istæ subministrârunt. Et hæc quidem in hac à Deo conservanda civitate: in iis autem quæ extra sunt locis, propter hominum inopiam indulgeatur.

BALS. Perspicuus est Canon. Statuit enim, ne quis Clericus in duabus ecclesiis constituatur, quòd id sit turpe lucrum & negotiatio. Perinde autem ac si dixisset quispiam; Et unde Clerici ea, quæ ad victum sufficiunt, citra ullam indigentiam habebunt? dixerunt patres, multa esse & diversa studia, libera & non damnanda: & per ea quæ sibi sunt ad victum necessaria acquirant. Adduxerunt autem hujus rei gratia etiam sententias ex Actibus Apostolorum & ex Evangeliis. In regionibus autem, quæ sunt extra reginam urbium, ubi est inopia hominum qui sciunt literas, permissum est ut aliquis Clericus in duabus Ecclesiis constituatur. Fit autem hodie contrà. In externis enim regionibus, propter imperialem sacerdotum excusationem, Clerici sunt plures Ecclesiis, & ideo nullus in duabus Ecclesiis constituitur. In regina autem urbium, non solùm in duabus, sed etiam in tribus Ecclesiis plerique constituuntur. Ut est autem verisimile, præsens Canon neglectui est habitus, eo quòd non puniantur ejus contemptores; vel propter Ecclesiarum multitudinem, vel propterea quòd qui digni sunt, unà cum rebus ipsis, in angustum contracti sunt. Qui autem dicunt Canonem tractare de iis, qui in duarum urbium cleros referri volunt, malè dicunt. Alii enim Canones hoc vehementissimè puniunt.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ ἐν δύο ἐκκλησίαις καταστάτιόν κλη- D
ρικὸν καὶ αὐτὸν ἀπαγορεύει ὁ κανὼν, αἰσχροκέρδειαν τοῦτο
καλῶν καὶ ἐμποριάν. εὐθὺς γὰρ δυσὶ κυρίοις δου-
λεύειν, ἕκαστός, φησι, κατὰ ἀπόστολον, ἐν ᾗ ἐκλή-
θη τάξει, ἐν ταύτῃ μενέτω, καὶ προσεδρεύειν κελεύει τῇ
ἐκκλησίᾳ, ἐν ᾗ ἐξ ἀρχῆς ἐκληρώθη. ὅσα γὰρ διὰ αἰ-
σχροκέρδειαν γίνονται ὅπη τῆς ἐκκλησιαστικῆς, ἀλλοτριοῦσι
τοῦ Θεοῦ. ὃ δὴ ἐν δύο ἐκκλησίαις καταστάτιόν, πάντως ἐξ
ὧν ἀμφοτέρωθεν λαμβάνειν σιτηρέσια γίνεται, ὅθεν κέρ-
δους αἰσχροῦ ἐστιν. ὥσπερ δέ τινος ἀντειπόντος, ὅτι καὶ πῶς
ζήσονται οἱ κεκληρωμένοι, μὴ ἀρκούμενοι τοῖς διδομένοις αὐ-
τοῖς ἐκ τῆς μιᾶς ἐκκλησίας; ἀντιπιθέασιν οἱ ποιηταὶ τοῦ κα- E
νόνος, ὅτι διάφορά εἰσιν ὑπολήμματα πρὸς τὸν τοῦ
βίου χρείαν. καὶ ἐκ τούτων, πανὰ μεταχειρίζωνται, ἵνα, ὧν
χρήζουσι, ἐξ ὧν τούτων ταῦτα ποιήσωνται, καὶ ἐκ τοῦ ἀπο-
στόλου χρῆσιν φέρουσιν, αἱ χῖρές μου, εἰπόντος, ὑπη-
ρέτησαν ταῖς χρείαις μου, καὶ τοῖς οὖσι μετ' ἐμοῦ, ὡς ἐν
ταῖς πράξεσι γέγραπται. ταῦτα δὲ, φασι, λέγομεν γί-
νεσθαι ἐν ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει, διὰ τὸν πολυ-
πλήθειαν τῶν ἐν αὐτῇ. ἐν οἷς ταῖς ἔξω χώραις, ἔνθα ἔλ-
λειψις ἀνθρώπων ἐστὶ, συγχωρεῖται ὃ ἕνα ἐν δύο ἐκ-
κλησίαις καταστάτιόν.

ZONAR. Eundem duabus Ecclesiis Clericum Canon adscribi vetat, turpis lucri aviditatem ac negotiationem id appellans. Nemo enim potest duobus Dominis servire, & unusquisque, ait, ut monet Apostolus, in quo ordine vocatus est, in illo permaneat: in cujus igitur Ecclesiæ clerum primo quisque sublectus est, in ea stationem habere perpetuò jubet. Abducunt siquidem prorsus à Deo, quæcunque in Ecclesiasticis rebus sordidæ utilitatis cupiditate geruntur. Quod vero duabus Ecclesiis quispiam adscribatur, prorsus ex eo fit, ut ex utraque videlicet demensum accipiat, quo in lucello turpitudo inest. Hinc veluti objicienti cuipiam; Qua ratione igitur vitam Clerici tolerabunt, si minus, quam ipsis sufficiat, ab una Ecclesia suppeditetur? Auctores Canonis diversa studiorum genera esse respondent, quibus ea quæ ad victum pertinent comparentur. Unum igitur ex iis aliquod, cujus ope sibi necessaria conquirant, amplecti debere, remque Apostolico oraculo confirmant, dicente, Manus meæ ministrârunt usibus meis, & iis qui mecum sunt, ut in Actis habetur. Atque hæc quidem, inquiunt, in hac magna ac regina urbium civitate, propter hominum quæ in ea est multitudinem, ita servari jubemus. Verùm extra illam, quibus in locis hominum penuria est, unum duarum Ecclesiarum ministerio Clericum addici licere decernimus.

ΑΡΙΣΤ. Κληρικὸν ἐν δυσὶν ἐκκλησίαις δὲ λοιπὸν μὴ F
καταστατίζεσθαι ἐν Κωνσταντινουπόλει· ἔξω δὲ ταύτης συγ-
χωρεῖται, διὰ τὴν ἀνθρώπων ἢ ἔλλειψιν.

ARIST. *Clericus in duabus Ecclesiis in posterum Constantinopoli ne constituatur: at extra eam propter hominum penuriam permittatur.*

Οὐ δύναταί τις δυσὶ κυρίοις δουλεύειν· ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει; καὶ τῷ κυριακῷ φωνῷ, καὶ τὸν ἕτερον ἀγα-
πήσει· ἢ τοῦ ἑνὸς ἀνθέξεται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει. διὰ τοῦτο καὶ τὰ δι' αἰσχροκέρδειαν ὅπη τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων γινόμενα, ὡς ἀλλότρια θεοῦ, ἡ συνοδος αὕτη ἀποβάλλει· καὶ ἐν συγχωρεῖ ἐν Κωνσταντινουπόλει,

Non potest quispiam duobus servire dominis: vel enim unum odio habebit, secundùm dictum dominicum, & alterum diliget; vel unum amplectetur, & alterum contemnet. Quocirca ea, quæ propter turpe lucrum in Ecclesiasticis negotiis fiunt, ut Deo aliena, hæc Synodus rejicit: & non permittit Constantinopoli,

Digitized by Google

ubi est multitudo sacerdotum, unum Clericum in duabus Ecclesiis constitui; sed in unâ assiduum esse Ecclesiâ. Si autem ad vitæ necessitatem non sufficiant, quæ ei dantur, talem aliud studium quærere, & ex eo quæ sunt corpori necessaria comparare, decernit. Ita enim fecit Apostolus, ut ipse dicit; ea quibus mihi opus erat & iis qui mecum sunt, hæ manus subministrârunt.

ἔνθα πλῆθος ἱερωμένων ἐστίν, ἐν δυσὶν ἐκκλησίαις ἕνα κληρικὸν καταπάττειν, ἀλλὰ ἐν μιᾷ προσεδρούσῃ ἐκκλησίᾳ· εἰ δὲ οὐκ ἀρκοῦσι πρὸς τὸ βίῳ χρείᾳ τοῖς διδομένοις αὐτοῖς, ἕτερόν τι ἔργον μετέρχεσθαι τοιοῦτον διορίζει, καὶ ἐξ αὐτοῦ πορίζεσθαι τὰ χρειώδη τῷ σώματι. καὶ γὰρ ὅπως ἐποίει καὶ ὁ ἀπόστολος, ὡς αὐτός φησι· ταῖς χρείαις μου, καὶ τοῖς οὖσι μετ' ἐμοῦ, ὑπηρέτησαν αἱ χεῖρες αὗται.

Canon XVI.

Omnis luxus & ornatus corporeus est à sacerdotali ordine & statu alienus. Episcopos ergo vel Clericos, qui se splendidis & insignibus vestibus exornant, se corrigere oportet; sin autem permaneant, pœnis coërceri: similiter & eos, qui sunt unguentis delibuti. Quoniam autem radix acerbitatis sursum pullulans, Catholicæ Ecclesiæ fuit inquinamentum, Christianos scilicet accusantium hæresis; & qui eam susceperunt, non solum imaginum picturas aversati sunt, sed omnem etiam pietatem ac religionem extruserunt, eos, qui piè & honestè vivunt, odio habentes; & in iis impletum fuit quod scriptum est; Abominatio peccatori religio & verus Dei cultus. Si inventi itaque fuerint nonnulli eos irridentes, qui vilem & modestum amictum induti sunt, pœna corrigantur. A superioribus enim usque temporibus omnis vir sacratus cum moderato & honesto indumento versabatur. Quicquid enim, non propter usum, ostentatorium ornatum assumitur, in luxus reprehensionem incurrit, ut ait magnus Basilius. Sed nec ex sericis texturis variatum quis vestimentum habebat: neque in vestimentorum fimbriis adjecta erant alieni coloris additamenta. Ex divina enim lingua audierunt; quòd, Qui mollibus vestiuntur, in ædibus regum sunt.

Πᾶσα βλακεία καὶ κόσμησις σωματικὴ ἀλλότριαί εἰσι τῆς ἱερατικῆς τάξεως καὶ καταστάσεως. τοὺς οὖν ἑαυτοὺς κοσμοῦντας Ἐπισκόπους ἢ κληρικοὺς δι' ἐδητῶν λαμπρῶν καὶ προφορῶν, τούτους διορθοῦσθαι χρή· εἰ δὲ μένοιεν, ἐπιμίῳ σχεδὸν διδόσθαι· ὡσαύτως καὶ τοὺς τὰ μύρα χριομένους. ἐπεὶ δὲ ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα, μίασμα γέγονε τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἡ τῶν Χριστιανοκαπήλων αἵρεσις, καὶ οἱ ταύτῃ διαφθαρέντες, οὐ μόνον τὰς εἰκονικὰς ἀναζωγραφήσεις ἐβδελύξαντο, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν ἀλήθειαν ἀπώσαντο, τοὺς σεμνοὺς καὶ εὐσεβῶς βιοῦντας προσοχθίσαντες· καὶ πεπλήρωται ἐπ' αὐτοῖς τὸ γεγραμμένον· βδέλυγμα ἁμαρτωλῶν θεοσέβεια· εἰ δέ πως τοίνυν τινὲς ἐγγελῶντες τοῖς πρὸ αὐτῶν καὶ σεμνῶς ἀμφιασαμένοις, διὰ βαρυτίμου διορθέσθωσαν. ἐκ γὰρ τῶν ἄνωθεν χρόνων πᾶς ἱερατικὸς ἀνὴρ, μετὰ μετρίας καὶ σεμνῆς ἀμφιάσεως ἐπολιτεύετο. πᾶν γὰρ ὃ μὴ διὰ χρείαν, ἀλλὰ διὰ καλλωπισμὸν προσλαμβάνει, ἀφροσύνης ἔχει κατηγορίαν, ὡς ὁ μέγας ἔφη Βασίλειος. ἀλλ' οὐδὲ ἐκ σηρικῶν ὑφασμάτων πεποικιλμένα ἐδήτια ἐνεδέδυτό τις, οὐδὲ προσέλαβέ τις ἑτερόχροα βαφὴ ματα ἐν τοῖς ἄκροις τῶν ἱματίων. ἤκουε γὰρ ἐκ τῆς θεοφθόγγου γλώσσης, ὅτι οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες ἐν τοῖς οἴκοις τῶν βασιλέων εἰσίν.

Balsamon. Cùm Iconomachi omnem Ecclesiasticam constitutionem, & pietatem in confusionem & impietatem mutâssent, utpote Clericis & Episcopis, qui ad eos accedebant, impiè & temere vitam instituere permissis, ut eorum voluntati obsequerentur; & ideo sacerdotale quoque indumentum ad id quod plus habet luxûs & ornatûs mutatum esset: statuerunt divini patres, eos puniri qui se splendida veste exornant, & post denunciationem non corriguntur, & similiter puniri eos qui unguentis delibuti sunt. Quoniam autem hi præterea hæretici irridebant eos, qui piè & honestè vivebant, & vilioribus utebantur vestibus propter humilitatem: statuerunt sancti patres eos, qui tale quid faciunt, per pœnas corrigi; Sacerdotes enim, inquiunt, semper olim modestè & honestè vitam instituebant, (& splendidiorem vestem, quæ non propter usum corporis sumitur, ostentationem sive luxum magnus vocavit Basilius) sed neque serica veste, Metaxatâ scilicet (feres enim vermes sunt) induebantur viri sacerdotales, neque alia diversi coloris additamenta vestium ipsarum fimbriis adjiciebant, scilicet lembos; & deinde dictum evangelicum adjiciunt. Lege & xxvii. Can. vi. Syn. Cùm autem accusarentur quidam Clerici splendidè induti, qui vestes Samittos dictas gestabant, quæ non solùm diversi coloris antepannas seu fimbrias habebant, sed etiam auro intexta, præterea autem, & sumptuosas aureas literas; dicebant quidam, editum esse Canonem propter eam, quæ tunc erat in Ecclesiis, rerum confusionem, & multam Clericorum à pietate alienationem; hodie autem non habere locum Canonem, quandoquidem Dei gratia absoluta est Ecclesiastica constitutio & pietas, & ad Dei honorem Clerici cum vestibus splendidioribus versantur: audiverunt autem se non rectè dicere. Est enim Canon universalis; & quæ in eo scripta sunt debent in secula seculorum observari & vim suam obtinere: qui verò præter eum vitam instituunt, rectè punientur, nisi corrigantur.

Βαλσ. Τῶν εἰκονομάχων μεταβαλόντων πᾶσι ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν καὶ εὐλάβειαν πρὸς ἀκαταστασίαν καὶ ἀνευλάβειαν, ὡς τῶν αὐτοῖς προσερχομένων κληρικῶν καὶ Ἐπισκόπων ἀνευλαβῶς καὶ ἀδιαφόρως ἐκχωρηθέντων πολιτεύεσθαι, ἵνα τοῖς θελήμασιν αὐτῶν ὑπείκωσι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῆς ἱερατικῆς ἐνδυμασίας πρὸς τὸ βλακικώτερον μεταβληθείσης καὶ κοσμιώτερον· διωρίσθησαν οἱ πατέρες βαρυτίμοις τοὺς καλλωπιζομένους ἑαυτοὺς διὰ ἐνδυμασίας λαμπρᾶς, καὶ μὴ διορθουμένους μετὰ σχολήν, ὡσαύτως καθάζεσθαι καὶ τοὺς τὰ μύρα χριομένους. ἐπεὶ δὲ οἱ αὐτοὶ αἱρετικοὶ πρὸς τούτοις κατεγέλων τῶν βιούντων μετὰ σεμνότητος καὶ εὐλαβείας, καὶ ἐνδύμασι χρωμένων εὐτελεστέροις διὰ ταπείνωσιν· ὥρισθησαν οἱ θεῖοι πατέρες τοὺς τοιούτόν τι ποιοῦντας διὰ βαρυτίμων διορθοῦσθαι· ὅτι, φασὶν, οἱ ἱερεῖς ἀεί ποτε μετὰ σεμνῆς διαγωγῆς ἐπολιτεύοντο (καὶ τὸ μὴ διὰ χρείαν τοῦ σώματος λαμπρότερον ἱματισμὸν ὑπέρειαν ἤγουν βλακείαν ὠνόμαζεν ὁ μέγας Βασίλειος,) ἀλλ' οὐδὲ ἐδήτια σηρικῶν ἤγουν μεταξωτῶν (σῆρες γὰρ οἱ σκώληκες) ἐνεδέδυντο ἱερατικοὶ ἄνδρες, ἢ τινὰ ἑτερόχροα βαφὴ ματα προσετίθεσαν ἐν τοῖς ἄκροις τῶν ἱματίων αὐτῶν, ἤγουν μπρελία, καὶ ἐφεξῆς ἐπιφέρουσι τὸ εὐαγγελικὸν ῥητόν. ἀνάγνωθι καὶ κζ'. κανόνα τοῦ ς'. συνόδου. αἰτιωμένων δέ τινων λαμπρυνομένων κληρικῶν διὰ ἱματίων λεγομένων ἐξαμίτων ἐχόντων, οὐ μόνον ἑτερόχροα ἀνθίσματα, ἀλλὰ καὶ χρυσᾶ πάσα, πρὸς δὲ καὶ γράμματα πολυτελῆ χρυσᾶ, εἶπόν τινες κανόνα ἐκφωνηθῆναι διὰ τὸν τότε ἐξ ἀταξίαν εἰς τὰς ἐκκλησίας, καὶ τὸν πολλὴν ἀνευλάβειαν τῶν κληρικῶν, σήμερον τὲ μὴ ἔχειν χώραν τὰ τοῦ κανόνος, ὅτε Θεοῦ χάριτι πᾶσα ἐστὶν ἐκκλησιαστικὴ κατάστασις καὶ εὐλάβεια, καὶ πρὸς τιμὴν Θεοῦ οἱ κληρικοὶ μετ' ἱματίων λαμπροτέρων πολιτεύονται. ἤκουε δὲ μὴ καλῶς λέγει. καθολικὸς γάρ ἐστιν ὁ κανών, καὶ εἰς αἰῶνα τῶν αἰώνων τὰ ἐν αὐτῷ κρατεῖν καὶ ἐνεργεῖν ὀφείλουσι· οἱ δὲ παρὰ τούτων πολιτευόμενοι, καλῶς βαρυτιμηθήσονται, εἰ μὴ διορθωθῶσιν.

Zonar.

Digitized by Google

ΖΩΝΑΡ. Καὶ ὁ εἰκοστὸς ἕβδομος κανὼν τῆς ἕκτης Συνόδου περὶ ἀμφιάσεως ἱερατικῆς διατάττεται· ἀλλὰ τῶν εἰκονομάχων συγχεάντων τὰ ἔθη τὰ ἐκκλησιαστικά, ἦλθε καὶ ἡ προύσα σύνοδος εἰς τοῦτο περὶ τούτου θεσμοθεσίαν. καὶ κωλύει τοὺς ἑαυτοὺς καλλωπίζοντας διὰ λαμπρῶν ἱματίων Ἐπισκόπους ἢ κληρικοὺς διορθοῦσθαι, ἢ ὑπομόνους ὑπομάσθαι, ὁμοίως καὶ τοὺς τὰ μέρη διορθοῦντας. ἐπεὶ δέ, φησιν, ἡ τῶν χριστιανοκαλουμένων αἵρεσις, καὶ οἱ ταύτῃ διδάσκαλοι, καὶ τὰς σεπτὰς εἰκόνας ἐβδελύξαντο, ἀπώσθητε ὑπ' αὐτῆς ἁπάσης, μισοῦντες καὶ ἀποστρεφόμενοι τοὺς σεμνῶς βιοῦντας, εἰ δύρεσθαι ἐγκλείουσι τοῖς εὐτελῆ καὶ σεμνὰ ἐνδεδυμένοις, ὑπομάθωσθε, ἵνα διορθῶσιν. ἐκ γὰρ τῶν ἀρχαίων χρόνων, φησὶν ἡ σύνοδος, οἱ ἱερατικοὶ ἄνδρες μετρίως καὶ σεμνῶς ἐπολιτεύοντο. εἶτα καὶ ὁ μέγας Βασίλειος εἰς μαρτυρίαν παράγεται, ἑρμηνεύοντα τί ἐστι ὑπερηφανία· ὅς φησιν, ὅτι πού, ὃ μὴ διὰ χρείαν, ἀλλὰ διὰ καλλωπισμὸν παραλαμβάνεται, ὑπερηφανίας ἔχει κατηγορίαν. ἔτι ὑπ' ἐκ μεταξῆς ἐσθῆτας ποικιλμένας (ὑφαντὰ γὰρ αἱ σηρικαί, ὡς διὰ σηρῶν γινόμεναι· σῆρες γὰρ οἱ σκώληκες λέγονται,) οἱ ἱερατικοὶ πάλαι ἐνεδέδυντο, λέγει ἡ σύνοδος· ἔτε τινὰ ἑτερόχροα ἐμβλήματα προσετίθεντο ἐν τοῖς ἄκροις τῶν ἱματίων αὐτῶν. καὶ ἐξῆς ὑπφέρει τὸ εὐαγγελικὸν ῥητόν.

ΑΡΙΣΤ. Ἐπίσκοποι, ἢ κληρικοί, λαμπραῖς ἑαυτοὺς κοσμοῦντες ἐσθῆσιν, ἢ μέρη διορθοῦντες, διορθούσθωσαν· ὑπομένοντες δὲ, ὑπομάσθωσαν. Σαφής.

ΚΑΝΩΝ ιζ'.

Τινὲς τῶν μοναχῶν καταλιπόντες τὰ ἑαυτῶν μοναστήρια, ἐφιέμενοι τῆς ἀρχῆς, καὶ τὸ ὑπακούειν ἀποφεύγοντες, ἐγχειροῦσι κτίζειν οἰκίδια κυκλόθεν οἴκους, τοῦ πρὸς ἀπαρτισμὸν μὴ ἔχοντες. εἴτις οὖν τοῦτο ὑπερχόμενος ποιεῖν, κωλυέσθω ὑπὸ τοῦ κ' τόπον Ἐπισκόπου· εἰ δὲ τὰ πρὸς ἀπαρτισμὸν ἔχει τὰ βεβουλευμένα αὐτῷ εἰς πέρας ἀγέσθωσαν. τὸ αὐτὸ δὲ φυλαττέσθω καὶ ἐπὶ λαϊκῶν καὶ κληρικῶν.

ΒΑΛΣ. Καὶ πάλιν οἱ ἅγιοι πατέρες, μὴ ἀνεχόμενοι ὅλως παῤῥησιάζεσθαι τὸ φιλοδόξιας πάθος εἰς τοὺς πολιτευομένους κατὰ Θεὸν, διωρίσθησαν, τοὺς καταλιμπάνοντας μοναχοὺς τὰ οἰκεῖα μοναστήρια διὰ φιλοδοξίαν ἢ ἀνυποταξίαν, καὶ ἐγχειροῦντας κτίζειν οἰκίδια κυκλόθεν οἴκους, μὴ ἔχοντας δὲ αὐτάρκως πρὸς ἀπαρτισμὸν, κωλύεσθαι παρὰ τοῦ κατὰ χώραν Ἐπισκόπου, ὥστε συγκροτεῖσθαι τοὺς ἐργάτας ἀνενδεῶς. Τὸ αὐτὸ δὲ γίνεσθαι καὶ ἐπὶ λαϊκῶν καὶ κληρικῶν. οὐ δὲ εἰ θέλεις μαθεῖν πλατύτερον πῶς καὶ παρὰ τινῶν κτίζονται τὰ μοναστήρια, ζήτει κεφ. α'. τοῦ α'. τίτλου τοῦ δ'. βιβλίου τῶν βασιλικῶν, ὅπερ ἐστὶ μέρος τ ρκγ'. Ἰουστινιανείου νεαρᾶς, καὶ ὅλον α'. κεφ. τοῦ ια'. τίτλου τοῦ πρώτου συνταγματος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ· ὡσαύτως καὶ ἐν α'. κανόνα τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης α'. ἐν β'. Συνόδου τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων συναθροισθείσης, καὶ μάθῃς πάντα τὰ περὶ τῆς οἰκοδομῆς τῶν μοναστηρίων. Ὃ μήποτε προκομισθὲν παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων, μὴ ἀκουόμενον καὶ ἐπὶ λαϊκῶν καὶ κληρικῶν, ἐκλαβοῦ εἰς μόνους τοὺς μοναχούς. Ὁ δὲ κωλύεσθαι τοὺς κτίζοντας μοναστήρια, ἐὰν μὴ ἔχοντας ἀρκούντως δαπανῆσαι, ἔλκυσον εἰς πάντας, ἥγουν εἰς λαϊκούς, κληρικούς, Ἐπισκόπους, μοναχοὺς καὶ λοιπούς. ἐρωτήσῃ δέ τις, καὶ πῶς τὸ δαπανῆσαι ἀπαρτισθήσεται ὁ θέλων κτίσαι μοναστήριον; ἆρα χρυσίου πολλά τινα τάλαντα ἢ μετρίους κατῆρας; Λύσις. οὐδὲν ἐξ ἀμφοῖν. ἔστι γὰρ ἀναγκάζεταί τις προσαγαγεῖν τῷ Θεῷ μεγαλοπρεπῆ καὶ ἀξίαν προσαγωγὴν, ἔστι μικροπρεπὲς χρυσίου κερμάτιον, μὴ ἀρκοῦν εἰς ὃ προέθετο προφέρων εἰσακουσθήσεται. Ἀλλ' ἐπεὶ ὁ ἐλάχιστον ὑπὸ τριῶν μοναχῶν συνισταμένου μοναστήριον, ἀναγκασθήσεται ὁ κτίσαι μέλλων προσαγαγεῖν,

ZONAR. De hominum qui ſacro ordini adſcripti ſunt indumentis, Synodi quoque ſextæ Can. xxvii. decernitur: ſed cum ritus Eccleſiaſticos Iconomachi perturbâſſent, idcirco de eadem re hæc quoque ſynodus decreto cavendum exiſtimavit. Si quis ergo Epiſcopus aut Clericus pretioſam veſtem ad ornatum cultúmq; corporis adhibuerit, aut unguento delibutus fuerit, primũ admoneri hominem, tum, ſi perſtiterit, pœnis quoq; in eum animadverti jubet. Quoniam vero, inquit, Chriſtiano accuſatorum hæreſis, quiq; illâ tenebantur, non modo ſacris imaginibus bellum indixêre; ſed totius quoq; religioſæ modeſtiæ prorſus obliti, eos, quorum moribus ac vitæ gravitas ineſſet, oderant & averſabantur: ſi demiſſo ac modeſto ornatu indutos homines irridere deprehenſi fuerint, correctionis ergo puniendos eſſe decernit. Nam vel à prima antiquitate Deo ſacrati homines in omni victu cultúq; moderati & graves, inquit Synodus, extitêre. Deinde magni quoque Baſilii, quid περπερεία ſit explicantis, teſtimonium adducit. Quotieſcunque enim quidpiam, non ad uſum, ſed ad ornatum tantummodo ac elegantiam adhibeas, in vitium, inquit, quod περπερεία dicitur, incurras. Neque vero veſtibus ex metaxa variegatis (ſunt autem illæ ſericæ, à Seribus quippe metaxa conficitur; Seres porro vermes quidam dicuntur,) qui in ſacrum ordinem cooptati fuerant, inquit ſynodus, antiquis temporibus utebantur; neque illis colorati panni additamenta indumentorum fimbriis aſſuere mos erat. Quæ mox Evangelica ſententia clauduntur.

ARIST. *Epiſcopi vel Clerici ſplendidis ſe induentes veſtibus, vel unguentis delibuti, corrigantur. Perſiſtentes autem puniantur.* Perſpicuus.

CANON XVII.

Quidam monachi, ſuis monaſteriis relictis, ut qui imperare deſiderent, & parere recuſent, oratoria ædificare adgrediuntur, cùm ea non habeant quæ ad perfectionem pertinent. Si quis igitur hoc facere aggreſſus fuerit, prohibeatur ab ejus loci Epiſcopo: ſi habeat autem quæ ad perfectionem ſufficiunt, ab ipſo deliberata ad finem deducantur. Idem autem ſervetur in Laicis & Clericis.

BALS. Rurſus quoque ſancti patres, cùm omnino non ferrent gloriæ cupiditatem inter eos verſari, qui ſecundùm Deum vivere conſtituunt, ſtatuerunt, ut Monachi, qui propter gloriæ cupiditatem ſua monaſteria relinquunt, vel etiam propter inobedientiam, & oratoria quidem ædificare aggrediuntur, non habent autem quæ ad ejus perfectionem ſufficiunt, prohibeantur ab illius regionis Epiſcopo, ut qui ea conſtituere minùs ſufficiunt. Hoc ipſum autem etiam fieri in Laicis & Clericis decrevêre. Si latius autem ſcire velis, quomodo & à quibus ædificantur monaſteria, quære i. cap. i. tit. iv. lib. Baſilic. quæ quidem eſt pars cxxiii. Juſtiniani novellæ, & totum i. cap. xi. tit. præſentis operis, & quæ ſunt in eo; ſimiliter & i. Can. ſanctæ & magnæ i. & ii. Syn. quæ in templo ſanctorum Apoſtolorum congregata eſt: & diſces omnia quæ ad monaſteriorum ædificationem pertinent. Quod autem à ſanctis patribus in procœmio dictum eſt, in Laicis etiam & Clericis non exauditum, de ſolis Monachis accipe. Prohiberi autem eos, qui Monaſteria ædificant, & ſumptum ſufficientem non habent, ad omnes ſcilicet Laicos, Clericos, Epiſcopos, Monachos, & reliquos extende. Rogaverit autem quiſpiam, & quantus ſumptus ab eo exigetur, qui velit monaſterium extruere? Multáne auri talenta, an ſtateres aliquot? Solutio. Neutrum. Non enim cogetur quiſpiam magnificam & magni pretii Deo offerre oblationem, nec minutula aliquot auri numiſmata, ad ea quæ propoſuit non ſufficientiam afferens exaudietur. Sed quia monaſterium à tribus ad minimum Monachis conſtituitur, cogetur, qui vult ædificare, afferre,

Digitized by Google

si non plura, ea quidem certè quæ sufficiunt ad templi perfectionem, suámque & trium Monachorum habitationem & provisionem. Dicit enim xiv. Imp. domini Leonis philosophi novella post procœmium hæc; Dicimus itaque quòd quoniam divino ore dictum est, ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, illic sum in medio eorum, oportet tribus ad minimum sufficere opus, quod monasterii subit appellationem, & aliorum scilicet pretiosorum instrumentorum, quæ ad ceremonias Deique cultum & nominis celebrationem pertinent, non deesse facultatem. Eum ergo, qui monasterium consecrare velit adgredi citra prohibitionem, eò usque ad minimum oportebit ad ejus consecrationem impendere. Quoniam autem plurimi, qui se tali rei adgrediundæ dedidêre, nonnunquam postea consilio frustrantur, morte præveniente, & eorum inter homines conversationem tollente, illud à nobis decernitur; quòd si testamentum præcesserit, quæ in eo dispositа sunt, erunt Ecclesiæ: sin autem cujusmodi multa rerum affert incertitudo, ante factum de rebus suis testamentum è medio sublatus fuerit, si sint quidem tres liberi, quartam bonorum partem sibi vendicabit monasterium: sin autem ultra tertium numerum prolis processerit multitudo, monasterium unà cum liberis numerabitur, & unusquisque eorum æqualem partem accipiet universarum facultatum, quas defuncti debita non attingunt. Si autem liberos non habeat qui vita excessit, sed relictis parentibus decesserit, iis quæ habet bifariam divisis, altera quidem pars parentibus, altera verò monasterio tradetur. Si autem hæredibus ascendentibus destitutus fuerit, eos autem, qui per transversalem lineam eum attingunt, clerus admiserit: ipsi quidem, quicunque fuerint, tertiam partem possidebunt, duæ autem partes Ecclesiæ accedent. Et hæc quidem de iis qui monasteria ædificant. Interrogatio. Si quis autem domum oratoriam, non monasterium, ædificare voluerit, tantám ne ut afferat impensam, ab eo postulabitur? Solutio. Nequaquam. Hæc enim de solis monasteriis lata sunt. Qui est ergo ædificaturus offerre cogetur quod satis est, ex Episcopi examinatione. His ergo ita se habentibus, in urbium quidem regina ab eo, qui statis temporibus est Cartophylax, crucis fixio extra urbem alicui, templum excitare volenti non datur, nisi juxta primum Canonem i. & ii. Syn. in scriptis deposuerit, se omnia attulisse quæ ad ejus perfectionem pertinent, ut superiùs dictum est, & ea minutatim conconfirmaverit in Ecclesiastico codice. In externis autem regionibus, ut mihi quidem videtur, nihil ejusmodi subtilitate disquiritur; sed licet omni volenti absque ulla molestia oratoria ædificare. Quin & hîc etiam multi, absque scientia Episcopi, multa audent ejusmodi. Quia autem solius templi sumptûs meminit Canon; sumptûs autem nomine, omnia quæ sunt monasterio utilia & iis, qui in ipso exercentur, comprehenduntur; debes tu sumptum quoque sic accipere.

A εἰ μὴ πλείονα, τέως ἤ τὰ ἀρχοῦντα εἰς ἀπαρτισμὸν ναοῦ καὶ οἰκονομίαν αὐτοῦ καὶ τριῶν μοναχῶν. φησὶ γὰρ ἡ ιδ'. νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ φιλοσόφου μετ' ὀλίγα τοιαῦτα· φαμὲν οὖν, ὡς ἐπεὶ ὅ ἁγίον ὑπάρχει σῶμα, ὅπου εἰσὶ δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι ἐν τῷ ὀνόματί μου, ἐκεῖ εἰμὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν, χρεῶν ὃ ἐλάχιστον τρισὶν ἐπάρκειν ὃ μοναστηρίου κλῆσιν ὑποδυόμενον ἔργον, δηλονότι καὶ τῶν ἄλλων ἱερῶν κειμηλίων, ὅσα τε πρὸς ἁγιασμὸν καὶ δοξολογίαν ὁρῶσιν, ὑπαρχόντων τῆς οὐσίας. τῷ μὲν οὖν πρὸς ἀνιέρωσιν μοναστηρίου ἀκώλυτον ἔχοντι τὴν ἐπιχείρησιν, εἰς τοσοῦτον δεῖσθαι ὃ ἐλάχιστον ὃ ἀφιέρωμα Σωτῆρος. ὅτι ὃ οἱ πλείους πρὸς τὴν τοιαύτην ἐπιχείρησιν ἑαυτοὺς ἐπιδιδόντες, ἐνίοτε ὀπίσω βιαίως ἀπολείπουσι, προλαβόντος τοῦ θανάτου, καὶ τῆς ἐν ἀνθρώποις αὐτῶν Σωαναστροφῆς ἐξαφανίζοντος, ἐκεῖνο ἡμῖν διαπίπτεται, ὡς διατυπώσεως προελθούσης, τὰ ἐν αὐτῇ διοριζόμενα ἔσεσθαι τῆς ἐκκλησίας. εἰ δὲ ὁποῖα πολλὰ φέρει τὸ ἄδηλον, περὶ τῆς τῶν οἰκείων ἀναπαιδίου διατυπώσεως, παίδων μὲν ὄντων ἄχρι τριῶν τέταρτον μέρος τῆς ὑπάρξεως οἰκειώσεται ἡ μονή· ἐπέκεινα δὲ τοῦ τρίτου ἀριθμοῦ προϊόντος τοῦ τῆς γονῆς πλήθους, συγκαταλέξεται τὸ μοναστήριον τοῖς παισὶ, καὶ τὰ ἴσα τούτων ἑκάστῳ λήψεται ἐκ πάσης προυσίας, ἧς οὐκ ἀπῆλθε χρέα τοῦ πεθνηκότος. ἄπαιδος δὲ ὑπάρχοντος τοῦ τὸν βίον ἀπολιπόντος, ὅτι γονεῦσι δὲ λιπόντος, διχῇ τῶν προόντων διαιρουμένων, ἡ μὲν γονεῦσι, ἡ δ' ἑτέρα μοῖρα τῷ μοναστηρίῳ προσκεκλήσεται. εἰ δ' ἔρημος εἴη κληρονόμων ἀνιόντων, τὸν ἐκ πλαγίου ὄντα εἰσιόντος ὁ κληρος προσίεται· αὐτοὶ μὲν, ὅσοι ἂν καὶ ὦσι, τὸ τρίτον μέρος διανεμήσονται, τὸ δίμοιρον δὲ προσχωρήσει τῇ ἐκκλησίᾳ. καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοὺς κτίζοντας μοναστήρια. ἐρώτησις. εἰ δέ τις εὐκτήριον οἶκον, οὐχὶ μοναστήριον, ἀπλῶς κτίσαι, τοσαύτῃ δαπάνῃ προσαναγκὸς ἀπαιτηθήσεται; Λύσις. ὐδαμῶς. περὶ γὰρ μοναστηρίων ταῦτα νενομοθέτηται. ἀναγκασθήσεται οὖν ὁ κτίσας μέλλων προσαγαγεῖν, καὶ δοκιμασίαν τοῦ Ἐπισκόπου, τὸ ἀρκοῦν. τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐν μὲν τῇ βασιλευούσῃ τῶν πόλεων ἄλλως ζωροποιοῦν προσκρούσει τοῦ καὶ χαρτοφύλακος· ὃ δίδοταί τινι ἔξω τῆς πόλεως ταύτης ἀνεγεῖραι ἀπλῶς ναόν, εἰ μὴ καὶ ὁ α'. κανόνα τῆς πρώτης καὶ δευτέρας Συνόδου καταθείη διὰ ἐγγραφῆς, προσενεγκεῖν πάντα τὰ πρὸς ἀπαρτισμὸν τούτου, ὡς εἴρηται, καὶ βεβαιώσει αὐτῷ καὶ λεπτὸν ἐν τῷ ἐκκλησιαστικῷ κώδικι. ἐν ὃ ταῖς ἔξω χώραις, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐδέν τι τοιοῦτον ἀκριβολογεῖται, ἀλλὰ πολλοὶ μὲν βιαιομοίρως ἐφεῖται ἀπολυσιτελῶς μονήρεις κτίζειν εὐκτήρια. καὶ ἐνταῦθα ὃ οἱ πλείους χωρὶς εἰδήσεως ἐπισκοπικῆς πολλὰ πλημμελοῦσι. ἐπεὶ ὃ μήνις δαπάνης τοῦ ναοῦ ἐμπέσοι ὁ κανών, τῷ ὀνόματι δὲ τῆς δαπάνης πάντα τὰ χρεώδη τῷ μοναστηρίῳ καὶ τοῖς ἀσκημμένοις ἐν αὐτῷ συμπεριλαμβάνονται, ὀφείλει καὶ οὐ οὕτως ἐκλαβέσθαι τὴν δαπάνην.

B

C

D

E

F

ZONAR. A Monachis monasteria exædificari ne liceat, hic Canon decernit: ab imperandi siquidem studio parendique impatientia homines in id consilium impelli dicit. Cum enim illos, inquit, obedientiæ tædium cepit, ædificationem moliuntur. Mox cum ad perficiendum facultates non suppetant, opera inchoata relinquunt. Id ne fiat, Episcopi studio curari, jubet. Quòd si cui tantum suppetat in sumptum, quantum operi absolvendo satis esse possit, ab eo cogitata perfici nihil vetat. Eandem porro constitutionem ad Clericos & ad Laicos pariter extendi placet.

ZΩΝΑΡ. Κωλύει ὁ κανὼν ὃ παρὰ μοναχῶν κτίζεσθαι μοναστήρια, φιλαρχίας λέγων εἶναι τοῦτο καὶ ἀνυποταξίας. ἀπομαμνήμονες γάρ, φησὶ, γίνεσιν ἀρνήμονοι τῇ ὑπακοῇ, ὅταν οἰκοδομῶσι κτίζειν. καὶ μὴ εὐπορούντες ἀπαρτίσαι αὐτὰ καταλιμπάνουσιν ἀτελῆ. τοῦτο κωλύεσθαι παρὰ τῆς Ἐπισκόπων ὁρίζει. εἰ δὲ ἔχοι ἀρκοῦσαν δαπάνην εἰς ὃ ποιῆσαι τέλειον ἔργον, ὃ ἐβουλεύσατο γενέσθαι. τὸ αὐτὸ δὲ διορίζεται κρατεῖν καὶ ὅπι κληρικῆς καὶ λαϊκῆς.

ARIST. *Qui monasterium extruere vult, si habeat quidem quibus perficiat, opus adgrediatur, & ad finem istud perducat. Sin minus, à loci Episcopo prohibeatur. Idem & de Laicis & Monachis valet.*

ΑΡΙΣΤ. Ὁ βουλόμενος κτίσαι μοναστήριον, εἰ μὲν ἔχοι τὰ πρὸς ἀπαρτισμόν, ἀρχέσθω τοῦ ἔργου, καὶ εἰς πέρας ἀγέσθω τοῦτο· εἰ δὲ μή, κωλυέσθω παρὰ τοῦ κατὰ χώραν Ἐπισκόπου. τούτου κρατούντος καὶ ὅπι λαϊκῆς καὶ μοναχῶν.

KANΩN

A

ΚΑΝΩΝ ιη'.

Α φερόντοι γίνεσθε καὶ τοῖς ἔξωθεν, φησὶν ὁ θεῖος ἀπόστολος· ὃ δὴ γυναῖκας ἐνδιατρίβειν ἐν ἐπισκοπείοις ἢ μοναστηρίοις, πᾶσι φερεγκύμαλον. αἴτιον. εἴ τις οὖν ἑτέραν ἢ ἐλεύθεραν ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ κτώμενος φωραθείη, ἢ ἐν μοναστηρίῳ, πρὸς ἐξυπηρέτησιν διακονίας τινός, ἐπιτιμάσθω· ἐπιμένων δὲ, καθαιρείσθω. εἰ δὲ καὶ τύχοι ἐν προαστείοις γυναῖκας ἔχειν, καὶ θελήσοι ἐπίσκοπος ἢ ἡγούμενος πορείαν ἐν τοῖς ἐκεῖσε ποιήσασθαι, πρόσταττε ἐπισκόπου ἢ ἡγουμένου, μηδ' ὅλως ἐξυπηρέτησιν διακονίας ποιεῖσθαι κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν γυνή, ἀλλ' ἰδιαζέτω ἐν ἑτέρῳ τόπῳ, ἕως ἂν τὴν ἐπαναχώρησιν ποιήσεται ὁ ἐπίσκοπος, ἵνα τὸ ἀνεπίληπτον.

B

C

D

E

F

Canon XVIII.

Sine offensione este etiam iis qui extra sunt, inquit divinus Apostolus: mulieres autem in Episcopiis vel monasteriis versari, est omnis offensionis causa. Si quis ergo ancillam vel liberam in Episcopio possidere deprehensus fuerit, vel in monasterio, ad ministerium aliquod obeundum, reprehendatur: sin autem perseveret, deponatur. Si vero etiam in suburbiis mulieres esse contigerit, voluerit Episcopus vel monasterii praefectus illuc iter facere praesenti Episcopo vel monasterii praefecto, mulier eo tempore nullo modo ministerium obeat; sed alio in loco seorsum degat, donec recesserit Episcopus: ut omnis reprehensionis occasio vitetur.

Βαλσ. Μαθόντες, ὡς ἔοικεν, οἱ ἅγιοι πατέρες, ὅτι εἰς ἐπισκοπεῖα καὶ εἰς μοναστήρια διάγουσι γυναῖκες, εἶπον, ὡς ἐπεὶ ὁ μέγας ἀπόστολος Παῦλος πρὸς Κορινθίους ἐπιστέλλων διωρίσατο ἀφεγκύμονας εἶναι ἡμᾶς, μὴ μόνοις τοῖς ἐντὸς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔξωθεν, ἤγουν μὴ μόνοις τοῖς πιστοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀπίστοις· ὃ δὴ συμβαίνειν μὴ γυναικὸς ἐπισκόπους ἢ ἡγουμένους, ἐν μοναστηρίῳ ἢ ἐν ἐπισκοπείῳ, πολλοῖς ἔξω φεγκόμμαλον αἴτιον, καὶ λοιδορίαν οὐ τυχοῦσα τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως· ὀφείλουσιν ἐπιμένειν οἱ τοιοῦτόν τι ποιήσαντες, ἐπιμένοντες δὲ καθαιρεῖσθαι. ὡς δέ τινος εἰπόντος ἀδιάκριτον εἶναι τοῦτο κωλύεσθαι τοῦτους, ὅπως δήποτε μὴ γυναικὸς συνδιαιτωμένους (συμβαίνει γάρ τινα ἐξ αὐτῆς μὴ παιρόδου καταλυσαι εἰς πανδοχεῖόν τι γυναῖκας ἔχον, καὶ οὐ δυνάται ὁ ἐπίσκοπος τὴν μὴ τούτων διαγωγὴν ἀποπέμψασθαι) ὥρισεν, εἰ συμβῇ τοῦτο, μηδ' ὅλως ὁρᾶσθαι τοῦ ἐπισκόπου ἢ τοῦ ἡγουμένου διακονοῦσας τὰς γυναῖκας, ἀλλ' ἐν τόπῳ ἑτέρῳ ταύτας ἀναχωρεῖν καὶ ἡσυχάζειν ἕως ἂν οὗτοι ἀποχωρήσωσι· τὴν δὲ τούτων διακονίαν γίνεσθαι πάντως διὰ ἀνδρῶν. οὕτω γὰρ ὃ ἀνεπίληπτον ἤτοι ἀσκανδάλιστον ἐπ' αὐτοῖς σωτηρηθείη. ἆρα δὲ ἐὰν ἐξ ἀνταποδιατρίβῃ ἐν ἐπισκοπείῳ ἢ μοναστηρίῳ μὴ συνδιάγωσι μὴ γυναικὸς, ἀλλ' ἐν ἑτέρᾳ κατοικίᾳ, συγγνωμονηθήσονται; Λύσις· οἱ μὲν κανόνες, καθὼς πολλάκις εἴπομεν, καὶ ὁ νζ'. κεφ. τοῦ α'. τίτλου ϛ' γ'. βιβλίου τῆς βασιλικῆς ἀπαγορεύουσιν ἱερωμένου τινὰ μὴ ἔχοντα γυναικὸς συνδιάγειν, ἄνευ μητρὸς, θυγατρὸς, ἀδελφῆς, καὶ τῶν λοιπῶν ἀνυποπτων προσώπων. ὃ δὲ νζ'. κεφ. αὐτοῦ, μέρος ὂν τῆς ρλζ'. Ἰουστινιανείου νεαρᾶς, λέγει ταῦτα ῥητῶς· ἐπίσκοπον ὄντα μηδεμίαν παντελῶς γυναῖκα ἔχειν ἢ μεθ' αὑτῆς οἰκεῖν συγχωροῦμεν· εἰ δὲ ἀποδειχθείη τοῦτο, τῆς ἐπισκοπῆς ἐκβαλλέσθω. εἰ γοῦν ὁ ἁπλῶς συνοικῶν ἐπίσκοπος μετὰ γυναικὸς οἱασδήτινος καθαιρεῖται, πολλῷ πλέον ὁ ἐν ἐπισκοπείῳ τοιοῦτόν τι ποιήσας ἀπεντεῦθεν καθαιρεθήσεται, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, διὰ τῆς νεαρᾶς ἀδιαφόρως εἰρημένον. ὃ μυστοὶ ιε'. κεφ. ϐ' α'. τίτλου τοῦ δ'. βιβλίου κωλύει, οὐ μόνον ὃ καλαμένην γυναῖκα ἐν μοναστηρίῳ ἀνδρῶν, ἢ ὃ ἀνάπαλιν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὅλως εἰσελθεῖν ἐν αὐτῷ χάριν οἱασδήτινος ὑποθέσεως. σημειωτέον οὖν τοὺς κανόνας λέγοντας, ὅτι μὲν δὴ ἄλλη ἔστιν ἐλευθέρα ὀφείλει συνδιάγειν μετ' ἐπισκόπου ἢ ἡγουμένου καθ' οἱονδήτινα λόγον. τὰ μυστοὶ δὲ τῶν ἐν προαστείοις ὄντων γυναικῶν εἰρημένα ἀπολυφεγγυμονήτως ἐκληφθήσονται εἰς φεράστια δεσποτικῶς τῇ ἐπισκοπείῳ καὶ τῇ μονῇ διαφέροντα· εἰ γὰρ καταλύσειν οὗτοι εἰς ξενοδοχεῖα ἢ εἰς ἀλλότρια φεράστια, δυσχερές ἐστιν, ὡς νομίζω, τὰ τοῦ κανόνος ἐνεργηθῆναι.

Balsamon. Cum intellexissent, ut videtur, sancti patres, quod in Episcopiis & monasteriis mulieres versantur, dixerunt, quod quoniam magnus Apostolus Paulus ad Corinthios scribens statuit, nos sine offensione esse debere, non solum iis qui intus, sed iis etiam qui extra sunt; scilicet non solum fidelibus, sed & infidelibus; Episcopos autem vel monasterii praefectos cum foeminis versari, in monasterio vel in Episcopio, est omnis offensionis causa & non vulgare probrum Ecclesiasticae constitutionis; debent, qui tale quid facturi sunt, puniri: sin autem perseverent, deponi. Perinde autem ac si dixisset aliquis, à recto discernendi judicio esse alienum, ut puniantur ii, qui quomodocunque cum mulieribus versantur (contingit enim ut aliquis eorum in transitu divertat in suburbano, in quo sunt mulieres, & non potest conversationem cum illis repudiare) statuerunt, si hoc contigerit, nullo modo videnti Episcopo vel monasterii praefecto ministrare mulieres, sed eas in alium locum secedere, & in silentio degere, donec illi recesserint: viros autem iis omnino ministrare. Sic enim omnis reprehensionis sive scandali vitabitur occasio. Nunquid autem argumento à contrario sumpto, si in Episcopio vel in monasterio cum mulieribus non conversentur, sed in aliis ædibus, eis venia dabitur? Solutio. Canones quidem, ut saepe diximus, & lvii. cap. i. tit. iii. lib. Basilic. prohibet, ne quis eorum qui sunt ex sacerdotali ordine cum suspecta muliere versetur, praeterquam cum matre, sorore, filia, & reliquis personis de quibus nulla oriatur suspicio. lvii. autem ejus caput, quod est pars cxxxvii. Justiniani novellae, haec dicit expresse; Episcopum autem nullam penitus habere foeminam vel cum ea habitare permittimus: si hoc autem demonstratum fuerit, Episcopatu ejiciatur. Si ergo, qui solummodo cum quacunque muliere cohabitat Episcopus deponitur: multo magis qui tale quid in Episcopio fecerit, ideo deponetur, ut mihi videtur, quia novella indistincte loquitur. Jam vero xv. cap. i. tit. iv. lib. prohibet, non solum mulierem manere in virorum monasterio, vel contra: sed etiam omnino in ipsum ingredi quacunque de causa. Nota ergo canonem qui dicit, quod neque ancilla neque libera debet cum Episcopo vel monasterii praefecto quavis ex causa una degere. Quae autem de mulieribus quae sunt in suburbanis dicta sunt, citra ullam curiosiorem investigationem assumentur de suburbanis quae ad Episcopium vel monasterium jure dominii pertinent: si enim in publicis hospitiis vel etiam in alienis suburbanis diverterint, difficile est, ut existimo, ea quae in canone continentur observari.

Ζωναρ. Καὶ ὁ τρίτος κανὼν τῆς πρώτης συνόδου, καὶ ὁ πέμπτος τῆς ἕκτης, πᾶσι συνοφείλων γυναικὸς διαλέγονται. καὶ ἔστι δὴ ὁ νῦν κωλύει τὸ ἐν ἐπισκοπείῳ ἢ ἐν ἀνδρῶν μονῇ διάγειν γυναῖκα, καὶ μὴ ὂν ἐπισκοπείῳ χάριν ὑποθέσεώς τινος ἢ ἐν μοναστηρίῳ ἔχοντα γυναῖκας

Zonar. Tertio quoque primae, & quinto sextae Synodi canone, de iis, quae domi habebantur, mulieribus definitum. Hic vero etiam Canon in Episcopio aut in virorum monasterio foeminam commorari vetat, quiq; illas cujuscunq; causae obtentu in his locis habuerint,

rint, pœnis in eos animadverti, ac nisi ejecerint, sacris initiatos deponi jubent. Sed neque in suburbanum, in quo ministeria per fœminas exercentur, Episcopum aut monasterii præfectum abire permittit; nisi illæ in alium locum, quoadusque Episcopus præfectusve discesserit, transeant. Lege Ancyranæ quoque Synodi Canonem undevigesimum.

A

ARIST. *Non oportet fœminas in Episcopiis aut monasteriis commorari. Siqua igitur hoc ausa fuerit, reprehendatur: sin perstiterit, deponatur. Quinetiam ubicunque Episcopus vel monasterii præfectus adfuerit, nulla mulier ministret, vel apparet; sed seorsum agat, donec recesserit.*

B

Sine offensione oportet nos esse etiam iis qui extra sunt, secundum divinum Apostolum; & idcirco mulieres in Episcopiis aut virorum monasteriis habitare non oportet; sed eum qui ausus fuerit ancillam vel liberam ob aliquod ministerium in Episcopio aut monasterio retinere, reprehendi jubent patres. Eum autem, qui & post reprehensionem eas non abigit, sed in Episcopio aut mansione adhuc etiam manere permittit, deponi statuunt. Si vero in Episcopii vel monasterii suburbanis Episcopus aut monasterii præfectus abierit, & contigerit mulieres

C

ibidem esse, hæ ministerium non obeant quamdiu illi ibi sunt; sed alio in loco seorsum stent, donec recesserint illi, ut reprehensionis occasio evitetur.

CANON XIX.

Tanta execrabilis avaritiæ labes Ecclesiarum rectores invasit, ut nonnulli eorum virorum ac mulierum, qui pii ac religiosi dicuntur, Domini mandati obliti, fallantur, & eos qui ad sacerdotalem ordinem & vitam monasticam accedunt, pecuniis admittant. Et quorum reprobum est principium, universum quoque rejiciendum est, ut ait magnus Basilius: nec Deo licet & mammonæ servire. Si quis ergo inventus fuerit hoc facere, Episcopus quidem vel monasterii præfectus vel ex sacerdotali ordine, aut cesset aut deponatur, ut vult ii. Canon Chalcedonensis sanctæ Synodi: monasterii autem præfecta à monasterio extrudatur, & alii monasterio tradatur ad subjectionem. Similiter & monasterii præfectus, qui Presbyteri ordinationem non habet. De iis autem, quæ dantur liberis à parentibus instar dotis, vel rebus suis propriis oblatis, profitentibus iis, qui ea offerunt, esse Deo consecrata, statuimus, ut sive maneant, sive exeant, ea in monasterio maneant, ut fuit ipsorum professio: nisi is, qui præest, in culpa fuerit.

D

E

BALS. In v. Canone præsentis Synodi diversa quædam à sanctis patribus constituta sunt de pecuniarum datione ab iis, qui in aliquo clero constituuntur vel ordinantur. Ei ergo consequenter præsens quoque Canon, reprehendens Episcopos & monasteriorum præfectos, qui propter avaritiam aliquos suscipiunt cum pecuniarum oblatione (ii enim sunt populi duces & veluti in via ductores) decernit, ne quis in monasterii fraternitate vel in clero templi per largitionem pecuniæ connumeretur: qui vero illos suscipiunt, si sint quidem Episcopi & monasteriorum præfecti sacerdotes, vel post denunciationem cessent vel deponantur; si sint autem Monachæ, vel Monasteriorum præfecti sacris non initiati, monasterio extrudantur, & alii monasterio tradantur, ut sint subjecti. Quæ autem à nonnullis Deo sua sponte offeruntur, vel à parentibus, ut quæ ad ipsos pertinent, vel aliundecunque, ea à monasterio non posse auferri, sive in monasterio manserit qui ea consecravit, sive egressus fuerit: nisi fortè is, qui monasterio præest, egressionis causa fuerit.

F

βπτιμᾶσθαι κελεύει, καὶ εἰ μὴ ἐκβάλοι αὐτὰς, καθαιρεῖσθαι τοὺς ἱερωμένους. Ἀλλ' οὐδὲ ἐν φροαστείῳ, ἔνθα γυναῖκες εἰσὶν ὑπηρετοῦσαι, ἀπέναι βούλεται Ἐπίσκοπον ἢ ἡγούμενον, εἰ μὴ ἐκεῖναι ἐν ἑτέρῳ τόπῳ μέλλοιεν, ἕως ἂν ἐκεῖθεν ὁ Ἐπίσκοπος ἢ ὁ ἡγούμενος ὑποχωρήσωσιν. ἀναγνωστέον καὶ ιθ'. κανόνα τῆς ἐν Λαοδικείᾳ Συνόδου.

ΑΡΙΣΤ. Οὐ δεῖ γυναῖκας ἐνδιαιτᾶσθαι Ἐπισκοπείοις ἢ μοναστηρίοις· εἶτις οὖν τοῦτο τολμήσει, βπτιμάσθω· εἰ δὲ βπτιμήσει, καθαιρείσθω. Ἀλλὰ καὶ ἔνδον προσβάλλει Ἐπίσκοπος ἢ ἡγούμενος, μηδεμία γυνὴ λειτουργείτω, ἢ φανείσθω· ἀλλ' ἰδιάζέτω, μέχρις ἀναχωρήσεως.

Ἀσφαλίσασθαι δεῖ ἡμᾶς γίνεσθαι καὶ τοῖς ἔξωθεν, κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον· καὶ διὰ τοῦτο οὐ δεῖ γυναῖκας οἰκεῖν ἐν Ἐπισκοπείοις, ἢ ἀνδρῶσι μοναστηρίοις· ἀλλὰ τὰ πολυπράγμονα ἔχειν δέλλιν ἢ ἐλευθέραν ἐν τῷ Ἐπισκοπείῳ ἢ ἐν τῷ μοναστηρίῳ διά τινα ὑπηρεσίαν, βπτιμᾶσθαι προστάττουσιν οἱ πατέρες. τὸν δὲ μὴ τοῦτο βπτίμησιν μὴ διακονίαν ταύτας, ἀλλ' ἐν τῇ βπισκοπῇ, ἢ τῇ μονῇ καὶ εἰς ἕτερα μένειν συγχωροῦντα, καθαιρεῖσθαι διορίζονται. εἰ δὲ ἐν φροαστείῳ τῆς βπισκοπῆς ἢ τοῦ μοναστηρίου Ἐπίσκοπος ἢ ἡγούμενος ἀπέλθοι, καὶ τύχοιεν εἶναι ἐκεῖσε γυναῖκες· μὴ διακονείτωσαν αὗται, μέχρις ἂν ἐνδημῶσιν ὅτοι ἐκεῖσε, ἀλλ' ἐν ἑτέρῳ τόπῳ ἰδιάζόντως ἕως, μέχρι τῆς αὐτῶν ἀναχωρήσεως, διὰ τὸ ἀνεπιλήπτον.

ΚΑΝΩΝ ιθ'.

Τοσοῦτον κατενεμήθη τῆς φιλαργυρίας ὁ μύσος εἰς τοὺς ἡγουμένους τῆς ἐκκλησιῶν, ὥστε καί τινας τῶν λεγομένων εὐλαβῶν ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν βπτιζομένους τῆς ἐντολῆς τοῦ θεοῦ ἐξαπατηθῆναι, καὶ διὰ χρυσίου τὰς εἰς δοχὰς τῶν προσερχομένων τῷ ἱερατικῷ τάγματι καὶ τῷ μονήρει βίῳ ποιεῖσθαι. καὶ διὰ τοῦτο ὧν ἡ ἀρχὴ ἀδόκιμος καὶ ὃ πᾶν ἀπόβλητον, ὡς φησιν ὁ μέγας Βασίλειος· οὐδὲ γὰρ θεῷ καὶ μαμωνᾷ δουλεύειν ἔξεστιν. εἴ τις οὖν εὑρεθῇ τοῦτο ποιῶν, εἰ μὲν Ἐπίσκοπός ἐστιν ἢ ἡγούμενος, ἢ τις τῶν ἱερατικῶν, ἢ παυσάσθω ἢ καθαιρείσθω, κατὰ τὸν δεύτερον κανόνα τῆς ἐν Χαλκηδόνι ἁγίας συνόδου· εἰ δὲ ἡγουμένη, ἐκδιωχθήτω τοῦ μοναστηρίου, καὶ καθεδηθήτω ἐν ἑτέρῳ μοναστηρίῳ ὑπὸ ταγήν. ὡσαύτως καὶ ἡγούμενος μὴ ἔχων χειροτονίαν πρεσβυτέρου. ὅτι δὲ τῶν διὰ γονέων καθαιρεθέντων δίκαιον προικῶν τοῖς τέκνοις, ἢ ἰδιοκτήτων αὐτῶν πραγμάτων προσαγομένων, ὁμολογουμένων τῶν προσιόντων ταῦτα εἶναι ἀφιερωμένα τῷ θεῷ· ὡρίσαμεν, κἂν μὲ μείνῃ, κἂν μὲ ἐξέλθῃ, μένειν αὐτὰ ἐν τῷ μοναστηρίῳ, καὶ τὴν ὑποχεσιν αὐτῶν· εἰ μὴ εἴη αἰτία τοῦ προεστῶτος.

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ ε'. κανόνι τῆς παρούσης συνόδου ὡρίσθη διὰ τῶν ἁγίων πατέρων διαφορά τινα χάριν τῆς διαδόσεως χρημάτων καταναλισκομένων ἢ κληρονομουμένων ἐν κλήρῳ οἱῳδήποτε. ἀκολούθως οὖν αὐτῷ καὶ ὁ παρὼν κανὼν, ὀνειδίζων τοὺς Ἐπισκόπους καὶ καθηγουμένους, τοὺς διὰ φιλαργυρίαν δεχομένους τινὰς μὴ προσενέξεως χρημάτων (ὅτοι γάρ εἰσιν οἱ ἡγήτορες καὶ οἱονεὶ ὁδηγοὶ τοῦ λαοῦ,) διορίζεται, μὴ συναριθμεῖσθαί τινα ἐν ἀδελφότητι μονῆς ἢ ἐν κλήρῳ ναοῦ διὰ δόσεως χρημάτων· τοὺς δὲ τούτους δεχομένους, Ἐπισκόπους μὲν ὄντας καὶ ἡγουμένους ἱερωμένους ἢ παυέσθαι μὴ διαλειτουργίαν ἢ καθαιρεῖσθαι· εἰ δὲ μοναζούσας ἢ ἡγουμένας ἀνιέρους, ἐκδιώκεσθαι μὲν τοῦ μοναστηρίου, καὶ διαδίδοσθαι ἐν ἑτέρᾳ μονῇ ἐφ' ᾧ ὑποταγήσεσθαι). τὸ μέντοι διά τινων προσφερόμενα τῷ Θεῷ αὐθαιρέτως, καὶ ἀπὸ γονέων αὐτοῖς διαφέροντα, ἢ καὶ ἀλλαχόθεν ποθὲν, ἀναφαίρετα εἶναι τῇ μονῇ, κἂν μείνῃ ἐν τῷ μοναστηρίῳ ὁ ἀφιερώσας ταῦτα, κἂν τε ἐξέλθῃ· εἰ μήτε αἰτίαν ἔσχεν ὁ καθηγούμενος ἡγήσατο.

ἔπεσον

εἶπον οὖν τινες, ὡς ταῦτα πάντα χῡ̄ ὃ ἀναμφίβολον ἔξωσι χώραν εἰς τὰ κοινοβιακὰ μοναστήρια, εἰς δὲ τὰ καλλιωπικὰ οὐκ ἐνεργήσωσι, ἀλλ' ὅ σιτηρέσια ἐξωνῆσθαι τοὺς ἀδελφατείους, μὴ μήτοι γε καὶ δίκαιον ἀποκάρσεως ἢ κλησώσεως. ἤκουσμι δέ, ὅτι πᾶσι καὶ εἰς πάντας τοὺς μοναχοὺς ϖ κάμνοντας ἐξακούεσθαι, ἀλλ' ὅ μὴ διαφορὰν εἶ μοναχῶν καὶ μοναστηρίων ἀπὸ τῶν κάμνοντων. ἠρώτησε δέ τις, ὡς τοῦ ε. κάμνοντος διορίζομένου ἀπεντοῦθεν καθαιρεῖσθαι ϖ οὕτως χειροτονήσαντα, πῶς ὁ παρὼν κάμνων διορίζεται, ἢ παύεσθαι, ἢ καθαιρεῖσθαι ϖ διὰ δόσεως χρημάτων δεχόμενον οἱονδήποτε κληρικὸν ἢ μοναχόν; Λύσις. ὅτε μὲν χειροτονία οἱασδήποτε γίνηται μετὰ δόσεως χρημάτων, κῡ ϖ ε. κανόνα, ἀπεντοῦθεν καθαιρεθήσεται ὁ χειροτονήσας· ὅτε δὲ μόνη δοχὴ προσώπου γίνηται, εἴτε ἐν κλήρῳ εἴτε ἐν μοναστηρίῳ, διὰ χρημάτων, ἄλλως τε καθαιρεθήσεται ὁ δὲ κακὸν ποιήσας, εἰ μὴ μετὰ ἀποφάνσιν ἐμμένοι ὅτι τῷ κακῷ· ὅτι καὶ οἱ κανόνες διάφοροί εἰσιν. ὁ μὲν γὰρ περὶ χειροτονίας ἀθέσμου διδάσκει· ὁ δὲ περὶ δοχῆς παραλόγου. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν χειροτονησάντων ἢ δεξαμένων τινὰς παρὰ τὸ τῶν κανόνων περίληψιν διὰ δόσεως χρημάτων. οἱ δὲ χειροτονηθέντες ἢ δεχθέντες πῶς κολασθήσονται; Λύσις. ὁ μὲν χειροτονηθείς, κῡ ϖ ῥηθέντα κανόνα, καθαιρεθήσεται, ἀπολέσει γὰρ καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ δοθέντα. ὁ δὲ δεχθεὶς κακῶς ἀπολέσει τὰ παρ' αὐτοῦ δοθέντα, καὶ μόνον, κῡ ϖ νόμον ϖ λέγοντα, ὁ δὶ αἰσχρὰ αἰτίαν διδοὺς οὐκ ἀναλαμβάνει. ἐπεὶ δέ, ὡς ἀπὸ τοῦ ϖ κανόνος ἀναφαίνεται, ὅτι εἰς δύο διαιροῦνται οἱ καθηγούμενοι, εἰς ἱερωμένους καὶ ἀνιέρους, οἱ μὲν γὰρ καθαιροῦνται, οἱ δὲ διώκονται ἀπὸ τῶν μοναστηρίων· φαμὲν καλῶς προχειρίζεσθαί τινας εἰς ἡγουμενείας καὶ ὄντας ἀνιέρους. ὅτι τούτοις ἠρώτησεν, ὡς τοῦ κάμνοντος διορίζομένου ἀναφαίρετα εἶ) πρὸς τῇ μονῇ τὰ ἀφιερωμένα τῷ Θεῷ αὐλοπροαιρέτως παρά τινος, κἂν τε ὁ προσαγαγὼν αὐτὰ ᾖ παρὰ τῇ μονῇ, κἂν τε καὶ μή, πῶς ἂν τῷ τέλει γένοιτο ἀντιστρέφειν αὐτῷ, ἐὰν ἐξ αἰτίας τοῦ προσώτος ὁ προσαγαγὼν ταῦτα ἀναχωρήσῃ ἀπὸ τῆς μονῆς, ὀφειλόντος μᾶλλον τοῦ καθηγουμένου τοῦ ὑπαιτίου ὄντος σὺν δίκῃ; Λύσις. ἐνταῦθα τὰ προσενεχθέντα τῷ Θεῷ, ἔτε ἐξ ὁρισοῦ προσενέχθησαν, ὥστε ἐκ πάσης αἰτίας ἀναφαίρετα εἶ) τῇ μονῇ, ἔτε χάριν τοῦ ἀποκαρεῶσαί τινα, ὥστε κῆτος εἶ) πρὸς τῇ μονῇ κῡ πᾶσαν προφασιν, κῡ τὸν νόμον ϖ λέγοντα, τὰ ὅτι ἴσῃ αἰτίᾳ τοῦ διδόντος κῆ τοῦ λαμβάνοντος δοθέντα ὑ ῥεπελιτούονται· ἀλλὰ τῇ προσαγωγῇ τῇ κῡ Θεοῦ ἐπετέθη χάρις, οἷς ἡ τοῦ προσαγαγόντος εἰς τὸ μοναστήριον ἄσκησις. εἰ μὲν οὖν οἰκοθελῶς ὑποχωρήσῃ ὁ τῆς μονῆς ὁ ταῦτα δούς, οὐδέν τι τούτῳ ἀντισφήσει· ἀλλὰ τὰ προῤῥηθέντα· εἰ δ' ἐξ αἰτίας τοῦ καθηγουμένου ἀναχωρήσῃ, πάντως ἀντισφήσει· αὐτῷ γὰρ χάριν τοῦ ἀγάγειν τοῦτον εἰς τὴν μονὴν δοθέντα. ἐπεὶ δὲ χάριν τῶν προσενέξεων καὶ ἑτέρων ἐκκλησιαστικῶν δικαίων ἀπελύθη πρόσταξις τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυροῦ Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, ὅτι ὑπομνήσῃ τινῶν ἐκκλησιαστικῶν Μακόνων, ἀναδεξαμένων τῷ τότε τὴν φροντίδα τῶν πατριαρχικῶν μοναστηρίων ἀπὸ τῆς πατριαρχικῆς μεγαλόττητος, μιλιολόγημα φέρουσα ϖ Δεκέμβριον μιᾶς τῆς ε. ἰνδικτιῶνος, ὀφείλῃ εἰδέναι καὶ ταύτην τάδε κῡ ῥῆμα Μακαλαμβάνειν, τὴν ὑπόμνησιν καὶ διόρθωσιν τῶν ψυχικῶν σφαλμάτων ἀναμφίβολον ἔχειν τὴν κῡ τὴν ἡμέραν ἀκιώτατον πατριάρχην ὅτι τοῖς ἐλευθέροις μοναστηρίοις καὶ ὅτι τοῖς ὑπὸ δοθῆσι, καὶ ὅτι τοῖς δοθῆσι καὶ κατ' ἐφορείαν ἢ οἰκονομίαν δοθῆσι. δίκαιον γὰρ κέκληται εἰσέρχεσθαι καὶ ἀναψηλαφᾶν τὰ ψυχικὰ σφάλματα καὶ εἰς τὰ κοσμικὰ καὶ εἰς τὰ ϖ δημόσια μοναστήρια, καὶ, ἁπλῶς εἰπεῖν, εἰς τὰ ὑπὸ τὴν οἰκείαν αὐτοῦ πάντα, κἂν τε πατριαρχικὰ ὦσι, κἂν τε βασιλικὰ καὶ αὐτοδέσποτα, καὶ εἰς μὲ τὰ οἰκεῖα, ἃ οὐκ ἐξέδοντο οἱ πρώην πατριάρχαι εἰς δόσεις, ἀκωλύτως, ὅταν βούληται, εἰσελεύσεται, εἴτε αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ, εἴτε ἀλλὰ προτροπῆς αὐτοῦ, ὃν ἂν οὗτος ἀπὸ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ὑπολέξηται καὶ ἀλλαχεῖνη εἶ) ἄξιον τοῦ ἐρευνᾶν ταῦτα. εἰς δὲ τὰ ἐλεύθερα καὶ αὐτεξούσια μο-

A Dixerunt ergo quidam, hæc ſine dubio locum habere in monaſteriis ubi communiter vivitur (quæ cœnobia dicuntur) ſed non in cellulis, eò quòd in fraternitatem recepti victum emant; non tamen jus tonſuræ vel clericatûs. Audierunt autem, id in omnibus & de omnibus monachis intelligi: eo quod Monachorum & monaſteriorum non ſit differentia ex Canone. Rogaverit autem quiſpiam, cum v. Canon ſtatuat, eum, qui ſic ordinavit, eo ipſo deponi; quomodo præſens Canon decernat, vel ceſſare vel deponi eum, qui per pecuniariam dationem ullum Clericum vel Monachum ſuſcepit? Solutio. Quotieſcunque quidem ulla fit cum pecuniarum datione ordinatio, ut vult v. canon, eo quoque ipſo deponetur qui ordinavit: quando autem ſola perſonæ ſuſceptio, ſive in clero ſive in monaſterio, per pecunias facta fuerit, qui illud malum fecit non aliter deponetur, quam ſi poſt denunciationem in malo perſtiterit; quoniam Canones quoque ſunt diverſi. Ille enim de illicita ordinatione docet: hic vero de ſuſceptione, quæ fit præter rationem. Et hæc quidem de iis, qui ordinaverunt vel ſuſceperunt aliquos, ſecus ac canonibus continetur, per pecuniæ dationem. Ordinati autem vel ſuſcepti quomodo punientur? Solutio. Is quidem, qui eſt ordinatus, ut vult dictus Canon, deponetur; perdet autem & quæ ab ipſo data fuerint: qui autem male ſuſceptus eſt, tantummodo ea perdet, quæ ab ipſo data fuerint, ut vult lex, quæ dicit; qui dat ob turpem cauſam non recuperat. Quoniam autem, ut ex præſenti canone apparet, monaſteriorum præfecti in duo dividuntur, Sacerdotes & eos qui non ſunt ſacris initiati; & illi quidem deponuntur, hi vero monaſterio extruduntur; dicimus rectè aliquos ad monaſteriorum præfecturas provehi, etiamſi ſacros ordines non ſuſceperint. Præterea rogaverit quiſpiam, cum Canon decernat à monaſterio non poſſe auferri ea, quæ ſponte ab aliquo Deo conſecrata ſunt; ſive is, qui obtulit in monaſterio manſerit ſive non: quomodo in fine ſcriptum eſt, ea reſtitui, ſi culpa monaſterii præfecti is, qui ea obtulit, à monaſterio receſſerit; cum debeat potius præfectus, qui eſt in culpa, puniri? Solutio. Hic quæ Deo oblata ſunt, nec directò oblata ſunt, ut ea ex nulla cauſa à monaſterio auferri poſſent, nec ut tonderetur aliquis, ut ſic etiam ex omni cauſa monaſterii eſſe permanſerint; ſecundum legem quæ dicit; Quæ in æquali cauſa, ejus qui dat & qui accipit, data ſunt, non repetuntur: ſed oblationi, quæ Deo fit, onus eſt impoſitum, nempe ejus qui monaſterio ea obtulit exercitatio. Si ergo qui ea dedit à monaſterio ſua ſponte abſceſſerit, nihil ei reſtituetur propter ea quæ ſupra dicta ſunt: ſi autem monaſterii præfecti culpâ receſſerit, omnino ad eum revertentur quæ data ſunt, ut ipſe degat in monaſterio. Quia autem de oblationibus & aliis Eccleſiaſticis juribus emiſſa eſt conſtitutio illius inclyti Imperatoris domini Alexii Comneni, ad ſuggeſtionem quorundam Diaconorum, qui curam patriarchalium monaſteriorum à patriarchali magnificentia tunc ſuſceperant, quæ datum ut vulgo dicunt, habebat, Decembrem menſem quintæ indictionis, debet ſcire eam hæc ad verbum continere oportet: Obſervationem & correctionem animæ lapſuum non dubium habere ſanctiſſimum hujus temporis patriarcham; tam in liberis monaſteriis quam in traditis, & in donatis, & iis quæ ad miniſtrationem vel diſpenſationem data ſunt. Jus enim habet ſubeundi, & contrectandi delicta animæ, & ſecularia, & publica monaſteria, &, ut ſemel dicam, omnia quæ ſunt in ejus Provincia, ſive ſint Patriarchalia, ſive Imperatoria & quæ per ſe dominum obtinent, & propria, quæ ſuperiores patriarchæ ad incrementum non elocabant, abſque impedimento, quando volet ingredietur: ſive ipſe per ſe, ſive ejus ſuaſione, quem ipſe ex Eccleſiaſticis elegerit, & ea perſcrutari dignum

Digitized by Google

gnum esse statuerit. Libera autem & sui juris monasteria, quando ad sanctissimum dominum meum & patriarcham delictum in monasterio factum pervenerit, sive alioqui ex fama aliquorum, vel etiam unius audiverit, tunc, ut dictum est, ingredietur, & perscrutabitur delicta animæ, etiamsi is qui dixit, nolit subire probandi periculum. Homo enim Christianus, quando aliquid non rectè factum audiverit, debet hoc dicere communi spirituali patri & Antistiti. Fortasse autem non vult hoc subire periculum; & propter ejusmodi causam, delicta animæ inobservata & incorrecta relinquere est valde absurdum, nullo quocunque scripto Imperatorio vel Patriarchali hoc prohibente. Sed monasteria quidem debent non innovata conservari in perscrutationibus eorum qui mittuntur, nullis exinde datis sumptibus. Tunc enim animæ delictorum correctio facilè, si Deus volet, fiet. In monasteriis autem quæ ad incrementum, & regimen sive administrationem, aut omnino libertatem data sunt, non solum alia animæ delicta inquiret, sed etiam an dissoluta sunt, vel dissolvantur in parte vel in universum ab iis, qui ea accepêre: & si inveniet in iis aliquas fieri imminutiones, coget detinentes ea restituere, quemadmodum accepêre, & secundum monasterii facultatem; sed in illis quidem, qui propter inopiam non sufficiunt ad statum in quo ea accepêre; quæ sunt autem effecta meliora & aucta, cum rectè se habeant, non minuentur, sed manebunt ut se habent. Qui autem ea detinent, quæ sunt illis tradita, ut regimen & administrationem ad tempus suscipiant, & eis damnum afferunt, si nolint in eum, quo acceperunt, statum ea restituere, auferantur, nec ab iis quæ habent scriptis juventur, eis dato convenienti die præfinito. Interea autem, dum pendet terminus, observari debent, an ipsi operi de restitutione scilicet in integrum vacent, ut ostensum est. Tum enim etiam terminus servabitur. Renunciationes autem, quoniam præter Canones dantur & accipiuntur, dehinc omnino cessabunt, & qui accipere vel dare inventus fuerit, si sit quidem monasterii præfectus, ex præfectura expellatur: sin autem Præbendarius, è monasterio expelletur. Quæ autem ab iis, qui ad tonsuram veniunt, fiunt offerentium spontanea voluntate oblationes, suscipientur & describentur in Breviario Monasterii, de iis quæ offeruntur etiam, sanctissimo Patriarchæ cognitione data; etiamsi monasteria tenentes documenta habeant de accipiendis renunciationibus & oblationibus, & iis lucrifaciendis: hoc enim cessare nunc debet, & fieri quemadmodum superius dictum est; sed etiam servatæ oblationes non debent alienari prætextu documentorum. Porrò autem non solum cura animarum monachorum, sed ipsorum etiam secularium, incumbit sanctissimo Patriarchæ: & quando viderit aliquem secularium sitientem propriam salutem, quomodo contingat prohiberi quominus in monasterio eum collocet, ad salutem animæ ejus qui accedit? Citra ullum enim impedimentum sanctissimo Patriarchæ licebit collocare, magis quam præbendariis etiamsi documenta habeant. Præterquam si jubet sanctissimus meus dominus fraternitatis usum accipere secularem aliquem, vel monachum ex alio monasterio ab eo differente, he det seculari vel externo monacho monachatum, ut non gravetur monasterium adelphato. Si enim gravetur, omnino deerit monachis qui sunt intus, & pro mercede fit judicium. Si autem accedit Laicorum quispiam, qui est omnino inops & pauper, ad sanctissimum meum dominum, vel ex Antistitibus, qui suos thronos perdiderunt, & sunt inopes, & voluerit statuere ut is victum capiat è ditiori aliquo monasterio, hoc rectè faciet; modo numerus eorum qui ordinantur mansionis facultates non excedat. Monachi enim qui sunt intus, debent præferri cæteris omnibus, ad ea quæ sunt sibi necessaria capienda.

A νασηρία, ὅταν τις προσέλθῃ τῷ ἁγιωτάτῳ μου δεσπότῃ καὶ πατριάρχῃ γινόμενον σφάλμα εἰς μοναστήριον, ἢ καὶ ἄλλως ἀπὸ φήμης τινῶν ἢ καὶ ἑνὸς ἀκούσῃ, τότε εἰσελεύσεται, ὡς εἴρηται, καὶ ἐρευνήσει τὰ ψυχικὰ σφάλματα, κἂν μὴ ὁ εἰπὼν θέλῃται ὑπεισελθεῖν ἀγῶνα ἀποδείξεως. ὁ γὰρ Χριστιανὸς ἄνθρωπος χρέος ἔχει, ὅταν τι ἀκούσῃ γεγόμενον ἐναντίον, λέγειν τοῦτο τῷ ἐφημερίῳ πνευματικῷ πατρὶ καὶ ἀρχιερεῖ. ἴσως γὰρ οὐ μὴ βούλεται ὑποστῆναι τὸν ἀγῶνα τοῦτον· καὶ ὁ καταλιμπάνεται δι' αὐτὸν τοιαύτην αἰτίαν τὰ ψυχικὰ σφάλματα ἀνεπιτίμητα καὶ ἀδιόρθωτα, ἔστι τοῦτο πάντῃ ἄτοπον, μηδενὸς ἐγγράφου οἱουδήτινος βασιλικοῦ ἢ πατριαρχικοῦ κωλύοντος εἰς τοῦτο. πλὴν τὰ μοναστήρια ὀφείλουσι διατηρεῖσθαι ἀκηλιδώτους ἐν ταῖς ἐρεύναις τῶν ἀποστελλομένων, μηδεμιᾶς ἐντεῦθεν διδομένης δαπάνης. τότε γὰρ καὶ ἡ διόρθωσις τῶν ψυχικῶν σφαλμάτων εὐκόλως σὺν Θεῷ γένηται. ὅτι δέ γε τοῖς κατ' ἐπίδοσιν δοθεῖσι μοναστηρίοις καὶ κατ' ἐφορείαν ἢ οἰκονομίαν, ἢ πάντως ἐλευθερίαν, οὐ μόνον τὰ ἄλλα ψυχικὰ σφάλματα ἐπιζητήσῃ, ἀλλὰ καὶ εἰ καταλύσῃ, ἢ καταλύονται μερικῶς ἢ καθόλου παρὰ τῶν λαβόντων ταῦτα· καὶ εἴ τινας μειώσῃ ἐν αὐτοῖς γινομένας, κατακαλήσῃ τοὺς ταῦτα κατέχοντας ἀποκαθιστᾶν ταῦτα, καθὼς παρέλαβον, καὶ κατὰ τὴν εὐπορίαν τοῦ μοναστηρίου· πλὴν ἐπ' ἐκείνοις τοῖς ἐνδεῶς ἔχουσι πρὸς τὴν κατάστασιν καθ' ἣν ταῦτα παρέλαβον· τὰ δὲ γε βελτιωθέντα καὶ ἐπαυξηθέντα, καλῶς ἔχοντα, οὐκ ἐλαττωθήσονται, ἀλλὰ μένουσιν ὡς ἔχουσιν. οἱ δὲ κατ' ἐφορείαν καιρικὴν καὶ ἑτέραν οἰκονομίαν ἐκδοθέντα κατέχοντες, καὶ καταλυμαινόμενοι ταῦτα, εἰ μὴ βέλονται ἀποκαθιστᾶν ταῦτα εἰς ὃ παρέλαβον χρῆμα, ἵνα ἀφαιρῶνται, μὴ ὠφελούμενοι ἀφ' ὧν ἔχουσιν ἐγγράφων, προνομίας διδομένης αὐτοῖς ἁρμοζούσης. μεταξὺ δὲ τῆς προνομίας ὀφείλουσιν ὑπηρετεῖσθαι, εἰ φαντάζουσιν ἔργοις αὐτοῖς, περὶ τῆς εἰς ὃ ἀρχαῖον αὐτῶν καταστάσεως, ὡς δεδήλωται. τότε γὰρ ἡ προνομία φυλαχθήσεται. αἱ δὲ ἀποταγαί, ἐπεὶ νῦν δίδονται καὶ λαμβάνονται, χαλάσουσι πάντως ἀπὸ τοῦ νῦν, καὶ ὁ διεισδύων λαμβάνων ἢ δίδους, εἰ μή ἐστιν ἡγούμενος, ἵνα ἐκδιωχθήσεται ἀπὸ τῆς ἡγουμενείας· εἰ δὲ χειροτονούμενος, ἐκδιωχθήσεται ἀπὸ τῆς μονῆς. αἱ δὲ ἀπὸ τῶν προσερχομένων εἰς ἀποκαρσιν γινόμεναι ἑκουσίως καὶ κατὰ γνώμην τῶν προσφερόντων προσενέξῃς, προσδεχθήσονται, καὶ ἀπογραφήσονται ἐν τῷ βρεβίῳ τῆς μονῆς, εἰδήσεως διδομένης πρὸ τῶν προσφερομένων καὶ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου, κἂν οἱ τὰ μοναστήρια ἔχοντες ὑπομνήματα κέκτηνται πρὸς τὸ λαμβάνειν ἀποταγὰς καὶ προσενέξεις, καὶ ἀποκερδαίνειν ταύτας· τοῦτο γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν ὀφείλει χαλᾶσαι, ὡς γένεσις καθὼς ἄνωθεν εἴρηται. ἀλλὰ καὶ αἱ σωζόμεναι προσενέξεις οὐκ ὀφείλουσιν ἐκποιεῖσθαι τῇ ἀφορμῇ τῶν ὑπομνημάτων· ἡ μήτοι φαντασία μόνον τῶν ψυχῶν τῆς μοναχῶν, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς κοσμικῆς, τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ ὑπάρχει· καὶ ὅταν θεάσηταί τινα τῶν κοσμικῆς διαφόρου τὴν οἰκείαν σωτηρίαν, πῶς ἐνδέχεται ἵνα κωλύῃ ἢ παρεῖναι ἐν τῇ μονῇ, διὰ ψυχικὴν σωτηρίαν ὃ προσερχόμενος; ἔξεστι γὰρ ἀκώλυτον ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης ὃ παρεῖναι, ἢ ὅτι οἱ χαιροτονηθέντες, κἂν ὑπομνήματα ἔχωσι. πλὴν εἰ κελεύῃ ὁ ἁγιώτατός μου δεσπότης λαμβάνειν χρείας ἀδελφάτου τινὰ κοσμικὸν ὄντα, ἢ μοναχὸν ἀπὸ ἑτέρου μοναστηρίου διαφέροντα αὐτῷ, ἵνα μὴ δίδωσι κοσμικῷ ἢ μοναχῷ ἐξωμονιζόμενον, ὡς ἂν μὴ βαρυνθῇ ἡ μονὴ ἀπὸ τὸ ἀδελφάτου. εἰ γὰρ βαρύνεται, λείψει πάντως καὶ ὃ ἐξωμονιζόμενον, καὶ γίνεται ἀντὶ μισθοῦ κρῖμα. εἰ δ' ἴσως προσέρχεταί τις τῶν λαϊκῶν, ἀδυνάτου πάντη καὶ πένητος, ᾧ ἁγιωτάτῳ μου δεσπότῃ, ἢ καὶ ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων τῶν ἀπολεσθέντων τοὺς θρόνους αὐτῶν, καὶ δεομένων, καὶ θελήσῃ τυπῶν αὐτὸν λαμβάνειν χρείας ἀπό τινος τῶν εὐπορουσῶν μοναστηρίων, ποιήσει τοῦτο καλῶς, μὴ ὑπὲρ τὴν δύναμιν ἡ μονῆς ἡ ἀριθμῷ τῶν ταττομένων ὄντος. σκοπιμώτεροι γὰρ ὀφείλουσι εἶναι οἱ ἐσωμονιζόμενοι τῶν ἄλλων ἁπάντων, εἰς ὃ λαμβάνειν τὰς χρείας αὐτῶν.

ΖΩΝΑΡ.

Digitized by Google

ΖΩΝΑΡ. Καὶ εἰς κλῆρον καταπάτλεσθαί τινας, καὶ εἰς μοναστήρια δέχεσθαι διὰ προσαγωγῆς χρημάτων τοὺς ἡγουμένους τῆς ἐκκλησιῶν, τυπτέσι τοὺς Ἐπισκόπους καὶ ἡγουμένους (ὅτι γὰρ προηγοῦντο ἐπιτάξεως τῆς πίστεων εἰς πίστιν ὀρθὴν καὶ βίον σεμνὸν καὶ κατόρθωσιν ἀρετῆς) ἀπηγόρευσε. ὁ δὲ κανὼν λέγει, ὅτι ἐπράττετο τοῦτο τότε, καί τινες τῆς εὐλαβῶν ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν τὰς εἰσόδους, εἴς τε τὰ ἱερατικὰ τάγματα καὶ εἰς τὰ μοναστήρια, διὰ δόσεως ἐποιοῦντο χρημάτων, ὡς συμβαίνειν πλουτεῖσθαι τινὰ τῷ μεγάλου Βασιλείου ἀπόφασιν, λέγοντος, ἧς ἡ ἀρχὴ ἀδύκιμος, καὶ ὃ πᾶν ἀπόβλητον. τοὺς οὖν τοῦτο ποιοῦντας ὁ κανὼν εἴτε ἡ παύσεως κελεύει, εἰ Ἐπίσκοποι εἶεν ἢ ἡγούμενοι ἱερεῖς ἢ τοῦ ἱερατικοῦ τινες, ἢ καθαιρεῖσθαι· καὶ μέμνηται τοῦ δευτέρου κανόνος τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, ὃς τοὺς οἰκονόμον ἢ ἔκδικον ἢ μοναστήριον ἢ ὅλως τινὰ τοῦ κανόνος προβάλλεσθαι ἀνέχεται ὅτι χρήμασιν. εἰ δὲ ἡγούμενος εἴη ὁ τοῦτο ποιήσας μὴ ὢν ἱερεύς, ἐκδιώκεσθαι τοῦ μοναστηρίου αὐτὸν διατάττεται, καὶ ἐν ἑτέρῳ μοναστηρίῳ παραδίδοσθαι εἰς ὑποταγήν. ἐκδιώκεσθαι δὲ βέλτιον τοὺς μὴ ἔχοντας ἡγουμένους χειροτονίαν πρεσβυτέρου. εἶτα φησὶν, ὅτι ἃ οἱ γονεῖς εἰς κλῆρον ἢ σεμνὸν τοῖς παισὶν ἀφορίζουσι, ταῦτα εἰ προσάγοιντο καὶ ἀφιερῶνται τῷ θεῷ, ὠφείλουσιν ἀναφαίρετα εἶναι αὐτοῖς, κἂν τε ὁ ἀφιερώσας αὐτὸς μείνῃ ἐν τῷ μοναστηρίῳ, κἂν τε ἐξέλθῃ· εἰ μὴ ἡ αἰτία τῆς ἐκ τῆς μονῆς αὐτὸν ἀναχωρήσεως ἠρώτηται ἐκ τοῦ ἡγουμένου.

A

B

C

ARIST. Ὁ διὰ χρυσίου προσιέμενος τοὺς προσιόντας ἱερατικῷ προσήματι ἢ μονήρει βίῳ, Ἐπίσκοπος μὲν ἢ ἡγούμενος, ἢ ὅλως ἱερατικὸς ὤν, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω. ἡγουμένη δὲ, ἐκδιωκέσθω, καὶ διδόσθω εἰς ὑποταγήν. ὡσαύτως καὶ ἡγούμενος, ὁ μὴ ἱερεύς. τὰ δὲ ἀφαιρούμενα διὰ τῆς προσιόντων, μενέτω, κἂν ἐπιμένοιεν, κἂν μή, εἰ αἰτία εἴη τοῦ προεστῶτος.

D

Οἱ ἀπαντῶντες χρυσίον τοὺς προσερχομένους ἐφ' ἱερατικῷ τάγματι ἢ τῇ μονήρει βίῳ, εἴτε ἐπίσκοποί εἰσιν, εἴτε ἡγούμενοι, εἴτε ὅλως τοῦ ἱερατικοῦ καταλόγου, ἢ παυσάσθωσαν τοῦτο ποιοῦντες, ἢ καθαιρείσθωσαν· εἰ δὲ ἡγουμένη ὑπάρχει ἢ τοῦτο ποιοῦσα, καὶ ἀποταγὰς ἀπαιτοῦσα τὰς ὑπὸ τῇ μονάσει προσερχομένας, ἐκδιωχθήσεται τῆς μονῆς, καὶ ἐν ἑτέρῳ μοναστηρίῳ παραδοθήσεται εἰς ὑποταγήν· ἐκδιωχθήσεται δὲ ὡσαύτως καὶ ὁ μὴ ὢν ἱερεὺς ἡγούμενος, καὶ τῷ ἐν ἑτέρῳ μοναστηρίῳ ὑποτενέσκοι. τῷ γὰρ ὄντι ἱερεῖ ἀρκοῦσα καταδίκη ἐστὶν ἡ καθαίρεσις. ὅσα δέ τινες ἑκουσίως, ἢ ὑπὲρ ἑαυτῶν ἢ ὑπὲρ τῶν ἰδίων τέκνων, προσαγάγοιεν πράγματα τῇ μονῇ, καὶ τῷ θεῷ ταῦτα ἀφιερώσουσιν, ὀφείλουσι ταῦτα μένειν ἐν τῷ μοναστηρίῳ, κἂν τῷ ὑποχωρεῖν αὐτῶν, κἂν τε υἱοὶ οἱ προσάγοντες αὐτὰ ἐκβάσε προσκαρτερήσωσι, κἂν τε ἐξελθοιεν ἐκ τῆς μονῆς· εἰ μήτε δι' αἰτίαν τοῦ προεστῶτος ἐξῆλθον.

E

KANΩN κ'.

Ἀπὸ τοῦ παρόντος ὁρίζομεν, μὴ γίνεσθαι διπλοῦν μοναστήριον, ὅτι σκάνδαλον καὶ πρόσκομμα τοῖς πολλοῖς γίνεται τοῦτο. εἰ δέ τινες μετὰ συγγνώμης προαιροῦνται ἀποτάξασθαι, καὶ τῇ μονήρει βίῳ καταλυθῆναι, τοὺς μὲν ἄνδρας δεῖ ἀπιέναι εἰς ἀνδρεῖον μοναστήριον, τὰς δὲ γυναῖκας εἰσιέναι ἐν γυναικείῳ μοναστηρίῳ· διὰ τούτου γὰρ εὐαρεστεῖται ὁ θεός. τὰ δὲ ὄντα ἕως τοῦ νῦν διπλᾶ κρατείτωσαν κατὰ τὸν κανόνα τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου, καὶ κατὰ τὸν ἅγιον αὐτοῦ ὕστερον ἁγιοτύπωσιν. μὴ διαλαλείσθωσαν ἐν ἑνὶ μοναστηρίῳ μοναχοὶ καὶ μοναστριαὶ μοιχεία γὰρ μεσολαβεῖται ἡ συνδιαίτησιν. μὴ ἐχέτω μοναχὸς παρρησίαν πρὸς μοναστρίαν, ἢ μοναστρία πρὸς μοναχὸν ἰδίᾳ προσο-

F

ZONAR. Et clero quemquam adscribi, & in monasterium intercedente pecunia recipi, ab iis quorum ductu Ecclesiæ reguntur, Episcopis videlicet & monasteriorum Præfectis (sunt illi namque rectæ fidei capessendæ vitæq; honeste & cum virtute degendæ fidelibus ad imitandum propositi duces) interdictum est. Id vero Can. eo tempore usitatum fuisse, atq; adeo à quibusdam moderationis fama commendatis, viris pariter ac mulieribus, non nisi soluta pecunia quemquam, aut sacris ordinibus annumeratum, aut in monasteria admissum fuisse, affirmat: ex quo illud plane eveniret, quod ait magnus Basilius; Cujus reprobum est initium universum etiam rejiciendum est. Eos igitur qui id faciunt, si quidem Episcopi illi, monasteriive Præpositi sacerdotes, aut sacris initiati fuerint, aut desistere, aut depositione puniri hic Canon jubet: secundique Canonis in Synodo Chalcedonensi editi meminit, quo Oeconomum, aut Defensorem, aut Monasterii administrum aut omnino quemquam è clero pecunia oblata promoveri vetitum est. Quod si à monasterii Præfecto commissum id fuerit, qui sacerdotii ordine haud sit insignitus, ex eo monasterio ejiciendum, ac in aliud, ubi mancipatus obedientiæ vitam agat, relegandum esse decernit. Quæ vero, inquit deinde, parentes liberis nomine hæreditatis aut dotis seponunt, si Deo oblata consecratáq; fuerint, ea, sive in Monasterio posteà is à quo sunt consecrata permanserit, sive eo relicto abscesserit, nisi penes Præfectum ejus discessionis culpa resideat, repeti nulla ratione licere decrevimus.

ARIST. *Qui pecuniâ ad sacerdotalem ordinem aut monasticam accedentes vitam admittit, si Episcopus sit, aut monasterii præfectus, aut sacris quispiam initiatus, vel cesset, vel deponatur. Monasterii vero præfecta, expellatur, & in subjectionem tradatur. Similiter & præfectus, si non sit sacerdos. Quæ autem ab accedentitibus consecrantur, maneant; sive ipsi permanserint sive non; nisi præfectus sit in culpâ.*

Qui ad ordinem sacerdotalem aut vitam monasticam accedentes pecuniam reposcunt, sive Episcopi sint sive monasteriorum præfecti, aut ullo modo è clericorum numero, aut cessent hoc facere aut deponantur; si monasterii autem præfecta sit ista, quæ hoc facit, & ab iis, qui monasticam agere vitam accedunt, renunciationes exigit, suâ mansione expelletur, & alii monasterio in subjectionem tradetur. Eodem autem modo expelletur & monasterii præfectus, qui non est sacerdos, & subjectionem in alio monasterio sustinebit; ei enim qui est sacerdos, sufficit depositionis mulcta. Quæcunque autem bona sua sponte, vel pro seipsis vel pro liberis suis aliqui manſioni offerunt, & Deo consecrant, illa debent in monasterio permanere, juxta eorum promissionem, sive illi qui ea offerunt ibi permaneant, sive manſione exeant: nisi ob præfecti culpam exeant.

CANON XX.

A præsenti statuimus non fieri duplex monasterium, quoniam hoc sit multis scandalum & offensio. Si qui autem volunt cum cognatis mundo renunciare, & vitam sequi monasticam, viros quidem oportet in virorum monasteria discedere, fœminas autem ingredi in mulierum monasteria: hoc enim est Deo acceptum. Quæ autem hucusque duplicia fuerunt, serventur secundum regulam sancti patris nostri Basilii, & secundum ejus constitutionem, sic instituantur; In uno monasterio ne versentur Monachi & Monachæ. Adulterium enim conversationis interventu admittitur. Monachus cum Monacha libere non loquatur, vel Monacha cum monacho seorsum confa-

Digitized by Google

buletur. Nec cubet Monachus in fœminarum monasterio, nec Monacha seorsum comedat. Et quando quæ sunt vitæ necessaria à parte virorum ad regulares fœminas deferuntur, extra portam hæc accipiat monasterii muliebris præfecta, cum aliqua anu Monacha. Si autem eveniat ut aliquam velit cognatam Monachus aspicere, præsente præfecta cum ea colloquatur exiguo & brevi sermone, & mox ab ea recedat.

A μιλεῖν. μὴ δὲ κοιταζέσθω μοναχὸς ἐν γυναικείῳ μοναστηρίῳ· μὴ δὲ συνεσθιέτω μονάστρια κατὰ μόνας· καὶ ὅτι τὰ ἀναγκαῖα τῶν βίου παρὰ τοῦ ἀνδρείου μέρους πρὸς τὰς κοινονικὰς ἀποκομίζονται, ἔξωθεν τῆς πύλης ταῦτα λαμβανέτω ἡ ἡγουμένη τῶν γυναικείου μοναστηρίου, μετὰ γραός τινος μοναστρίας· εἰ δὲ συμβῇ, καὶ συγγενῆ τινα θέλει θεάσασθαι ὁ μοναχὸς, ἐπὶ παρουσίᾳ τῆς ἡγουμένης ταύτῃ προσομιλείτω διὰ μικρῶν καὶ βραχέων λόγων, καὶ συντόμως ἐξ αὐτῆς ἀπαναχωρείτω.

Bals. In primo quidem cap. xii. tit. præsentis operis diversæ leges de monasteriis traditæ sunt: præsens autem Canon constituit, non esse facienda duplicia monasteria, ne multi ex eo offendantur. Tanquam autem dixerit quispiam, hoc esse honestum & jure admittendum, quandoquidem quædam suspicio inciderit propter personas non satis firmas & stabiles (si enim à suspicione alieni, cognati fortasse vel fratres vel alii ejusmodi, velint esse Monachi, cur non eis licebit in duplici monasterio habitare?) dicunt patres, quod ne tunc quidem cognatos simul habitare oporteat, ne aliqui ex eo offendantur: sed vir quidem in virorum proprium monasterium abeat; mulier autem in mulierum. Sic enim viventes separati, Deo accepti serviunt. Quæ prius autem fuerant duplicia monasteria ex decreto & constitutione magni patris Basilii administrari jusserunt, scil. ut non conversentur, hoc est, non cohabitent viri & mulieres in uno monasterio; quoniam adulterii suspicio oritur ex cohabitatione. Sed neque Monachus potestatem habeat cum Monacha seorsum confabulandi, vel comedendi, vel in muliebri monasterio pernoctandi; quemadmodum nec contrá. Quæ autem sunt Monialibus ad victum necessaria, ea viris recipiantur, non intra monasterium, sed extra portam ejus, per manum monasterii præfectæ & anus Monachæ. Si quis autem Monachus velit Monacham cognatam suam aspicere, ne liceat ei seorsum cum ea sermones conferre: sed in præsentia præfectæ monasterii, & protinus recedere. Nomen autem δίαιτα, non, ut apud Grammaticos, pro convivio, sed pro habitatione accipitur: δίαιτα enim apud jurisconsultos est habitaculum. Duplicia autem monasteria dici nonnulli affirmabant, non quæ simul habent viros & fœminas; sed quæ propè & conjunctè ædificata sunt, & tanquam unum reputantur propter multam unionem. Sed ex hoc Canone apparet, non dici propterea duplicia monasteria; sed quod in uno eodemq; monasterio habitarent aliquando, ut est verisimile, viri & mulieres. Constituit enim, ut cognati abeant, illi quidem in virorum, hæ vero in mulierum monasteria; tanquam esset prohibita in uno & eodem loco eorum habitatio. Similiter jubet ne conversentur, hoc est, ne in uno monasterio cohabitent viri & mulieres. Lege & totum primum tit. iv. lib. qui ejusmodi multa docet & statuit, ut neque Monachus nec Laicus muliebre monasterium ingrediatur quamcunque ob causam: & definit de iis, qui debent ministrare in muliebribus monasteriis, & de ipsorum Apocrisiariis & reliquis ministris.

ΒΑΛΣ. Εν μὲν τῷ α'. κεφαλ. τοῦ ιβ'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος κατεστρώθησαν διάφορα νόμιμα χάριν τῶν μοναστηρίων· ὁ δὲ παρὼν κανὼν διορίζεται, μὴ γίνεσθαι διπλᾶ μοναστήρια, διὰ τὸ μὴ σκανδαλίζεσθαι ἐκ τούτου τοὺς πολλούς. ὡς δέ τινος εἰπόντος, καλὸν εἶναι καὶ εὐπαράδεκτον τοῦτο, ὅταν ὑποψία τις ὑποτρέχῃ διὰ τὰ ἀστήρικτα πρόσωπα (εἰ γὰρ ἀνύποπτοι, συγγενεῖς τυχὸν, ἀδηλφοὶ ἢ ἕτεροι τοιοῦτοι, θελήσουσι μονάσαι, ἵνα τί οὐ παραχωρηθήσονται εἰς διπλοῦν κατοικεῖν μοναστήριον;) φασὶν οἱ πατέρες, ὡς οὐδὲ τηνικαῦτα τοὺς συγγενεῖς δέον ἐστὶ συνοικεῖν, ἵνα μὴ ἐκ τούτου προσκόπτωσί τινες· ἀλλ' ὁ μὲν ἀνὴρ ἀνιέτω εἰς ἀνδρῶν μοναστήριον ἰδιαίτατον· ἡ δὲ γυνὴ εἰς γυναικεῖον. οὕτω γὰρ ζῶντες κεχωρισμένοι, εὐαρέστως δουλεύσουσι τῷ Θεῷ. τὰ μέντοι προγεγονότα διπλᾶ μοναστήρια παρεκελεύσαντο πολιτεύεσθαι, κατὰ τὸν ὁρισμὸν καὶ τὴν διαταγὴν τοῦ μεγάλου πατρὸς Βασιλείου, ἤγουν μὴ συνδιαιτᾶσθαι, τουτέστι, μὴ συνοικεῖν ἄνδρας καὶ γυναῖκας ἐν ἑνὶ μοναστηρίῳ, ὅτι ὑποψία ἐστὶ μοιχείας ἀπὸ τῆς συνοικήσεως· ἀλλὰ μηδὲ μοναχὸς ἐχέτω ἄδειαν μετὰ μοναχῆς κατ' ἰδίαν προσομιλεῖν ἢ συνεσθίειν, ἢ ἐν γυναικείῳ μοναστηρίῳ διανυκτερεύειν· ὥσπερ οὐδὲ τὸ ἀνάπαλιν. τὰ δὲ ἀναγκαῖα ταῖς μοναζούσαις ἀποκομίζεσθαι διὰ ἀνδρῶν, οὐχὶ ἐντὸς τοῦ μοναστηρίου, ἀλλὰ ἐκτὸς τῆς πύλης αὐτοῦ, διὰ χειρὸς τῆς ἡγουμένης καὶ μοναστρίας γραός. εἰ δήποτέ τις μοναχὸς θελήσει θεάσασθαι μονάζουσαν συγγενῆ αὐτοῦ, μὴ παραχωρείσθω κατ' ἰδίαν μετ' αὐτῆς συνείρειν λόγους· ἀλλὰ κατὰ παρουσίαν τῆς ἡγουμένης καὶ ἐν συντόμῳ ἀναχωρεῖν. τὸ ὄνομα δὲ τῆς διαίτης, οὐκ ἐκλαμβάνεται εἰς εὐωχίαν, κατὰ τοὺς γραμματικοὺς, ἀλλ' εἰς κατοίκησιν· δίαιτα γὰρ παρὰ τοῖς νομικοῖς ἡ κατοικία ἐστί. διπλᾶ δὲ μοναστήρια εἶπόν τινες λέγεσθαι, οὐ τὰ ἔχοντα ἐν ταὐτῷ καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας, ἀλλὰ τὰ πλησίον καὶ ἠνωμένως κτισθέντα, καὶ λογιζόμενα ἓν ὡσανεὶ διὰ τὴν πολλὴν ἑνότητα. ἀπὸ δὲ τοῦ κανόνος ἀναφαίνεται μὴ λέγεσθαι διὰ τοῦτο διπλᾶ μοναστήρια, ἀλλ' ὅτι ἐν ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ μοναστηρίῳ κατῴκουν ποτὲ, ὡς ἔοικεν, ἄνδρες καὶ γυναῖκες. διορίζεται γὰρ τοὺς προσγενεῖς ἀφίστασθαι εἰς ἀνδρῷα καὶ γυναικεῖα μοναστήρια, ὡς οὔσης κεκωλυμένης τῆς εἰς αὐτὸ καὶ ἓν κατοικίας τούτων. ὡσαύτως παρακελεύεται, μὴ διαιτᾶσθαι, τουτέστι μὴ συνοικεῖν ἐν ἑνὶ μοναστηρίῳ ἄνδρας καὶ γυναῖκας. ἀνάγνωθι καὶ ὅλον πρῶτον τίτλον τῶν δ'. βιβλίου, διδάσκοντα περὶ τοιούτων πολλῶν, καὶ διοριζόμενον μήτε μοναχὸν μήτε λαϊκὸν εἰσιέναι εἰς γυναικεῖον μοναστήριον χάριν οἱασδήτινος αἰτίας· διατυποῦντα δὲ καὶ τὰ περὶ τῶν ὀφειλόντων ἱερουργεῖν ἐν ταῖς γυναικείαις μοναῖς· καὶ τὰ περὶ τῶν ἀποκρισιαρίων αὐτῶν καὶ λοιπῶν διακονητῶν.

Zonar. Duplicia hic Can. monasteria fieri vetat. In iis autem non cum viris simul in eodem loco fœminæ degebant; sed ita propinquo, ut voces audire redderéq; invicem utriq; possent. Id ergo, quia nimirum ex eo, ad cogitationes molles ac teneras, aut ad ipsas quoq; libidinosas affectiones, titillatio existere facile posset, offensionemq; multis afferret illa vicinitas, quæ speciem in eodem quasi domicilio commorantium virorum ac mulierum exhiberet, nullo modo Synodus licere decernit. Quod si qui, inquit, una cum cognatis mundo renunciare cupiant, viri quidem ad virorum, mulieres autem ad fœminarum monasteria se conferant. Sic enim Deo acce-

ΖΩΝΑΡ. Κωλύει ὁ κανὼν διπλᾶ γίνεσθαι μοναστήρια. οὐχ ὁμοῦ δὲ διῆγον τοῖς μοναστᾶις αἱ μονάζουσαι ἐν τοῖς τοιούτοις μοναστηρίοις, ἀλλ' ἔγγιστα κατῴκουν ἀλλήλων, ὥστε καὶ ἄμφω ἀλλήλων ἀκούειν. τοῦτο οὖν, ὑποκνίζον τε εἰς λογισμοὺς ἐμπαθεῖς, ἢ καὶ εἰς τὰ πάθη αὐτὰ, καὶ εἰς σκάνδαλον δὲ τοῖς πολλοῖς γινόμενον, ὁρῶσι σχεδὸν συνοικούσας ἀνδράσι γυναῖκας, διὰ τὴν πάνυ τῶν κατοικιῶν ἑκατέρων ἐγγύτητα, ἀποτρέπει ἡ σύνοδος γίνεσθαι. εἰ δέ τινές, φησι, μετὰ συγγενῶν προαιροῦνται ἀποτάξασθαι, οἱ μὲν ἄνδρες εἰς ἀνδρῶν ἀπερχέσθωσαν μοναστήριον, αἱ δὲ γυναῖκες εἰς γυναικεῖον. οὕτω γὰρ εὐαρεστεῖται ὁ θεὸς, ἀντὶ τοῦ, οὕτως εὐαρέστως

Digitized by Google

συναρέσως δουλεύσωσι τῷ Θεῷ, ἰδίᾳ ζῶντες, καὶ ἀπ' ἀλλήλων κεχωρισμένοι, ὥστε ἀλλήλοις μήτε εἰς προξυσμὸν ἔρωτος βιοτικῆς ἐμπαθῶς, μήτε ἄλλοις εἰς σκάνδαλον. ὅσα δὲ ἤδη γεγόνασι διπλᾶ μοναστήρια, ἔστωσαν, φησι, καὶ οἰκονομείσθωσαν κατὰ τὸν ὅρον τοῦ μεγάλου Βασιλείου, καὶ μὴ ἁπλοῦσθωσαν ἐν ἑνὶ μοναστηρίῳ μοναχοὶ καὶ μοναστριαι. δίαυτα δὲ ἐνταῦθα, οὐ τὸ συνεσθίειν ὁμοῦ καλοῦσι, ἀλλ' ἡ μετ' ἀλλήλων συνδιαγωγὴ καὶ ἀναστροφή. μηδ' ἐξέτωσαν πρὸς ἀλλήλους παῤῥησίαν μοναχός τε καὶ μοναχὴ, ὥστε συνίσταν ὅτε βούλοιντο, καὶ ἀλλήλοις προσομιλεῖν, μηδὲ κοιταζέσθω μοναχὸς ἐν γυναικείῳ μοναστηρίῳ μηδὲ συνεσθιέτω καταμόνας μοναζούσῃ. ἀλλὰ κἂν χορηγεῖν ἀνταῖς τὰ ἀναγκαῖα μέλλοιεν ἐκ τῶν ἀνδρώας μονῆς, μὴ εἰσίτωσαν μοναχοὶ ἐντὸς τοῦ γυναικείου μοναστηρίου· ἀλλὰ μέχρι τῆς πύλης ἐλθόντες προσμενέτωσαν ἔξω, ἢ δὲ προεσῶσα μετ' ἡσυχαίων μοναζουσῶν ἐλθοῦσα πρὸς τὴν πύλιν λαμβανέτω τὰ κομιδέντα. εἰ δέ καὶ συγγενῆ οἰκείαν ἰδεῖν ζητοῖ μοναχὸς, πρέσπις τῆς ἡγουμένης θεασάσθω αὐτὴν, καὶ προσομιλείτω δι' ὀλίγων λόγων, ὥστε ταχέως ἀναχωρεῖν.

A ptum est, Deo sic accepti servient, si sejuncti invicem ac divisi vitam agant, nec alter alteri incitamentum ad libidinem, neque aliis offensionem præbeat. Quæ autem duplicia monasteria jam instituta sunt, maneant, inquit, ac juxta mag. Basil. constitutionem normamq; administrentur; neque in uno monasterio, Monachi simul & Monachæ degant. Διαῖτα namque hoc loco, non ejusdem mensæ communionem, sed vitæ mutuam consuetudinem familiaritatemque significat. Neque vero ea concedatur ulli Monacho vel Monachæ licentia, ut simul colloqui uterque congredique pro arbitrio queant, neque in muliebri monasterio Monachus pernoctet, neque seorsum cum moniali aliqua cibum capiat. Verum etiamsi quandoque ad victum necessaria ex virorum monasterio monialibus suppeditari contingat, nequaquam intra septa monasterii muliebris Monachi ingrediantur: sed ubi ad portam pervenerint, extra fores consistant; Præfecta vero earum, & quæ ætate provectiores sunt, monialium comitatu septa, portæ appropinquans quæ afferuntur accipiat. Si quis vero etiam cognatam visere Monachus cupiat, præsente monasterii Præfectâ id faciat, brevique colloquio usus quam primum recedat.

ΑRIST. Μὴ ἔστω διπλᾶ μοναστήρια, μηδὲ διαιτάσθωσαν ἐν αὐτῷ μοναχοὶ καὶ μοναστριαι, μηδὲ καταμόνας ὁμιλείτωσαν· ἀλλὰ καὶ εἴπερ ἀφικομένῃ ἀνὴρ κηδεμονικὴ, ἔξω μενόντων διδότω, καὶ τῇ συγγενεῖ ἐπὶ πρεσβείας τῆς ἡγουμένης θεασάσθω.

ARIST. *Duplicia ne fiant monasteria, neque Monachi & Monachæ in eodem cohabitent, neque seorsim confabulentur: quinetiam siquid vir fœminæ regulari attulerit, extra fores expectans, tradat, & cognatam in præfectæ præsentia visat.*

Πᾶσαν ἀσφάλειαν ἔσχον οἱ πατέρες, ἵνα μὴ τῇ μοναδικῇ πολιτείᾳ μῶμός τις ὑπενέβηται, καὶ προσέταξε, μὴ ἐν ταὐτῷ συνεσθίειν μοναχοὺς καὶ μοναστριας, μηδὲ πρὸς ἀλλήλους ὁμιλεῖν κατ' ἰδίαν. ἀλλὰ κἂν συγγενῆ τινα θέλῃ θεάσασθαι μοναχὸς, πρέσβις τῆς ἡγουμένης ταύτῃ προσομιλεῖν. καὶ εἴπερ πρὸς ἀναγκαίων τοῦ βίου ἀπὸ τοῦ ἀνδρώου μοναστηρίου ἀφικομένῃ πρὸς ζῆν μοναζούσας ὁ μοναχὸς, ἔξω τῆς μονῆς ἑστῶτα διδόναι τοῦτο τῇ ἡγουμένῃ.

Omnem curam adhibuerunt patres, ne probrum aliquod vitæ monasticæ inferretur, & mandârunt in eodem monasterio Monachos & Monachas non convesci, nec inter se seorsim confabulari: sed & si cognatam aliquam aspicere cupit Monachus, præsentiâ præfectæ cum ea colloqui. Et si quid eorum, quæ vitæ sunt necessaria, à virorum monasterio ad Monachas transportabit Monachus, extra mansionem stans illud Præfectæ tradat.

ΚΑΝΩΝ κα'.

Οὐ δεῖ μοναχὸν ἢ μοναστριαν καταλιμπάνειν τὸ οἰκεῖον μονῶν, καὶ εἰς ἑτέραν ἀπέρχεσθαι· εἰ δὲ συμβῇ τοῦτο, ξενοδοχεῖσθαι αὐτὸν ἀναγκαῖον, προσλαμβάνεσθαι δὲ ἄνευ γνώμης τοῦ ἡγουμένου αὐτοῦ οὐ πρέπει.

CANON XXI.

Non oportet Monachum vel Monacham proprium relinquere monasterium, & ad aliud se conferre: si hoc autem contigerit, ipsum hospitio excipi est necessarium; sed sine notitia monasterii præfecti eum recipi non convenit.

ΒΑΛΣ. Μετὰ δὲ δύναί τινα συνθήκας καὶ ὁμολογίας εἰς Θεὸν, χαίειν τῷ προσμένειν ἐν ἢ ἀπεκάρη μονῇ, πῶς παραχωρηθήσεται τὴν οἰκείαν ἀθετῆσαι ὁμολογίαν, καὶ εἰς ἑτέραν ἀπελθεῖν μονὴν; διορίζεται οὖν ὁ κανὼν, μήτε μοναχὸν μήτε μοναστριαν ἀσυζήτως ἀναχωρεῖν ἀπὸ τῆς οἰκείας μονῆς, καὶ εἰς ἕτερον ἀπέρχεσθαι μοναστήριον, χαίειν τὸ καταλαγχάνειν ἐν αὐτῷ. εἰ δὲ πολλάκις διὰ μικροψυχίαν γένοιτο τοῦτο, μὴ προσλαμβάνεσθαι αὐτὸν πρὶν δὲ προεσῶτος ἄνευ εἰδήσεως δὲ κυροῦσαι τοῦ ἡγουμένου αὐτὸν ἤγουν, δηλονότι χωρεῖς ἀπολυτικῆς γραφῆς αὐτοῦ· ἀλλὰ μόνον ξενοδοχεῖσθαι· ἵνα μὴ βιασθῇ εἰς κοσμικὰ ἀπέναι, καὶ διάγειν μετὰ λαϊκῶν. ὁ μέντοι μέγας Βασίλειος ἐν τοῖς ἀσκητικοῖς αὐτοῦ κεφαλαίοις διορίζεται τὸν μοναχὸν, βλαπτόμενον ψυχικῶς, ἀναχωρεῖν ἀφ' ἧς ἀπεκάρη μονῆς· καὶ τοῦτο δὲ ποιεῖν, μετὰ δὶς εἰπεῖν καὶ ἅπαξ καὶ δὶς τὰ αὐτὰ τούτου πρὸς τὸν καθηγούμενον καὶ τοὺς μοναχοὺς, καὶ μὴ διορθωθῶσι τὸ κακόν. τῷ ὀνόματι δὲ τῆς ξενοδοχείας μὴ εἴπῃς ὅτι πολὺν χρόνον τὸν ξενοκομείτην μοναχὸν διάγειν εἰς ἀλλοτρίαν μονὴν, τοῦτο γὰρ καὶ παραγράφει τὸ κανόνιον εἶναι· ἀλλ' ἐφ' ἡμέρας μετρίας. μὴ θαυμάσῃς δὲ πῶς οὐ κολάζεται παρὰ τοῦ κανόνος ὁ παραβάτης τούτου. ἀνάγνωσον καὶ τὸν ιγ'. κανόνα τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου, καὶ μάθῃς ὅπως οἱ ξενοκομείται κολάζονται, καὶ οἱ τούτους δεχόμενοι.

BALS. Postquam pollicitus sit aliquis & Deo professus se in monasterio, in quo tonsus est, mansurum, quomodo ei permittetur suam professionem infirmare, & in aliud monasterium abire? Statuit ergo Canon, ne Monachus vel Monacha ex suo monasterio inordinatè recedat, & in aliud monasterium se conferat, ut in eo collocetur. Si hoc autem propter pusillum & abjectum animum sæpe fiat, is ne ab eo qui præest recipiatur, sine scientia ac notitia ejus, qui illius curam gerit, monasterii præfecti, scilicet sine dimissoria ejus epistola: sed solum hospitio excipiatur; ne ad secularia abire cogatur, & cum laicis vitam agere. Porro magnus Basilius in suis Asceticis capitibus statuit, ut Monachus, qui animo offenditur, recedat ab eo, in quo tonsus est, monasterio: & hoc faciat, postquam monasterii præfecto id semel & iterum dixerit, & etiam Monachis, nec malum corrigitur. Hospitii autem nomine ne dicas Monachum, qui alibi tonsus est, diu debere versari in alieno monasterio; hac enim ratione fit fraus Canoni: sed paucis diebus. Ne mireris autem, quomodo à canone non punitur is, qui eum transgreditur. Lege & lxxx. can. Syn. Carth. & scies quomodo puniuntur, qui alibi tonsi sunt, & qui eos suscipiunt.

Digitized by Google

ZONAR. Monachos, quo loco primum rebus humanis à se abjudicatis monasticæ vitæ institutum amplexi sunt, in eo manere, nec aliam sibi stationem quærere oportet. Quod si quis in alterum monasterium, relicto priore, demigret; hospitio scilicet hominem excipi necesse est, ne profana diversoria ingredi, & cum iis, qui nulla ad honeste vivendum disciplina instructi sunt vitam agere cogatur: adscribi vero ordini, & in fratrum numerum referri, nisi ejus unde discessit monasterii Præfecto annuente, non licet. Atque hic quidem Canon omnem, sine ullo discrimine, secessionem interdictam esse decernit: magnus vero Basilius, in asceticis suis capitibus, diverso modo de Monachorum discessione loquitur, quam ita demum concedi probat, si manentes spirituali detrimento afficiantur; ac tum quidem ejus detrimenti causam Præfecto aperire, ac si quidem ea tollatur, in sua quemque statione persistere; illa vero adhuc manente, rem totam in fratrum conventu enuntiare jubet.

ARIST. *Monacho vel Monachæ suam relinquere mansionem, & aliam ingredi non liceat: sin ingrediatur, ut hospes accipiatur; at præter præfecti sententiam ne admittatur aut hospitio excipiatur.*

Recipi quidem & hospitio excipi Monachum vel Monacham, ad aliam mansionem proficiscentem, præsens can. non permittit, ne ad seculares necessario divertens, ibi permaneat: at eam admittere, & præterea accipere, & inter sorores sine Præfectæ voluntate collocare non permittit.

CANON XXII.

Deo quidem universum dedicare, & non propriis voluntatibus servire, res magna est: Sive enim comeditis, sive bibitis, inquit divinus Apostolus, omnia in Dei gloriam facite. Christus autem Deus noster in suis Evangeliis jussit peccatorum principia resecare. Non enim adulterium solum apud ipsum punitur; sed etiam cogitationis motus ad aggrediendum adulterium condemnatur, ipso dicente, Qui aspexit mulierem ad concupiscendam ipsam, eam jam in corde suo adulteravit: unde nos quoque edocti, debemus cogitationes purgare. Etsi enim omnia licent, non tamen omnia expediunt, ut à voce Apostolica docemur. Cuivis ergo homini necesse est comedere ut vivat. Et quibus est vita quidem matrimonii & liberorum & laicæ constitutionis, mixtim comedere viros & mulieres, est ab omni reprehensione alienum; si modo ei, qui dat nutrimentum, gratias agant, non cum scenicis quibusdam studiis sive satanicis canticis, & citharedicis ac meretriciis vocibus, quos prophetica execratio flexionibus seu gesticulationibus persequitur, sic dicens, Væ iis qui cum cithara & psalterio vinum bibunt, Domini autem opera non respiciunt, & opera manuum ejus non considerant. Et sicubi tales fuerint inter Christianos, corrigantur: sin minus, adversus eos robur suum obtineant, quæ ab antecessoribus canonice tradita sunt. Quibus autem quieta est vita & solitaria, ut qui domino Deo jugum monasticum tollere statuerint, in solitudine & silentio sedere convenit: sed nec iis etiam, qui vitam sacerdotalem elegerint, licèt omnino seorsum cum mulieribus comedere; nisi utique cum divinis & religiosis viris ac mulieribus, ut ipsum etiam convivium ad spiritalem correctionem adducat. Porro id ipsum etiam in cognatis fiat. Si autem rursus contingat, ut quæ sunt ad usum necessaria non afferat Monachus vel Sacerdos, & propter necessitatem velit, sive ad publicum diversorium, sive ad alicujus domum divertere; ei liceat hoc facere, utpote urgente necessitate.

BALS. Præsens Canon prohibet Laicis, ne cum scenicis ludicris & saltationibus comedant, & suadet Chri-

ΖΩΝΑΡ. Τὲς μοναχὲς, ἔνθα ἀπετάξαντο τῷ κόσμῳ, συνεζάξαντο δὲ τῇ μοναχικῇ πολιτείᾳ, περσμένειν περσήκει, καὶ μὴ ἐκεῖθεν ἀναχωρεῖν. εἰ δέ τις ἀναχωρήσῃ, καὶ εἰς ἑτέραν ἀπέλθῃ μονὴν, ξενοδοχεῖσθαι μὲν τοῦτον ἀναγκαῖον, ἵνα μὴ βιασθῇ εἰς κοσμικὲς ἀπιέναι, καὶ συνδιάγειν τοῖς ζωσιν ἀδιαφόρως· περιλαμβάνεσθαι δ' αὐτὸν καὶ καταλέγειν τῇ ἀδελφότητι οὐ δεῖ, εἰ μὴ ὁ ἡγούμενος ὑπογράψῃ τῆς μονῆς, ἀφ' ἧς ἐξῆλθεν. ὁ μὲν οὖν κανὼν οὕτε ἀδιάσχιστον ἔχει τὸ κώλυσιν τῆς ἀναχωρήσεως· ὁ δὲ μέγας Βασίλειος, ἐν τοῖς ἀσκητικοῖς αὐτοῦ κεφαλαίοις, διαιρεῖ περὶ τῆς τῶν μοναχῶν ἀναχωρήσεως, καὶ σὺν ἄλλοις αὐτοῖς ἀναχωρεῖν δίδοσιν, εἰ μὴ ψυχικῶς βλάπτοιντο, καὶ τότε δὲ τὸ αἴτιον τῆς βλάβης ἐπαγγέλλειν τῷ ἡγουμένῳ, καὶ εἰ μὲν διορθοῖτο δὲ αὖτον αὖθις, ἔχειν βέλεται ἕκαστον ἐν τῇ οἰκείᾳ μονῇ· εἰ δὲ ἀδιόρθωτον ἢ δὲ κακὸν, λέγειν τοῦτο ὑπὲρ τῆς ἀδελφότητος.

ΑΡΙΣΤ. Μοναχὸν ἢ μοναχὴν μὴ ἐξέρχεσθαι καταλιμπάνοντα τὸ οἰκεῖον μονὸν, καὶ ἑτέραν περσιέναι· εἰ δ' ἀφικνοῖτο, ξενοδοχεῖσθω· μὴ μὲν τοι περσδεχέσθω, καὶ ξενοδοχείσθω παρὰ γνώμην δὲ ἡγουμένου.

Τὸ μὲν ξενοδεχεσθαι, καὶ ξενοδοχεῖσθαι μοναχὸν ἢ μοναχὴν ἐν ἑτέρᾳ μονῇ ἀπιόντα, ὁ παρὼν κανὼν οὐκ ὑπογράφει, ἵνα μὴ ἐξ ἀναγκαίου εἰς κοσμικὲς ἀπέλθοι ἡ μένων· τὸ δὲ περιλαβεῖν, καὶ περιδέξασθαι αὐτὸν, καὶ συνταξαι τῇ ἀδελφότητι παρὰ γνώμην τῆς ἡγουμένης, οὐκ ὑπογράφει.

ΚΑΝΩΝ κβ'.

Θεῷ μὲν ὅλον ἀνατίθεσθαι, καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις θελήμασι δουλοῦν, μέγα χρῆμα τυγχάνει· εἴτε γὰρ ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, ὁ θεῖος ἀπόστολός φησι, πάντα εἰς δόξαν θεοῦ ποιεῖτε. Χριστὸς δὲ ὁ θεὸς ἡμῶν ἐν τοῖς εὐαγγελίοις αὐτοῦ τὰς ἀρχὰς τῶν ἁμαρτημάτων ἐκκόπτειν προστέταχεν. οὐ γὰρ ἡ μοιχεία μόνον παρ' αὐτοῦ κολάζεται, ἀλλὰ καὶ ἡ κίνησις τοῦ λογισμοῦ περὶ τῆς μοιχείας ἐγχείρησιν καταλαμβάνει, λέγοντος αὐτοῦ, ὁ ἐμβλέψας γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· ἔνθεν οὖν μανθάνοντες, λογισμὺς ὀφείλομεν καθαίρειν. εἰ γὰρ καὶ πάντα ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει, ὡς ἐξ ἀποστολικῆς φωνῆς διδασκόμεθα. ἐπαναπαύεσθαι οὖν δεῖ πάντι ἀνδρὶ μόνῳ τὸ ζῆν ἐφ' ἑαυτῷ. καὶ οἷς μὲν βίος ἐστὶ γάμου καὶ τέκνων καὶ λαϊκῆς διαθέσεως, ἀναμίξ ἐσθίειν ἄνδρας καὶ γυναῖκας, τῶν ἀμέμπτων ἐστὶ, μόνον τῷ διδόντι εὐφημεῖν τὴν εὐχαριστίαν προσάγοντας, μὴ μετὰ τινων μελικῶν ὑπηδυσμάτων, εἴτουν σατανικῶν ᾀσμάτων, κιθαρῳδῶν τε καὶ πορνικῶν λυγισμάτων, οἷς ἐπέρχεται προφητικὴ ἀρά, οὐαὶ οἱ μετὰ κιθάρας καὶ ψαλτηρίου τὸν οἶνον πίνοντες, τὰ δὲ ἔργα κυρίου οὐκ ἐμβλέπουσι, καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ οὐ κατανοοῦσι. καὶ εἰ πού ποτε εἶεν τοιοῦτοι ἐν τοῖς Χριστιανοῖς, διορθούσθωσαν· εἰ δὲ μή γε, κρατείτωσαν ἐπ' αὐτοῖς καὶ τὰ παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν κανονικῶς ἐκτεθέντα. οἷς δὲ ὁ βίος ἐστὶν ἡσύχιος, καὶ μονάζειν, ὁ σωταξάμενος κυρίῳ τῷ θεῷ ζυγὸν μονήρη ἄρασθαι, καθίσεται κατὰ μόνας καὶ σιωπήσῃ· ἀλλὰ μὴν καὶ τοῖς ἱερατικὸν ἐκλεξαμένοις βίον οὐδ' ὅλως ἔξεστι κατ' ἰδίαν γυναιξὶ συνεσθίειν, εἰ μή που μετὰ τινων θεοφόρων καὶ εὐλαβῶν ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, ἵνα καὶ αὐτὴ ἡ συνεσίασις πρὸς κατόρθωσιν πνευματικὴν ἀπάγῃ. καὶ ὅπου συζώων ἢ δοῦλοι ποιείτω. εἰ δὲ καὶ αὖθις ἐν ὁδοιπορίᾳ συμβῇ τὰ τῆς ἀναγκαίας χρείας μὴ ὑπάρχειν μοναχὸν ἢ ἱερατικὸν ἄνδρα, καὶ διὰ δ' ἀναγκαῖον καλλύσαι βέλεται, εἴτε ἐν πανδοχείῳ, εἴτε ἐν οἴκῳ τινός, ἄδειαν ἔχειν αὐτὸν τοῦτο ποιεῖν, ὡς τῆς χρείας καταπειγούσης.

ΒΑΛΣ. Ὁ μὲν κανὼν κωλύει τὲς λαϊκὲς μετὰ σκηνικῶν παιγνίων καὶ ὀρχήσεων ἐσθίειν, καὶ παραγγέλλει τοῖς τοιούτοις

τοιοῦτόν τι ποιοῦσι Χριστιανοῖς διορθοῦσθαι· εἰ δὲ μή, κρατεῖν ἐπ' αὐτοῖς τὸ σφὸν τῶν κανόνων προοριζόντα. τοῖς μέντοι μοναχοῖς καὶ τοῖς ἱερωμένοις συγκαλύπτει μὴ συνεδεῖν μετ' γυναικῶν κατ' ἰδίαν, κἂν τῇ ἀληθείᾳ ὦσι προσήκουσαι αὐτοῖς· ἀλλ' ἐν φωτὶ καὶ μετ' ἀνθρώπων τινῶν, ἀφ' ὧν μήτε αὐτοὺς ὑπὸ λογισμῶν ἐναντίων κατασείεσθαι, μήτε ἄλλους σκανδαλίζειν. ἐν ὁδοιπορίᾳ δὲ ἢ ἐν ἑτέρᾳ ἀναγκαίᾳ διακονίᾳ ἀποδημοῦντά τινα ὀκ τούτων, καὶ τὰ πρὸς ζωὴν ὑπηρέτια μὴ ἔχοντα, διωρίσαντο ἀποκριματίσαι καταλύειν ἐν ξενοδοχείῳ, ἢ ἐν ἀλλοτρίῳ οἴκῳ, ἀφ' οὗ καταπέμπειν τῆς σωματικῆς τροφῆς καὶ ἀναπαύσεως. καὶ ὁ μὲν σκοπὸς τοῦ κανόνος τοῦτό ἐστι. Ὃ προοίμιον δέ ἐστιν ἀπὸ τῆς πρὸς Κορινθίους πρώτης ἐπιστολῆς τοῦ μεγάλου ἀποστόλου Παύλου, οὕτω λεγούσης ἐν μέρει· εἴτε ἐσθίετε εἴτε πίνετε, πάντα εἰς δόξαν θεοῦ ποιεῖτε. Ὃ δὲ, ὀφείλομεν καθαίρειν λογισμούς, ἀπὸ τῆς πρὸς Κορινθίους δευτέρας ἐπιστολῆς. Ὃ, πάντα ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει, ἀπὸ τῆς πρὸς Κορινθίους πρώτης ἐπιστολῆς· καὶ Ὃ, καὶ οἱ μὴ κιθαίρᾳ καὶ ψαλτηρίῳ τὸν οἶνον πίνοντες, καὶ τὰ ἑξῆς, ἐκ τῆς Ἡσαΐου προφητείας. κανονικαὶ δὲ παραδόσεις οἱ πατέρες φασὶ, τὰ μβ'. καὶ μγ'. τῶν ἁγίων ἀποστόλων· τὰ ξ'. τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου καὶ τὰ ξβ'. τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ μὲν πρῶτον κανὼν κωλύει μοναχοὺς καὶ ἱερωμένους κατ' ἰδίαν συνεδρίαν γυναιξί. προοιμιάζεται δέ, καί φησιν, ὅτι πάντα χρὴ τῷ θεῷ ἀναπέμπεσθαι, καὶ χρῆναι ὀκ τοῦ ἀποστόλου παραγγέλλοντος, εἴτε ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, πάντα εἰς δόξαν θεοῦ ποιεῖτε. εἶτα μεταχειρίζεται καὶ λόγον, φάσκων, ὅτι ὁ Χριστὸς τὰς ἀρχὰς τῶν ἁμαρτημάτων προαιρεῖται τοὺς πιστοὺς κωλύειν. ἐν γὰρ τῷ λέγειν, ὁ ἐμβλέψας γυναικὶ, πρὸς Ὃ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοιχεύσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, οὐ πάντως μοιχείαν κωλύζει μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τὰ τοῦ πάθους ἀρχῶν. ὅταν γάρ τις προαίρεσιν ἴδῃ, δυσάρμοστον τὸ πάθους ἀρχῶν, τὴν ἐπιθυμίαν δηλαδὴ, τότε αὐτῷ ὁ λογισμὸς κινῆται πρὸς Ὃ ἁμάρτημα. ἔνθεν, φησὶ, λογισμοὺς ὀφείλομεν καθαίρειν, καὶ τοῦτο Ὃ ἀποστολικόν, τουτέστι, διὰ τοῦτο χρεωστοῦμεν κωλύειν τοὺς λογισμοὺς, καὶ μὴ ἐᾶν αὐτοὺς ἐπαίρεσθαι καὶ κατεξανίστασθαι ἡμῶν· ἢ καθαίρειν, γράφεται γὰρ καὶ οὕτως, ἀντὶ τοῦ μὴ ἐᾶν μολύνεσθαι Ⓦ λογισμὸν διὰ ἐνθυμήσεων πονηρῶν, ἀλλὰ ἀποπέμπεσθαι τούτους, ἢ καὶ ἀφ' ἧς ἡ παράδοσις ἡμᾶς ἐκέλευσεν ἀπόπτων διαλογισμῶν μολυνθέντα καθαίρειν αὐτὸν, ἐκπλύνειν τὸν μολυσμὸν ἀφ' μετανοίας, καὶ μὴ ἐᾶν περαιτέρω χωρῆσαι. εἰ γὰρ καὶ πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει. ταῦτα Ὃ τοῦ μεγάλου Παύλου τὰ ῥήματα. ἔξεστιν οὖν, φησι, Ὃ ἐσθίειν ἀφ' Ὃ ζῆν. καὶ οἱ μὲν κοσμικοὶ βιοῦντες, καὶ γυναιξὶ συζῶντες καὶ τέκνοις, οὐ κωλύονται γυναιξὶ συνεδρεύειν, οὐδὲ ἀφαιροῦνται αὐτοῖς αἴτιον τοῦτο, εἰ μετ' εὐσεβείας τὸ πρὸς θεὸν γίνοιτο, Ⓒ οὐ μεσολαβοῦσιν ἐν ταῖς τραπέζαις αὐτῶν θυμελικὰ ὀπτηδεύματα, ἤγουν σατανικὰ ᾄσματα. τί δὲ ταῦτά εἰσι; κιθαῖραι καὶ λυγίσματα πορνικά. ἀφ' ὧν τῶν λυγισμάτων, ἢ τὰς ἀσέμνους ὀρχήσεις ἐνίεσθαι, ἢ τὰ ἐν ταῖς ᾠδαῖς λυγίσματα τῶν φωνῶν. οἷς ἐπέρχεται φησι, προφητικὸν ἀεὶ, Ὃ, οὐαὶ οἱ μὴ κιθαίραις καὶ ψαλτηρίῳ τὸν οἶνον πίνοντες, καὶ τὰ ἑξῆς. εἰ οὖν εἰσι τοιοῦτοί τινες ἐν Χριστιανοῖς, διορθούσθωσαν· εἰ δὲ μή, οἱ παλαιοὶ κανόνες κρατείτωσαν ἐπ' αὐτοῖς. καὶ ταῦτα μὲν περὶ λαϊκῶν ὁ κανὼν διετάξατο. οἷς δέ, φησιν, ὁ βίος ἡσύχιος καὶ μονότροπος, ἀλλὰ μὴν καὶ τοῖς ἱερατικοῖς ἔσθ' ὅτε ἔξεστι καταδίαν γυναιξὶ συνεδρίειν. εἰδέποτε τοῦτο γίνεσθαι δεήσῃ, συμπαρόντων αὐτοῖς τιμίων ἀνδρῶν περὶ γυναικῶν σεμνοπρεπούντων γυναιξὶν, ἵνα καὶ ἡ συνεδρίασις πρὸς κατόρθωσιν πνευματικὴν ἀπάγῃ· καθορᾷ γὰρ ὁ θεὸς οὐ πρὸς ἡδονὴν συνεδρίων γυναιξὶν, Ὃ δοξάζεσθαι τὸν θεόν. οἱ γὰρ ὁρῶντες αὐτῶν ἔξω πάσης ἁλισγημάτων ἑαυτῶν ἀπτόμενα, δοξάζουσι Ⓦ θεὸν, καὶ Ⓦ εὐαγγελικὸν λόγον τὸν λέγοντα· λαμψάτω Ὃ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως

stianis qui tale quid faciunt, ut se corrigant: sin minùs, adversus eos valere, quæ Canonibus anteà constituta fuêre, decernit. Portò & Monachis & Sacerdotibus præcipit, ne seorsum cum mulieribus comedant, etiamsi revera eorum cognatæ fuerint, sed palam, & cum aliquibus bonis ac religiosis, ut neque ipsi à contrariis cogitationibus moveantur, neque aliis offensionem scandalúmque præbeant. Si quis autem horum in itinere vel in alio non negligendo ministerio peregrè versetur, & non habeat ea quæ sunt ad vitam necessaria, statuerunt, eum absque ullo præjudicio in hospitio publico vel in alienis ædibus diversari, propter urgentem necessitatem corporei nutrimenti & quietis. Atq; hic quidem est hujus Canonis scopus. Ejus autem proœmium est ex prima ad Corinthios epistola magni Apostoli Pauli, quæ sic expresè dicit; Sive comeditis, sive bibitis, omnia in Dei honorem facite. Illud autem; Debemus cogitationes purgare; ex ii. ad Corinthios epistola. Illud; Omnia licent, sed non omnia expediunt, ex primâ ad Corinthios Epistolâ. Et illud, væ illis, qui cum cithara & psalterio vinum bibunt, & quæ deinceps sequuntur; ex Esaia propheta. Canonicas autem traditiones dicunt patres xlii. & xliii. Can. sanctorum Apostolorum, & lx. Carthag. Syn. & lxii. Syn. in Trullo.

ZONAR. Monachos & sacris initiatos homines privatim in eadem mensa cum fœminis accumbere hic Canon vetat. Exordio verò utitur, atque ad Deum omnia referenda esse demonstrat, dictúmque Apostoli profert dicentis; Sive manducatis, sive bibitis, omnia in gloriam Dei facite. Deinde sermonem aggreditur, atque ex Christi præcepto peccatorum initia à fidelibus retecanda esse ostendit. Illis namque verbis, Qui viderit mulierem, ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo, non adulterium solummodo, sed ipsa quoque pravi motûs initia castigat. Cùm enim in mulieris forma contemplanda quispiam curiosus est, admisso pravæ affectionis initio, nempe cupiditate, ex eo ipsius quoque cogitatio & ratio ad crimen suscipiendum impellitur. Proinde cogitationes, inquit, interimere debemus, (est & hoc quoque Apostolicum) id est, propter hoc nascentes debemus extinguere, priusquam sese altius efferre ac nobiscum colluctari possint: Vel καθαίρειν i. e. purgare, (utraque enim lectio admitti potest) ne videlicet mentem impuris cogitationibus contaminari sinamus, sed eas quam longissime amandemus; vel etiam mentem, ob admissas impuras cogitationes inquinatam, expurgemus, ac pœnitentia contractas sordes eluamus, neque ulterius progredi patiamur. Nam etsi mihi omnia licent, non tamen omnia expediunt: hæc quoque magni Pauli verba sunt. Licet ergo, inquit, edere ut vivas. Et qui communi quidem more cum uxoribus suis ac liberis habitantes degunt, cum mulieribus cibum capere minime prohibentur, nec eos quisquam ob id reprehendat; si meritas interea divinæ liberalitati gratias agant, neque inter epulas comica studia, hoc est, satanicas cantiones adhibeant. Quænam hæc vero? Citharæ meretriciæque flexiones. Flexionum autem nomine, aut inconditas saltationes, aut vocum in cantilenis modulationes significavit. In eos siquidem, ait, illa prophetæ execratio cadit, Væ, qui cum cathara & psalterio vinum bibunt; & quæ sequuntur. Si qui igitur hujusmodi inter Christianos sint, corrigi: sin minus, antiquorum Canonum constitutiones in ipsis servari placet. Et hæc quidem de laicis Canon statuit. Quibus vero, inquit, vitæ genus quietum & solitarium, quin & iis, qui in sacrum ordinem cooptati sunt, privatim mulieribus convesci non licet. Id vero si quandoq; necessario fiat, nequaquam cum fœminis discumbere, nisi præsentibus honestis viris ac mulieribus, permissum sit, ut spiritualem aliquem fructum ipsa illa convivandi societas pariat. Quisquis enim hoc pacto citra suspicionem cum mulieribus vescitur, cæteros ad præconium divinæ laudis impellit. Nam qui ab eo ne tenuissimæ quidem suspicioni locum relinqui animadverterint, Deum laudibus efferunt, ut in Evangelio scriptum est, illis verbis; Sic luceat lux vestra coram hominibus,

Digitized by Google

ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui est in cœlis. Neque solum quandocunque cum alienis, sed etiam si cum propinquitate junctis mulieribus Monachi aut sacris initiati cibum capiant, modestia spectatos homines adhiberi hoc Canone est. In itinere tamen, ubi alius commorandi locus non supperat, sacrato homini aut Monacho impune ad cauponam divertere, aut in alterius cujusplam domo instanti necessitati satisfacere concessum sit: sed in iis quoque locis religionis nihilominus ac temperantiæ rationem ab illis Canon haberi jubet.

A ἴδωσι τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν καὶ δοξάσωσι ☧ πατέρα ὑμῶν ☧ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. καὶ ὐ μόνον ἀλλοτρίαις γυναιξὶ συνεδίειν ὁ μοναχὸς ἢ ὁ ἱερωμένος ὅτι παρουσίᾳ τινῶν εὐλαβῶν ἀπαιτεῖται, ἀλλὰ καὶ ὅτι συγγενέσι γυναιξὶ συνεδίει. ἐν ᾗ ὁδοιπορίας ἱερωμένος ἢ μοναχὸς, εἰ μὴ ἔχοι ὅπου διαπαύσεται, ἄδεια ἔσται αὐτῷ καὶ ἐν πανδοχείῳ καὶ ἐν οἴκῳ τινὸς καταλῦσαι χρείας καταπειγούσης. πλὴν καὶ μετ' εὐλαβείας βέλεται ὁ κανὼν καὶ σωφρόνως αὐτοὺς τὴν ἀγωγὴν ποιεῖσθαι.

B ARIST. *Laicos quidem viros cum mulieribus conversari est ab omni reprehensione alienum: solitariis autem viris cum mulieribus privatim convivari non licet; nisi forsitan unà cum Dei timentibus & religiosis viris & mulieribus. In itinere autem Monachus vel & sacris initiatus vir, secum necessaria non afferens, in publicum diversorium divertat.*

ΑΡΙΣΤ. Λαϊκὸς μὲν ἄνδρας συνεδίειν γυναιξὶν, ἀδιάβλητον· μονάζουσι δὲ οὐκ ἔξεστι κατ' ἰδίαν γυναιξὶ συνεδίειν, εἰ μήπου μετὰ θεοφόβων καὶ εὐλαβῶν ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν. ἐν ὁδῷ δὲ μοναχὸς, ἢ ἱερατικὸς ἀνὴρ, μὴ ὑποφερόμενα τὰ ἀναγκαῖα, ἐν πανδοχείῳ καταλύσει.

Cum gratiarum quidem actione & Dei timore, non scenicis aliquibus & satannicis canticis, Laicos viros cum mulieribus conversi, reprehendi nequit. Eis autem, qui vitam quietam & solitariam elegerunt, ut qui Deo spoponderunt solitariè sedere & silere, non omnino licet cum mulieribus privatim comedere: nisi fortè cum religiosis quibusdam viris aut mulieribus convivari velint; ut & ipsum etiam convivium ad spiritualem correctionem tendat. In itinere autem, si necessaria non afferuntur, licet Monacho aut homini sacerdotali in publicum diversorium, vel in alicujus domum divertere propter urgentem ipsius necessitatem.

C Τὸ μὲν μετ' εὐχαριστίας καὶ φόβου θεοῦ, μὴ ἀπό τινων ὑμενικῶν καὶ σατανικῶν ᾀσμάτων, λαϊκὸς ἄνδρας γυναιξὶ συνεδίειν, τῶν ἀδιαβλήτων ἐστί. τοῖς δὲ βίον ἡσύχιον ἔχουσι, καὶ μονάζουσι, ὡς συνταξαμένοις θεῷ καὶ καταμόνας καθίσαι, καὶ σιωπῆσαι, κατ' ἰδίαν ὅλως οὐκ ἔξεστι γυναιξὶ συνεδίειν, εἰ μήτε μετά τινων θεοφόβων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν συνεστιαθῆναι θελήσουσιν· ἵνα καὶ αὐτὴ ἡ συνέστιασις πρὸς κατόρθωσιν πνευματικὴν γένηται. ἐν ὁδῷ δὲ, εἰ τὰ ἀναγκαῖα μὴ ὑποφέροιτο, ἄδεια δίδοται καὶ μοναχῷ, καὶ ἱερατικῷ ἀνδρὶ ἐν πανδοχείῳ, εἴτε καὶ ἐν οἴκῳ καταλύειν διὰ τὴν καταπείγουσαν χρείαν.

D

E

KANO-

F

Digitized by Google

A

ΚΑΝΟΝΕΣ ΕΚΤΕΘΕΝΤΕΣ ΠΑΡΑ τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης ἐν Κωνσταντινουπόλει πρώτης καὶ δευτέρας Συνόδου, τῆς συναθροισθείσης ἐν τῷ πανσέπτῳ ναῷ τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων.

CANONES EDITI A SANCTA ET MAGNA Constantinopolitana prima & secunda Synodo, quæ congregata est in venerabili templo sanctorum & benedictorum Apostolorum.

ΒΑΛΣ. ΤΙΝΕΣ τῷ ἐπιγραφῇ ἀναγινώσκοντες ἀπορῦσι πῶς μία ἔδοξε αὕτη ἡ συνοδος, πρώτη καὶ δευτέρα λέγεται· Λύσις. ὅτι τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου κυροῦ Φωτίου, τοῦ δὲ νομοκάνονον Συνθεμένου, B Συνεκροτήθη τοῦ μακαριωτάτου πατριάρχου Ἰγνατίου οἰκουμενικὴ σύνοδος. καληθέντων δὲ καὶ δογματικῶν ὑποθέσεων καὶ ἄλλοίων ἐκκλησιαστικῶν, γέγονε διάστασις καὶ μερισμὸς τῆς Συνόδου, ὡς τῶν ἑτεροδόξων μὴ ἀνεχομένων διὰ τὴν ἧττιαν ὁμογνωμονῆσαι τοῖς ὀρθοδόξοις. διόπερ τοῦτο καὶ ἐδέησε τοῖς θείοις πατράσι γενέσθαι καὶ δευτέραν Συνέλευσιν, καὶ γραφῆναι τὰ προλαληθέντα καὶ κυρωθέντα. ὠνομάσθη οὖν ἐντεῦθεν ἡ τοιαύτη σύνοδος πρώτη καὶ δευτέρα, καὶ οἱ ὑποτεταγμένοι κανόνες ἐξετέθησαν.

BALS. QUidam hanc inscriptionem legentes dubitant, quomodo hæc synodus, quæ una est, prima & secunda dicitur. Solutio. Tempore sanctissimi illius Patriarchæ domini Photii, qui nomocanonon composuit, coacta est adversus Ignatium beatissimum Patriarcham universalis Synodus. Cùm autem dictæ essent dogmaticæ causæ diversæque Ecclesiasticæ, fuit divisio & seditio synodi; utpote iis, qui non rectè sentiebant, cùm victi essent, orthodoxis assentiri nolentibus. Propterea & divinis patribus opus fuit, ut fieret secundus conventus, & scriberentur quæ priùs dicta erant & confirmata. Ex eo ergo nominata est hæc Synodus prima & secunda, & subjecti Canones editi fuere.

ΖΩΝΑΡ. Η Σύνοδος αὕτη ἐπιγέγραπται ὅτως, ἡ ἁγία καὶ μεγάλη πρώτη καὶ δευτέρα Σύνοδος ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει συναθροισθεῖσα ἐν τῷ πανσέπτῳ ναῷ τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων. ἀπορῆσαι τινων ποιῶ τρόπῳ τὸν τῷ ἐπιγραφῇ ἀναγινώσκοντας αὐτὴν, πῶς μία οὖσα, πρώτη καὶ δευτέρα καλεῖται. λέγεται τοίνυν Σύνοδον ἐν τῷ ῥηθέντι ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων συγκροτηθῆναι, καὶ διαλεχθῆναι τοὺς ὀρθοδόξους τοῖς ἑτεροδόξοις, καὶ δόξαι τοὺς ὀρθοδόξους ὑπερτέρους, μέλλειν τε γραφῇ παραδοθῆναι τὰ λαληθέντα· τοὺς δὲ αἱρετικοὺς μὴ ἀναγέσθαι γραφῆναι τὰ δόξαντα, ἵνα μὴ φανῶσιν ἡττηθέντες, καὶ ἐκκηρυχθῶσι τῆς τῶν πιστῶν ὁμηγύρεως, καὶ στασιάσαι διὰ τοῦτο, καὶ ἐς τοσοῦτον τῶν φασιν αὐτοῖς προελθεῖν, ὡς καὶ μέχρι ξιφουλκίας καὶ φόνων χωρῆσαι, καὶ ὕτω διαλυθῆναι τὴν πρώτην ἐκείνην συνέλευσιν, μὴ δουσῶν δῆλόν τι ἀποτέλεσμα. εἶτ' αὖθις παραῤῥυέντος χρόνου δευτέραν ἐν τῷ αὐτῷ ναῷ γενέσθαι Συνέλευσιν, καὶ πάλιν περὶ τῶν αὐτῶν γενέσθαι λόγον, καὶ τότε συγγραφῆναι τὰ λαληθέντα περὶ δογμάτων. καὶ διὰ τοῦτο, φασὶν αὐτὴν μίαν καὶ κυρίως, πρώτην καὶ δευτέραν ὀνομασθῆναι, ὡς δὶς γενομένας τῆς συνελεύσεως τῶν πατέρων. ἐν ᾗ τῇ δευτέρᾳ, C συγγραφέντων τῶν λαληθέντων καὶ συνδοξάντων, ὅπερ καὶ οἱ ὑποτεταγμένοι κανόνες ἐξεφωνήθησαν.

ZONAR. SYNODI hujus inscriptio hæc est; sancta & magna prima & secunda Synodus Constantinopolitana in templo sanctorum & glorioſosissimorum Apostolorum congregata. Apud eos ergo, qui hanc inscriptionem legunt, dubitatio exoritur; qua ratione, una cum sit, prima & secunda hæc Synodus nuncupetur. Igitur in templo sanctorum Apostolorum, quod diximus, Synodum celebratam, ibique inter orthodoxos & adversæ factionis homines habitam disputationem fuisse, ac in ea superiores orthodoxos extitisse memorant. Cum vero de iis, quæ ultro citróque disputata fuerant, scripto exarandis constitutum esset; hæreticos, quippe qui se victos atque à conventu fidelium eliminandos existimari nollent, quæ decreta fuerant scriptis consignari, seditione etiam ob eam causam excitata, minime passos, quam quidem seditionem eousque processisse, ut eductis quoque gladiis complures interfecti ceciderint; atque hoc pacto conventum illum primum nullo videlicet rei exitu, diremptum. Hinc rursum temporis intervallo alterum in eodem templo conventum habitum, iterúmq; de iisdem rebus disputatum, dogmaticáque decreta literarum monumentis commendata tum demum fuisse. Atque ex hoc factum aiunt, ut hæc, licet una Synodus, tamen ob Patres bis convocatos, prima & secunda meritò nominata fuerit. In secunda itaque congressione iis, quæ disputata atq; omnium consensu decreta fuerant, scripto commissis, subjecti quoque Canones promulgati fuere.

Κ·ΑΝΩΝ α'.

Πρᾶγμα σεμνὸν ὕτω καὶ τίμιον, καὶ τοῖς μακαρίοις καὶ ὁσίοις πατράσιν ἡμῶν πάλαι καλῶς βεβιωμένον, ἡ τῶν μοναστηρίων οἰκοδομή, κακῶς ὁρᾶται θεατιζόμενον σήμερον. τινὲς γὰρ ὄνομα μοναστηρίου ταῖς οἰκείαις οὐσίαις καὶ ὑπάρξεσι θεοσεβέμενοι, καὶ θεῷ καθαγιάζειν ταύτας ἐπαγγελλόμενοι, κυρίως τὰ τῶν ἀφιερωθέντων ἑαυτὲς ἀναγράφουσι, καὶ μόνῃ τῇ προσηγορίᾳ ὃ ἦσον ἀφοσιοῦν σκηνοῦσθαι διεγνώκασι. τὴν αὐτοῦ γὰρ ἐξουσίαν καὶ μετὰ τὴν ἀφιέρωσιν οὐκ ἐρυθριῶσι σφετερίζεσθαι, ὥσπερ ἔχον οὐκ ἀκωλύοντος τοῦ πράγματος· καὶ τοσαύτη καταφλεία προστρίβει τῷ πράγματι, ὥστε πολλὰ τῶν ἀφιερωθέντων παρ' αὐτῶν γε τῶν ἀφιερωσάντων ὁρᾶσθαι πυρφορούμενα, δεῖμβος καὶ μῖσος τοῖς ὁρῶσι παρεχόμενα. καὶ ὃ μόνον οὐκ ἔστιν αὐτοῖς μεταμέλεια, ἐφ' οἷς τὴν ἅπαξ ἀνατεθειμένων θεῷ τῷ ἐξουσίᾳ ἑαυτοῖς ὑπηρέτησιν, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις ταύτῃ ἀδεῶς παραπέμπουσιν.

CANON I.

Res adeò veneranda & honorabilis, & à beatis & sanctis patribus nostris jam olim pulchrè excogitata, monasteriorum ædificatio, hodie malè geritur. Nonnulli enim suis copiis & facultatibus nomen monasterii imponentes, & eas Deo sanctificare profitentes, se eorum quæ sunt consecrata dominos inscribunt, & Deo dedicare sola appellatione machinari decreverunt. Eandem enim potestatem etiam post consecrationem sibi usurpare non erubescunt, quam priùs habere non vetabantur: & tanta rei cauponatio adhibita est, ut multa eorum quæ sunt consecrata, ab iis ipsis qui consecrârunt, vendita cernantur, admirationem & odium in ipsis videntibus excitantia; & tantum abest ut ullam agant pœnitentiam ob id, quòd eorum quæ Deo dedicata sunt sibi potestatem attribuant, ut etiam eam ad alios sine metu transmittant. Propterea

Digitized by Google

Propterea ergo sancta definivit Synodus, ut nemini liceat monasterium ædificare absq; Episcopi sententia & consilio. Illo autem sciente & permittente, & debitam orationem peragente, ut ab antiquis piè ac religiosè cautum est, monasterium quidem ædificetur: omnia autem, quæ ad ipsum pertinent, cum illo ipso in Brevi inscribantur, & in Episcopalibus archivis reponantur; nullo modo potestatem habente eo qui consecrat, seipsum præter Episcopi sententiam præfectum, vel pro se alium, constituere. Si enim eorum, quæ homini quis largitur, dominus ampliùs esse non potest: quomodo eorum quæ Deo sanctificat & dedicat quispiam, sibi dominium arripere sinetur?

ὥρισεν οὖν διὰ ταῦτα ἡ ἁγία σύνοδος, μηδενὶ ἐξεῖναι μοναστήριον οἰκοδομεῖν ἄνευ τῆς τοῦ Επισκόπου γνώμης καὶ βουλῆς. ἐκείνου δὲ συνειδότος καὶ ἐπιτρέποντος, καὶ τὴν ὀφειλομένην ἐπιτελοῦντος εὐχὴν, ὡς τοῖς πάλαι θεοφιλῶς νενομοθέτηται, οἰκοδομεῖσθαι μὲν τὸ μοναστήριον· πάντα δὲ τὰ ἐν αὐτῷ προσήκοντα σὺν αὐτῷ ἐκείνῳ βρεβίῳ ἐγκαταγράφεσθαι, καὶ τοῖς ἐπισκοπικοῖς ἀρχείοις ἐναποτίθεσθαι, μηδαμῶς ἄδειαν ἔχοντος τοῦ ἀφιεροῦντος, παρὰ γνώμην τοῦ Επισκόπου ἑαυτὸν ἡγούμενον, ἢ ἀνθ' ἑαυτοῦ ἕτερον, καθιστᾶν. εἰ γὰρ ἅπερ τις ἀνθρώπῳ χαρίζεται, τούτων οὐκέτι κύριος εἶναι δύναται, πῶς ἅπερ τις θεῷ καθαγιάζει καὶ ἀνατίθησι τούτων ὑφαρπάζειν τὴν κυριότητα παραχωρηθήσεται;

BALS. In septimo Canone vii. Syn. permulta scripsimus, quomodo fieri debeant monasteria: & lege ea. Præsens autem Canon dicit; quòd quoniam nonnulli solo nomine monasterii Deum complectuntur, re autem & veritate volunt in ea, quæ illi dedicata sunt, potestatem iterum obtinere, ea ut volunt alienantes; monasterium sine illius regionis Episcopi consensu ædificari non debet. Is enim postquam, debitam orationem in fundamento ad Deum fuderit, seu post crucis fixionem, permittet quidem ædificationem, & in Brevi etiam describet, quæ ad monasterii dispensationem & monachorum sufficientiam ab extructore danda sunt, & ipsum etiam monasterium: ut Breve in Episcopatu reponatur, & qui offert ab eorum, quæ Deo consecrata sunt, dominio, alienetur. Adjicit autem, quòd tantum abesse debet is, qui obtulit, à dominio eorum quæ ad Deum pertinent, ut ne præfecturam quidem gerat in monasterio præter sententiam Episcopi; sed nec etiam alium præfectum constituat. Si enim, inquit, quæ hominibus dantur, qui dedit auferre nequit: quomodo ea quæ sunt Deo dedicata eripiat, & in suam rursus potestatem rediget? Rogaverit ergo quispiam quomodo, contra ac Canone continetur, monasteriorum extructores & statuta edunt, & non solùm præfectos, sed & Ephoros in ipsis constituunt, & nonnunquam etiam, inter alia quæ contra Canones faciunt, ut illius regiones Episcopus ad ipsum aditum non habeat? Et dixerunt quidem nonnulli, omnia statuta, quomodocunque se habeant & quicquid contineant, esse invalida, & quod Deo semel est dedicatum, absque ulla curiosiori investigatione esse juris Episcopalis, ut præsenti Canone continetur. Alii autem dicebant, ea debere servari, quando legibus & Canonibus consentaneè scripta sint. Alii autem volebant ea tum demum vim suam obtinere, quando præter id quòd legitimè & Canonicè edita fuerint, à manu quoque Imp. confirmata sint. Mihi autem videtur, quòd quoniam vii. cap. i. tit. v. lib. Basilic. dicit; Qui donativum constituerit, & oratorium, vel xenodochium, vel nosocomium extruatur, & ipse & hæredes ejus ab Episcopis & œconomis, quæ promissa sunt, exigantur; si pro ejus quidem arbitratu administrentur, est in conditorum eorum potestate statuta edere: sed ex eo quod dicit lex, domos sanctas & religiosas administrari pro possessoris arbitratu, non est ei permissum aliqua contra leges & Canones facere. Dicit enim xxxix. caput, primi tit. iii. lib. Basilic. eos, qui à possessoribus in locum Clericorum electi sunt, si indigni inveniantur, ejici, & alios ab Episcopis ordinari debere. Et vii. cap. iii. titu. quinti li. in fine hæc expressè decernit; regionis Episcopi observent, an rectè administratio procedat; & si invenerint non esse frugi administratores, potestatem habeant citra ullum detrimentum alios pro iis aptos & idoneos constituendi. Quare quomodocunque confirmata & corroborata fuerint, quæ statutis adversus Canones & leges continentur, non valebunt. Præterea interrogaverit quispiam, an ex eo, quod decernat Canon Episcopum ea habere jura in monasterio

ΒΑΛΣ. Εν τῷ ζ'. κανόνι τῆς η'. συνόδου ἐγράψαμεν διάφορά τινα περὶ τοῦ πῶς ὀφείλουσι γίνεσθαι τὰ μοναστήρια, καὶ ἀνάγνωθι ταῦτα. ὁ δὲ παρὼν κανών φησιν, ὡς ἐπεί τινες ἐνόματι μόνῳ μοναστηρίου τοῦ θεὸν δεξιοῦνται, τοῖς πράγμασι δὲ καὶ τῇ ἀληθείᾳ θέλουσι πάλιν κατεξουσιάζειν τῶν ἀφιερωθέντων αὐτῷ, ἐκποιούμενοι ταῦτα καθὼς ἂν θελήσουσιν, οὐκ ὀφείλει ἀνεγείρεσθαι μοναστήριον ἄνευ εἰδήσεως τοῦ ἐγχωρίου Επισκόπου. οὗτος γὰρ μετὰ τὸ ποιῆσαι τὴν ὀφειλομένην εὐχὴν τῷ θεμελίῳ, ἤγουν τὸ σταυροπήγιον, ἐπιτρέψει μὲν τὴν οἰκοδομὴν, ἐγκαταγράψεται δὲ καὶ ἐν βρεβίῳ τὰ πρὸς οἰκονομίαν τῆς μονῆς καὶ αὐτάρκειαν τῶν μοναχῶν μέλλοντα δοθῆναι παρὰ τοῦ δομήτορος καὶ αὐτὸ τὸ μοναστήριον, ἐφ' ᾧ ἀποκεῖσθαι τὸ βρεβίον ἐν τῇ ἐπισκοπῇ, καὶ ἀπαλλοτριωθῆναι τοῦ προσάγοντα ἐκ τῆς τῶν ἀφιερωθέντων τῷ θεῷ κυριότητος. προστίθησι δὲ, ὡς τοσοῦτον ὀφείλει ἀπέχειν ὁ προσαγαγὼν ἐκ τῆς δεσποτείας τῶν προσαχθέντων τῷ θεῷ, ὡς μηδὲ ἡγουμενεύειν παρὰ γνώμην τοῦ Επισκόπου ἐν τῷ μοναστηρίῳ, ἀλλ' οὐδὲ ἕτερον καθιστᾶν ἡγούμενον. εἰ γάρ, φησι, τὰ τοῖς ἀνθρώποις δωρούμενα, οὐκέτι ἀφελέσθαι ὁ δωρησάμενος δύναται, πῶς τὰ τῷ θεῷ ἀνατεθειμένα ὑφαρπάσει, καὶ αὖθις ὑφ' ἑαυτὸν ποιήσεται; ἠρώτησεν οὖν τις, πῶς παρὰ τὴν τούτου περίληψιν οἱ τῶν μοναστηρίων δομήτορες τυπικά τε ἐκτιθέασι, καὶ οὐ μόνον ἡγουμένους, ἀλλὰ καὶ ἐφόρους ἐν αὐτοῖς καθιστῶσι, καὶ ἔστιν ὅτε ὑποτυποῦσι σὺν ἑτέροις ἀκανονίστως τισὶ καὶ τὸ μὴ ἔχειν πάροδον ἐν αὐτῇ τοῦ κατὰ χώραν Επίσκοπον; καὶ τινὲς μὲν εἶπον, πάντα τὰ τυπικὰ, κἂν ὅπως ἔχωσι περιλήψεως, εἶναι ἀνίσχυρα· καὶ τὸ ἅπαξ ἀνατεθὲν τῷ θεῷ, τελεῖν ἀπολυπραγμονήτως ὑπὸ τὰ ἐπισκοπικὰ δίκαια, κατὰ τὴν τοῦ παρόντος κανόνος περίληψιν. ἕτεροι δὲ εἶπον, ὀφείλειν κρατεῖν αὐτὰ, ὅτε τοῖς νόμοις καὶ τοῖς κανόσι ἀκολούθως γεγράφαται. ἄλλοι δὲ ἤθελον τότε ταῦτα ἔχειν τὸ ἐνεργὸν, ὅτε σὺν τῷ κανονικῶς τε καὶ νομίμως ἐκτεθῆναι, καὶ παρὰ χειρὸς βασιλικῆς ἐπικυρωθῶσιν. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, ὡς ἐπεὶ τὸ ζ'. κεφάλαιον τοῦ α'. τίτλου τοῦ ε'. βιβλίου τῶν βασιλικῶν φησιν, ὁ συστησάμενος δωρεατικὸν ἐπὶ τῷ εὐκτήριον οἶκον κτισθῆναι, ἢ ξενῶνα ἢ νοσοκομεῖον, ἀπαιτείσθω καὶ αὐτὸς καὶ οἱ κληρονόμοι αὐτοῦ παρὰ τῶν Επισκόπων καὶ οἰκονόμων τὰ ὑποσχεθέντα· διοικούμενα μέντοι κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτῷ, ἐπ' ἀδείας ἔχουσιν οἱ δομήτορες τούτων τυπικὰ ἐκτίθεσθαι· πλὴν ἀπὸ τοῦ λέγειν τὸν νόμον διοικεῖσθαι τοὺς εὐαγεῖς οἴκους κατὰ τὸ δοκοῦν τῷ κτήτορι, οὐκ ἐφεῖται αὐτῷ ἀκανονιστά τινα καὶ παράνομα διατάττεσθαι. φησὶ γὰρ τὸ λθ'. κεφάλ. τοῦ α'. τίτλου τοῦ γ'. βιβλίου τῶν βασιλικῶν, τοὺς παρὰ τῶν κτητόρων ἐπιλεγέντας εἰς τόπον κληρικῶν, ἀναξίους εὑρισκομένους, ἐκβάλλεσθαι καὶ ἑτέρους παρὰ τῶν Επισκόπων χειροτονεῖσθαι. καὶ τὸ ζ'. κεφ. τοῦ γ'. τίτλου τοῦ ε'. βιβλίου διορίζεται περὶ τὸ τέλος ταῦτα ῥητῶς, τῶν κατὰ τόπον Επισκόπων ἐποπτευόντων, εἰ καλῶς ἡ διοίκησις προβαίνει· καὶ εἰ εὕρωσι μὴ χρησίμους ὄντας τοὺς διοικητὰς, ἄδειαν ἐχόντων ἄνευ ζημίας ἄλλους ἀντὶ τούτων ἐπιτηδείους ποιεῖν. ὥστε κἂν ὅπως ἐπιστηριχθῶσι τὰ παρανόμως ἢ ἀκανονίστως τοῖς τυπικοῖς περιεχόμενα, οὐ κρατήσουσιν. ἔτι ἐρωτήσει τις, εἰ ἄρα ἀπὸ τοῦ διορίζεσθαι τοῦ κανόνα ἔχειν τοῦ Επίσκοπον τοιαῦτα δίκαια ἐν τῷ κτισθέντι παρά τινος μοναστηρίῳ εἰς τὴν ἐνορίαν αὐτοῦ, καὶ ἀπο-

κεῖσθαι

κῶς ὲν τοῖς ἀρχείοις τῆς ἐπισκοπῆς Ὃ βρέβιον τέτυ, ὲκ- A ab aliquo in sua diœcesi ædificato, & in archivis Episcopatûs Breve hujus esse reponendum, ipsi permittatur ad quemcunque velit illud transmittere, &, ut semel dicam, jus dominii in eo obtinere. Existimo ergo, quòd ex hoc Canone non est Episcopo concessum, potestatem in id monasterium obtinere, tanquam ad ejus Ecclesiam jure dominii pertineat: sed habet in eo tantùm jura Episcopalia. Ea autem sunt, delictorum animæ examinatio, observatio eorum qui illa administrant, ejus nominis relatio, & Præfecti ordinatio. Conservabitur ergo monasterium liberum & per se administratum, non alienabile nec donabile. Illius autem regionis, in qua situm est, Antistes dicta solum jura Episcopalia in eo habebit: & à præsenti quidem Canone, & ab aliis diversis legibus & Canonibus concessum est, ut, qui vellet, monasteria nova extrueret, observatis ritu & forma hîc præscriptis. Imp. autem domini Nicephori Phocæ novella decernit, non esse de novo construenda monasteria, vel xenodochia, vel gerocomia vel alias sanctas & religiosas domos; sed eorum quæ sunt, curam geri oportere: & hæc expressè in fine adjicit; Quare ab hoc deinceps tempore, quod est vii. indictionis initium, nemini liceat, loca aut agros ad monasteria vel gerocomia quomodocunque transmittere; sed neque ad metropoles vel Episcopatus: neque enim illis est hoc conducibile. Si quibus autem prædictarum sanctarum & religiosarum domorum, sive quidem Episcopatuum & monasteriorum, adeò mala administratio & provisio contigit, ut locis privatæ destitutæque sint; iis sententia & examinatione Imper. eorum quæ sufficiunt acquisitio non prohibebitur. Cellas autem, &, ut vocant, lauras in desertis ædificare, quæ non ad possessiones & agros alienos extenduntur, sed solo proprio ambitu definiuntur; tantùm abest ut volentibus prohibeamus, ut etiam in magna laude ponamus: quam quidem novellam Porphyrogennetus dominus Basilius novus sua novella mense Aprili indictione i. anno 6495. emissa sustulit; quæ & hæc expressè continet: Imperium nostrum quod à Deo profectum est cùm & à Monachis, quorum pietas & virtus est testata, & à multis aliis, legem de Dei Ecclesiis & sanctis domibus, vel potiùs contra Ecclesias & tantas domos à domino Nicephoro, qui imperio excessit, conditam, præsentium malorum causam fuisse & radicem, & universalis hujus subversionis & confusionis; ut quæ ad injuriam & contumeliam, non solùm Ecclesiarum & sanctarum domorum; sed etiam Dei ipsius, facta sit, intellexisset, & maximè cum id re ipsa expertum esset: (Ex quo enim hæc lex est observata, nihil boni penitus in hodiernum usque diem vitæ nostræ occurrit: sed contrà, nullum penitus calamitatis genus defuit) per præsentem Auream-Bullam huic scripto annexam statuit, ut lex prædicta ab hoc præsenti die cesset, & deinceps infirma & irrita permaneat: locum vero habeant & in usu sint, quæ, de Dei Ecclesiis & sanctis & religiosis domibus ante hanc conditæ sunt leges. Præterea scias, quod beatissimus Imperator dominus Emanuel Comnenus per jussionem, mense Septembri indictione vii. editam, definiit; ne illis, qui immobilium donationes ab Imperatore accepissent vel acciperent, ad illos ea quàm senatorii ordinis vel numeri militaris personas quocunque modo transmittere, liceret: sin autem aliter factum fuerit, immobilia ad publicum redeant. Similiter & mense Februario iii. indictionis, nova quoque constitutio ab eodem edita est, quæ eadem fermè complectitur. Quæ quidem statuta, per posteriorem filii ejus domini Alexii Aureæ-Bullæ definitionem, mense Decembri primæ indictionis, anni 6691. editam, sublata sunt.

χῶς ἐν τοῖς ἀρχείοις τῆς ἐπισκοπῆς Ὃ βρέβιον τέτυ, ἐκχωρῆται αὐτῷ ἀποπέμπειν τοῦτο ἔνθα βέλεται, καὶ ἁπλῶς χειραρχικὸν δίκαιον ἔχειν ἐπ' αὐτῷ. νομίζω οὖν, ὡς ἐκ τοῦ κανόνος τέτυ οὐκ ἐνεδόθη τῷ Ἐπισκόπῳ κατεξουσιάζειν τοῦ μοναστηρίου, ὡς δεσποτικῶς διαφέροντος τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ· ἀλλ' ἔχειν μόνα δίκαια ἐπισκοπικὰ ἐπ' αὐτῷ. εἰσὶ δὲ ταῦτα, ἀνάκρισις τῶν ψυχικῶν σφαλμάτων, ἐπίσκεψις τῶν διοικούντων αὐτό, ἀναφορὰ τοῦ ὀνόματος τέτυ, καὶ σφραγὶς τοῦ ἡγουμένου. σωτηρηθήσεται οὖν ἡ μονὴ ἐλευθέρα καὶ καθ' ἑαυτὸ διεξαγομένη, ἀνεκποίητος καὶ ἀδώρητος. ὁ δὲ κύριος χώραν ἀρχιερεὺς ἔξει ἐπ' αὐτῇ μόνα τὰ ῥηθέντα ἐπισκοπικὰ δίκαια· καὶ ἀπὸ μὲν τοῦ παρόντος κανόνος, καὶ ἐξ ἑτέρων διαφόρων νόμων καὶ κανόνων ἐξεχωρήθη, πλὴν τοῦ βουλομένου ἀνεγείρεσθαι μοναστήριον ἐκ καινῆς, κατὰ τὰ παρόντα θεσμοθετήσαντος. ἡ δὲ νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Φωκᾶ διορίζει, μὴ καταασκευάζεσθαι νεωστὶ μοναστήρια, ἢ ξενῶνας, ἢ γηροκομεῖα, ἢ ἄλλους ἁγίους οἴκους, ἀλλὰ τῶν παρόντων ἐπιμελεῖσθαι· καὶ προστίθησι πρὸς τούτοις ὁ αὐτὸς τάδε ῥητῶς, ὥστε ἀπὸ τοῦ νῦν, ὅπερ ἐστὶν ἡ ἀρχὴ τῆς ἑβδόμης ἰνδικτιῶνος, μηδενὶ ἐξέσται, μὴ τόπους, μὴ ἀγροὺς μοναστηρίοις ἢ ξενῶσιν ὁπωσοῦν προσκτᾶσθαι· ἀλλ' οὐδὲ μητροπόλεσιν ἢ ἐπισκοπαῖς· ἐπιζήμιον γὰρ οὐδὲ ἐν ἐκείναις λυσιτελές. εἰ δέ τινα τῶν φλασθέντων ἁγίων οἴκων, εἴτε μὲν ἐπισκοπῶν ἢ μοναστηρίων, τοιαύτης φαύλης ἔτυχον χειρὸς καὶ προνοίας, ὡς ἔρημα τόπων καταλελεῖφθαι, τούτοις γνώμῃ βασιλικῇ καὶ δοκιμασίᾳ ἡ τῶν ἀργούντων κτῆσις οὐ κωλυθήσεται. πλεῖα γὰρ καὶ τὰς καλυμμένας λαύρας ἐν ἐρήμοις οἰκοδομῆσαι, μὴ πρὸς κτῆσιν καὶ ἀγροὺς ἑτέρους ἐκτεινομένοις, ἀλλὰ πρὸς ἰσχὺν μόνην τῇ ἰδίᾳ ὁριζομένοις, τοσούτῳ τὰς βουλομένους οὐκ εἴργομεν, ὅσῳ καὶ δι' ἐπαίνου μᾶλλον Ὃ πρᾶγμα τίθεμεν. ἰῷ γοῦν νεαρᾶν ὁ Πορφυρογέννητος κυρὸς Βασίλειος ὁ νέος ἀνήρησε μὲν νεαρᾶς αὐτοῦ ἀπολυθείσης καὶ μιᾶς Ἀπριλλίου ἰνδικτιῶνος α'. ἔτους ϛυλέ'. καὶ παραλαμβανόμενα ταῦτα ῥητῶς· ἡ ἐκ Θεοῦ βασιλεία ἡμῶν, καὶ πρὸς μοναχῶν ἐπ' εὐλαβείᾳ καὶ ἀρετῇ μαρτυρουμένων, καὶ πρὸς πολλῶν ἀναμφιδούσα πλεῖστα πρὸς ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ καὶ πρὸς εὐαγῶν οἴκων ἢ κατὰ πρὸς ἐκκλησιῶν μᾶλλον καὶ πρὸς τοσούτων οἴκων πρὸς τὸ τῆς βασιλείας ἐπιβάντος κυροῦ Νικηφόρου πεθείσθω νομοθεσίᾳ, αὐτίᾳ καὶ ῥίζῃ τῶν παρόντων γεγένθαι κακῶν, καὶ τῆς οἰκουμενικῆς ταύτης ἀναστροπῆς καὶ συγχύσεως, ἅπερ μὴ πρὸς ἀδικίαν καὶ ὕβριν τῶν ἐκκλησιῶν μόνον καὶ τῶν εὐαγῶν οἴκων, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ νομιζόμενα, ἄλλως τε καὶ ἔργῳ τοῦτο βεβαιωθείσης (ἐξ ὅτου γὰρ τὰ τοιαύτης ἐκβάσεως νομοθεσίας ὑδροπωσῶν ὑδατῶν χρηστὸν ἄχρι τῆς σήμερον τῷ καθ' ἡμᾶς ἀπηνήνατο βίῳ· ἀλλὰ τἀνάντιον, συμφορᾶς μᾶλλον ἐπέλιπεν εἶδος ὅλως οὐδέν,) διορίζει λοιπὸν ὁ παρὼν χρυσόβουλλος Ὃ, πλὴν παρεῖς νομοθεσίαν ἀργὴν ἀπὸ τῆς παρούσης ταύτης ἡμέρας, ἄκυρόν τε καὶ ἀπρακτον τοῖς λοιποῖς ἁπασιν· ἐνεργὸν δὲ τὸν περὶ ταύτης κελεύοντα, περί τε τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν εὐαγῶν οἴκων, νόμον. περὶ τούτοις γίνωσκε, ὅτι ὁ χρισμακάριστος βασιλεὺς κυρὸς Μανουὴλ ὁ Κομνηνὸς φιλοτιμήσατο, ἀπὸ προστάξεως ἐκπληθείσης καὶ Σεπτέμβριον μιᾶς ἰνδικτιῶνος ζ'. μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας τινὰς, λαβόντας ἢ καὶ λαμβάνοντας δωρεὰς ἀκινήτων παρὰ βασιλέων, παρὰ πέμπειν αὐτὰς ἀλλαχοῦ πως καθ' οἱονδήποτε τρόπον, εἰ μὴ εἰς πρόσωπα ἀπὸ τοῦ συγκλήτου ἢ τῶν στρατιωτικῶν καταλήγων τυγχάνοντα· εἰ δὲ μὴ ὕπαρχοι εἶεν, ἵνα παρέρχηται τὰ ἀκίνητα εἰς τὸ δημόσιον. ὡσαύτως καὶ κῦρ ὁ Φλουριάριος μιᾶς τοῦ γ'. ἰνδικτιῶνος, νεαρὰ νομοθεσία γέγονε τῷ αὐτῷ τοῦ αὐτοῦ χρεῶν παρελήφεως, ἅπερ δὴ παραγράμματα ἀνηρέθησαν μεταγενεστέρου χρυσοβούλλου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ κυροῦ Ἀλεξίου ἀπολυθέντος καὶ μιᾶς Δεκεμβρίου τῆς α'. ἰνδικτιῶνος τῷ ϛχθά'. ἔτους.

Digitized by Google

ZONAR. Qui monasteria extruere, ac per ea suas facultates Deo dicare volunt, illis ædificationem inchoari, nisi Episcopus loci re cognitâ potestatem fecerit, ac solennes precationes adhibuerit, nullo modo hic Canon licere decernit. Ita demum monasterium quidem absolvi, deinde vero breve fieri; & in eo tum monasterium ipsum, tum monasterio attributas possessiones describi, illudq; breve, ne quid in posterum à monasterii conditore auferri liceat, ex iis quæ in eo ipsemet consecravit, in ædibus Episcopalibus asservari jubet. Quæ etenim bona Deo quispiam per monasterium addixit, eorum sibi ipse possessionem omnem abjudicavit, ac illorum dominus esse jam desiit. Qua ratione igitur de illis quidquam ex eo tempore, ac si dominus adhuc esset, constituere poterit? Quinimo eousque Canon ab ejus monasterii administratione hominem remotum esse jubet, ut neque illum Monasterii Præfectum, nisi de Episcopi sententia, creari, nec alium ejus loco Præfectum ab eo constitui patiatur. Etenim, si quæ homini quispiam largitus est, postquam jus possessionis in alium ipsemet transtulit, amplius auferre sine causa, qui donavit, haud potest; quo jure, quæ Deo dicata sunt, rapere, atque in eorum possessionem sese rursus insinuare cuiquam licebit? De monasteriis porro extruendis, libro quoque Basilic. quarto, tit. i. cap. primo, hoc est, Novella quinta, & libro quinto tit. secundo cap. decimoquarto constitutum est.

ZΩΝΑΡ. Ο κανὼν ὅτι τὰς βυλομένας μοναστήρια συνιστᾶν καὶ ἀφιερῶν δι' αὐτῆς τὰς οἰκείας οὐσίας θεῷ κωλύει, μὴ ἄλλως διὰ παντὸς ἄρχεσθαι τῆς τοῦ μοναστηρίου οἰκοδομῆς, εἰ μὴ ὁ γνώσῃ τὸν τόπον ὁ ἐπίσκοπος καὶ ποιήσας καὶ τὴν ἐπιτρεπομένην εὐχήν. καὶ ὅτως ὁ μὲν ἀνθρίζεσθαι, βραβεῖον ἢ γίνεσθαι, καὶ ἐν ἐκείνῳ αὐτὸ τὸ μοναστήριον καταγράφεσθαι, καὶ τὰ αὐτῷ ἀνήκοντα πάντα, καὶ βραβεῖον τῇ ἐπισκοπῇ ἐναποτίθεσθαι, ὥστε μή τι δύνασθαι ἔκτοτε τὸ μοναστήριον δημόσιον ἀφαιρεῖσθαί τι τῶν πρὸς αὐτὸ ἀφιερωθέντων ἐν αὐτῷ. ὁ γὰρ τις τῷ θεῷ διὰ τῆς μονῆς ἀνατέθεικεν, ἀπεξένωσε τῆς ἐξουσίας ἑαυτὸν καὶ ἐκεῖνο κύριον αὐτῆς ἔστι. πῶς οὖν ἐπ' αὐτοῖς τι ὡς δεσπότης ἔκτοτε διατάξαι δύναται; τοσοῦτον ἢ αὐτὸν ἀπαλλοτρίοι τῆς μονῆς ὁ κανών, ὥστε οὐδὲ ἡγούμενον αὐτὸν ἐᾷ γίνεσθαι τῆς μονῆς χωρὶς γνώμης τοῦ Ἐπισκόπου, οὐδὲ ἕτερον ἀνθ' ἑαυτοῦ ἡγούμενον προχειρίζεσθαι. εἰ γὰρ τὰ ἀνθρώποις δωρήματα οὐκέτι ἀναιτίως ἀφελέσθαι ὁ δωρησάμενος δύναται, πῶς τὴν δεσποτείαν τούτῳ ἐφ' ἕτερον ἀφ' ἑαυτοῦ μεταθεὶς, πῶς τὰ τῷ θεῷ ἀναπεθέμενα ὑφαρπάσῃ, καὶ αὖθις πρὸς ἑαυτὸν ὑποσπάσεται τὴν αὐτῆς κυριότητα; καὶ βιβλίον ἢ τῆς βασιλικῆς δ'. τίτ. α'. κεφάλαιον α'. ἤτοι νεαρὰ, ε'. περὶ οἰκοδομῆς μοναστηρίων διατάξει, καὶ βιβλίον ε'. τίτλου β'. κεφάλαιον ιδ'.

ARIST. *Præter Episcopi sententiam monasterium extruere nemini liceat. Illo autem scicnte, & præces peragente, extructum, unà cum iis quæ ab ipsum pertinent, in Brevi describatur, & in Episcopatu reponatur. Et ipsi etiam extructori, vel Præfecto esse, vel Præfectum constituere, præter Episcopi sententiam, ne liceat.*

ΑΡΙΣΤ. Παρὰ γνώμην τοῦ Ἐπισκόπου, μηδενὶ ἐξέστω μοναστήριον οἰκοδομεῖν· εἰδότος δὲ, καὶ εὐχὴν ποιοῦντος, ὁ κτίτωρ μὴ τῶν αὐτῷ προσφερομένων βραβείῳ ἐγγραφέσθω, καὶ τῇ ἐπισκοπῇ ἐναποτιθέσθω· καὶ οὐδὲ γνώμην τοῦ Ἐπισκόπου μὴ ἐξέστω τῷ κτίσματι, ἢ ἡγεμονεύειν, ἢ ἡγούμενον ποιεῖν.

CANON II.

Quoniam nonnulli se vitam monasticam subire præ se ferunt, non ut Deo purè serviant, sed ut propter habitûs honestatem pietatis opinionem consequantur, & ea ratione propriis voluptatibus liberè fruantur (solorum enim pilorum jacturâ factâ, propriis domibus assident, nullam monasticæ vitæ administrationem vel constitutionem implentes) statuit sancta Synodus, ne ullus omnino monastico habitu dignus censeatur, sine præsentia ejus qui illum debet ad obedientiam suscipere, & se principatum in illum obtenturum & ejus animæ salutis curam gesturum profiteri, qui scilicet est vir pius, & præest Monasterio, & est idoneus ad servandam animam quæ modo Deo offertur. Si quis autem deprehensus fuerit aliquem tondere, sine præsentia Præfecti, qui ipsum debet ad obedientiam suscipere, ille quidem depositioni subjiciatur, ut qui Canonibus non pareat, & monasticum ordinem bene compositum dissolvat: qui vero inordinatè & præter rationem tonsus est, in subjectionem etiam in monasterio, in quo illius loci Episcopus melius esse duxerit, tradatur. Citra judicium enim factæ & temerariæ tonsuræ monasticum quoque habitum ignominia affecerunt, &, ut Christi nomen blasphemiis appeteretur, effecerunt.

ΚΑΝΩΝ β'.

Ἐπειδή τινες τὸν μοναχὸν βίον ὑποδύεσθαι σχηματίζονται, οὐχ ἵνα θεῷ καθαρῶς δουλεύσωσιν, ἀλλ' ἵνα τῇ σεμνότητι τοῦ σχήματος δόξαν εὐλαβείας περιλάβωσι, καὶ τῶν οἰκείων ἐντεῦθεν ἡδονῶν ἄφθονον ἀπόλαυσιν· (τῶν τριχῶν γὰρ μόνην τὴν ἀποβολὴν ποιούμενοι, ἐν τοῖς οἰκείοις οἴκοις παρεδρεύουσι, μηδεμίαν τῶν μοναχῶν ἀποπληροῦντες ἀκολουθίαν ἢ κατάστασιν) ὥρισεν ἡ ἁγία Σύνοδος, μηδένα τῶν ἁπάντων τοῦ μοναχικοῦ σχήματος ἀξιοῦν, ἄνευ παρουσίας τοῦ ὀφείλοντος αὐτὸν εἰς ὑποταγὴν ἀναδέχεσθαι, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ ἡγεμονίαν καὶ τῆς ψυχικῆς αὐτοῦ σωτηρίας τὴν φροντίδα ἐπαγγέλλεσθαι, ἀνδρὸς ὄντος θεοφιλοῦς, καὶ μονῆς προεστηκότος, καὶ ἱκανοῦ σώζειν ψυχὰς ἀρτίως τῷ θεῷ προσαγομένας. εἰ δέ τις φωραθείη ἀποκειρόμενόν τινα χωρὶς παρουσίας τοῦ εἰς ὑποταγὴν αὐτὸν ὀφείλοντος ἀναλαμβάνειν ἡγουμένου, τὸν μὲν καθαιρέσει καθυποβάλλεσθαι, ὡς ἀπειθοῦντα τοῖς κανόσι, καὶ τὴν μοναδικὴν συνταξίδιον ἀκολουθοῦντα· τὸν δὲ ἀκολούθως καὶ ἀτάκτως ἀποκειρόμενον, ἐν ὑποταγῇ καὶ μοναστηρίῳ, ἐν ᾧ ἂν ὁ κτίτωρ τοῦ τόπου ἐπίσκοπος δοκιμάσῃ, φραδύνειν. αἱ γὰρ ἀκριβεῖς καὶ ὀπισθαλεῖς ἀποκειραὶ καὶ τὸ μοναχικὸν σχῆμα ἠτίμωσε, καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα βλασφημεῖσθαι πεποιήκασιν.

BALS. Ficta pietas & evangelicis divinisque præceptis & scripturæ traditionibus valde condemnatur. Dicunt ergo patres, quòd quoniam nonnulli pietatem fingentes vitam monasticam subeunt, non propter Dei mandatum, sed ut suis voluptatibus fruantur, & ut se solo sancto habitu venditent (sedent enim, etiam postquam tonsi fuerint, in secularibus suis habitationibus) neminem oportet ab ullo ton-

ΒΑΛΣ. Ἡ ἐν ὑποκρίσει εὐλάβεια μεγάλως κατακρίνεται, καὶ διὰ εὐαγγελικῶν θείων φωνῶν, καὶ διὰ γραφικῶν παραδόσεων. φασὶν οὖν οἱ πατέρες, ὡς ἐπεί τινες εὐλάβειαν ὑποκρινόμενοι ὑπεισέρχονται τὸν μονήρη βίον, οὐ διὰ τὸ τοῦ θεοῦ ἐντολὴν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀπόλαυσιν τῶν οἰκείων ἡδονῶν, καὶ ἵνα ἀπὸ μόνου τοῦ ἁγίου σχήματος σεμνοῦνται (κάθηνται γὰρ καὶ μὴ τὴν ἀποκαρσιν εἰς τὰς κοσμικὰς κατοικίας αὐτῶν) χρεών ἐστι μηδένα πρὸς

διὰ πινὰ ἀποχειρέως, εἰ μὴ κατ' παρουσίαν τοῦ ὀφείλοντος αὐτὸν ἀναδέξασθαι ἡγουμένου, καὶ μέλλοντος καταταξαι τῇ ἀδελφότητι τοῦ μοναστηρίου αὐτοῦ. ὁ δὲ διὰ τινὰ δικαιολογίαν τοιαύτην ποιήσας ἀποκαρσιν, καθαιρείσθω· καὶ ὁ ἀποκαρεὶς εἰς ὑποταγὴν τοῦ μοναστηρίου παραδιδόσθω κατ' δοκιμασίαν τοῦ Ἐπισκόπου, ἵνα μὴ ἐκ τοῦ βλέπειν τοὺς ἀπίστους τὰ τοιαῦτα τολμήματα, βλασφημῶνται μὲν τοῦ Χριστοῦ ὄνομα, ἀτιμάζηται δὲ καὶ τὸ ἅγιον σχῆμα. καὶ ταῦτα μὲν, ὅταν τις καθ' ὑπόκρισιν ἀποκαρῇ· εἰ δὲ διὰ νόσον ἢ διὰ λύπην τοῦτο ποιήσῃ. παραχωρηθήσεται διαγωγὴν εἰς τὰ κοσμικὰ ἢ μεταχηματισθῆναι; Λύσις. οὐδαμῶς. ὁ γὰρ κανὼν καθολικῶς ἐξεφωνήθη, καὶ διὰ πάντας τοὺς ὁπωσδήποτε ἀποκειρομένους. εἴδομεν δὲ καὶ πολλοὺς εἰς τὰς τελευταίας αὐτῶν ῥοπὰς ἀναπνοὰς ἀποκαρέντας, καὶ μηδὲ εἰδότας διὰ τινὰ νόσον ὃ γινόμενον ἐπ' αὐτοῖς, καὶ ὕστερον σωφρονίσαντας πολλὰ μεταχηματισθῆναι, διὰ τὴν ἄγνοιαν καὶ τινὰ ἀπὸ τῆς νόσου καταστασιν, καὶ θέλοντας εἰς τὰ κοσμικὰ διαγωγὴν, καὶ μὴ παραχωρηθέντας, ἀλλὰ καὶ ὑπομηθέντας· ἄλλους δὲ ἀσυμβάλως μεταχηματισθέντας, καὶ αὖθις εἰς τὴν πρώτην μοναδικὴν κατάστασιν καὶ ἀκρίβειαν ὑποστρέψαντας. τί δή, ὁ παραλόγως ἀποκαρεὶς, ἤτοι δίχα παρουσίας τοῦ μέλλοντος τὸν ἀναδέξασθαι ἡγούμενου, καὶ μέλλων κατ' δοκιμασίαν τοῦ ὑπισχνεῖσθαι τοῦτον πρώτως καταταγῆναι ἐν μοναστηρίῳ, ἀναγκασθήσεται συνθήκας ἑτέρας δοῦναι, καὶ ὁμολογῆσαι πρωτομὴν ἐν αὐτῷ, ἐφ' ᾧ καὶ ἔσω κυρίως λογίζεσθαι, ἢ ταύτας πρώτας ἀρνεῖσθαι; Λύσις. ὁ τοιοῦτος δοκεῖ τὰς συνθήκας δοῦναι εἰς ὃ πρώτως κατέβαινε μοναστήριον, μὴ διὰ τὴν ἀποκαρσιν δὲ ἑτέρας συνθήκας δοῦναι οὐκ ἀναγκασθήσεται. διὰ γὰρ τοῦτο, ὡς ἔοικε, καὶ εἰς πᾶσαν ἀποκαρσιν πᾶσαι αἱ ἐρωτήσεις καὶ αἱ συνθῆκαι ἐκφωνοῦνται.

A deri, nisi in præsentia præpositi, qui debet eum suscipere, & in monasterii sui fraternitatem ipsum recepturus est. Qui autem præter hanc constitutionem tonsuram fecerit, deponatur: & qui tonsus est in monasterii subjectionem tradatur, ut Episcopus melius esse judicabit; ne ex eo, quòd infideles temeraria ejusmodi facta videant, Christi quidem nomen blasphemiis appetatur, sanctus quoque habitus ignominia afficiatur. Et hæc quidem quando quis per hypocrisin tonsus fuerit: si autem propter morbum vel propter mœrorem hoc fecerit, permittetúrne ut in secularibus habitet, vel etiam pristinum habitum recipiat? Solutio. Nequaquam. B Canon enim universè loquitur, & propter omnes qui quomodocunque tondentur. Vidimus autem multos, qui ad ultimum ferè spiritum tonsi sunt, & propter morbum nesciebant quidem quid in ipsis fieret, qui cùm postea priorem vellent habitum recipere, propter ignorantiam & quòd morbo malè affecti essent, & in secularibus vitam agere, id non fuit eis permissum, sed pœna etiam affecti fuêre: alios autem, qui cum temere pristinum habitum resumpserunt rursus ad prius monasticum institutum vel inviti reversi sunt. Quid verò, qui præter rationem tonsus est, vel sine præsentia Præpositi, qui illum susceperurus est, & Episcopi arbitratu C & examinatione est nunc primùm in monasterio collocandus, cogetúrne alia pacta conventa seu vota facere, & profiteri in ipso manere, ut etiam intus esse tonsus existimetur, an ei priora sufficiant? Solutio. Is videtur in eo, in quo primùm collocatus est, monasterio pacta conventa fecisse; post tonsuram autem etiam alia pacta conventa facere non cogitur. Propterea enim, ut est verisimile, omnes interrogationes & conventa in omni tonsura proferuntur.

ΖΩΝΑΡ. Τινὲς διὰ νόσον ἴσως ἢ διὰ λύπην ἀποκειρόμενοι ἢ διὰ τινὰ τοῦ κτήτορος εἰσαχθεῖσαν αἰτίαν πάλιν ἐν τοῖς οἰκείοις οἴκοις διέτριβον, μή τι μοναχοῖς πληροῦντες ἁρμόδιον. Διὰ τοῦτο τοίνυν ὁ κανὼν τέθειται τῇ συνόδῳ ἐκπεφώνηται, κελεύων μὴ ἄλλως τινὰ ἀποκείρεσθαι μοναχὸν, εἰ μὴ παρῇ ὁ ὀφείλων αὐτὸν εἰς ὑποταγὴν ἀναδέξασθαι, καὶ τῆς ψυχικῆς αὐτοῦ σωτηρίας φροντίζειν ἐπαγγελλόμενος, ἀνὴρ δηλαδὴ μονῆς προεστὼς, ἀρετῆς ἐργάτης, ψυχὴν ἄρτι προσερχομένην θεῷ οἰκονομεῖν πρὸς σωτηρίαν δυνάμενος. εἰ δέ τις, φησὶ, φωραθῇ ἀποκείρων τινὰ, μὴ παρόντος ἡγουμένου τοῦ τοῦτον ἀναδέξασθαι μέλλοντος εἰς ὑποταγὴν, αὐτὸς μὲν καθαιρείσθω, ὡς τοὺς κτήτορας παραβαίνων, καὶ τὴν μοναχικὴν συνταξίαν ἀνατρέπων, ὁ δὲ παραλόγως καὶ μὴ κατὰ τάξιν κτητορικὴν ἀποκαρεὶς εἰς ὑποταγὴν ἐν μοναστηρίῳ παραδιδόσθω, ἐν ᾧ ἂν Ἐπίσκοπος δοκιμάσῃ. ἴσως γὰρ διὰ τοὺς ἀκρίτους καὶ ἐσφαλμένας ἀποκάρσεις τὸ μὴ μοναχικὸν σχῆμα ἠτιμῶσθαι, τὸ δὲ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ βλασφημεῖσθαι παρὰ τῶν ἀπίστων συμβαίνει, ὁρώντων μοναχοὺς ζωῆς ἀδιαφόρως καὶ ἀμελῶς· ὥσπερ δοξάζεται παρὰ πάντων ὁ κύριος, ὅπου ἐναρέτους ὁρῶσι ζωὴν τοὺς ἀναπεθημένους αὐτῷ, κατὰ τὸ, λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν, καὶ δοξάσωσι τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

ZONAR. Nonnulli, ob morbum forte aut mœrorem, aut ob eam quoque causam, quæ in Can. memoratur, detonsi, suis rursus in ædibus vitam agentes, nullam penitus D instituti monastici partem exequebantur. Propterea igitur hic Can. à Syn. promulgatus est, ejusque decreto interdictum, ne quem Monachum tonderi liceat, nisi eo præsente qui subjectum sibi habere hominem non recuset, salutémq; illius spiritualem sibi curæ futuram esse promittat, monasterii nimirum Præfecto, virtutum exercitationibus addicto, animúmq; nunc Dei investigandi studio incitatum ad salutem dirigendi perito. Quòd si quis, inquit, alicui tonsuram conferre, Præfecto, cujus ille obedientiæ mancipari debeat, non adhibito, deprehendatur, ipsum quidem quippe qui & Can. violet, & bene constitutam E monastici statûs disciplinam evertat, depositione mulctari, qui vero temere, non servatis in ea re Canonum sanctionibus, detonsus est, in monasterium, in quo mancipatus obedientiæ degat, ab Episcopo eligendum, compelli placet. Ita namq; propter eos, qui nullo adhibito judicio quamvis indigni tondentur, Monasticus quidem habitus suo honore privatus est, Christi vero nomen ab infidelibus, Monachorum liberam ac solutam vivendi rationem intuentibus, blasphematur: quemadmodum ab omnibus glorificatur Dominus, sicubi eos, qui sese ei mancipârunt, vitam cum virtute agere animadverterint; Juxta illud; Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est. F

ΑΡΙΣΤ. Εἴ τις φωραθείη ἀποκείρων τινὰ, χωρὶς παρουσίας τοῦ ὀφείλοντος αὐτὸν παραλαβεῖν εἰς ὑποταγὴν ἡγουμένου, αὐτὸς μὲν καθαιρείσθω· ὁ δὲ ἀποκαρεὶς, ἐν ὑποταγῇ καὶ μοναστηρίῳ παρὰ τοῦ Ἐπισκόπου διδόσθω.

ARIST. *Si quis detondere quempiam deprehensus fuerit, non præsente, qui eum in subjectionem recepturus est, Præfecto, ille quidem deponatur: detonsus autem in subjectione etiam in monasterio ab Episcopo collocetur.*

Digitized by Google

A

Canon III.

Id quoque quod malè fit, & multo pejus deſpicatui & negligentia mandatur, correctionem oportere aſſequi judicatum eſt. Si quis ergo Monaſterii præfectus eos, qui ſibi ſubjecti ſunt, Monachos aufugientes cum multa diligentia non requirat, vel inveniens non recipiat, & conveniente lapſuique congruente medicina id, quod morbo affectum eſt, non recuperet & confirmare contendat; ſtatuit ſancta Synodus eum congregationi ſubjici. Si enim, cui animalium ratione carentium præfectura credita eſt, & gregem B *negligit, id non fert impune is cujus fidei paſtorale Chriſti pecoris imperium commiſſum eſt, & ſocordia ac negligentia eorum ſalutem venundat, quidni audacis ejus incepti pœnæ ab eo exigentur?*

Bals. Canon xxi. vii. Syn. non permittit, ut Monachi vel Monachæ monaſteria, in quibus tonſi ſunt, relinquant, & ad aliud monaſterium ſine dimiſſoriis ſuorum præfectorum literis accedant: ſed nulla eos pœna afficit. Præſens autem Canon præfectos ſegregationi ſubjicit, qui ſuos Mönachos non diligenter requirunt, nec ubicunque inventi fuerint recipiunt, nec eorum animas ab ægritudine recuperare contendunt: uſque adeo autem exigit Monachos in ſuis monaſteriis manere, ut eorum inde receſſum fugam nominaverit; quod quidem de ſervis & iis, qui cuſtodia ac vinculis tenentur, dici conſuevit. Atque lxxx. quidem Canon Carth. Syn. punit Epiſcopum, qui Monachum aliquem ex altero monaſterio alteri regioni ſubjecto in alio Clericum vel Præfectum conſtituit. Punit autem etiam ipſum Monachum: & lege ipſum. Quid autem, ſi Præfectus quærat ſuum Monachum, & ipſe aufugiat, quid fiet? Solutio. Epiſcopalibus mulctis cogetur ad monaſterium reverti, D in quo tonſus eſt, niſi fortè rationem aliquam probabilem afferat. Nota hæc propter alibi tonſos Monachos. Lege etiam ſequentem Canonem.

Zonar. Pluribus Canonum ſanctionibus, nequaquam Monachis licere monaſteriis, in quibus detonſi fuerunt, relictis ad alia ſeſe conferre, aut huc illuc errabundos vagari, decretum eſt. Sed hoc, inquit hic Canon, malè ſervatum, deteriúſque neglectum corrigimus. Ac niſi eorum, unde ſe monachi ſubducunt, monaſteriorum Præſides, multam in eis quærendis inveniendis ac recipiendis diligentiam adhibeant, morboque affectis, prout prolapſionis ratio poſtulaverit, medicinam facere, & labentes ſuſtentare ac fulcire contenderint, ſegregatione ipſos puniri jubet. Porro à Monachis, ut in ſuorum monaſteriorum ſtatione degant, tam vehementer contendit, ut illorum ab iis receſſionem fugæ nomine appellàrit: quod de ſervis, & iis qui in carceribus ac vinculis detinentur, uſurpari ſolet. Etenim ſi ratione carentium animalium paſtor aut bubulcus, qui crediti ſibi pecoris curam neglexerit, haud impune feret: quanto graviora ſupplicia ab iis, qui ratione utentium Chriſti ovium paſtores electi, ſeſe negligentes in earum ſalute curanda præbuerint, repetenda exiſtimabimus?

F

Arist. *Si quis monaſterii præfecti Monachos aufugientes non requirit & recipit & ſanat, ſegregetur.*

Κανων γ'.

Καὶ τοῦτο κακῶς θεατιζόμενον, καὶ πολὺ ἧττον προσεσόμενον ἐπιμελείᾳ καὶ ἀμελείᾳ παρεπόμενον τυχὸν ἐπιδώσει διορθώσεως. εἴ τις οὖν μονῆς προϊστάμενος τοὺς ὑπ' αὐτὸν πλανωμένους μοναχοὺς ἀποδιδράσκοντας ἢ μὴ πολλῆς τῆς ἐπιμελείας ἀναζητοίη, ἢ ἐφευρίσκων οὐκ ἀναλαμβάνοιτο, καὶ τῇ προσηκούσῃ καὶ καταλλήλῳ τοῦ πταίσματος ἰατρείᾳ τὸ νενοσηκὸς ἀνακτᾶσθαι καὶ ὑπερρωννύειν ἀγωνίζοιτο, τοῦτον ὤφειλεν ἡ ἁγία σύνοδος ἀφορισμῷ ὑποκεῖσθαι. εἰ γὰρ ὁ ζώων ἀλόγων πλὴν προστασίαν ἐγχειριζόμενος, καὶ τῆς ποιμνίου καταμελῶν, οὐκ ἀτιμώρητος καταλιμπάνεται· πῶς Χριστοῦ ἀρεμμάτων τὴν ποιμαντικὴν ἀρχὴν καταπιστευθεὶς, καὶ ῥᾳστώνῃ καὶ ῥᾳθυμίᾳ τὴν αὐτῶν σωτηρίαν ἀπεμπολῶν, πῶς ἂν δίκας τοῦ τολμήματος εἰσπραχθήσεται;

ΒΑΛΣ. Ὁ μὲν κανὼν ξ'. συνόδου δὲ τοὺς χωρὶς καταλιμπάνειν μοναχοὺς ἢ μοναστρίας τὰς ἐν αἷς ἀπεκάρησαν μονὰς, καὶ εἰς ἕτερον ἀπέρχεσθαι μοναστήριον, ἄνευ ἀπολυτικῶν γραφῶν τῶν ἡγουμένων αὐτῶν· πλὴν ἐπιμορφοῦται τούτους. ὁ δὲ παρὼν κανὼν ἀφορισμῷ καθυποβάλλει τοὺς ἡγουμένους τοὺς μὴ μετὰ C σπουδῆς ζητοῦντας τοὺς ὑπ' αὐτοὺς μοναχοὺς, μηδὲ ἀναλαμβάνοντας ὁπουδήποτε φερομένους, μήτε μὴν ἀνακτωμένους τὰ ψυχικὰ τούτων ἀῤῥωστήματα· τοσοῦτον δὲ τοὺς μοναχοὺς ἀπαιτεῖ φερομένους ταῖς ἰδίαις μοναῖς, ὡς πλὴν ἐκβάσεως αὐτῆς ἀναχώρησιν ἀπόδρασιν ὀνομάσαι, ὅθεν δηλονότι καὶ τοὺς ἐν εἱρκταῖς ἢ δεσμοῖς κατεχομένους εἰώθασι λέγειν. ὁ μέντοι πρ'. κανὼν τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου τιμωρεῖται Ἐπίσκοπον, ἢ ἐκκλησίασμά τινα ἀπὸ ἑτέρας μονῆς ἑτέρᾳ ἐνορίᾳ ὑποκειμένης εἰς ἑτέραν, κληρικὸν ἢ ἡγούμενον. κωλύει δὲ καὶ αὐτὸν μοναχὸν καὶ ἀναγνῶναι τοῦτον. τί δὲ τῷ καθηγουμένῳ ἀναζητοῦντι. οἰκεῖον μοναχὸν, ἐὰν αὐτὸς ἀποδυσαιτῇ, πῶς ἡμύσει; Λύσις. δι' ὑποσκοπῆς ὑπτιμίων ἀναλαμβάνοιτο ὑποστρέψαι εἰς ἰδίαν ἀπεκάρη μονὴν, εἰ μήπω λέγοι τι δύλογον. σημείωσαι τοῦτο περὶ τῶν ξεναγειτῶν μοναχῶν. ἀναγνωστὸν καὶ ὑπόνοια κανόνα.

ΖΩΝΑΡ. Κανόνες διάφοροι ὥρισε, μὴ δύνασθαι τοὺς μοναχοὺς τοὺς ἐν οἷς ἀπεκάρησαν, μοναστήρια καταλιμπάνοντας ἐν ἄλλαις ἀπάναις μοναῖς, ἢ τῇδε κἀκεῖσε περιπλανᾶσθαι. Ἀλλὰ τοῦτο, φησὶν ὁ κανὼν οὗτος, κακῶς θεατιζόμενον, χείρονος δὲ προσωφόμενον διορθούμεθα. καὶ εἰ μὴ οἱ τῆς μονῆς προϊστάμενοι, ἀφ' ὧν ὑποχωροῦσιν οἱ μοναχοὶ, πολλὴν ἐπιμέλειαν ποιοῦνται εἰς τὸ ἀναζητῆσαι καὶ διερεύνησιν αὐτῶν τὸ ἀναλαμβάνεσθαι; καὶ ἀγωνίζοιντο καταλλήλως τῷ πταίσματι θεραπεύειν τὴν νόσον, καὶ ἀποδοῦναι ἀνακτᾶσθαι αὐτὸν καὶ ὑπερρωννύειν, ἀφορίζεσθαι κελεύει αὐτούς. τοσοῦτον δὲ τοὺς μοναχοὺς ἀπαιτεῖ φερομένους ταῖς μοναῖς, ὡς πλὴν ἐκβάσεως αὐτῆς ἀναχώρησιν ἀπόδρασιν ὀνομάσαι, ὅθεν δηλονότι καὶ τοὺς ἐν εἱρκταῖς ἢ καὶ δεσμοῖς κατεχομένους εἰώθασι λέγεσθαι. εἰ γὰρ ὁ ζώων ἀλόγων ποιμὴν ἢ βουκόλος, πῶς ὑπ' αὐτὸν ἡμομμένων κεκλαμένων, οὐκ ἀτιμώρητος ἔσται, πόσῳ μᾶλλον δίκας δώσουσιν οἱ τῆς λογικῆς τῶν Χριστοῦ ἀρεμμάτων τὴν ποιμαντικὴν ἐγχειριζόντες, καὶ ῥᾳθυμίᾳ περὶ τὴν τούτων σωτηρίαν ἀπιδόμενοι;

ΑΡΙΣΤ. Εἴ τις ἡγούμενος τοὺς ἀποδιδράσκοντας μοναχοὺς μὴ ἀναζητοίη καὶ ἀναλαμβάνοι καὶ ἰατρεύοι, ἀφοριζέσθω.

ΚΑΝΩΝ

A

ΚΑΝΩΝ δ'.

Πολυτρόπως ὁ πονηρὸς τοῦ μοναχικοῦ σχήματος τὸ σεβάσμιον ἐπονείδιστον θεῖναι κατηγωνίσατο, καὶ πολλῷ μᾶλλον εἰς τοῦτο συνῆλθε τῷ τῆς προκαλαχρύσης αἱρέσεως καιρόν. τὰς γὰρ ἰδίας μονὰς τῇ ἀνάγκῃ τῆς αἱρέσεως οἱ μονάζοντες καταλιμπάνοντες, οἱ μὲν εἰς ἑτέρας, οἱ δὲ εἰς κοσμικῶν ἀνδρῶν μετέπιπτον καταγώγια. ἀλλὰ γὰρ, ὅπερ αὐτοῖς δι' εὐλάβειαν τότε προτιμώμενον μακαρισμὸν ἀπέφαινεν, εἰς ἔπαινον ἄλογον μεταπεσὸν, καταγέλωτας παρέσχετο. παντάχου γὰρ νῦν τῆς εὐσεβείας ἐκπεπλωμένης, καὶ σκανδάλων τῆς ἐκκλησίας ἀπηλλαγμένης, ἔνιοι τῶν οἰκείων μοναστηρίων ἀποφοιτῶντες, καὶ καθάπερ τι ῥεῦμα δυσκατέχιστον ὧδε κἀκεῖσε μεταγιζόμενοί τε καὶ μεταῤῥέοντες, πολλῆς μὲν πλημμυρίδος τῆς ἀκοσμίας τὰ μοναστήρια, πολλὴν δὲ τὴν ἀταξίαν ἑαυτοῖς συνεφορμίζουσι, καὶ τῆς ὑποταγῆς τὸ σεμνὸν ἀφανοῦσί τε καὶ καταλυμαίνονται. ἀλλὰ τούτων τὸ ἄστατον τῆς ὁρμῆς καὶ ἀνυπότακτον ἡ ἁγία Συνόδος ἀνακόψασα, ὥρισεν, ἵνα εἴτις μοναχὸς τῆς ἰδίας ἀποστάσας μονῆς εἰς ἕτερον μεταπέσῃ μοναστήριον, ἢ εἰς κοσμικὴν εἰσοικίσῃ καταγώγιον· αὐτός τε, καὶ ὁ τοῦτον ὑποδεξάμενος, ἀφωρισμένος εἴη, ἕως ἂν ὁ ἀποφυγὼν ἐπανέλθῃ, ἐξ ἧς κακῶς ἐξέπεσε μονῆς, εἰ μήτοι γε ὁ ἐπίσκοπός τινας τῶν μοναχῶν, διὰ εὐλάβειαν καὶ βίου σεμνότητα μαρτυρουμένους, εἰς ἕτερον μοναστήριον διὰ κάλλος τῆς μονῆς θελήσῃ μεταθέσθαι, ἢ εἰς κοσμικὴν οἰκίαν διὰ σωτηρίαν τῶν ἐνοικούντων δυνάμενος καταστῆσαι, ἢ ἀλλαχόσε εὐδοκήσῃ διατῆσαι· τοῦτο, ἔπι τοὺς ὑποδεχομένους, ἔπι τοὺς μοναχοὺς ὑποδίκους ποιεῖ.

B

ΒΑΛΣ. Τὰ διὰ τὴν κακίαν καὶ τὴν ἐπίθεσιν τῶν εἰκονομάχων συμπεσόντα δεινὰ τοῖς μοναχοῖς, ἐπονείδιστον ἀπεργάσατο τὸ μοναχικὸν σεβάσμιον σχῆμα, φησὶν ὁ κανών. κατέλιπον γὰρ τὰς ἰδίας μονὰς οἱ μονάζοντες, διὰ τὴν τῶν αἱρετικῶν ἀπειλήν· καὶ οἱ μὲν, εἰς ἕτερον μετέπεσον μοναστήριον· οἱ δὲ, εἰς κοσμικὰ κατέλυσαν καταγώγια. καὶ τότε μὲν ἀνδιάπτωτον ὑπῆρχε τὸ γλιχόμενον, κατέπιπτε δὲ τοῦτο εἰς γέλωτα τοῖς πολλοῖς. παιδείσης γὰρ τῆς ἀπὸ τοῦ διωγμοῦ τῶν Χριστιανῶν ἀπειλῆς, διὰ τὸ ὑφαπλωθῆναι τὴν ὀρθοδοξίαν, τινὲς τῶν μοναχῶν ἀνερυθριάστως τολμῶσι ποιεῖν ἅπερ διὰ τὴν ἀνάγκην ἀκινδύνως ἐγίνοντο πάλαι. τῷ τοι καὶ ὑποχωρεῖν ἐκ τῶν οἰκείων ἀποκάρσεων, καὶ πάλιν ταῖς πόλεσι μὴ λαϊκῆς διαπείσθαι συνήθειαν, ἀναιδῶς φασιζόμενοι καὶ πρὸς τὸ τοὺς αὐτῶν μοναχοὺς τοιαῦτα πολλὰ γίνεσθαι. καὶ ἐπεὶ τοῦτο ἀνυποταξίας κατηγορεῖ τοὺς μοναχοὺς, καὶ τὸ καθίστασιν τὰ μοναστήρια λυμαίνεσθαι, ὥρισεν ἀφωρισμένους εἶναι, τόν τε ἀπὸ τῆς ἐν ᾗ ἀπετάξατο μονῆς ἀποδιδράσκοντα μοναχὸν, καὶ εἰς ἕτερον δεχθέντα μοναστήριον, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ τὸν δεξάμενον ἡγούμενον, ἕως ἂν ὁ ἀποφυγὼν μοναχὸς ὑποστρέψῃ εἰς τὴν οἰκείαν μονήν. καὶ ταῦτα μὲν, ὅταν τοιοῦτόν τι συμβαίνῃ χωρὶς ἐπισκοπικῆς εἰδήσεως. εἰ δ' ὁ τῆς χώρας Ἐπίσκοπος καταγνοίη, τὴν δὲ (τυχὸν) τοῦ μονῆς μὴ ἔχειν μοναχὸς εὐλαβεῖς, ἱκανοὺς ἐκ τῶν οἰκείων πράξεων καὶ ἄλλως πρὸς σωτηρίαν μεταγαγεῖν, καὶ δοκιμάσῃ συμφέρον εἶναι μετενεχθῆναι τὸν τ. μοναχὸν ἀφ' ἧς ἀπεκάρη μονῆς εἰς ἑτέραν, ἢ ἐγκαταστῆσαι εἰς κοσμικὰς οἰκίας οἰκονόμους, διὰ σωτηρίαν τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῇ, ἢ καὶ ἀλλαχοῦ που διατῆσαι γνώσεται τοῦτο ἀπαρεμποδίστως· μήτε τῶν μοναχῶν μήτε τῶν ὑποδεχομένων αὐτοὺς ὀφλόντων ὅλως προκριμάτων. τούτων δὲ τοιούτων ἐχόντων, εἰπόν τινες ἐναντιοῦσθαι ταῦτα τοῖς ὑπὸ τῶν ρ'. κανόνος τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου, καὶ διορίζομένοις τοιοῦτόν τι ποιοῦντα δίκαιον, καὶ ὑποδεχόμενον, ἀπὸ ἀλλοτρίου μοναστηρίου

C

D

E

F

Canon IIII.

Multis modis Malignus ille monasticum venerabilem habitum probrosum efficere contendit, & magnum ad eam rem auxilium invenit ejus quæ præcessit hæresis tempus. Propria enim monasteria, hæresis vi coacti, relinquentes Monachi, hi quidem ad alia, illi vero etiam ad secularium virorum habitacula se transferebant. Verum enimvero, quod tunc ab illis propter pietatem factum eos laudandos beandosque efficiebat, in mores à ratione alienos conversum, eos jure deridendos efficit. Cum enim pietas ac religio nunc sit simplex, & ab Ecclesiæ scandalis & offensionibus aliena, quidam adhuc è suis monasteriis excedentes, & tanquam fluentum aliquod, quod cohiberi non potest, nunc huc nunc illuc se conferentes & confluentes, monasteria quidem multo dedecore & deformitate replent, multam secum confusionem petulantiamq; afferunt, obedientiæque honestatem convellunt ac perdunt. Sed eorum instabilem & non ferendam appetitionem resecans sancta Synodus, constituit, ut si quis Monachus à proprio aufugiens monasterio, vel se in aliud monasterium conferat, vel in secularem habitationem ingrediatur; ipse, & qui eum suscepit, segregatus sit, donec qui aufugit, in illud monasterium, à quo improbe recesserat, revertatur. Sed si Episcopus quidem, de nonnullorum Monachorum pietate & vitæ probitate testimonium ferens, in aliud monasterium ad ejus constitutionem eos transferre voluerit, vel in domum secularem, ad eorum qui inhabitant salutem, traducere censuerit, vel in quovis alio loco præponendos putârit hoc, neque eos qui suscipiunt, nec ipsos Monachos obnoxios reddet.

Bals. Quæ propter Iconomachorum improbitatem & insultum mala Monachis accederant, monasticum venerandum habitum probrosum effecerunt, ut inquit canon. Monachi enim propria monasteria reliquerunt, propter minas Hæreticorum: & alii quidem se in alia monasteria contulerunt: alii vero in mundanis habitaculis vitam egerunt. Et tunc quidem, quod ab eis fiebat, erat ab omni culpa & reprehensione alienum: evasit autem hoc postea multis ridiculum. Cùm enim cessaverint minæ quæ in Christianos intentabantur propter persecutionem, eo quod orthodoxa sententia sit simplex & aperta; quidam tamen Monachi audent absque ullo pudore ea facere, quæ propter necessitatem ab aliquibus securè fiebant. Quo fit, ut & â propriis tonsuræ locis recedant, & in civitatibus cum laicis versari non erubescant; hoc prætextu utentes, quod à Monachis, qui eos præcesserunt, multa ejusmodi facta sint. Et quoniam hoc Monachorum inobedientiam arguit, & monasteriorum constitutionem evertit, statuit Synodus, tam eum qui à monasterio in quo constitutus est aufugit, & in altero monasterio susceptus est, quam ipsum etiam Præfectum, qui eum suscepit segregatos esse, donec Monachus qui aufugit ad proprium monasterium revertatur. Et hæc quidem quando absque Episcopali scientia aliquid hujusmodi factum sit. Si autem ejus regionis Episcopus intellexerit; hoc (verbi gratia) monasterium pios & religiosos Monachos non habere, nec propriis actionibus aptos ut ad salutem alios traducant, & utile esse judicaverit, ut hic videlicet Monachus à monasterio, in quo tonsus est, in aliud transferatur, vel etiam ad secularis domus administrationem propter eorum qui in ipsa habitant salutem, collocetur, vel aliquo alio in loco præficiatur, hoc fiet sine ullo impedimento: utpote cum nec Monachis, nec iis qui illos suscipiunt, debeat ullum præjudicium afferri. Hæc cum ita se habeant, dixerunt quidam hæc adversari iis quæ lxxx. can. Carth. Syn. statuta sunt, quibus cavetur, ut qui tale quid facit Epi-

Digitized by Google

ſcopus,& Monachum ex alieno monaſterio ſuſcipit, & ipſum vel Clericum vel Præfectum facit, à cæterorum fratrum communione ſeparetur,&ſit proprii populi communione contentus: Monachus autem nec ſit Clericus nec Præfectus. Sed non ſunt, ut mihi videtur, contraria. Ille enim canon punit Epiſcopum, qui quemcunque Monachum ex aliena regione ſuſcipit, & eum vel Clericum facit, vel monaſterio quod ad ſe pertinet præficit, ſine prioris ipſius Epiſcopi ſcientia. Similiter Monachum quoque punit. Hic autem præſens canon permittit Epiſcopo, ut ex duobus tantum ad ſe pertinentibus monaſteriis faciat Monachorum tranſlationes, prout ei viſum fuerit. Scias autem, quod tempore Patriarchæ domini Lucæ ſynodale decretum factum eſt, ut ſine præjudicio conſtituantur Præfecti in monaſteriis Patriarchæ regioni ſubjectis, quæ non habent Monachos idoneos ut præſint, ex altero monaſterio quod eſt ejuſdem regionis: etiamſi ſtatuta eorum caveant, ne qui in externo monaſterio tonſus eſt, fiat eorum Præfectus. Quod autem à canone definitum eſt, ut in ſeculari domo, vel in aliquo alio loco, Monachus virtute præditus, qui quidem ei ſubjectus eſt, ad eorum qui ibi ſunt ſalutem, ab Epiſcopo collocetur, ne novum tibi videatur. Sacris enim & divinis Canonibus ſolius animæ hominum ſalutis cura eſt, & nullius alius. Qui ergo vitam ex Dei præceptis inſtituit, à loco non lædetur: ſed & eis qui unà ſunt admodum proderit. Quidni ergo fiet ex canone? Propter hanc enim cauſam ipſe quoque ſanctiſſimus Patriarcha dominus Lucas permiſit Monacho & Sacerdoti illi domino Macario Hieroſolymitano perpetuo verſari cum beatæ memoriæ imprimis nobiliſſimo Logotheta curſus domino Michaële Agiotheodorito, & una cum eo in præſidio verſari, & ſcribarum officio fungi. Nota ergo, quod ſuaſione & probatione Epiſcopali, multo autem magis regia, & Monachi & Clerici ſine præjudicio facient, quæ iis præmiſſa fuerit, cujuſmodicunque ea ſint.

μοναχὸν, καὶ ποιοῦντα αὐτὸν κληρικὸν ἢ καθηγούμενον, ἀπὸ τῆς τῶν λοιπῶν ἀδελφῶν κοινωνίας χωρίζεσθαι· καὶ τῇ τοῦ ἰδίου λαοῦ κοινωνίᾳ ἀρκεῖσθαι· ὁ δὲ μοναχὸν μηδὲ κληρικὸν εἶναι μηδὲ καθηγούμενον. Ἀλλ' οὐκ εἰσὶν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἐναντία. ἐκεῖνο μὲν γὰρ ὁ κανὼν κωλύει τὸν Ἐπίσκοπον τὸν ἀπὸ ἀλλοτρίας ἐνορίας δεχόμενον οἱονδήποτε μοναχὸν, καὶ καθιστῶντα τοῦτον πρὸς κλήρωσιν ἢ ἡγούμενον μονῆς ἀφαιρεθέντος αὐτοῦ, χωρὶς εἰδήσεως τοῦ προτέρου Ἐπισκόπου αὐτοῦ. ὡσαύτως πυνθάνεται καὶ τὸν μοναχὸν, ὁ δὲ πάντων ἐγχωρεῖ τῷ Ἐπισκόπῳ, ἀπὸ τῶν δύο ἀφαιρεθησῶν αὐτῷ μεταθέσεως ποιεῖν μοναχῶν κ.τ.λ. ὃ δόξαν τούτῳ. γίνωσκε δὲ, ὅτι γέγονε καὶ σημείωμα συνοδικὸν ὑπὸ τῆς ἐφημερείας τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυροῦ Λουκᾶ, χάριν τοῦ ἀποκριματικῶς καθηρημένου εἰς μοναστήρια ὑποκείμενα τῇ ἐνορίᾳ τοῦ πατριάρχου, μὴ ἔχοντα ἡγουμένους εἰς προεστάναι μοναχοὺς, ἀπὸ ἑτέρας μονῆς ἔσης ἐκ τῆς αὐτῆς ἐνορίας, κἂν τὰ τυπικὰ τούτων διορίζοντα ξενοκρινεῖσθαι μὴ γίνεσθαι καθηρημένον. Ὃ μήτοι γοῦν τοῦ ἡγούμενον διορισθῆναι δεῖ ὃ καταζητεῖται εἰς κοσμικὸν καταγώγιον ἢ ἄλλο τοῦ δὲ Ἐπίσκοπον μοναχόν τινα ἐνάρετον, ὑποκείμενον αὐτῷ, διὰ ψυχικὴν σωτηρίαν τῶν ἐν αὐτῇ, μὴ δόξῃ σοι καινόν. τοῖς γὰρ ἱεροῖς καὶ θείοις κανόσι μόνης τῆς ψυχικῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας ἐμέλησε, καὶ ἑτέρᾳ πρόνοια οὐδενός. ὁ γοῦν κύριος θεὸν ἀναφερόμενον, ἀπὸ τοῦ τόπου οὐ βλαβήσεται· ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐκεῖ αὐτῷ ὠφελήσει τὰ μέγιστα. ἵνα τί γοῦν οὐ χρήσεται κύριος καὶ κανόνα; διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ αὐτὸς ἁγιώτατος πατριάρχης κυρὸς Λουκᾶς ἐπέτρεψε τῷ μοναχῷ καὶ ἱερεῖ ἐκείνῳ κυρῷ Μακαρίῳ τῷ Ἱεροσολυμίτῃ διηνεκῶς μετὰ τοῦ μακαρίτου θεολογωβελλισιμοτάτου καὶ λογοθέτου τοῦ δρόμου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Ἀγιοθεοδωρείτου, καὶ συνταξιδεύειν μετ' αὐτοῦ, καὶ τὰ τῆς γραμματικῆς ἐνεργεῖν. σημειωσαι οὖν, ὅτι κατὰ θεσμοὺς καὶ δοκιμασίαν ὑποκοπικὴν, πολλῷ μᾶλλον κατὰ βασιλικὴν, καὶ μοναχοὶ καὶ κληρικοὶ ἀποκειματικῶς ἐνεργήσουσι τὰ τούτοις ὑποκείμενα, οἷα ἂν καὶ ὦσιν.

Zonar. Quo tempore hæreſis Iconomachorum regnabat, cum omnes alii, qui ſacras imagines colerent, tum in primis Monachi, conquiſiti, ac in eos præcipuè pœnis ſævitum eſt. Proinde ſuis monaſteriis relictis, vel in alia ſeſe monaſteria deliteſcendi cauſa contulerunt, vel ad privatorum quoq; ædes ac domicilia deflexerunt. Sed hoc factum, tunc quidem, inquiunt Synodi Patres, & rei honeſtate & temporis opportunitate beatos homines efficiebat: nunc vero abſque ratione conſilioque uſitatum, omnium irriſione haud immerito excipitur. Jam enim hereſis tempeſtate ſedata ſuaq; pietati reddita libertate, adhuc tamen è monaſteriis ſe ſubducentes, inſtar fluenti quod conſiſtere ac contineri non poſſit, ſeſe huc illuc elutriant & effundunt, ac monaſteria multo dedecore ac deformitate complent. Ad monaſteriorum quippe honeſtatem ac decus pertinet, ut in ſua ſtatione eorum alumni quiete degant, neq; perpetuo huc illuc vagi & incerti ferantur. Multum vero ſecum petulantiæ, inquit, adducunt, hoc eſt, petulanter agentes monaſteriis inferunt. Verum jucundam illis eam eſſe petulantiam, verbo κωμάζειν uſurpato voluit indicare. Eſt namque κωμάζειν, vinum, adhibito tibiarum ac citharæ ſono & cantibus, bibere. Quemadmodum igitur illi, inquiunt, hoc pacto bibentes lætantur: ita iſtis quoque ignominia eſt voluptati. Obedientiæ præterea honeſtatem omnem diſtrahunt, atque diſperdunt. Cum enim ex univerſa fratrum multitudine unum quaſi corpus efficiatur, ac illius ex obedientia honeſtas omnis ac ſplendor exiſtat, quicunque ab illa deſciſcunt, ſplendorem illum omnem honeſtatemque diripiunt, univerſumque corpus ſocietatis lædunt. Propterea quicunque, inquiunt, è ſuis monaſteriis aufugerint, ſive in alia monaſteria incidant, ſive ſecularibus ſeſe habitaculis immiſerint, tam ipſos, quam eos à quibus recepti fuerint, donec ad ſua monaſteria qui fugerant revertantur, ſancta Synodus ſegregatos eſſe decernit. Quod ſi ejus loci Epiſcopus nonnullos è Monachorum

ΖΩΝΑΡ. Τῆς τῶν εἰκονομάχων ὑπερεστώσης αἱρέσεως καὶ πάντες μὲν οἱ τῶν σεπτῶν εἰκόνων θεομισηταὶ καὶ ἐζητοῦντο ἐκολάζοντο, πολλῷ δὲ πλέον οἱ μοναχοί. διὸ καταλιμπάνοντες τὰ ἑαυτῶν μοναστήρια, ἢ εἰς ἕτερας ἀπεσθμὰς μονὰς, ἐκεῖσε κρυπτόμενοι, ἢ καὶ εἰς κοσμικὰς οἰκίας μετεπίπτον. Ἀλλὰ τοῦτό, φασιν οἱ τῆς συνόδου πατέρες, μακρείου μὲν τότε ἐποίει, καλῶς νενόμισται καὶ κατὰ καιρόν· νυνὶ δὲ εἰς ἔθος νενόμισται ἄλογον, καταγελᾶσθαι τοὺς πάσχοντας αὐτὸ τιθησι. τὸ γὰρ αἱρέσεως ἀπαλλάττεσθαι, καὶ τὸ εὐσεβείας παῤῥησίαν λαβέσθαι, καὶ πάλιν τὸ οἰκείων ὑποχωρεῖν μονῶν, οὐδὲ κατὰ μικρὸν μεταβάλλονται, καθάπερ τι ῥεῦμα μὴ δυνάμενον καταχεῖσθαι, καὶ μεταῤῥέουσι, καὶ πολλῆς ἀκοσμίας πληροῦσι τὰ μοναστήρια. κόσμος γάρ ἐστι τῶν μονῶν τὰ τοὺς ζοφίμους αὐτῶν ἐν ἡσυχίᾳ διάγειν, καὶ σεμνὴν αὐτὰς, μηδὲ συνεχῶς φοιτᾶν. πολλῷ δὲ τὸ αἰσχίστως ἑαυτοὺς συμπομπάζουσι, τυτίσιν αἰσχίστως εἰσφέρουσιν. ἵνα γὰρ δείξῃ τις, ἡδέως αὐτοὺς φησὶ τὴν ἀταξίαν διακεῖσθαι, τῇ λέξει τὸ κωμάζειν ἐχρήσατο. κωμάζειν γάρ ἐστι τὸ μετ' αὐλῶν καὶ κιθάρας καὶ ᾠδῶν πίνειν. ὡς γοῦν οἱ οὕτω πίνοντες ἥδονται, καὶ ὅμοιον τρόπον, φασὶ, καὶ οὗτοι σφὰς τὴν ἀτιμίαν ἡδέως διακεῖνται, καὶ τῆς ὑποταγῆς τὸ σεμνὸν διασώσωσι καὶ καταλυμαίνονται. ἓν γὰρ σῶμα τῆς ἀδελφότητος ὄντος, τῆς ὑποταγῆς σεμνότης καὶ καύχημα, οἱ ἐκ ταύτης ἀποῤῥηγνύμενοι διασώσουσι τὸ σεμνεῖον αὐτῶν καὶ εἰς λύμην τοῦ ὅλου σώματος γίνονται. διὸ, φασιν, ὥρισεν ἡ ἁγία Σύνοδος, τοὺς τῶν ἰδίων μονῶν ἐκδιδράσκοντας, κἂν εἰς ἕτερα μεταπέσωσι μοναστήρια, κἂν εἰς κοσμικὰ εἰσκωμάσωσι καταγώγια, κἀκείνους καὶ τοὺς ὑποδεξαμένους αὐτοὺς ἀφωρισμένους εἶναι, ἕως ἂν ἐπανέλθωσιν οἱ ἀποφυγόντες εἰς τὰ οἰκεῖα μοναστήρια. εἰ δὲ ὁ κύριος χώρας Ἐπίσκοπος τινὰς τῶν μοναχῶν

Digitized by Google

ἐπ' ἀρετῇ μαρτυρουμένους συνίδῃ εἰς ἕτερον μονὴν ὅπῃ καλασῴ αὐτῆς καὶ ὠφελείᾳ τῇ ἐν αὐτῇ μεταγαγεῖν, ἢ καὶ εἰς κοσμικὴν οἰκίαν δοκιμάσῃ καλασῆσαι, ἢ ἀλλοχόσε εὐδοκήσῃ ὑπῆσαι, οὔτε οἱ μοναχοὶ, οἱ ὕστερον μεταπεμφθέντες, οὔτε οἱ τούτοις δεχόμενοι, τῇ ἀφορισμῷ ὑποκείσονται.

A numero ſpectatæ virtutis, ut in aliud monaſterium ad res monaſterii conſtituendas, quique in eo degunt juvandos, tranſcribere, aut in hominis privati cujuſpiam domicilio conſtituere, aut ubivis demum collocare opportunum exiſtimaverit, nec Monachos, quibus ea mutandæ ſedis cauſa fuerit, nec qui eoſdem receperint, pœna illa ſegregationis afficiet.

ΑΡΙΣΤ. Εἴ τις μοναχὸς τὸ ἰδίας ἀποδράσας μονῆς, ἢ εἰς ἕτερον μεταπέσοι μοναστήριον, ἢ εἰς κοσμικὴν εἴσκομιδὸν καλαγώγιον, αὐτός τε, καὶ ὁ ὑποδεξάμενος, ἀφορίζέσθω, ἕως ἐπανέλθοι. ὁ δὲ παρ' ἐπισκόπου ὁποδήποτε καλασεὶς, ἀναιτίατος.

B

ARIST. *Si quis Monachus, proprio relicto monaſterio, ſive ad aliud monaſterium tranſmigraverit, ſive in ſeculare habitaculum petulanter ſe contulerit, ſegregetur tam ipſe, quam qui ipſum ſuſcepit, uſque dum reverſus fuerit. Qui vero ab Epiſcopo quocunque loco conſtitutus eſt, culpa vacat.*

ΚΑΝΩΝ. ε'.

Τὰς ἀκρίτους καὶ ἀδοκιμάστους ἀποταγὰς ὅτι πολὺ τῷ μοναχικῷ συνταξίδῳ λυμαινομένας εὑρίσκομεν. εὐκόλως γάρ τινες εἰς τὸν μονήρη βίον ἑαυτοὺς ἐπιῤῥίπτοντες, καὶ πρὸς ὃ τραχὺ καὶ ἐπίπονον καὶ ὀλιγωροῦντες τῆς ἀσκήσεως, ὅτι τὸν φιλόσαρκον καὶ ἡδονικὸν βίον ἀθλίως πάλιν ἐπαναστρέφουσιν. ὥρισεν οὖν ἡ ἁγία σύνοδος, μηδένα τῷ μοναχικῷ καταξιοῦσθαι σχήματος, πρὶν ἂν ὁ τῆς ἡλικίας χρόνος εἰς πεῖραν αὐτοῖς ἀφεθεὶς, δοκίμους αὐτοὺς καὶ ἀξίους τῆς τηλικαύτης βιοτῆς ἐπιδείξῃ. καὶ τοῦτο κρατεῖν πάντῃ τρόπῳ παρεκελεύσατο, πλὴν εἰ μήπω τις βαρεῖα περιπεσοῦσα νόσος, ἢ χρόνον ἀναγκάσῃ συγκαλυῦαι τῆς δοκιμασίας, ἢ εἰ μή πω τις εἴη ἀνὴρ εὐλαβὴς, καὶ ἐν τῷ κοσμικῷ βίῳ μοναχικὸν βίον ἐν τῷ κοσμικῷ σχήματι. ὅτι γὰρ τοῦ τοιούτου ἀνδρὸς εἰς ἀπόπειραν πάντως καὶ ὁ ἐξαμηνιαῖος ἀρκέσει χρόνος. εἰ δέ τις παρὰ ταῦτα διαφερόξεται, ἐν μὲν ἡγούμενον τῆς ἡγουμενείας ἐκπίπτοντα, παιδείᾳ τῆς ἀταξίας τῷ ἐν ὑποταγῇ διαγωγῷ ἐφυείσῃ· ἐν δὲ μοναστήρια ἐν ἑτέρᾳ μονῇ τῷ μοναχικῷ ἀκρίβειαν φυλατθέσῃ παραδίδοσθαι.

CANON V.

Quæ temerè & ſine judicio ac probatione fiunt renunciationes, bono monaſtico ordini magnum afferre incommodum invenimus. In monaſticam enim vitam ſe facile injicientes nonnulli, & ad aſperam & laborioſam exercitationem ſe ſegniter gerentes, ad carnalem & voluptariam vitam rurſus miſerè revertuntur. Propterea ergo ſtatuit ſancta Synodus, ut monaſtico habitu dignè nulli putentur, priuſquam triennii tempus ad experientiam eis relictum probatos eos eſſe & tali vita dignos oſtenderit. Et hoc omni modo obſervari præcepit, præterquam ſi gravis aliquis morbus incidens probationis tempora contrahi coegerit: vel niſi quis alicunde vir religioſus ſit, & vitam monaſticam in habitu ſeculari peragat. Tali enim viro ad abſolutam experientiam tempus ſemeſtre ſufficiet. Si quis autem præter hæc fecerit, Præfectus quidem præfectura excidens perperam obſervati ordinis correctionem, in obedientia & ſubjectione converſationem, inveniat: qui eſt autem in alio monaſterio Monachus, alii monaſterio tradatur, quod monaſticam diſciplinam accurate perfecteque obſervet.

ΒΑΛΣ. Πολλάκις τινὲς, φασὶν οἱ πατέρες, διὰ θλῖψιν, ἢ ἑτέραν ὀλιγωρίαν τινὰ, τὸν μονήρη βίον προπετῶς ὑποδυόμενοι, καὶ μὴ δυνάμενοι καρτερῆσαι τὸ ἔπιπονον τῆς ἀσκήσεως, μεταμέλονται, καὶ πρὸς τὴν προτέραν κοσμικὴν διαγωγὴν κακῶς ὑποστρέφουσιν. ὥρισαν οὖν, μηδένα καταξιοῦσθαι τοῦ μοναχικοῦ σχήματος πρὸ δοκιμασίας καὶ κατηξιάσεως τῆς διαγωγῆς τοῦ ζητουμένου. ἀλλὰ δεῖ τριετίαν δοκιμάζεσθαι, καὶ ὕστερον λαμβάνειν τὸ μοναχικὸν σχῆμα. τοῦτο γὰρ ἔστιν εὑρεῖν, αὐτός τε διὰ τὴν ὀλιγωρίαν οὐ μεταμεληθήσεται, ἀλλ' ὁλοψύχως τὸ μοναχικὸν ἀναδέξεται σχῆμα· καὶ εἰ μὲν ἀπαρέσκει, ἀποκριματίκως ἀναχωρήσει ἀπὸ τῆς μονῆς, καὶ πρὸς τὸν κοσμικὸν ὑποστρέψει βίον. καὶ ὁ καθηγούμενος, ἀπόπειραν λαβὼν ἀκριβῆ διὰ τοσούτου χρόνου τοῦ τότε ἀναστροφῆς, ἕν ἐκ τῶν δύο προέλῃ, δηλονότι ἢ ἀποκείρῃ αὐτὸν ὡς ἄξιον, ἢ ὑποστρέψῃ ὑποχωρῆσαι ὡς ἀδόκιμον· τοῦτο δὲ πρεκελεύσθημεν κρατεῖν εἰς τοὺς ὑμαίνοντας. εἰ γάρ τις διὰ νόσον βαρεῖαν θελήσει ἀποκαρῆναι, ἢ κωλυθήσεται διὰ τὸν χρόνον τοῦτο ποιῆσαι, ἀλλ' ἀπενθύδην μεταχηματισθήσεται. εἰ μέντοι βέλτιόν τις εὐλαβὴς μοναστὴν, καὶ ἀπὸ τοῦ ἐν τῷ κόσμῳ διαγωγῆς αὐτοῦ κρίνεται πρὸς τοῦτο ἄξιος, τοῦτον οὐκ δεῖ τριετῆ χρόνον, ἀλλ' ὅπῃ ἐξαμηνιαῖον δοκιμάζεσθαι χρή. διὸ τοὺς διὰ ταῦτα διαφερεξάμενον καθηγούμενον ὥστε ἐκπίπτειν ἀπὸ τῆς ἡγουμενείας, καὶ γίνεσθαι ὑποτακτικόν· ἀλλὰ καὶ τὸ ἀποκαρέντα παραδίδοσθαι εἰς ἑτέραν ἀκριβεστέραν μονήν. ταῦτα τοῦ κανόνος διορίζομένου, λόγος ἐγένετο περὶ διαφόρων καιρῶν, πρὸς τὸ πῶς ὀφείλουσι δοκιμάζεσθαι, οἱ τὸν μονήρη βίον ὑπολεξάμενοι. τινῶν γὰρ εἰσελθόντων εἰς μοναστήρια, καὶ ῥασοφορησάντων, ἴσως καὶ μὴ τριετίαν ἐν ναῷ, καὶ μεθωμοιωθέντων, καὶ ἁπλῶς μοναχὸς ἀναστρεφομένων ἐντός τε καὶ ἐκτὸς τῆς μονῆς· πρὸ ὧν τελεωθῆναι διὰ τῆς μοναδικῆς ἀποκάρσεως, μεταχηματισθέντων, καὶ εἰς κοσμικὴν ὑποστρεψάντων διαγωγὴν, ἔστι δ' ὅτε καὶ νομίμως γυναιξὶ συζευχθέντων,

D

BALS. *Nonnulli ſæpe, inquiunt patres, propter afflictionem, vel etiam per negligentiam aliquam, vitam monaſticam facile ſubeuntes, & exercitationis laborem ſufferre non valentes, pœnitentiam agunt, & ad priorem ſecularem vivendi rationem revertuntur. Statuerunt ergo, ne Monaſtico habitu dignus quis exiſtimetur, ante probationem & examinationem ejus qui ipſum petiit; ſed triennio probetur, & ſic monaſticum habitum accipiat. Hoc enim ita facto, nec ipſe propter negligentiam pœnitentia tangetur, ſed monaſticum habitum toto animo ſuſcipiet: aut ſi ei minus placet, citra ullum præjudicium à monaſterio recedet, & ad ſecularem vitam revertetur. Et Præfectus, qui certum ejus vitæ rationis periculum tanto tempore fecit, unum ex duobus eligat, vel ipſum ſcil. ut dignum tondeat, vel ut non idoneum recedere permittat. Hoc autem voluerunt in iis, qui ſani ſunt, valere. Nam ſi propter gravem morbum aliquis tonderi voluerit, hoc propter tempus facere non prohibebitur; ſed ſtatim monaſticum habitum accipiet. Si quis vero vir pius ac religioſus velit eſſe Monachus, & ex ejus in ſeculo vitæ agendæ ratione ad hoc dignus eſſe judicatur, non triennio ſed ſemeſtri tantum ſpacio eum examinare oportet. Præfectum autem, qui præter hæc fecerit, præfectura excidere ſtatuerunt, & ad obedientiam redigi: quinetiam eum, qui tonſus fuerit, exactiori tradi monaſterio. Hæc cum decernat canon, diverſis temporibus exorta eſt diſputatio, quomodo debent probari, qui vitam monaſticam elegerunt. Cum enim aliqui monaſteria ingreſſi, & raſa induti eſſent, forſan & cum Triſagio in templo, & nomen mutaviſſent, &, ut ſemel dicam, inſtar Monachorum, & intra & extra Monaſterium, verſarentur; antequam autem monaſtica tonſura perficerentur, ad priſtinum habitum & ſecularem vivendi rationem reverti, & nonnunquam etiam legitimo matrimonio conjuncti eſſent; dixerunt*

Digitized by Google

dixerunt quidam, eos nihil absurdum fecisse; sed in eorum esse potestate intra Canonicum triennium, ante tonsuram scilicet, monasterio egredi sine ullo præjudicio, & vestes quidem monachales exuere, seculares vero induere: quoniam Canon de iis decernit, qui ante triennium tondentur; non autem de iis qui probantur, & adhuc rasa gestant. Alii autem dicebant, quod Canon quidem monachalem habitum tonsuram vocat: non decernit autem debere fieri probationem cum monachalibus, eaque abjicere, & secularia induere, & secedere. Unde etiam apparet, debere eum, qui examinatur, cum vestibus laicis examinari. Qui enim semel amictum monasticum induit, ei non permittetur, ut heri quidem instar Monachorum in foro versetur, hodie verò instar Laicorum se theatricè venditet, & instar scenicorum sanctum habitum quodammodo ludificetur. Potius ergo cogetur vel invitus tonderi. Qui autem hæc dicebant, dictum suum confirmabant ex iii. capit. xi. tituli præsentis operis, sic circa initium dicentis; xiii. constitutio primi tituli novellarum dicit; quod qui vitæ incumbunt monasticæ, sive sint liberi sive servi, triennio prius perseverent Laicorum tonsu & vestitu utentes, & scripturas discentes, & suam fortunam confitentes, & causam cur Monachi esse velint; ne fortè mala sit, & admoneantur: & si triennio perseveraverint & monasterio digni visi fuerint, tunc tondeantur. Et ex hac novella, quæ est Justiniani, volebant, cum Laicis vestibus fieri probationem. Adjiciebant autem, quod quoniam xiii. cap. primi tituli iiii. lib. Basilic. quod quidem est lxiiii. cap. cxxiii. Justiniani novellæ, decernit, ut qui ausi fuerint Monachi vel Ascetriæ habitum imitari, & id instar scenicorum quovis modo illum illudere, corpore puniantur & exterminentur: multo autem magis punietur, qui vitam monasticam professus in monasterium ingressus est, & veste monachali indutus; si postea omni exuto pudore laicalem vestitum receperit. Alii autem dixerunt; quod qui rasa induti fuerint cum Trisagio, ad laicalem habitum redire non sinentur: qui vero absque eo habitum ceperunt, indistinctè intra triennium, monasticarum quidem vestium otium damnabunt; laicis autem induentur. Nam & mulieres, quæ defunctos viros lugent, atris vestibus ad tempus induuntur, & rursus sine periculo seculares induunt. Et hi quidem hæc dicunt. Pluribus autem & religiosioribus non videtur in ejus esse potestate, qui monasterium ingressus, &, quomodocunque se res habeat, nigris vestibus indutus est, & monastico more degit, habitum laicum resumere. Ipsi enim, inquiunt, licebat cum vestibus laicis spatio triennii probari: at quia vestes monasticas induit, cogetur suum vitæ propositum perficere; sin vero hoc ægre ferat, punietur, ut lex dicit in primo titulo iiii. lib. Quoniam autem audivi nonnullos queri de Præfectis, qui ad ipsos accedentes post probationes non tondent, & eâ in re præsentem Canonem veluti transgrediuntur; existimo, quod iii. cap. primi tituli iiii. lib. quod est iv. cap. cxxiii. Justiniani novellæ, hoc dubium solvit. Dicit enim; Si quis ad monasticam velit vitam accedere, jubemus, ut, si sit quidem notum eum nulli esse fortunæ subjectum, monasterii præfectus, quando hoc cognoverit, habitum illi præbeat: sin autem nescitur, an ulli sit fortunæ subjectus, intra tres annos monasticum habitum ne accipiat; sed intra dictum tempus, ejus vitæ conversationis, is qui monasterio præest, periculum faciat; & cætera. Quamobrem Præfectus rectè tondet accedentem ad eum, quando illum noverit; & probatio fit solum eorum de quibus dubitatur, servorum scilicet & reliquorum qui eodem capite continentur.

A εἶπόν τινες, μηδὲν αὐτοὺς ἀπεικὸς ποιῆσαι, ἀλλ' ἔχειν ἐπ' ἀδείας ἐντὸς τῆς κανονικῆς τριετίας, πρὸ τῆς ἀποκάρσεως δηλαδὴ, ἐξέρχεσθαι τῆς μονῆς ἀπροκριματίστως, καὶ ἀποτίθεσθαι μὲν τὰ μοναχικὰ ἄμφια, λαϊκὰ δὲ ἐνδύεσθαι· ὅτι καὶ ὁ κανὼν περὶ τῶν ἀποκειρομένων πρὸ τῆς τριετίας θεσπίζει, οὐ μὴν περὶ τῶν δοκιμαζομένων καὶ ἔτι ὄντων ῥασοφόρων. ἕτεροι δὲ εἶπον, ὡς ὁ κανὼν μὲν μοναχικὸν σχῆμα καλεῖ τὴν ἀπόκαρσιν· οὐ διορίζεσθαι δὲ τὴν δοκιμὴν γίνεσθαι μετὰ μοναχικῶν καὶ ῥίπτειν ταῦτα καὶ κοσμικὰ ἐνδύεσθαι καὶ ἀναχωρεῖν. τῷ τοι καὶ ἀναφαίνεται ὀφείλειν τοὺς δοκιμαζόμενον μετὰ λαϊκῶν ἀμφίων δοκι-
B μάζεσθαι. ὁ γὰρ ἅπαξ τὰ μοναχικὰ ἐνδυσάμενος, οὐ παραχωρηθήσεται, σχὲς μὲν κατὰ μοναχοὺς ἐπὶ ἀγορᾶς ἀναστρέφεσθαι, σήμερον δὲ κατὰ λαϊκοὺς θεατρίζεσθαι, καὶ οἷον ἐμπαίζειν κατὰ σκηνικοὺς τὸ ἅγιον σχῆμα. μᾶλλον μὲν οὖν ἀναγκασθήσεται καὶ ἄκων ἀποκαρῆναι. λέγοντες δὲ ταῦτα κατεσκεύαζον τοὺς λόγον αὐτῶν ἀπὸ τοῦ γ'. κεφ. τοῦ ια'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, λέγοντος περὶ τὰς ἀρχὰς οὕτως· ἡ δὲ ιγ'. διάταξις τοῦ α'. τίτλου τῶν νεαρῶν φησιν, ὅτι οἱ παραμένοντες εἰς μονήρη βίον, εἴτε ἐλεύθεροι εἴτε δοῦλοι, πρότερον τριετίαν προσκαρτερείτωσε, κουρᾷ τε καὶ ἐσθῆτι χρώμενοι τῶν λαϊκῶν, καὶ τὰς γραφὰς μανθάνοντες, καὶ τὴν
C τύχην αὐτῶν ὁμολογοῦντες, καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ θέλειν μονάσαι, μήποτε πονηρά ἐστι, καὶ νουθετείσθωσε· καὶ εἰ προσκαρτερήσουσι τὴν τριετίαν καὶ ἄξιοι φανῶσι τοῦ μονάσαι, τότε κειρέσθωσε. καὶ ἤθελον ἐκ ταύτης νεαρᾶς, οὔσης Ιουστινιανείου, τὴν δοκιμὴν γίνεσθαι μετὰ λαϊκῶν ἀμφίων. προσετίθουν δὲ ὡς ἐπεὶ τὸ ιγ'. κεφ. τοῦ α'. τίτλου τοῦ δ'. βιβλίου τῶν βασιλικῶν ὅπερ ἐστὶ κεφάλ. ξδ'. τῆς ρκγ'. Ιουστινιανείου νεαρᾶς, διορίζεται τοὺς τολμήσαντας μιμήσασθαι σχῆμα μοναχοῦ ἢ ἀσκητρίας, καὶ κατὰ σκηνικοὺς ἐμπαῖξαι τοῦτο οἱῳδήτινι τρόπῳ, σωματικῶς τιμωρεῖσθαι καὶ ἐξορίζεσθαι· πολλῷ δὲ πλέον κολασθήσεται ὁ ἐπαγγελάμενος μοναδικὴν διαγωγὴν, καὶ
D εἰς μοναστήριον ἀπελθὼν, καὶ μοναχικὴν ἐσθῆτα περιβαλλόμενος, ἐὰν ὕστερον ἀνερυθριάστως εἰς λαϊκοὺς μεταχηματισθῇ. ἄλλοι δὲ εἶπον, ὡς οἱ ῥασοφορήσαντες μετὰ τρισαγίου οὐ παραχωρηθήσονται μεταχηματισθῆναι εἰς λαϊκούς· οἱ δὲ χωρὶς τούτου μεταχηματισθέντες, ἀδιαστίκτως ἐντὸς τῆς τριετίας, τῶν μὲν μοναχικῶν ἀμφίων σχολὴν καταψηφίσονται, ἐνδυθήσονται δὲ λαϊκά. ὅτι καὶ γυναῖκες πενθοῦσαι τοὺς ἀποβεβιωκότας ἄνδρας αὐτῶν μελανειμονοῦσιν ἐπὶ καιρὸν, καὶ ἀκινδύνως αὖθις τὰ κοσμικὰ περιτιθέαντο. καὶ αὐτοὶ μὲν ταῦτα. τοῖς πλείοσι δὲ καὶ εὐλαβεστέροις οὐ δοκεῖ τὸ ἔχειν ἐπ' ἀδείας τοὺς εἰσελθόντα εἰς μοναστήριον, καὶ, ὡς ἂν ἔχῃ τὸ πρᾶγμα, μελανειμονήσαντα καὶ κατὰ μοναχοὺς
E διατρίβοντα, μεταχηματισθῆναι εἰς λαϊκούς. ἐξὴν γάρ, φασιν, αὐτῷ μετὰ λαϊκῶν ἐσθήτων δοκιμασθῆναι κατὰ τοὺς τῆς τριετίας καιρόν· ἐπεὶ δὲ μοναχικὰ ἐνεδύσατο, ἀναγκασθήσεται πρατῶσαι τὴν οἰκείαν πρόθεσιν· εἰ δὲ πρὸς τοῦτο ἀποδυσπετήσει, τιμωρηθήσεται, καθὼς ὁ νόμος φησὶν ἐν τῷ α'. τίτλῳ τοῦ δ'. βιβλίου. ἐπεὶ δὲ ἤκουσα τινῶν μεμφομένων τοὺς καθηγουμένους, τοὺς μὴ μετὰ δοκιμασίαν ἀποκείροντας τοὺς προσερχομένους αὐτοῖς, καὶ κατὰ τοῦτο παραβαίνοντας ὡσανεὶ τοὺς παρόντα κανόνα, νομίζω, ὅτι τὸ γ'. κεφ. τοῦ α'. τίτλου τοῦ δ'. βιβλίου, ὅπερ ἐστὶ δ'. κεφάλ. τῆς ρκγ'. Ιουστινιανείου νεαρᾶς, λύει καὶ τὸ τοιοῦτον ἀμφίβολον. φησὶ γὰρ, εἴτις δὲ εἰς μο-
F ναχικὸν βίον ἐλθεῖν βουληθείη, κελεύομεν, ἵνα, εἰ μὲν γνώρισμός ἐστιν ὅτι εὐδεμιᾷ τύχῃ ὑπόκειται, ὁ ἡγούμενος τοῦ μοναστηρίου, ὅτε συνίδῃ, τὸ σχῆμα αὐτῷ παράσχῃ· εἰ δὲ μὴ γνωρίζεται, εἰ οἱᾳδήποτε ὑπόκειται τύχῃ, ἐντὸς τριῶν ἐνιαυτῶν μὴ λαμβάνειν αὐτὸν τὸ μοναχικὸν σχῆμα, ἀλλ' ἐντὸς τοῦ εἰρημένου χρόνου ἀποκειράσθω τῆς τούτου ἀναστροφῆς ὁ τοῦ μοναστηρίου ἡγούμενος· καὶ τὰ ἑξῆς. ὥστε καλῶς ὁ καθηγούμενος ἀποκείρῃ, ὅτε συνίδῃ, τὸν προσελθόντα αὐτῷ, καὶ ἡ δοκιμασία γίνεται εἰς μόνους τοὺς ἀμφιβόλους, δούλους τυχὸν, καὶ λοιποὺς τῷ αὐτῷ κεφαλαίῳ περιεχομένους.

ΖΩΝΑΡ.

Digitized by Google

ΖΩΝΑΡ. Ὁ πρὼν κληρικὸν οὐδένα βούλεται ἀποκείρεσθαι, πρὶν ἢ δοκίμιον ἑαυτῷ δώσῃ. τινὲς γάρ, φησι, προπετῶς εἰς τὸν μοναχικὸν βίον ἑαυτοὺς ἐπιῤῥίπτοντες, ἀντὶ τοῦ ἐ μετὰ κρίσεως, ἀλλ' ἀπροσέκτως εἰσωθοῦνται. ὥσπερ γὰρ τὸ ῥιπτούμενον οὐκ εὐκόσμως, ἀλλ', ὡς ἔτυχε, κεῖται· οὕτω καὶ κεῖνοι ὡς ἐῤῥιμμένοι εἰσὶ, καὶ ἐ κατὰ κόσμον καὶ τάξιν διάγουσιν. ἀπαγορεύοντες γὰρ ταῖς ὀρεξαῖ καὶ ἐπίπονον τῆς ἀσκήσεως πάλιν ἐπὶ τὸν φιλόθεον καὶ φιλήδονον βίον ἐπανατρέφουσι. διὸ ἵνα μὴ ταῦτα γίνωνται, ὥρισεν ἡ συνοδος ἐπὶ τριετίαν δοκιμάζεσθαι τοὺς προσερχομένους ἐπὶ τὰ μοναστήρια. καὶ ὅπερ διὰ τοῦ τοσούτου χρόνου δῶσι πεῖραν ἑαυτῶν, καὶ δόκιμοι φανῶσι καὶ ἄξιοι τοῦ μοναχικοῦ βίου, τότε τοῦ σχήματος αὐτοὺς ἀξιοῦσθαι, εἰ μήπου τις ἐν τῷ μέσῳ συμβαίη βαρεῖα νόσος, καὶ θάνατον ἀπειλοῦσα· τότε γὰρ ὁ τῆς δοκιμασίας καιρὸς συναλίσεται. εἰ δέ τις ἀνὴρ προσέλθοι εὐλαβὴς, καὶ ἐν τῷ κόσμῳ ἐπὶ μοναχὸς ζῶν, καὶ δῆλος καθεστὼς ἦ, καὶ ὁ θεοφιλὴς τῆς αὐτοῦ βιοτῆς πληκαῦτα εἰς ἀπόκειραν αὐτοῦ καὶ δοκιμασίαν ἡ Συνοδος ἀρκοῦντα ἐδοκίμασε τὸν ἑξαμηνιαῖον χρόνον. ἀλλ' ἔνιοι τῶν ἡγουμένων νεωτὶ τὰ οἰκεῖα θελήματα πρὸ τῶν κανόνων πιθέσι, καὶ τοὺς μὲν ἅρπι ἐπιδημήσαντας αὐτίκα κείρουσι, τοὺς δ' ἐ μετὰ βραχείας ἡμέρας, καὶ ταῦτα ἀνθρώπους ὑδὲ ὅπως ἔχει μοναχικὸν εἰδότας ἐπάγγελμα· καὶ οὐδὲ τὸ ἐπίμονον τοῦ κανόνος ἀνασέλλει αὐτοὺς τῆς ἀλόγου ὁρμῆς αὐτῶν, ὅπερ ἔχει τῆς ἡγουμενείας ἔκπτωσις, καὶ εἰς ὑποταγὴν αὖθις ἀναγόφη διὰ παιδείαν τῆς ἀταξίας. ὁ δ' ἀκρίτως μονάσαντα καὶ διὰ τοῦ τεταγμένου καιροῦ, ὁ κρίνων εἰς ἑτέραν κελεύει μονὴν μεταδίδοσθαι μοναχικὴν πρᾶξιν ἀκρίβειαν.

A ZONAR. Neminem hic Can. nisi prius experimento probatum, tonderi sinit. Quidam enim, inquit, sese temerario impetu in monasticã vitam projicientes, hoc est, non judicio adhibito, sed inconsulte prorsus in id vitæ genus immittentes. Ut enim res projecta non compositè jacet, sed ut accidit: sic & illi tanquam projecti quidam homines sunt, vitamq; nulla honestatis aut ordinis habita ratione traducunt. Deficientes namq; animo, & monasticæ disciplinæ asperitati ac laboribus succumbentes, ad vitam mollem rursus voluptariámq; revertuntur. Quamobrem hæc in posterum ne fiant, triennii spatio Synodus eos, qui ad monasticam vitam accesserint, probandos esse decernit. Ac si quidem tam longi temporis experimento probati appareant, seque dignos, qui ad illud vitæ genus admittantur, ostendant, tum demum habitum illis monasticum (nisi gravis ægritudo, ex qua vitæ quoq; periculum impendeat, medio illo tempore supervenerit, tunc enim contrahi probationis spatium licebit) concedi placet. Quòd si tamen vir aliquis religione ornatus, quique inter seculi turbas Monachorum more vitam agat, qui & ipse cognitus, & pietate sit egregi perspecta, Monachorum institutum amplecti velit, ad ejus experimentum ac probationem satis longum sex mensium intervallum Synodus esse declaravit. Sed nunc quidem Præfectorum aliqui voluntatum suarum studia auctoritati Canonum anteponunt; ac alios quidem illico advenientes, alios paucis interjectis diebus, & vero totius monasticæ professionis ignaros detondent: nec eos saltem pœnæ à Canone inflictæ metus ab impetu temerario deterret; quæ quidem est hæc, ut præfectus præfecturâ excidat, rursusque ad castigandam petulantiam obedientiæ addicatur. Qui vero Monachorum ordini, nullo delectu habito, nec expectato temporum intervallo, adscriptus est, in aliud monasterium, in quo disciplinæ diligens observatio vigeat, Canon transmittendum esse decernit.

B C

ΑΡΙΣΤ. Μηδεὶς ἀξιούσθω τοῦ μοναχικοῦ σχήματος, εἰ μὴ τριετίαν δοκιμασθείς, ἄξιος ἀναφανείη, πλὴν εἰ μὴ βαρεῖα νόσος καὶ χρόνον συγκόψῃ· καὶ εἰς ἄνδρα ὃν εὐλαβῆ, καὶ τοῦ μοναχικοῦ ζῶντα, ἀρκέσει ὁ ἑξαμηνιαῖος χρόνος. εἰ δ' ἄρα τοῦτο γένοιτο, ἐκπεσεῖται μὲν τῆς ἡγουμενείας ὁ ἡγούμενος, καὶ εἰς ὑπολαγὴν ἔσται· ὁ δὲ μονάσας, εἰς ἀκριβὲς μοναστήριον ἀπενεχθήσεται.

D

ARIST. *Nemo monastico habitu dignus habeatur, nisi qui triennio probatus, dignus appareat; nisi gravis forsitan morbus tempus contraxerit: ad hominem verò pium, & Monachorum more se gerentem, semestre spatium sufficiet. Si quid autem præter hac factum fuerit, Præfectus quidem præfecturâ excidet, & in subjectionem detrudetur; Monachus autem in accuratum monasteriũ transmittetur.*

ΚΑΝΩΝ ϛ'.

Οἱ μοναχοὶ οὐδὲν ἴδιον ὀφείλουσιν ἔχειν, πάντα δὲ τὰ αὐτῶν προσκληροῦσθαι τῷ μοναστηρίῳ. φησὶ γὰρ ὁ μακάριος Λουκᾶς περὶ τῶν εἰς Χριστὸν πιστευόντων, καὶ τὸν τῶν μοναχῶν πολιτείαν ἀπαραποιήτων, ὡς οὐδεὶς τι τῶν ὑπαρχόντων ἔλεγεν ἴδιον εἶναι, ἀλλ' ἦν αὐτοῖς ἅπαντα κοινά. διὸ τοῖς ἐνθένδε μονάζειν ἄδεια δίδοται περὶ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς διατίθεσθαι πρόσωπον, καὶ οἷς ἂν βούλοιντο προσώποις, μὴ κεκωλυμένοις ὑπὸ τοῦ νόμου, τὰ αὐτῶν μεταπέμπεσθαι. μὴ γάρ τοι ὁ μονάσας, τῶν προσόντων αὐτοῖς ἁπάντων ὁ μοναστήριον ἔχει τὸν κυριότητα, καὶ ἔσται περὶ τῶν οἰκείων φροντίζειν ἢ διατάσεσθαι τούτοις ὅπερ χωρεῖ. εἰ δέ τις φωραθείη κτῆσίν τινα, ἥτις οὐκ ἀπεκληρώθη τῷ μοναστηρίῳ, ἰδιοποιούμενος, καὶ φιλοκτησίας πάθει δυλούμενος, ταύτην μὲν διὰ τοῦ ἡγουμένου ἢ τοῦ Ἐπισκόπου ἀναλαμβάνεσθαι, καὶ πολλῶν παρουσίᾳ πιπρασκομένην πτωχοῖς καὶ ἀπόροις διανέμεσθαι. ὃ δέ γε τὸν τοιαύτην κτῆσιν, καθὼς παλαιὸν Ἀνανίαν, ὑποσυλᾶν μελετήσαντα τῷ θεοπνεύστῳ ὅπερ μὲν ἡ ἁγία Συνοδος ὥρισε σωφρονίζεσθαι. δῆλον δὲ, ὡς ἅπερ καὶ μοναζόντων ἀνδρῶν ἡ ἁγία συνοδος ἐκανόνισε, ταυτὰ καὶ περὶ μοναζουσῶν γυναικῶν κρατεῖν ἐδικαίωσεν.

E

ϛ. CANON VI.

Monachi nihil debent habere proprium: sed omnia eorum monasterio adscribuntur. Dicit enim beatus Lucas de iis qui credunt in Christum, & Monachorum institutionem describunt, quòd nemo quidquam eorum, quæ aderant, proprium esse dicebat; sed erant illis omnia communia. Et ideo iis, qui Monachi esse volunt, priùs datur facultas de suis rebus testandi, ac disponendi, & quibuscunque velint personis, lege scilicet non prohibitis, sua transmittendi. Postquam enim Monachi facti fuerint, omnium bonorum dominium monasterium habebit, & nullam de rebus propriis curam gerere vel disponere eis permissum est. Si quis autem deprehensus fuerit possessionem aliquam, quæ monasterio non adscripta fuerit, sibi privatim attribuere, & acquirendarum possessionum cupiditati servire; ea quidem ab Episcopo seu Præfecto recipiatur, & in multorum præsentia vendita pauperibus & mendicis distribuatur. Qui talem autem possessionem, ut olim Ananias, surripere meditatus est, convenienti eum pœna castigandum esse sancta Synodus statuit. Clarum est autem, quòd quæ de viris Monachis sancta Synodus canonicè constituit, ea in Monialibus quoque valere & observari æquum censuit.

F

ΒΑΛΣ. Καὶ ἕτεροι κανόνες διορίζουσι μηδεμίαν εἶναι κτῆσιν τοῖς μοναχοῖς. φησὶ γοῦν ὁ πρὼν, ὡς ὁ μακάριος ἀπόστολος Λουκᾶς,

BALS. Alii quoque Canones definiunt, Monachos nullas debere possessiones habere. Dicit ergo præ-

Digitized by Google

sens quoque Canon, quòd beatus Apostolus Lucas, A Monachorum vitæ institutionem delineans, in Actibus Apostolorum scripsit, eos, qui in Christum crediderant, nihil proprium habuisse; sed erant eis omnia communia. Quamobrem Monachi quoque sic facere debent & quæ ipsi habent monasterio offerre, ut sint communia. Ne hoc autem sit impedimento iis qui volunt esse Monachi (est enim verisimile esse aliquos locupletes & multa possidentes, & qui hoc sint animo, ut sua velint ad suos pervenire) statuerunt patres, esse in ejus potestate, qui Monachus esse vult ante tonsuram legitimè testari & de suis disponere; eo quòd ad mortificantem vitæ rationem se conferat: & sua ad quas velit partes transmittere, B cognatas scilicet vel alienas; quæ tamen possint ex testamento legata vel hæreditatem capere. Sunt enim aliqui, qui non possunt ex testamento capere, hæretici scilicet & quidam alii. Si autem ante tonsuram hoc non fecerit; sed tonsus fuerit: disponendi quidem facultas illi ablata est; res autem ejus ad monasterium pertinent. Si quis autem, contrà ac Canone continetur, postquam Monachus factus fuerit, aliquid ex iis rebus sibi privatim tribuere conatus fuerit: hoc quidem Præfectus vel Episcopus recipiat, & vendat in multorum hominum præsentia, ut sit ab omni calumnia & reprehensione remotus & pretium pauperibus dividat. Monachus autem, qui ad Deum pertinentia surripuerit, more illius Ananiæ, pœna castigabitur. Hæc cùm decernat Canon, dixerunt quidam his repugnare vii. cap. i. tit. iv. lib. Basilic. quod est lviii. cap. cxxiii. Justiniani novellæ, & sic dicit; Si autem vir vel mulier vitam monasticam elegerit, & monasterium non existentibus liberis ingressus sit, ad monasterium, quod ingressus est, res ejus pertinere jubemus: Sin autem ea persona liberos habeat, & priusquam monasterium ingressa sit de rebus suis non disposuerit, nec suis liberis partem legitimam separaverit; sic quoque ei liceat, etiam postquam monasterium ingressa fuerit, suas facultates in liberos suos D dividere; ita tamen, ut nulli suorum liberorum partem legitimam diminuat. Pars autem, quæ suis liberis non data fuerit, ad monasterium pertineat. Si autem omnes facultates inter liberos dividere voluerit, propria ejus persona liberis connumerata, unam sibi partem omnibus modis retineat, quæ debet ad jus monasterii pertinere. Sin autem in monasterio degens moriatur priusquam inter suos liberos res proprias diviserit, filii partem legitimam accipiant: reliqua autem bona ad monasterium pertineant. Mihi autem non videntur hæc iis esse contraria, quæ in Canone definita fuerunt. Canon enim eorum tantùm meminit, qui non sunt necessariò scripti hæredes, E scilicet cognatorum qui sunt à latere & externorum. Novella autem, ea dicens quæ à Canone accepit, quòd scilicet sit in potestate ejus, qui vult fieri Monachus, ante tonsuram testari, & sua ad quos velit transmittere; post tonsuram autem, non licere ei tale quid facere, eo quòd sit mortuo similis; mortuum autem nec res habere, nec de iis posse aliquid dicere; sed fieri res ejus dominii monasterii: adjecit hæc servari debere, quando, qui factus est Monachus, liberos non habeat. Sin autem habeat, & testamentum faciet, ut novella distinguit: & rursus, si non fecerit, erunt hæredes ejus liberi, & reli- F qua fient, quæ hæc novella complectitur. Sic ergo soluta repugnantia, interrogaverit quispiam, quid debet fieri de rebus ejus qui tonsus est, si non habeat liberos, sed parentes? Solutio. Idem jus liberi habebunt ac parentes inter sese, quoad hæreditatis rationem. Si quid igitur post detonsionem in liberos fieri scriptum est, idem & in parentes fiet. Si autem & liberos habeat & parentes, quid fieri debet? Solutio. Cxviii. Justiniani novella, quæ sita est in fine iii. tituli xlv. lib. statuit liberos primùm necessario scribi debere hæredes: si autem non sunt liberi, parentes. Nullum autem alium

ZONAR. Eorum, qui vi adacti idolis immolarunt, affectionem uniuscujuique cognoscendam, proque ejus ratione cum singulis agendum esse constitutum est. Cum ergo de iis, qui nihil dolentes, sed lætitiæ potius aliquid præ se ferentes, immolavere, can. antea disseruerit, nunc de iis, qui idolothyta scilicet, verum non sine acerbo animi sensu ac lacrymis, gustavere, decernit. Quos quidem, exacto substrationis triennio, in conventum absq; oblatione admitti, hoc est, in Ecclesia quidem cum fidelibus consistere, non tamen communicare jubet. Quòd si nihil, inquit, ex immolatis gustavere, biennio substrati, hoc est, in catechumenorum statione agentes, & cum iis simul exeuntes, ubi tertium annum attigerint, absque oblatione communicare, fidelium nempe societati, liceat. Communionem námq; hoc loco, non sacramentorum perceptionem, sed solam cum fidelibus consociationem intelligit; Quare illud addidit, sine oblatione, ut tertio anno quod perfectum est accipiant, ut inquam, exacto triennio, communionis quoq; boni participes fiant. Atq; hæc quidem ita à sanctis Patribus constituta sunt. Sed cum æqualem non esse in omnibus pœnitentiæ rationem, ac alios quidem perfectiore conatu, remissiore alios in expiandis criminibus laborare intelligerent; de unoquoq; statuendi potestatem omnem Episcopis permisere, ut, quam quisq; emendationis rationem ostendat, in singulis explorent, ac in quibus pœnitentiæ studium ardentiùs perspexerint, eos benignius accipiant, tempúsq; animadversionis contrahant; vel etiam ad præfinitum illud criminis luendi spatium iis, qui remissiorem pœnitentiam agunt, adjungant; anteactam quoque eorum, & quæ postea consecuta est, vivendi rationem inspiciant; num moderate ac religiose, an remisse dissoluteq; egerint, agántq; in præsentia, & sic benignitatis quoq; ergo illos modum adhibeant.

ARIST. *Qui cum lugubri veste ascenderunt, & cum lacrymis comederunt, triennio substernantur; si vero non comederunt, biennio. Præcedens verò subsequénsque vita, ut bona vel mala, Episcopum humaniorem aut severiorem ostendit.*

Qui ad idolorum templum accedere coacti, & in eodem edere, si lugubri amictu accedebant, & dum comederent lachrymas effundebant, hi ut tormentis cedentes, & omnia involuntariè fecisse non reputati qui ad illicitorum quæ ab eis exacta fuerunt expletionem propriis suis membris usi sunt, tres solos annos discumbent; postea sine divinorum sacramentorum participatione inter fideles recipiantur. Si autem non edebant, sed accedebant tantum, duos annos substernentur, unum annum cum fidelibus constituti. Et post tres istos annos perfectionem accipiant. In Episcopi autem potestate ponitur ut videt vel diligentes vel negligentes, sic eos tractare, & vel humaniorem se gerere & pœnitentiæ tempus decurtare, vel etiam plus addere. Examinabit autem & præcedentem

Digitized by Google

eorum vitam qualis erat, & ex utriusq; vitæ nimirum & præsentis & præcedentis constitutionibus vel minuet pœnas vel augebit.

A αὐτῶν ὁποῖός τίς ἐστιν· καὶ ἐξ ἀμφοτέρων τὴν κατάστασιν, τό τε νῦν ὑπόστασις, καὶ τὸ προτέρας, ἢ μειώσει, ἢ ἐπαυξήσει τὰ ὀφειλόμενα.

Canon VI.

De iis, qui solis supplicii minis & bonorum ablationis vel exterminationis cesserunt & sacrificârunt, & ad præsens usque tempus pœnitentiam non egerunt, nec conversi sunt; nunc autem circa tempus Synodi accesserunt, & conversionis cogitationem induerunt: visum est ad magnum usq; diem eos ad auditionem admitti, & post magnum diem tribus annis substerni, & post alios duos annos communicare sine oblatione; & sic ad id quod est perfectum venire; ut totum sexennium impleant. Si qui autem ante hanc Synodum ad pœnitentiam admissi sunt, ab illo tempore eis sexennium computari. Sed si periculum mortísque expectatio ex morbo vel aliqua alia occasione evenerit, ii sub definitione recipiantur.

ΚΑΝΩΝ ς'.

Περὶ τῶν ἀπειλῇ μόνον εἰξάντων κολάσεως καὶ ἀφαιρέσεως ὑπαρχόντων, ἢ μετοικίας, καὶ θυσάντων, καὶ μέχρι τοῦ παρόντος καιροῦ μὴ μετανοησάντων, μηδὲ ὑπομεῖναντων, νῦν δὲ παρὰ τὸν καιρὸν τῆς συνόδου προσελθόντων, καὶ εἰς διάνοιαν τῆς ὑπομονῆς ἐληλυθότων, ἔδοξε μέχρι τῆς μεγάλης ἡμέρας εἰς ἀκρόασιν δέχεσθαι, καὶ μετὰ τὴν μεγάλην ἡμέραν ὑποπεσεῖν τρία ἔτη, καὶ μετ' ἄλλα δύο ἔτη κοινωνῆσαι χωρὶς προσφορᾶς, καὶ οὕτως ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ τέλειον, ὥστε πάντας ἐξαετίαν πληρῶσαι. εἰ δέ τινες πρὸ τῆς συνόδου ταύτης ἐδέχθησαν εἰς μετάνοιαν, ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου λελογίσθαι αὐτοῖς τὴν ἐξαετίαν· εἰ μέντοι κίνδυνος καὶ θανάτου προσδοκία ἐκ νόσου ἢ ἄλλης τινὸς προσφάσεως συμβαίη, τούτους δεῖ ὁρᾶν δέχεσθαι.

B Balsamon. Postquam dixerunt sancti patres, quid debeat fieri in eos qui sacrificarunt, eo quòd tormenta sustinere non possent; nunc de iis tractant, qui propter solas minas suppliciorum, vel eorum quæ habent ablationem, vel exilium, sacrificarunt, & usque ad tempus Synodi pœnitentiam non egerunt. Decernunt ergò quòd, quoniam nuper ad Ecclesiam veniunt, debent puniri: & primùm quidem audire scripturas in Narthece usque ad magnum diem, scilicet Paschæ, & postea tribus annis substerni, tum fidelium concioni duobus annis interesse; & & sic esse sacramentorum participes, tanquam jam impleto sexennio. Quoniam autem, inquiunt, quidam ex iis ad pœnitentiam susceptí sunt, debet eis reputari sexennium ab eo tempore quo ad pœnitentiam conversi sunt. Quicunque autem ex iis veniunt in periculum, ne ex morbo vel aliqua alia causa moriantur, divinorum sacramentorum participatione digni habebuntur. Quòd si ipsos non mori contigerit, ne amplius communicent, tanquam pœna soluti, nisi præfinitum sexennium præterierit. Hoc enim est illud, sub definitione, scilicet sub distinctione, recipi ad divinorum sacramentorum participationem. Nota ergo, quòd ii magis puniuntur, qui non sunt tormentis affecti & sacrificarunt, quàm qui tormenta passi sacrificarunt.

Βαλσ. Εἰπόντες οἱ ἅγιοι πατέρες τί ὀφείλει γίνεσθαι εἰς τοὺς θύσαντας διὰ τὸ ἀνυπόστατον τῶν βασάνων, ἀρτίως διαλαμβάνουσι περὶ τῶν θυσάντων διὰ μόνην ἀπειλὴν κολάσεως ἢ ἀφαίρεσιν τῶν προσόντων τούτοις ἢ ἐξορείαν, καὶ μὴ μετανοησάντων μέχρι τοῦ καιροῦ τῆς συνόδου. διορίζονται οὖν, ὡς ἐπεὶ ἀρτίως προσέρχονται τῇ ἐκκλησίᾳ ὀφείλουσιν ἐπιτιμηθῆναι, καὶ πρῶτον μὲν ἀκροᾶσθαι τῶν θείων γραφῶν ἐν τῷ νάρθηκι μέχρι τῆς μεγάλης ἡμέρας, ἤτοι τοῦ πάσχα, καὶ μετὰ τοῦτο ὑποπίπτειν ἐπὶ ἔτη τρία, καὶ ἔκτοτε ἐκκλησιάζειν μετὰ πιστῶν ἐπὶ ἔτη δύο· καὶ οὕτω μεταλαμβάνειν τῶν ἁγιασμάτων, ὡς ἤδη ἐξαετίας πληρωθείσης. ἐπεὶ δέ, φασί, τινες ἀπὸ τούτων προσεδέχθησαν εἰς μετάνοιαν, ὀφείλει λογισθῆναι αὐτοῖς ἡ ἐξαετία ἀφ' οὗ καιροῦ ἐπέστρεψαν εἰς μετάνοιαν. ὅσοι μέντοι ἐξ αὐτῶν κινδυνεύουσι τελευτῆσαι ἀπὸ νόσου ἢ ἑτέρας τινὸς αἰτίας, τῶν θείων ἁγιασμάτων ἀξιωθήσονται. πλὴν εἰ συμβαίη αὐτοὺς μὲν ἀποθανεῖν, μηκέτι αὖθις κοινωνείτωσαν, ὡς ἀνεπιτίμητοι, εἰ μὴ προέλθῃ ὁ ὡρισμένος ἐξαετίας. τοῦτο γὰρ ἔχει ὁ ὅρος ἤγουν ὅτι διὰ ἐξῆς δεχθῆναι τούτους εἰς τὴν τῶν θείων ἁγιασμάτων μεταλῆψιν. ὥστε σημείωσαι, ὅτι πλείονος ἐπιλαμβάνει οἱ μὴ βασανισθέντας καὶ θύσαντες, παρὰ τοὺς βασανισθέντας καὶ θύσαντας.

Zonar. Quicunque nulla tormentorum experientia minis cessere, jacturámque pecuniarum, aut exilium (id enim μετοικία significat) metuentes immolavere, neque postea conversi sunt, nunc vero, inquiunt Patres, Synodi tempore accedunt, & pœnitentiam agere velint, ad magnum usque diem inter audientes admitti placuit. Magnum autem diem sanctum Paschа, Domini videlicet resurrectionem, nominavere. Tum à Paschate triennium in substratione degere, hoc est, in catechumenorum statione commorari, cúmque illis exire; deinde biennio absque oblatione communicare, hoc est, inter fideles, absque ulla tamen sacrorum perceptione versari, atque hoc pacto ad perfectum, sanctificatorum scilicet sumptionem accedere; proindéque in omnibus pœnarum locis sexennium absolvi. Si qui vero, inquiunt, sese, priusquam Synodus haberetur, obtulere, ac ad pœnitentiam admissi sunt, ab eo tempore sexennium numerari, hoc est, ipsis præfiniri placet. Quòd si eos, quibus pœnæ nomine communione interdictum est, ob morbum aliámve quamcunque causam in discrimen vitæ vocari contingat, ad sacrorum munerum communionem admitti; sed ea tamen lege, sive distinctione, ut si valetudinem evitata morte recuperarint, communione rursus, ad præfinitum usque sexennii tempus, omnino careant.

Ζωναρ. Τοὺς μὲν μέχρι πείρας βασάνων ἐληλυθότας, ἀλλὰ ἀπειλαῖς εἴξαντας, καὶ ἀφαίρεσιν φοβηθέντας χρημάτων, ἢ μετοικίαν, τουτέστιν ἐξορείαν, καὶ θύσαντας μὴ ὑπομείναντας, νῦν δὲ φασὶν οἱ πατέρες, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς συνόδου προσελθόντας, καὶ μετανοῆσαι θελήσαντας, ἔδοξε μέχρι τῆς μεγάλης ἡμέρας εἰς ἀκρόασιν δέχεσθαι. μεγάλην δὲ ἡμέραν δὲ ἅγιον πάσχα ὠνόμασε, τὴν τοῦ κυρίου δηλονότι ἀνάστασιν. καὶ μετὰ τὸ πάσχα τρία ἔτη ἵνα ὑποπίπτωσι, μετὰ τῶν κατηχουμένων δηλαδὴ σωιζομένους, καὶ σὺν αὐτοῖς ἐξιόντας, καὶ ἄλλα δύο ἔτη κοινωνῆσαι χωρὶς προσφορᾶς, ἀντὶ τοῦ συνίστασθαι τοῖς πιστοῖς μὴ μεταλαμβάνοντας, καὶ οὕτως ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ τέλειον, ἤγουν τὴν τῶν ἁγιασμάτων μετάληψιν, ὥστε διὰ πάντων τῶν τόπων τῶν βαπτισμῶν πληρῶσαι τὴν ἐξαετίαν· εἰ δέ τινες, φασὶ, πρὸ τῆς συνόδου προσῆλθον, καὶ ἐδέχθησαν εἰς μετάνοιαν, ἔκτοτε λογίζεσθαι, ἤγουν συμψηφίζεσθαι αὐτοῖς τὸν χρόνον τῆς ἐξαετίας. εἰ δὲ τῶν ἐν βαπτισμοῖς ἀκοινωνησίας ἔσχισι νοσήσασιν, ἢ ἄλλως πως κίνδυνος θανάτου γένηται προσδοκήσεται, τούτους δεχθήσεσθαι μὲν εἰς κοινωνίαν τῶν ἁγίων δώρων, ἐπὶ ὅρῳ δὲ ἤγουν ἐπὶ διαστολῇ, ὥστε εἰ συμβαίη αὐτοὺς μὲν ἀποθανεῖν, ἀλλὰ ἀναῤῥωσθῆναι, μηκέτι αὖθις κοινωνῆσαι, εἰ μὴ ὁ ὡρισμένος προέλθῃ χρόνος τῆς ἐξαετίας.

ΑΡΙΣΤ.

Digitized by Google

ΑΡΙΣΤ. Ανὴρ ἀπειλῇ μόνον εἶξας, καὶ θύσας, εἶτα μετανοήσας, πενταετίαν ὑποπιπτέτω.

Οἱ μὲν ὑπενεγκόντες βάσανα, ἀλλ' ὑπὸ μόνης ἀπειλῆς πτοηθέντες, καὶ θύσαντες, καὶ ὅτι καιρὸν τῇ πλάνῃ ταύτῃ προσκαρτερήσαντες, εἶτα μετανοήσαντες καὶ ὁμολογήσαντες· ἐνιαυτὸν μὲν ἐπ' ἀκροωμένοις ἔσονται, ἐπὶ τριετίαν μετὰ τῶν ὑποπιπτόντων, ἐπὶ διετίαν συνήσονται μετὰ τῶν πιστῶν, καὶ τῶν εὐχῶν κοινωνήσουσι μόνον. καὶ μετὰ τὸ πληρῶσαι τὴν πᾶσαν ἐξαετίαν, ἐλεύσονται ἐπὶ τὸ τέλος, καὶ τῆς θείας μεταδώσει μεταλήψεως.

A ARIST. *Vir qui minis tantum cesserit, & sacrificaverit, deinde resipuerit, quinquennio substernatur.*

Qui tormentis non subjecti erant, sed minus solis terrefacti & sacrificabant, & aliquandiu in errore isto permanebant, postea autem resipiscebant & conversi fuere, per annum quidem inter audientes erunt, triennio cum substratis, biennio cum fidelibus constituentur, & precibus solis communicabunt, & post omnes sex annos elapsos ad perfectionem venient, & divinæ communionis participes erunt.

ΚΑΝΩΝ ζ'.

B

Περὶ τῶν συνεορτιασθέντων ἐν ἐθνικῇ ἑορτῇ ἐν τόπῳ ἀφωρισμένῳ τοῖς ἐθνικοῖς, ἴδια βρώματα ἐπικομισαμένων ἢ καὶ φαγόντων· ἔδοξε διετίαν ὑποπεσόντας δεχθῆναι· ὃ δή, εἰ χρὴ μετὰ τῆς προσφορᾶς, ἕκαστον τῶν Ἐπισκόπων δεῖ δοκιμάσαι, καὶ τὸν ἄλλον βίον ἐφ' ἑκάστου ἐξετάσαι.

CANON VII.

De iis qui in festo ethnico, in loco gentilibus deputato convivati sunt, & proprios cibos attulerunt vel comederunt, placuit cùm biennio substrati fuerint, esse recipiendos: an cum oblatione recipere oporteat, est Episcoporum examinare, & aliam vitam in unoquoque inquirere.

ΒΑΛΣ. Τινὲς πιστοὶ εὑρεθέντες ἐν χώραις ἀλλοεθνῶν κατά τινα καιρὸν ἑορτῆς ἐθνικῆς συνέφαγον τούτοις ἐν τόπῳ τινὶ ἀφωρισμένῳ εἰς τοῦτο αὐτό. ὅτι δὲ οὐκ ἦσαν κατὰ βρώματα ἀπὸ ἐθνικῶν, ἀλλ' οἰκεῖα, ἤθελον σωτηριῶναι ἀκαταιτίατοι. φασὶ γοῦν οἱ πατέρες, ὡς εἰ καὶ μὴ ἐμολύνθησαν διὰ βρωμάτων μυσαρῶν, ἀλλ' ἐπεὶ συνανέπεσον μετὰ ἀπίστων, καὶ διὰ κοινῆς τραπέζης συνεκοινώνησαν ὥσπερ αὐτοῖς ἑορτάζουσιν, ὀπτιμηθήσονται εἰς ὑπόστασιν ὀπὶ διετίαν· καὶ μετὰ τοῦτο δεχθήσονται κατὰ δοκιμασίαν τοῦ Ἐπισκόπου, εἴτε εἰς μόνην κοινωνίαν, εἴτε καὶ εἰς ἁγίαν μετάληψιν. τί δή, ἐὰν μὴ κατὰ τὸ ἑορτάσιμον καιρὸν, ἀλλ' ἐν ἑτέρᾳ ἡμέρᾳ καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ συνέφαγον μετὰ τῶν ἀπίστων, ἀνεπίτιμητοι ἔσονται; Λύσις. οὐδαμῶς. καὶ οὕτω γὰρ ὀπτιμηθήσονται. εἰ μὲν γὰρ ἐξ ἀνάγκης συνέφαγον μετὰ τῶν ἀπίστων, ὡς τυχὸν ὄντες ἢ αἰχμάλωτοι, ἢ μετρίου φαρμάκου θεραπευθήσονται· εἰ δὲ ἀπὸ καταφρονήσεως καὶ ἀδιαφορίας, πλειόνως ὀπτιμηθήσονται, πλὴν οὐ κατ' ἐκείνους τοὺς δόξαντας συνεορτάζειν μετὰ τῶν ἀπίστων. ὥσπερ πάλιν ἐκείνους καὶ τούτων τιμωρηθήσονται, οἱ μὲν φαγόντες οἰκεῖα βρώματα, ἀλλὰ τὰ τῆς ἐθνικῆς ἑορτῆς. ταῦτα δὲ πάντα εἰς κρίσιν τοῦ Ἐπισκόπου ἀνηρτήθη. σημείωσαι ταῦτα, πολλὰ χρησιμεύσαι σοι ὀφείλοντα εἰς τοὺς μετὰ τῶν Ἀγαρηνῶν συμφαγόντας, ἢ ἄλλων ἐθνικῶν. οἱ Ἴβηρες δὲ διάφορον λέγουσιν εἶδος μετὰ τῶν ὀρθοδόξων καὶ αἱρετικῶν ἐσθίειν· καὶ πῶς τοῦτο γίνεται ἀγνοῶ.

C

ΖΩΝΑΡ. Εἰ δέ τινες ἐν ἑορτῇ ἐθνικῇ συνεορτιάσθησαν ἐθνικοῖς, ἐν ἀπίστοις ἐν τόπῳ ἀφωρισμένῳ τοῖς ἐθνικοῖς, ἐν εἰδωλείῳ τυχὸν ἢ ἄλλῳ τόπῳ εἰς τελετὰς αὐτοῖς τελουμένας ἀνειμένῳ· καὶ ἴδια βρώματα ἐκόμισαν καὶ ἔφαγον οἱ πιστοὶ, διὰ αὐτὸ μέντοι δὲ συνεορτιασθῆναι τοῖς ἐθνικοῖς, καὶ οὕτω δόξαι συνεορτάσαι αὐτοῖς, ἔδοξε τῇ συνόδῳ διετίαν ὑποπεσεῖν αὐτούς, τουτέστι μετὰ τῶν κατηχουμένων ἱστασθαι καὶ σὺν αὐτοῖς ἐξιέναι, καὶ μετὰ τὴν διετίαν δεχθῆναι. ὅπως δὲ χρὴ ἕκαστον αὐτῶν δεχθῆναι εἴτε καὶ εἰς μετάληψιν τῶν ἁγιασμάτων, εἴτε εἰς μόνην τὴν μετὰ τῶν πιστῶν σύναξιν, τῶν Ἐπισκόπων δεῖ, φασὶ, δοκιμάσαι, καὶ τὸν ἄλλον βίον ἑκάστου ἐξετάσαι.

D

ARIST. *Si quis proprios habens cibos, cum Ethnicis comederit in eorum festis, biennio substernatur.*

Si quis ad Ethnicorum festa selecto aliquo præparata loco convenerit, & proprios cibos habens cum eis comederit, substernetur biennium tantum. An autem eum ex eo tempore precum solarum cum fidelibus communionem habere, aut divinorum sacramentorum participem esse, oportet, judicio Episcopi novam illius resipiscentis vitam inquirentis relinquitur.

E

ZONAR. Si qui verò aliquo ex iis diebus, qui ethnicorum consuetudine solennes habentur, definito apud ipsos loco, utpote in idolio forte aut alio in hos celebritatum usus addicto, convivia cum ethnicis obierint; quamvis proprios cibos, quibus ipsi vescerentur domi, fideles attulerint, ob hoc ipsum, quod cum ethnicis epulati sint, speciémq; proinde cum eis festum diem celebrantium præbuerint, biennio substerni, hoc est, stare cum catechumenis & cum iisdem egredi, biennióq; exacto rursum admitti, synodica constitutione decretum est. De singulis porro quid statuendum, an ad sanctificatorum perceptionẽ, an vero ad solam cum fidelibus communionem admitti oporteat, Episcoporum judicio, à quibus reliqua etiam uniuscujusq; vita examinetur, definiri placet.

F

ΑΡΙΣΤ. Εάν τις, ἴδια βρώματα ἔχων, συνεορτάσθη τοῖς ἔθνεσιν ἐν ταῖς ἑορταῖς αὐτῶν, διετίαν ὑποπιπτέτω.

Εἴ τις ἐν ταῖς ἑορταῖς τῶν ἐθνῶν ταῖς ἐν ἀφωρισμένῳ τινὶ τόπῳ γινομέναις συνῆλθε, καὶ ἴδια βρώματα ἔχων, συνέφαγε μετ' αὐτῶν, διετίαν μόνην ὑποπιπτέτω· εἰ δὲ χρὴ αὐτὸν ἔκτοτε εἴτε τῶν εὐχῶν μόνων μετὰ τῶν πιστῶν κοινωνεῖν, ἢ καὶ τῶν θείων ἁγιασμάτων μεταλαμβάνειν, ἐφ' ᾧ τῇ κρίσει ἔσται τοῦ Ἐπισκόπου καὶ τὸν ἄλλον αὐτοῦ δὴ τοῦ μετανοοῦντος βίον κατεξετάζοντος.

ARIST. *Si quis proprios habens cibos, cum Ethnicis comederit in eorum festis, biennio substernatur.*

Si quis ad Ethnicorum festa selecto aliquo præparata loco convenerit, & proprios cibos habens cum eis comederit, substernetur biennium tantum. An autem eum ex eo tempore precum solarum cum fidelibus communionem habere, aut divinorum sacramentorum participem esse, oportet, judicio Episcopi novam illius resipiscentis vitam inquirentis relinquitur.

Digitized by Google

A

Canon VIII.

Qui autem bis & ter coacti ſacrificarunt, quadriennio ſubſternantur, duobus autem annis ſine oblatione communicent, & ſeptimo perfectè recipiantur.

Bals. Cùm dixiſſent ſancti patres de iis qui ſemel ſacrificaſſent, nunc etiam de iis dicunt qui bis vel ter ſacrificarunt. Quoniam enim dicebant quidam, idem eſſe & ſemel & ſæpe ſacrificare, definierunt patres eos magis puniri, qui bis vel ter coacti ſacrificarunt: adeo ut propter mali multitudinem etiam augeatur ſupplicium. Et hoc quoque omnino deinceps progredietur.

B

Zonar. De iis qui ſemel immolaverunt, ea, quæ ſuperiorum canonum decretis continentur, à Patribus definita ſunt: hæc vero conſtitutio, de iis quoque qui bis ac ter coacti ſacrificaverunt, edita. Quos quidem quadriennio in ſubſtratione degere, duobus annis deinceps cum fidelibus communicare, hoc eſt, cum eis conſiſtere, ſimúlque preces, ſine oblatione tamen, id eſt, ſine Boni perceptione, fundere, ſeptimo demum anno perfectè recipi, hoc eſt, ad immaculati corporis & ſanguinis Domini perceptionem admitti jubent.

C

Arist. *Qui ſecundò & tertiò ſacrificaverit, ſed vi coactus, ſeptennio pœnitentiæ ſubjiciatur.*

Quicunque non ſemel ſed bis aut ter coacti ſacrificarunt, hi quadriennium ſubſternantur, biennium ſine oblatione in precibus ſolis cum fidelibus communicent, & ſeptimo anno perfectionem recipiant.

Canon IX.

Quicunque autem non ſolùm deſciverunt, ſed etiam inſurrexerunt & fratres ſuos coegerunt, & cauſæ fuerunt ut D *cogerentur, ii annis quidè tribus auditionis locum ſuſcipiant, per aliud autem ſexennium ſubſternantur, alio autem anno ſine oblatione communicent: ut decennio expleto, ejus quod eſt perfectum ſint participes. Eorum autem reliquam in eo quoq; tempore vitam examinare oportet.*

Bals. Fideles quidam adeò propter tormenta timidi ignavique evaſerunt, & ab orthodoxis defecerunt, ut etiam adverſus illos procederent; aliquando quidem cogentes eos idem ſentire cum tyrannis, aliquando verò etiam latebris occultatos prodentes: hos ergo ſancti patres decennio puniri definierunt. Ne dicas autem dictos fideles adeò à fide Chriſtiana fuiſſe abalienatos, ut etiam infideles & Chriſtianorum perſecutores fuerint; Tales enim Eccleſia alio quodam modo ſuſcipit, ſicut & eos qui ſunt à nativitate infideles; vel potiùs cum majore examinatione: ſed dic eos quidem adhuc orthodoxè ſentire, ſed propter tormenta ſtatim ceſſiſſe, & cum male ſentientibus conſentire videri; adeò ut qui eos videbant hæretici non offenderentur, ſed & ipſos quoque iis ſimiliter credere exiſtimarent. Propterea enim & pœnis ſubjiciuntur, & non ſuſcipiuntur ut idololatræ & infideles.

F

Zonar. Si qui vero Chriſti fidem non deſeruerunt modo, ſed etiã inſurrexerunt, id eſt eam oppugnavêrunt, fratréſque aut ad ſacrificia ipſi compulêre, aut ut ab aliis compellerentur, dum eos fugientes aut latebris occultatos produnt, aut Chriſtianos eſſe cum ignorarentur, hoſtibus Chriſtiani nominis indicant, cauſam præbuere; eos triennium in veſtibulo extra templum inter audientes explere, ſexennium vero deinceps in ſubſtratione degere, uno anno demum cum fidelibus unà precari; ac decennio mox expleto perfecti compotes fieri pa-

ΚΑΝΩΝ ή.

Οἱ δὲ δεύτερον καὶ τρίτον θύσαντες μετὰ βίας, τετραετίαν ὑποπεσέτωσαν, δύο δὲ ἔτη χωρὶς προσφορᾶς κοινωνησάτωσαν, καὶ τῷ ἑβδόμῳ τελείως δεχθήτωσαν.

Βαλσ. Εἰπόντες οἱ ἅγιοι πατέρες περὶ τῶν ἅπαξ θυσάντων, νῦν καὶ περὶ τῶν δὶς ἢ τρὶς θυσάντων φασίν. ἐπεὶ δέ τινες ἔλεγόν τινες, ταὐτὸν εἶναι τὸ ἅπαξ καὶ τὸ πολλάκις θῦσαι, ὥρισαν οἱ πατέρες πλειόνως ἐπιτιμᾶσθαι τοὺς δὶς ἢ τρὶς θύσαντας καὶ βίαν, ὡς ἐκ τούτου καὶ τὸ μέγεθος τοῦ κακοῦ μεγεθύνεται καὶ ἡ κόλασις. καὶ πάντως τοῦτο προχωρήσει καὶ ἐφεξῆς.

Ζωναρ. Ἀμφὶ ὧν τοῖς ἀνωτέρω κανόσιν εἴρηται περὶ τῶν ἅπαξ θυσάντων οἱ τῆς συνόδου ταύτης πατέρες διατάξαντο, νῦν δὲ καὶ περὶ τῶν δὶς ἢ τρὶς ὑπὸ βίας τετυκότων φασίν, ὡς καὶ τετραετίαν διάγειν ἐν ὑποπτώσει κελεύουσιν, ὅπη διετίαν δὲ ἄλλῳ κοινωνῆσι τοῖς πιστοῖς, ἤτοι συνίστασθαι αὐτοῖς, καὶ συνδύχεσθαι ἄνευ προσφορᾶς, ἤγουν τῆς τοῦ ἁγιάσματος μεταλήψεως, καὶ τῷ ἑβδόμῳ ἔτει τελείως δέχεσθαι, τουτέστι καὶ εἰς μετάληψιν τοῦ ἀχράντου σώματος καὶ αἵματος τοῦ κυρίου.

C

Αριστ. Ὁ δεύτερον καὶ τρίτον θύσας, ἀλλὰ μὴ βίας, ἑπταετίαν ὑποπιπτέτω.

Ὅσοι οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δεύτερον καὶ τρίτον ἔθυσαν βιαζόμενοι, ἤτοι τετραετίαν ὑποπεσάτωσαν, διετίαν χωρὶς προσφορᾶς τῶν εὐχῶν μόνων μὴ τῶν πιστῶν κοινωνησάτωσαν. καὶ τῷ ἑβδόμῳ ἔτει δεξάσθωσαν τὴν τελείωσιν.

ΚΑΝΩΝ θ'.

Ὅσοι δὲ μὴ μόνον ἀπέστησαν, ἀλλὰ καὶ ἐπανέστησαν, καὶ ἀναγκασθῆναι ἀδελφοὺς, καὶ αἴτιοι ἐγένοντο τοῦ ἀναγκασθῆναι, ὥστε ἔτη μὲν τρία τῆς ἀκροάσεως δεξάσθωσαν τόπον, ἐν δὲ ἄλλῃ ἐξαετίᾳ τῆς ὑποπτώσεως, ἄλλον ὀνιαυτὸν κοινωνησάτωσαν χωρὶς προσφορᾶς· ἵνα τῷ δεκατίαν πληρώσαντες τῆς τελείου μεταλάβωσιν. ἐν μέντοι τούτῳ τῷ χρόνῳ καὶ τὸν ἄλλον αὐτῶν διατηρείσθω βίον.

Βαλσ. Τοσοῦτον τινὲς ἐδειλάνδρησαν πιστοὶ διὰ τοὺς βασάνους, καὶ ἀπέστησαν ὅλως τῆς ὀρθοδόξων, ὡς καὶ χωρῆσαι κατὰ τούτων, ποτὲ μὲν ἀναλαμβάνοντες αὐτοὺς φρονῆσαι τὰ τῶν τυράννων, ποτὲ δὲ καὶ καταμηνύοντες κρυπτομένους τούτους· διὸ δεκαετίαν διατιμᾶσθαι οἱ ἅγιοι πατέρες διωρίσαντο. μὴ εἴπῃς δὲ τοὺς ῥηθέντας πιστοὺς ὅτως ἀπαλλοτριωθῆναι τῆς πίστεως τοῦ Χριστιανοῦ, ὡς καὶ ψευδῶς ἀπίστους, καὶ διώκειν τοὺς ὀρθοδόξους. τοὺς τοιούτους γὰρ ἀλλοτρόπως ἡ ἐκκλησία δέχεται, ὥσπερ καὶ τοὺς ἐκ γενετῆς ἀπίστους, μᾶλλον δὲ καὶ μετὰ πλείονος ἐξετάσεως· ἀλλ' εἰπὲ αὐτοὺς φρονῆσαι μὲν καὶ εἰσέτι νῦν τὰ τῶν ὀρθοδόξων διὰ δὲ τοὺς βασάνους ταχέως ὑπεῖξαι καὶ τῇ σκέψει ὑποκρίνεσθαι τὰ τῶν κακοδόξων· ὥστε τοὺς βλέποντας αἱρετικοὺς μὴ σκανδαλίζεσθαι, ἀλλὰ σωτίθεσθαι ὁμοίως τούτοις καὶ αὐτοὺς πιστεύειν. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ διατιμίοις καθυποβάλλονται, καὶ οὐ δέχονται ὡς οἱ εἰδωλολάτραι καὶ οἱ ἄπιστοι.

Ζωναρ. Εἰ δέ τινες οὐ μόνον ἀπέστησαν τῆς εἰς τὸ κύριον πίστεως, ἀλλὰ καὶ ἐπανέστησαν, ἀντὶ τοῦ κατ' αὐτῆς ἐγένοντο, καὶ ἰδιάγκας ἀδελφοὺς θῦσαι, ἢ καὶ αἴτιοι ἐγένοντο ἀναγκασθῆναι αὐτοὺς, οἳ φυγόντας καὶ κρυπτομένους καταμηνυκότες αὐτοὺς, ἢ ἀγνοουμένους ὅτι Χριστιανοί εἰσι δῆλους αὐτοὺς ἔθνεσι τοῖς διώκταις, τοὺς τοιούτους φυκονόμησαν οἱ πατέρες τρία μὲν ἔτη ὀν ἀκροάσει πληρῶσαι, ἐκτὸς τοῦ ναοῦ ἱσταμένους ἐν τῷ περιβόλῳ, ἐξ δὲ ἄλλα ἐν ὑποπτώσει διαγαγεῖν, καὶ ἐνιαυτὸν ἕτερον κοινωνῆσαι τῆς εὐχῆς

Digitized by Google

εὐχῶν τοῖς πιστοῖς, καὶ μετὰ τὴν δεκαετίαν ταύτην μεταχεῖν τοῦ τελείου. ἐν δὲ τῷ χρόνῳ τούτῳ τῆς μετανοίας αὐτῶν δηλονότι, φασὶ, χρὴ καὶ τὸν ἄλλον αὐτῶν ἐπιτηρεῖσθαι βίον. εἰ γὰρ ἀμελῶς ἢ καὶ πλημμελῶς διαγνωσθῶσι ζῶντες, ἐπιτεθήσεται χρόνος τῶν ἐπιτιμίων αὐτῶν.

ΑΡΙΣΤ. Ο μὴ μόνον ἐθελουσίως τεθυκὼς; ἀλλὰ καὶ ἕτερον ἀναγκάσας, δεκαετίαν ὑποπιπτέτω.

Οὗτος, ὡς καὶ ἑαυτὸν ἀπολέσας, καὶ ἑτέρους συνωθήσας καὶ βιάσας εἰς τὴν ἀπόλειαν, εἰ ὑποστρέψει, ἐπὶ τριετίαν μὲν ἔστω μετὰ τῶν ἀκροωμένων, ἐν δὲ ἄλλῃ ἑξαετίᾳ, μετὰ τῶν ὑποπιπτόντων, ἐπὶ δὲ ἕτερον ἕνα ἐνιαυτὸν, μετὰ τῶν συνισταμένων, καὶ κοινωνείτω, μέχρι τέλους τῆς θείας μυσταγωγίας, τῶν εὐχῶν μετὰ τῶν πιστῶν· καὶ οὕτω τοῦ δεκαετοῦς χρόνου παῤῥυέντος, μεταχέτω τῆς τελειώσεως, καὶ τῶν θείων ἁγιασμάτων ἀξιωθήτω· ἐὰν μέν τοι καὶ ὁ ἄλλος αὐτοῦ βίος ἐπιτηρούμενος οὐκ ἀπείργει τοῦτον τῆς θείας μεταλήψεως.

ΚΑΝΩΝ ι.

Διάκονοι ὅσοι καθιστάμενοι, πρὸ αὐτὴν τὴν κατάστασιν εἰ διεμαρτύραντο καὶ ἔφασαν χρῆναι γαμῆσαι, μὴ δυνάμενοι οὕτω μένειν· οὗτοι μετὰ ταῦτα γαμήσαντες ἔστωσαν ἐν τῇ ὑπηρεσίᾳ, διὰ δὲ ἐπιτραπῆναι αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ Επισκόπου. τοῦτο δὲ εἴ τινες παρασιωπήσαντες, καὶ καταδεξάμενοι ἐν τῇ χειροτονίᾳ μένειν οὕτως, μετὰ ταῦτα ἦλθον ἐπὶ γάμον, πεπαῦσθαι αὐτοὺς τῆς διακονίας.

ΒΑΛΣ. Τῷ κανόνι τούτῳ μὴ προσχῇς διοριζομένῳ τοὺς διακόνους μετὰ δὲ χειροτονηθῆναι συνάπτεσθαι γυναιξὶν, ὅτι ἐν τῷ χειροτονεῖσθαι διεμαρτύραντο, τουτέστιν, εἶπον πρὸς τοὺς Επισκόπους αὐτῶν ἀναγκαῖον εἶναι αὐτοῖς εἰς γάμον ἐλθεῖν, καὶ οἱονεὶ ἔλαβον δὲ ἐνδόσιμον. εἴτε γὰρ προανεφώνησαν τὰ περὶ τούτου εἴτε ἐσιώπησαν χειροτονούμενοι, οὐ παραχωρηθήσονται μετὰ τὴν χειροτονίαν γυναιξὶ συζευχθῆναι. ὅτι ὁ ϛ'. κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου διορίζεται καθαιρεῖσθαι τοὺς μετὰ τὴν χειροτονίαν γάμους συναλλάττοντας πρεσβυτέρους, διακόνους καὶ ὑποδιακόνους. δὲ δὲ ἀκανόνιστον, οὔτε ἀπὸ ἐπιτροπῆς ἐπισκοπικῆς οὔτε ἀπὸ μόνου τοῦ σιωπῆσαι ἐκχωρηθήσεται, ὡς ἀνυπόστατον. ἀνάγνωθι καὶ τὴν ϛ'. νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ σοφοῦ, λέγουσαν, ὡς εἰ καὶ ἀπὸ συνηθείας ἀγράφου εἶχον ἄδειαν οἱ ἱερωμένοι ἐντὸς διετίας ψηφιζομένης μετὰ τὴν χειροτονίαν λαμβάνειν νομίμους γυναῖκας, ἀλλὰ καὶ τοῦτο ὡς ὑπὸ τῶν κανόνων κεκωλυμένον, οὐκ ὀφείλει κρατεῖν.

ΖΩΝΑΡ. Φησὶν ὁ κανὼν τοῦτος, ὅτι ὅσοι ἐν τῷ καθίστασθαι εἰς διακονίαν, ἤγουν ἐν τῷ μέλλειν χειροτονεῖσθαι διεμαρτύραντο, ἀντὶ τοῦ φανερῶς εἶπον ὡς ἐπὶ μάρτυσιν, ὡς ἀναγκαῖόν ἐστιν αὐτοῖς εἰς γάμον ἐλθεῖν, μὴ δυναμένοις παρθενεύειν, οὗτοι μετὰ τὴν χειροτονίαν εἰς γάμον ἐλθόντες μενέτωσαν ἐν τῇ ὑπηρεσίᾳ, ἤτοι τῇ διακονίᾳ. δοκοῦσι γὰρ ἐπιτραπῆναι δὲ μετὰ τὴν χειροτονίαν ἐλθεῖν εἰς γάμον ὑπὸ τοῦ Επισκόπου. εἰ δέ τινες σιωπήσαντες ἐν τῷ μέλλειν χειροτονεῖσθαι, καὶ καταδεξάμενοι διὰ τῆς σιωπῆς ἄγαμοι μένειν, κἀνταῦθα γὰρ ἡ σιωπὴ συγκατάθεσιν δηλοῖ, μετὰ τὴν χειροτονίαν ἔγημαν, πεπαῦσθαι τῆς διακονίας ὁρίζει. ταῦτα μὲν τοῦ παρόντος κανόνος. ὁ δὲ εἰκοστὸς ἕκτος τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανὼν μόνοις ἀναγνώσταις, καὶ ψάλταις ἐνδίδωσι, μετὰ δὲ εἰς κλῆρον καταταγῆναι, γαμεῖν. καὶ ὁ ἕκτος τῆς ἕκτης συνόδου κανὼν τῷ ἀποστολικῷ κανόνι ἑπόμενος, ἀπαγορεύει παντὶ πρεσβυτέρῳ καὶ διακόνῳ καὶ ὑποδιακόνῳ μετὰ τὴν χειροτονίαν εἰς γάμον ἔρχεσθαι, καὶ τοὺς μὴ τὸν κανόνα φυλάττοντας καθαιρεῖσθαι κελεύει. πρὸ δὲ τῆς χειροτονίας

A tres jubent. Interea vero (hoc videlicet pœnitentiæ tempore) reliquam quoque, inquiunt, ipsorum vitæ rationem observare oportet. Si námque otiosam vel etiam vitiosam vitam agere significatum sit, pœnarum quoque præfinitum ipsis tempus diutiùs prorogabitur.

ARIST. *Qui non solùm voluntariè sacrificaverit, sed & alium coegerit, decennio substernatur.*

Hic, ut & se perdens & alios compellens cogénsque ad perditionem, si convertatur, triennium quidem cum audientibus transigat, alios autem annos sex cum substratis, alium tandem unum cum consistentibus, & B precum cum fidelibus usque ad divinæ mystagogiæ finem particeps sit, & sic decennio præterlapso, perfectionis sit compos, & divinis sacramentis dignus habeatur. Nisi fortè reliqua ejus vita examinata eum à divinâ participatione arceat.

CANON X.

Quicunque Diaconi constituti, in ipsa ordinatione protestati sunt, & dixerunt, oportere se uxores ducere, cùm non possint sic manere: ii, si uxorem postea duxerint, sint in ministerio; eò quòd hoc sit illis ab Episcopo concessum. Si qui autem hoc silentio præterito, & in ordinatione ut ita manerent suscepti sunt, postea autem ad matrimonium venerunt, ii à diaconatu cessent.

BALS. Hunc canonem ne sequaris, qui definit Diaconos posse cum mulieribus matrimonio conjungi, postquam ordinati fuerint: quando dum ordinarentur testificati sunt, id est, dixerunt suis Episcopis, necesse esse ut ad matrimonium veniant, & veluti permissionem acceperunt. Sive enim hoc prædixerint, sive silentio præterierint qui ordinantur; non permittetur eis, ut post ordinationem D cum mulieribus conjungantur, sextus enim canon Synodi in Trullo deponendos decernit Presbyteros & Diaconos & Subdiaconos, qui post ordinationem matrimonium contraxerint. Quod fit autem contra canones, nec ex permissione Episcopali, nec ex eo tantùm quòd tacuerint, concedetur, ut quod consistere nequit. Lege etiam sextam novellam Imp. domini Leonis sapientis, quæ dicit, quòd etiamsi ex consuetudine non scriptâ potestatem habeant ii, qui sunt sacrati, intra biennium post ordinationem præfinitum, ducendi uxores legitimas: hoc tamen, ut à canonibus prohibitum, observari E non debet.

ZONAR. Quicunque, dum Diaconi constituerentur, hoc est, quo tempore diaconatu initiandi fuerant, uxorem sibi necessariò ducendam esse, nec virginitatem à se coli posse, testati, hoc est, apertè, quasi adhibitis etiam testibus, professi sunt, si quam sibi mulierem post susceptum ordinem matrimonii jure copulaverint, ministerio, hoc est, à Diaconatu nequaquam arcendos esse canon decernit. Videtur iis siquidem obeundi post ordinē susceptum matrimonii ab Episcopo facultas permissa. Si qui vero, dum initiandi forent, siluêre, eóque proinde silentio castimoniam condixêre: (nam hic quoq; assensum taciturnitas indicat) eos, si uxorem postea duxerint, à ministerio cessare jubet. Atq; hæc quidem hujus canonis decreto sancita. Sanctorum vero Apostolorum vigesimo sexto canone, lectoribus solis & cantoribus, postquam in clerum lecti fuerint, matrimonia inire permissum. Et hunc Apostolicum can. secuta sexta Synodus, canone sexto, nulli Presbytero, Diacono aut Hypodiacono post susceptum ordinem uxorem ducendi facultatem esse decernit; ac quicunque canoni non obtemperaverint depositione mulctari jubet. Nuptias porro, si

Digitized by Google

si velint, antequam initientur, celebrandi potestatem facit. Cum igitur sibi invicem hi canones manifestò adversentur, sextæ Syn. can. qui & posterior fuit & magis cum Apostolico canone consentit, servari debet. Nec enim unquam Sacerdoti aut Diacono, qui uxorem post susceptos ordines duxerit, aut dignitatem suam retinendi aut sacra ministeria obeundi facultas erit.

A τοὺς εἰρημένους θεσπίζει συναλλάττειν γάμον, εἰ βούλοιντο. ἐναντίων οὖν προδήλως τῶν κανόνων τούτων ὄντων, ὁ τῆς ἕκτης συνόδου κρατεῖν ὀφείλει, ὡς μεταγενέστερος καὶ τῷ ἀποστολικῷ συμφωνῶν κανόνι. οὐ γάρ ποτε πρεσβύτερος ἢ διάκονος, μετὰ τὴν χειροτονίαν γυναῖκα λαβὼν, ἐν τῇ οἰκείᾳ ἔσται ἐπιτιμίᾳ, ἢ ἱερουργεῖν παραχωρηθήσεται.

ARIST. *Qui Diaconus est ordinandus, si protestatus fuerit Episcopo se non posse cœlibem perseverare, uxore ductâ sit Diaconus, si verò cùm tacuerit, uxorem postea duxerit, ejiciatur.*

Hic Canon statuit eum qui ante ordinationem Episcopo protestatus fuit, se non posse cœlibem agere, sed velle matrimonii communionem inire, non prohiberi etiam post ordinationem matrimonium inire, & in eodem etiam ministerio & honore adhuc permanere. Eum autem, qui siluit & in ordinatione ut cœlebs maneret, susceptus est, à diaconatu cessare, si postea matrimonii lege mulieri conjunctus fuerit. Sed huic canoni opponitur sextus sextæ Synodi canon, non omnino ei qui cœlebs ad Hypodiaconi aut Diaconi aut Presbyteri gradum venit, concedens matrimonio sibi fœminam conjungere, sed eum qui hoc ausus fuerit, deponi jubens. Et vim retinet ille canon, sed hic in desuetudinem abiit.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ μέλλων διάκονος χειροτονεῖσθαι, εἰ προεμαρτύρατο τῷ Ἐπισκόπῳ μὴ δύνασθαι καρτερεῖν ἄγαμον, γαμήσας ἔστω διάκονος· εἰ δὲ σιωπήσας ἔγημεν ὕστερον, ἀποβαλλέσθω.

B Οὗτος ὁ κανὼν διαγορεύει τὸν πρὸ τῆς χειροτονίας προμαρτυράμενον τῷ Ἐπισκόπῳ, μὴ δύνασθαι παρθενεύειν, ἀλλ' εἰς γάμου βούλεσθαι κοινωνίαν ἐλθεῖν, μὴ κωλύεσθαι, καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν εἰς γάμον ἔρχεσθαι, καὶ μένειν ἐπὶ τῆς αὐτῆς αὖθις ὑπηρεσίας τε καὶ τιμῆς. τὸν δὲ σιωπήσαντα, καὶ καταδεξάμενον ἐν τῇ χειροτονίᾳ ἄγαμον μένειν τῆς διακονίας πεπαῦσθαι, εἴπερ μετὰ τοῦτο γάμου νόμῳ γυναικὶ συναφθῇ. πλὴν τῷ παρόντι κανόνι ἀντίκειται ὁ ἕκτος κανὼν τῆς ἕκτης συνόδου, μὴ παραχωρῶν ὅλως τῷ προελθόντι ἀγάμῳ, εἰς ὑποδιακόνου, ἢ διακόνου, ἢ πρεσβυτέρου βαθμὸν, μετὰ

C τὴν χειροτονίαν γαμικὸν ἑαυτῷ συνιστᾶν συνοικέσιον· ἀλλὰ τὸν τοῦτο τολμήσαντα ποιῆσαι, διατατόμενος καθαιρεῖσθαι. καὶ κρατεῖ ὁ κανὼν ἐκεῖνος καὶ οὗτος, ἤργησε.

CANON XI.

Desponsas aliis puellas, & ab aliis postea raptas, placuit, iis, quibus desponsæ erant, reddi, etiam si vim passæ sint.

BALS. De iis, qui quaslibet puellas rapiunt, ea quæ sunt consentanea tractata sunt in xxx. cap. ix. tit. præsentis operis, & lege ipsum. Similiter lege & xcii. can. Synodi in Trullo, & lviii. tit. totum lx. lib. Cum autem audis can. dicentem, raptas reddendas iis quibus desponsæ fuerant; ne dicas eos cogi illas accipere; sed ipsos quoque velle eas quærere. Hoc enim etiam in mulieribus adulteris dictum est, in lib. xxviii. tit. vii. cap. i. quod quidem est Justiniani novella cxvii. Sin autem velis dicere, eas sponsos vel invitos accipere; canonem interpretare convenienter epistolæ sancti Gregorii Thaumaturgi; quam etiam lege in principio: itémque ea, quæ ad expositionem istius epistolæ scripta sunt, sed & vicesimum secundum Canonem S. Basilii sic exponetur.

ZONAR. Magnus quoque Basilius can. vigesimo secundo, qui mulierem raptam habet, non prius ad pœnitentiam admitti sinit, quam mulier ab eo abducta priori sponso, si tamen eam ducere adhuc ille in animo habeat, restituta sit. Eodem modo hic etiam canon intelligendus; raptas videlicet mulieres iis, quibus ante desponsæ fuerant, si nimirum illi ducere velint, esse reddendas. Inviti enim non cogentur.

ΚΑΝΩΝ ιά.

Τὰς μνηστευθείσας κόρας, καὶ μετὰ ταῦτα ὑπὸ ἄλλων ἁρπαγείσας, ἔδοξεν ἀποδίδοσθαι τοῖς προμνηστευσαμένοις, εἰ καὶ βίαν ὑπ' αὐτῶν πάθοιεν.

ΒΑΛΣ. Περὶ τῶν ἁρπαζόντων κόρας οἱασδήτινας τὰ εἰκότα διελήφθη ἐν τῷ λ'. κεφ. τοῦ θ'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ ἀνάγνωθι τοῦτο· ὡσαύτως ἀνάγνωθι καὶ τὸν

D ϛβ'. κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, καὶ τὸν νή. ὅλον τίτλον τοῦ ξ'. βιβλίου. ἀκούων δὲ τοῦ κανόνος λέγοντος, ἀποδίδοσθαι τὰς ἁρπαγείσας τοῖς μνηστευσαμένοις, μὴ εἴπῃς ἀναγκάζεσθαι τούτους ταύτας λαβεῖν, ἀλλὰ θέλειν καὶ ζητεῖν αὐτοὺς αὐτάς. τοῦτο γὰρ καὶ ἐπὶ μοιχαλίδων γυναικῶν εἴρηται ἐν βιβλίου κή. τίτλου ζ'. κεφαλ. α'. ὅπερ ἐστὶ νεαρὰ Ἰουστινιάνειος ριζ'. εἰ δὲ θέλεις εἰπεῖν, καὶ ἄκοντας λαμβάνειν αὐτὰς τοὺς μνηστῆρας, ἑρμήνευσον τὸν κανόνα κατὰ τὴν ἐπιστολὴν τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ· ἣν καὶ ἀνάγνωθι περὶ τὰς ἀρχάς· πρὸς δὲ καὶ τὰ εἰς ἑρμηνείαν τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς γραφέντα, ἀλλὰ καὶ τὸν κβ'. κανόνα τοῦ ἁγίου Βασιλείου οὕτως ἑρμήνευσον.

E ΖΩΝΑΡ. Καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν εἰκοστῷ δευτέρῳ κανόνι αὐτοῦ τὸν ἐξ ἁρπαγῆς ἔχοντα γυναῖκα μὴ πρότερον παραδέχεσθαι εἰς μετάνοιαν βούλεται, εἰ μὴ ἀφαιρεθῇ ἐξ αὐτοῦ ἡ ἁρπαγεῖσα, καὶ τῷ μνηστευσαμένῳ αὐτὴν δοθῇ, εἰ τέως βούλοιτο λαβεῖν αὐτήν. οὕτως καὶ τὸν κανόνα τοῦτον νοητέον λέγειν τὸ ἀποδίδοσθαι τὰς ἁρπαγείσας τοῖς μνηστευσαμένοις αὐτάς. εἰ αἱροῖντο δηλονότι λαβεῖν αὐτάς. ἄκοντες γὰρ οὐκ ἀναγκασθήσονται.

ARIST. *Si desponsata sit puella, ab alio verò rapta fuerit, priori restituitur.*

Hic quidem canon desponsam cuipiam puellam & postea ab alio raptam, priori sponso restitui jubet, etiamsi ab eo qui ipsam rapuit, virgo corrupta sit. At quinquagesimus octavus tit. lx. lib. Basilic. magnis pœnis eum subjicit, qui mulierem rapuit, eúmque qui opem isti in raptu tulit, eósque qui diligentiam quamcunque ei contulerunt. Et non permittit quamvis ipsa mulier rapta & quamvis ipsius parentes voluerint, isti, qui eam rapuit, matrimonio conjungi. Sed & si parentes istiusmodi assentiantur conjugio, exterminantur.

ΑΡΙΣΤ. Εἰ ἐμνηστεύθη κόρη, ἡρπάγη δὲ παρ' ἄλλου· τῷ προτέρῳ ἀποκαθίσταται.

F Ὁ μὲν κανὼν οὗτος τὴν μνηστευθεῖσάν τινι κόρην, καὶ μετὰ ταῦτα ὑφ' ἑτέρου ἁρπαγεῖσαν, ποστάττει ἀποκαθίστασθαι τῷ προτέρῳ μνηστῆρι, κἂν ὑπὸ τοῦ ἁρπάσαντος αὐτὴν, ἡ παρθένος ἐφθάρη. ὁ δὲ πεντηκοστὸς ὄγδοος τίτλος τοῦ ξ'. βιβλίου βασιλικῶν μεγάλαις ποιναῖς ὑποβάλλει τὸν ἁρπαγὴν ποιησάμενον γυναικὸς, καὶ τὸν βοηθήσαντα αὐτῷ ἐν τῇ ἁρπαγῇ, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς οἱανδήποτε σπουδὴν τούτῳ εἰσενεγκόντας. καὶ οὐδὲ συγχωρεῖ, κἂν ἡ ἁρπαγεῖσα θέλῃ γυνὴ, κἂν οἱ γονεῖς αὐτῆς, τῷ ἁρπάσαντι συναφθῆναι πρὸς γάμον. ἀλλὰ καὶ εἰ συναινέσουσιν οἱ γονεῖς τῷ τοιούτῳ συνοικεσίῳ, περιορίζονται.

ΚΑΝΩΝ

Digitized by Google

ΚΑΝΩΝ ιβ'.

Τοὺς πρὸ τοῦ βαπτίσματος τελευτήσαντας, καὶ μετὰ ταῦτα βαπτισθέντας, ἔδοξεν εἰς τάξιν προάγεσθαι, ὡς ἀπολουσαμένους.

ΒΑΛΣ. Τινὲς ἄπιστοι τὸ μὲν κήρυγμα ἐδέχοντο, καὶ ὀπίσθιον τῷ Χριστῷ· βαπτίζεσθαι δὲ ὑπώπτευον. ἐπεὶ οὖν ἔνιοι τῶν τοὺς λοιποὺς ἀπίστους θύσαντες ἠξίουν, μὴ βαπτισθῆναι, ἱερωθῆναι, καὶ ὑπερεχωροῦντο, ὡς τινῶν λεγόντων, μὴ ὀφείλειν τούτους εἰς βαθμοὺς ἐκκλησιαστικοὺς προαναβιβάζεσθαι τοὺς προφητευθέντας κανόνας, τοὺς ἐπιτιμῶντας τοὺς θύσαντας τοῖς εἰδώλοις· διωρίσαντο οἱ πατέρες τούτους εἰς ἱερωσύνην προάγεσθαι ὡς διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἀπολουσαμένους καὶ καθαριζομένους ἀπὸ παντὸς ῥύπου ἁμαρτίας. ἐρωτήσει δέ τις, καὶ τίνος χάριν τούτους μὲν ἑκόντι καὶ μὴ βίαν θύσαντας δεχόμεθα καὶ βαπτίζομεν, καὶ τῷ κλήρῳ συντάττομεν, τοὺς δὲ Χριστιανοὺς καὶ βίαν θύσαντας, οὐ μόνον ἱερωσύνης οὐκ ἀξιοῦμεν, ἀλλὰ ἐπιτιμίοις καθυποβάλλομεν ὡς προείρηται; Λύσις. ἐκεῖνοι μὲν Χριστιανοὶ ὄντες καὶ τὰς βασάνους μὴ ἀναμείναντες, ἀλλὰ θύσαντες, ἀρνησάθεοι γεγόνασι, καὶ ὡς τὰ ἔσχατα ἐσχαιρότες εἰς ἱερωσύνην οὐ προσδέχονται, ἀλλὰ καὶ ἐπιτιμῶνται· ἔνιοι δὲ ἐκ γενετῆς ὄντες ἄπιστοι καὶ πρὸ τοῦ θείου βαπτίσματος θύσαντες, οὐκ ἠρνήσαντο τὸν θεόν. πῶς γάρ, ὃν ἔτι οὐ προσεδέξαντο, ἀλλὰ δὲ μηδὲ βαπτισθῆναι, καὶ καὶ τοῦτο οὐδὲ ἥμαρτον ποιήσαντες καὶ καὶ τὴν οἰκείαν θρησκείαν; κἀντεῦθεν καὶ προσερχόμενοι τῇ ἐκκλησίᾳ δέχονται ὡς ἄπιστοι· εἰ δὲ καὶ οἱ τοιοῦτοι βαπτιζόμενοι καὶ ἱερωσύνης ἀξιοῦνται, μετὰ δοκιμασίας ἐπισκοπικῆς, οὐδὲ αὐτοὶ κωλυθήσονται ἱερωθῆναι, ἀλλὰ γνώσεται καὶ ἐπὶ τούτοις πάντα τὰ τῆς θείοις πατράσι διωρισμένα χάριν τῶν ἐξ ἀπίστων βαπτισθέντων καὶ θελόντων ἱερωθῆναι.

Ετέρα ἑρμηνεία.

Τῷ παρόντι κανόνι χρησάμενος ὁ ἁγιώτατος ἐκεῖνος πατριάρχης κῦρις Πολύευκτος πρῶτον μὲν ἐξώθησεν ἐκ τῶν ἱερῶν περιβόλων τοῦ ἁγιωτάτης τοῦ θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας τὸν βασιλέα κύριον Ἰωάννην τὸν Τζιμισκὴν ὡς φονεύσαντα τὸν βασιλέα κύριον Νικηφορον τὸν Φωκᾶν· ὕστερον δὲ ἐδέξατο. εἶπε γὰρ μετὰ τὰς ἁγίας συνόδους ἐν τῇ γενομένῃ τηνικαῦτα συνοδικῇ πράξει, τῇ ὄντι τῷ χαρτοφυλακείῳ ἀποκειμένῃ, ὡς ἐπεὶ τὸ χρίσμα τοῦ ἁγίου βαπτίσματος τὰ πρὸ τούτου ἁμαρτήματα ἀπαλείφει, οἷα καὶ ὅσα ἂν ὦσι, πάντως καὶ τὸ χρίσμα τῆς βασιλείας τὸν πρὸ ταύτης γενόμενον φόνον παρὰ τοῦ Τζιμισκοῦ ἐξήλειψεν. ἀκολούθως ἐν τῇ τοιαύτῃ πράξει λέγουσιν ὅσοι μᾶλλον εἰσὶ συμπαθέστεροι καὶ τοῦ θεοῦ ἔλεον τῆς κρίσεως προαρπάζουσι, λέγοντες τοῦ χρίσματος τῆς ἀρχιερωσύνης τὰ πρὸ ταύτης ἀπαλειφθῆναι ἁμαρτήματα, καὶ διανίστανται τῆς περὶ τῆς ἀρχιερωσύνης ψυχικῶν μολυσμάτων τοὺς ἀρχιερεῖς μὴ εὐθύνεσθαι· ὡς γὰρ οἱ βασιλεῖς χριστοὶ κύριοι λέγονται καὶ εἰσὶν, οὕτω καὶ ἀρχιερεῖς εἰσί τε καὶ ὀνομάζονται. κατασκευάζουσι δὲ τὸ οἰκεῖον λόγον καὶ ἀπὸ τοῦ τὰς ἀναγινωσκομένας εὐχὰς ὅτε σέβονται οἱ βασιλεῖς τῆς αὐτῆς δυνάμεως καὶ ὅτε χειροτονοῦνται οἱ ἀρχιερεῖς. ἀντὶ δὲ τοῦ χριομένου ἐλαίου τοῖς βασιλεῦσι καὶ τοῖς ἀρχιερεῦσι, κατὰ τὸ παλαιὸν νόμον, εἶπον ἀρκεῖν τοῖς ἀρχιερεῦσι τὸ ἐπικείμενον ζυγὸν τοῦ εὐαγγελίου τῷ τετραχήλῳ αὐτῶν, καὶ δι' ἐπικλήσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος σφραγῖδα τοῦ χειροτονοῦντος. εἰς σύστασιν δὲ τούτων πάντων ἀναντίῤῥητον χρῶνται καὶ τῷ τοῦ μεγάλου γρηγορίου τοῦ θεολόγου λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχή, Πάλιν ἐπ' ἐμὲ χρίσμα καὶ πνεῦμα. ἀφ' οὗ μάθῃς, ὅτι οὐδὲν ἧττον ἀξιοῦται τοῦ παναγίου πνεύματος χάριτος ὁ ἀναξίως χειροτονηθεὶς, καὶ ἐν καθαρότητι τὸ μὴ τὸ χειροτονίαν βίον ἀνύσας, τοῦ ἀξίως χειροτονηθέντος, καὶ μὴ τῆς αὐτῆς καθαρότητος τὸν ἐν ἡμῖν βίον ἀπολιπόντος. ταῦτα μὲν περὶ ἀρχιερέων· περὶ δὲ ἱερέων καὶ ἑτέρων κληρικῶν ζήτει συνόδου Νικαίας κανόνα ιθ'. συνόδου Νεοκαισαρείας κανόνα θ'. ια'. Βασι-

Canon XII.

Eos, qui ante baptiſmum ſacrificarunt, & poſtea baptizati ſunt, viſum eſt ad ordinem promoveri, ut qui abluti ſunt.

Bals. Infideles aliqui prædicationem quidem ſuſceperunt, & Chriſto credebant; baptizari autem differebant. Quoniam ergo ii, ut reliqui infideles, ſacrificantes, ubi baptizati fuerant, volebant ſacris initiari, & non ſinebantur, eo quòd nonnulli dicerent, eos non eſſe ad gradus Eccleſiaſticos provehendos, ex prædictis canonibus eos punientibus, qui idolis ſacrificarunt: ſtatuerunt patres, ut ii ad ſacerdotium proveherentur, ut qui per ſacrum baptiſmum abluti & omni peccati ſorde mundati eſſent. Interrogaverit autem quiſpiam, quamnam ob cauſam hos quidem, qui ſua ſponte & non vi ſacrificarunt, ſuſcipimus & baptizamus, & clero ordinamus; Chriſtianos autem, qui vi ſacrificarunt, non ſolùm ſacerdotio dignos non exiſtimamus, ſed pœnis etiam ſubjicimus, ut priùs dictum eſt? Solutio. Illi quidem, cum ſint Chriſtiani, vim tormentorum non perferentes, ſed immolantes, Deum abnegarunt, &, ut qui graviſſimè deliquiſſent, ad ſacerdotium non admittuntur, ſed puniuntur: hi autem, infideles cum eſſent à nativitate, & ante divinum baptiſmum ſacrificarunt, Deum non negaverunt. Quomodo enim negaſſent quem nondum ſuſceperant, quòd baptizati non eſſent; & ideo non peccarunt, ſuæ ſuperſtitionis ritui convenienter facientes? proinde ad Eccleſiam accedentes ſuſcipiuntur, ut infideles; & quoniam ii baptizati etiam ſacerdotio digni habentur, cum epiſcopali examinatione, nec ipſi ad ſacra admitti prohibebuntur; ſed in iis fient omnia, quæ à ſanctis patribus conſtituta ſunt de infidelibus baptizatis, & volentibus ad ſacros ordines promoveri.

Alia Interpretatio.

Preſenti canone uſus ille ſanctiſſimus Patriarcha dominus Polyeuctus, primum quidem ex ſanctiſſimæ Dei magnæ Eccleſiæ ſacris ambitibus Imperatorem dominum Johannem Tzimiſchem expulit, ut qui Imperatorē Nicephoram Phocam interfecit; Poſtea autem ſuſcepit. Dixit enim cum ſanctâ Synodo, in ſynodalibus actis quæ tunc habita fuerunt, quæ in Chartophylacio reponuntur, quòd quoniam ſancti baptiſmatis unctio omnia, quæ ante baptiſmum fuerunt, qualia & quantacunque ſunt, peccata delet; omnino Imperatoris quoque unctio cædem, quæ ante eam à Tzimiſche facta eſt, delevit. Ei ergo actioni conſequenter, quicunque ſunt paulo miſericordiores, & Dei miſericordiam ante judicium corripiunt, per Epiſcopalem unctionem quæ ante eam commiſſa ſunt peccata deleri dicunt, & pulchrè inſtant de animæ peccatis ante ſacerdotium commiſſis Sacerdotes non poſtulari. Ut enim Imperatores uncti domini appellati ſunt, ſic etiam Antiſtites & ſunt, & nominantur. Dictum autem ſuum ex hoc quoq; confirmant, quod ejuſdem virtutis ſunt preces, quæ leguntur quando Imperatores coronantur, & quando ordinantur Antiſtites. Pro oleo autem, quo antiquâ lege inungebantur Reges & Antiſtites, dicunt Antiſtitibus ſufficere evangelii jugum collis eorum impoſitum & ejus qui ordinat characterem, cum ſancti Spiritus invocatione. Ad irrefutabilem autem horum omnium comprobationem, magni quoque Gregorii Theologi ſermone utuntur, cujus initium; Rurſus ſuper me unctio & ſpiritus. Unde diſcas, quòd nihilo minus ſancti Spiritûs gratiâ dignus cenſetur is, qui indignè electus in puritate poſt ordinationem vitam tranſigit, quam is qui dignè electus, & poſt iſtam puritatem vitam noſtram reliquit. Hæc de Antiſtitibus. De Sacerdotibus enim & aliis Clèricis quære Synodi Nicænæ Canonem decimum nonum, Synodi Neocæſarienſis can. ix. xi. Baſilii. can.

Digitized by Google

can. xxvii. & Theophili ex commentario can. iv. v. & viii. Et nota ex iis, quòd antistitum quidem ordinatio & Regum unctio, quæ ante ordinationem & unctionem fuerunt, delent. Propterea enim habent potestatem Episcopi remittendi peccata; ut qui cùm primi ordinati sunt audiverint; Quæcunque ligaveritis super terram erunt ligata in cœlis, & quæcunque solveritis super terram erunt soluta in cœlis. Sacerdotum autem, & aliorum qui sunt in sacris, ordinatio, parva quidem peccata delet, cònsensum dico & mendacium, & similia quæ depositionem non inducunt, non autem fornicationem. Unde nec Sacerdotes possunt peccata remittere. Et lege Neocesarienſis Syn. Can. ix. qui eadem dicit de Sacerdotibus. In his autem nè tibi contrarius videatur Can. xvii. Sanctorum Apostolorum, dicens, qui duobus matrimoniis post baptismum fuit colligatus, vel habuit concubinam, non potest esse Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, vel omnino in catologo Sacerdotali, neque xviii. eadem ferè statuens. Sed accipe illud, esse, pro, fieri; & dic, quòd nemo, qui sic lapsus est, Episcopali vel Sacerdotali honori dignus habebitur. Qui autem præter decreta dignus habetur, siquidem est Episcopus non postulabitur propter dictas causas, & quod Antistites cum primùm sunt ordinati, non solum Apostolicâ gratiâ digni sunt, sed etiam Prophetica. Sic enim & Saul inter Prophetas, & Caiphas invitus prophetizavit. Erat enim, inquit, Pontifex anni illius. Sin Sacerdos sit, aut alius sacris initiatus, deponetur. Lege & xxix. cap. ix. tit. præsentis operis, & invenies in eo leges diversas, quæ multa de Sacerdotibus & aliis qui sunt in sacris tractent; Episcoporum autem omnino mentionem non faciunt.

A λείυ κανόνα κζ'. καὶ Θεοφίλυ ἐκ τῦ ὑπομνηστικῦ κανόνος δ'. ε'. ι'. καὶ σημείωσαι ἐκ τύτων, ὅτι ἡ χειροτονία τῶν ἀρχιερέων καὶ τὸ χρῖσμα τῶν βασιλείων ἀπαλείφυσι τὸ περὶ τῆς χειροτονίας καὶ τῦ χρίσματος ἁμαρτήματα, οἷα ἂν ὦσι. Διὰ γὰρ τῦτ' ἔχυσιν οἱ Ἐπίσκοποι ἐξυσίαν ἀφιέναι ἁμαρτήματα, ὡς ἀκύσαντες ἅμα τῷ χειροτονηθῆναι, ὅσα δήσετε ἐπὶ τῆς γῆς ἔσαι δεδεμένα ἐν τῷ ὐρανῷ, καὶ ὅσα λύσετε ἐπὶ τῆς γῆς ἔσαι λελυμένα ἐν τῷ ὐρανῷ. ἡ δὲ τῶν ἱερέων καὶ τῶν λοιπῶν χειροτονία μικρὰ ἁμαρτήματα ἀπαλείφει, οἷον συγκαταθέσιν, ψεῦδος καὶ τοιαῦτα, μὴ ἐπάγοντα καθαίρεσιν, πορνείαν δὲ οὐχί. ὅθεν οὐδὲ ἀφιέναι ἁμαρτίας οἱ ἱερεῖς δύανται. καὶ ἀνάγνωσον τὸν ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδυ κανόνα θ'. τὰ αὐτὰ περὶ ἱερέων λέγοντα. μὴ ἐναντιωθῇ δέ σοι ὁ ιζ'. κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων, λέγων, ὁ δυσὶ γάμοις συμπλακεὶς μετὰ τὸ βάπτισμα, ἢ παλλακὴν κτησάμενος, ὐ δύαται εἶναι Ἐπίσκοπος πρεσβύτερος ἢ διάκονος. ἢ ὅλως τῷ ἱερατικῷ καταλόγυ, μηδὲ ὁ ιη'. τὰ αὐτὰ ἡμῖν διορίζόμενος. Ἀλλ' ἐκλαβῦ τὸ εἶναι εἰς τὸ γίνεσθαι καὶ εἶπε, ὐδεὶς ὕτως ὁλιθήσας ἀξιωθήσεται ἐπισκοπικῦ ἢ ἱερατικῦ ἀξιώματος. ἀξιωθεὶς δὲ πρὸ τὰ δεδιγμένα, εἰ μέν ἐστιν Ἐπίσκοπος, ὐκ ἀναχειρίσεται διὰ τὰς ῥηθείσας αἰτίας καὶ οἱ ἀρχιερεῖς ἅμα τῷ χειροτονηθῆναι ὐ μόνον ἀπολυτικῦ χαρίσματος. ἀξιῦνται, ἀλλὰ καὶ προφητικῦ. ὕτω γὰρ καὶ Σαὺλ ἐν προφήταις, καὶ Καϊφᾶς ἄκων προεφήτευσεν. ἦν γάρ, φησὶν, ἀρχιερεὺς τῦ ἐνιαυτῦ ἐκείνυ· εἰ δὲ ἱερεύς ἐστιν ἢ ἕτερος ἱερωμένος καθαιρεθήσεται· ἀνάγνωσον καὶ τὸ κθ'. κεφ. τῦ θ'. τίτλυ τῦ παρόντος συντάγματος, καὶ ἐυρήσεις ἐν αὐτῷ νόμυς διαφόρυς πολλὰ περὶ ἱερέων καὶ ἑτέρων ἱερωμένων διαλαμβάνοντας· ἐπισκόπων δὲ ὅλως μνείαν μὴ ποιυμένους.

Zonar. Mysteria quidem olim nostræ religionis audita plures admittebant, ac fidei, quæ de Christo est, planè assentiebantur; sed baptismi diem longiùs nihilominus extrahebant. Ex quo & Gregorii Theologi & magni Basilii orationes, quibus ad baptismum hortabantur, extitere. Erant itaque per ea tempora, quibus rem Christianam tyranni divexabant, ejusmodi homines haud pauci, qui cum Christiana professione censerentur, baptismo tamen nequaquã adhuc expiati fuissent. De his igitur hominibus, si nomine Christianæ religionis comprehensi immolavere, ac postea baptismo, quem antea non susceperant, initiati sunt; nihil ex eo quod sacrificaverint impediri, quominus eos ad ordinem, hoc est, sacerdotii gradum evehi liceat, canon decernit. Omnes enim antea contractæ sordes baptismo elui delerique creduntur.

Ζ Ω Ν Α Ρ. Τὸ παλαιὸν μὲν κήρυγμα ἐδέχετο οἱ πλείους, καὶ ὀκνηρὸν τῷ Χριστῷ, βαπτίζεσθαι ὑπερετίθεντο. διὸ καὶ ὁ Θεολόγος Γρηγόριος, καὶ ὁ μέγας Βασίλειος τοὺς εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα προτρεπτικοὺς συνεγράψαντο λόγους. ἧς οὖν ἐν τοῖς καιροῖς τῶν διωγμῶν τοιοῦτοι πολλοί, Χριστιανοὶ, μὲν ὄντες, μήπω δὲ βαπτισθέντες. φησὶν οὖν περὶ τούτων ὁ κανὼν, ὅτι ἐάν τινες ἔνοχοι καταχθέντες ὡς Χριστιανοὶ, ἀφώτιστοι δὲ ὄντες μὴ ταῦτα ἐβαπτίσθησαν, οὐδὲν αὐτοὺς κωλύει τὸ δῦναι εἰς τὸ προαχθῆναι εἰς τάξιν, τουτέστιν εἰς ἱερωσύνης βαθμόν. τὸ γὰρ ἅγιον βάπτισμα ἅπαντα τὰ πρώην μολύσματα ἀπολούσαι καὶ ἀκαθάρατα πιστεύεται οἱονεὶ ἂν εἶεν.

Zonar. Qui ante baptisma sacrificavit, post insons habeatur.

Cum sanctum baptisma omnem animalem sordem abluat, merito quidem ille qui ante baptismum sacrificavit, post baptismum crimine vacabit, & ad gradum sacerdotalem promovebitur, si subsequens ejus vita inculpata inveniatur.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ πρὸ τῦ βαπτίσματος δύσας, ἀνένθυνος μὴ τὸ βάπτισμα.

Ἐπὶ τὸ ἅγιον βάπτισμα πάντα ῥύπον ψυχικὸν ἀπολυόμενον, εἰκότως ὁ πρὸ τῦ βαπτίσματος δύσας, μὴ τὸ βάπτισμα ἦναι ἀνένθυνος, καὶ εἰς ἱερατικὸν βαθμὸν προαχθήσεται, εἴπερ ὁ μὴ ταῦτα βίος αὐτῷ ἐυρεθῇ ἀνεπίληπτος.

Canon. XIII.

Chorepiscopis non licere Presbyteros vel Diaconos ordinare; sed neque urbis Presbyterus, nisi cum literis ab Episcopo permissum fuerit, in aliena parochia.

Bals. Si scire velis quinam sint Chorepiscopi, & quænam eorum privilegia, lege Neocæsarianæ Synodi can. xiii. Antioch. can. x. & sancti Basilii ad Chorepiscopos epistolam. Statuunt autem & præsentis Synodi patres Chorepiscopum non ordinare Presbyteros vel Diaconos sine scripta epistola proprii Episcopi, sed neque urbis Presbyterum. Ac de præsenti

ΚΑΝΩΝ ιγ'.

Χωρεπισκόπους μὴ ἐξῆναι πρεσβυτέρους ἢ διακόνους χειροτονῆσαι, ἀλλὰ μὴν μηδὲ πρεσβύτερους πόλεως, χωρὶς τῦ ὑποταγῆναι αὐτὸ τῷ Ἐπισκόπῳ μὲ γράμμασι, ἐν ἑτέρᾳ παροικίᾳ.

Βαλσ. Εἰ θέλεις μαθεῖν τίνες εἰσὶν οἱ χωρεπίσκοποι καὶ τίνα τὰ τούτων προνόμια, ἀνάγνωθι τὸν ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδυ κανόνα ιγ'. τὸν ἐν Ἀντιοχείᾳ κανόνα ι'. καὶ πρὸς τὲς χωρεπισκόπυς ὑποτολὴν τῦ ἁγίυ Βασιλείυ. διορίζονται δὲ καὶ οἱ τῆ πρώτης συνόδυ πατέρες, μὴ χρῆναι χωρεπίσκοπον πρεσβύτερυς ἢ διακόνυς χωρὶς ἐγγράφυ ὑποτολῆς τῦ ἐγχωρίυ Ἐπισκόπυ, ἀλλὰ μηδὲ πρεσβύτερον πόλεως. πρὸ μὲν τυ

Ζοι δ' πρόντος κανόν. ἠθέλομεν γράψαι τινά· ἐπεὶ δ' ὁ πρὸ A
χωρεπισκόπων βαθμὸς παντελῶς ἐξέκτησεν, οὐδὲ ἡμεῖς ματαιοπονῆσαι ἠθελήσαμεν.

quidem canone quædam scribere volebamus; sed quoniam Chorepiscoporum gradus omnino exolevit, neque nos inanem frustra laborem suscipere voluimus.

ΖΩΝΑΡ. Ο δ' ἐν Αντιοχείᾳ συνόδου δέκατος κανὼν τὰ αὐτὰ περὶ τῶν χωρεπισκόπων ὁρίζει, ἀπαγορεύων αὐτοῖς χειροτονίαν πρεσβυτέρου ἢ διακόνου, μόνους δὲ ὑπηρέτων χειροτονεῖν ὑποδιακόνους καὶ ἀναγνώστας καὶ ἐφορκιστάς· ἄνευ δὲ ἐπιτροπῆς τοῦ Επισκόπων οἷς ὑποκεινται μὴ ἐξεῖναι αὐτοῖς πρεσβύτερον ἢ διάκονον χειροτονεῖν, ἀλλὰ μηδὲ πρεσβυτέρους ἐν πόλεσι καθιστᾶν. εἰ γὰρ ἐν ταῖς χώραις, ἐν αἷς ἐπισκόπους, ἃ δύνανται χειροτονεῖν τοὺς εἰρημένους, μᾶλλον ἐν πόλεσι τοῦτο ποιεῖν κωλύον). πῶς B
δ' ἐπιτροπὴν βούλεται ὁ κανών. ἀλλὰ γραμμάτων γίνεσθαι, ἤτοι ἔγγραφον, ἵνα μή τις εἴη περὶ τούτου ἀμφιβολία, τοῦ μὲν χωρεπισκόπου λέγοντος ἐπιτραπῆναι, τοῦ δὲ Επισκόπου ἀρνουμένου ἴσως, ἢ διὰ λήθην ἢ ἄλλως.

Zonar. Eadem Antiochenæ quoque Synodi can. decimus de Chorepiscopis statuit, quibus Presbyteri ac Diaconi creatione interdicens, hypodiaconos tantum, Lectores, ac Exorcistas creandi potestatem relinquit: Sacerdotes verò, ac Diaconos, absque eorum, quibus subjecti sunt, Episcoporum facultate, creare, sed & Sacerdotes in urbe aliqua constituere, omnino vetat. Si namque in iis regionibus, quarum Episcopi sunt, dictos creandi potestatem non habent: multo magis id sibi sumere in urbibus vetabuntur. Facultatem porro ejusmodi per literas, hoc est scriptis exaratam, nequa de ea re controversia oboriatur, Chorepiscopo quidem factam ei potestatem asseverante, Episcopo autem, vel non satis explicata ratione memoriæ, vel alia quacunque de causa, pernegante, canon concedi jubet.

ΑΡΙΣΤ. Χωρεπίσκοπος οὐ χειροτονεῖ ἄνευ ἐπιτροπῆς Επισκόπου.

Arist. *Chorepiscopus non ordinat sine Episcopi permissione.*

tem, quæ sequuntur, pœnam cadere. Neq; enim impressio neq; luctatio judicatur, si ratio Impressionem susciplens, & cum ea colluctata, cogitatum repudiaverit: Assensio autem judicatur & accusatur, & actio punitur. Si ergo mulieris desiderium alicui injectum est, & is victus, ut cum ea rem haberet, assensus est, ad opus autem non venit, id est, actum non implevit, manifestum est, quod Dei gratia eum servavit; sed non impune abibit. Pœna enim in assensionem etiam cadit. Hoc quoque manifestum est ex lxx. Can. sancti Basilii, qui dicit; Diaconus labris pollutus, sive qui usque ad osculum mulieris pervenit, & se hucusque peccasse confessus est, ministerio ei interdicetur, id est, ad tempus prohibebitur: Sed sacramentis unà cum Diaconis communicare non indignus habebitur. Itidem & Presbyter. Si quis autem ultra peccasse deprehensus fuerit, in quocunque sit gradu, deponetur. Labris autem esse pollutum nonnulli aliter interpretantur; & de eo dicetur in lxx. Can. sancti Basilii.

ΖΩΝΑΡ. Ἐπὶ τῶν ἁμαρτημάτων τέσσαρας εἶναι βαθμοὺς οἱ ἅγιοι πατέρες φασὶ, προσβολὴν, πάλην, συγκατάθεσιν καὶ πρᾶξιν· ὧν τοὺς δύο καὶ πρώτους ἀνεπιμίκτους εἶναι, τοὺς δὲ μετ' αὐτοὺς δύο ἐπὶ βλητέον. ἔτι γὰρ ἡ προσβολὴ κρίνεται, ἔτι ἡ πάλη, ἐὰν ὁ προσβολὴν προσδεξάμενος ὁ λογισμὸς καὶ παλαίσας ἀπεπέμψατο ὃ ἐνδύμημα· ἡ συγκατάθεσις κρίνεται καὶ αἰτιᾶται, καὶ ἡ πρᾶξις κολάζεται. ἐὰν οὖν ἐπιθυμία προσέβαλέ τινι γυναικὸς, καὶ νικηθεὶς συγκαλέθετο μιγῆναι αὐτῇ, σὺν ἦλθε δὲ εἰς ἔργον, ἤτοι διὰ τὴν πρᾶξιν ἐπλήρωσε, φαίνεται, ὅτι ἡ χάρις τοῦ θεοῦ αὐτὸν ἐρρύσατο. πλὴν σὺν ἀνεπιμίκτῳ. ἔσται. καὶ ἡ συγκαλέθεσις γὰρ ἐστὶ βλητέον γίνεται. καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τοῦ ἑβδομηκοστοῦ κανόνος τοῦ ἁγίου Βασιλείου, λέγοντος· δέκατον. ἐν χείλεσι μανθεὶς, ἤγουν μέχρι φιλήματος. φθάσας γυναικὸς, καὶ μέχρι τούτου ἡμαρτηκέναι ὁμολογήσας, τῆς λειτουργίας βληθήσεται, τουτέστι μέχρι καιροῦ κωλυθήσεται. ἡ δὲ μετέχειν τῶν ἁγιασμάτων μὴ τῶν διακόνων ἀξιωθήσεται. ὁ αὐτὸς δὲ καὶ πρεσβύτερος. εἰ δέ τι πλέον φωραθῇ τις ἡμαρτηκὼς, ἐν οἵῳ ἂν εἴη βαθμῷ, καθαιρεθήσεται. ἐντεῦθεν δῆλον, ὅτι ἄλλο δηλοῖ ὁ βληθήσεται, ὡς εἴρηται, δηλαδὴ δὲ, προσκαίρως τῆς λειτουργίας εἴρχθήσεται. εἰ καί τισιν οὐκ ὕπως νοεῖται, οἷς καὶ ὁ χείλεσι μανθάνειν ἑτέρως ἐκλαμβάνει, οὐκ εὐσχήμως μοὶ τοι, ὡς οἶμαι.

ZONAR. In peccatis esse quatuor gradus dicunt sancti patres, impressionem, luctationem, assensionem & actum: quorum duo quidem prima non esse pœnæ obnoxia; in duo autem, quæ sequuntur, pœnam cadere: Neque enim impressio, neque luctatio judicatur, si ratio impressionem susciplens, & cum ea colluctata, cogitatum repudiaverit: Assentio autem judicatur & accusatur, & actio punitur. Si ergo mulieris desiderium alicui injectum est, & is victus, ut cum ea rem haberet, assensus est, ad opus autem non venit, id est, actum non implevit, manifestum est, quod Dei gratia eum servavit; sed non impune abibit. Pœna enim in assensionem etiam cadit. Hoc quoque manifestum est ex lxx. Can. sancti Basilii, qui dicit; Diaconus labris pollutus, sive qui usque ad osculum mulieres pervenit, & se hucusque peccasse confessus est, ministerio ei interdicetur, id est, ad tempus prohibebitur: Sed sacramentis unà cum Diaconis communicare non indignus habebitur. Itidem & Presbyter. Si quis autem ultra peccasse deprehensus fuerit, in quocunque sit gradu, deponetur. Unde constat, quod aliud significatur per illud, interdicetur, nimirum, ad tempus à ministerio arcebitur. Etsi à nonnullis ita non intelligitur; qui illud, Labris esse pollutum, aliter interpretantur; minus tamen rectè, ut opinor.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ ἐπιθυμήσας μόνον, μὴ δράσας δὲ, θεῷ ἐρρύσθη.

ARIST. *Qui concupivit, sed non perfecit, per Deum servatus est.*

Ὅστις μέχρι γυμνῆς προθέσεως συγκαθεύδειν γυναικὶ ἐπεθύμησεν, ἐγχείρησιν δέ τι ἀτελῆ οὐκ ἐπράξεν, ἔτι ἔργον ἡ ἐνθύμησις αὐτῷ ἦλθε· φαίνεται ὡς διὰ τῆς ἄνωθεν ἐρρύσθη χάριτος. εἰ γὰρ καὶ ἐπεθύμησε, καὶ ἐσπούδασε, καὶ μέσοις τισὶν εἰς ἀπάρτισιν τοῦ μέσους ἐχρήσατο· ἀποτέλεσμα δὲ ἡ ἀτελὴ αὐτῷ οὐκ ἔσχε, διά τινα παρεμπεσόντα ἐμπόδια ἔξωθεν· βλητέος ἐστὶν ἐκεῖ· ὡς ὁ ἑβδομηκοστὸς κανὼν τοῦ ἁγίου Βασιλείου διαγορεύει περὶ τοῦ ἐν χείλεσι μανθάνοντος.

Quicunque etiam nudo proposito cum muliere dormire concupiverit, sed quod conatus est, non fecit, neque ad factum venit concupiscentia ejus, manifestum est, quod per gratiam cœlestem servatur. Si enim & concupivit, & diligentiam adhibuit, & mediis quibusdam ad illius consummationem usus est, conatus autem ejus perfectionem non habuit propter impedimenta aliqua externa quæ inciderunt, pœnis subjicitur, ut septuagesimus sancti Basilii Canon mandat de Diacono qui in labris pollutus est.

ΚΑΝΩΝ ε'.

Κατηχούμενος. ἐὰν εἰσερχόμενος εἰς κυριακὸν ἐν τῇ τῶν κατηχουμένων τάξει στῇ, ἔστω δὲ ἁμαρτάνων· ἐὰν μὲν γόνυ κλίνων, ἀκροάσθω μηκέτι ἁμαρτάνων. ἐὰν δὲ καὶ ἀκροώμενος ἔτι ἁμαρτάνῃ, ἐξωθείσθω.

CANON V.

Catechumenus, si in dominicum ingrediens in Catechumenorum ordine steterit, is autem peccat; si genu quidem flectens sit, audiat, non amplius peccans: Sin autem etiam audiens adhuc peccet, extrudatur.

ΒΑΛΣ. Δύο τάξεις τῶν κατηχουμένων εἰσίν. οἱ μὲν γὰρ ἄρτι προσέρχονται, καὶ, ὡς ἀπελέστεροι, μὴ τὴν ἀκρόασιν τῶν γραφῶν καὶ τῆς θείων συναγωγίων οὐδὸς ἐξίασιν· οἱ δὲ ἤδη προσῆλθον, καὶ γεγόνασι τελεώτεροι, ὅθεν καὶ τῶν ἐπὶ τοῖς κατηχουμένοις εὐχὴν ἀναμένοντες, τὸ γόνυ κλίνουσιν ἐν ταύτῃ. ὅταν δὲ ἐκφωνηθῇ τὸ, οἱ κατηχούμενοι προέλθετε, τότε ἐξέρχονται καὶ ἤτοι, φησὶν οὖν ὁ κανὼν, ὅτι ἐὰν κατηχούμενος

BALS. Duo sunt ordines Catechumenorum. Hi enim nuper accesserunt, &, ut imperfectiores, post scripturarum & divinorum evangeliorum auditionem statim exeunt: illi verò jampridem accesserunt, & perfectiores facti sunt; Unde & orationem, quæ fit supra Catechumenos, expectantes, in ea genu flectunt. Quando autem pronunciatum fuerit; Catechumeni procedite, tunc & ipsi exeunt. Dicit ergo Canon, quòd si Catechumenus

Digitized by Google

peccat, si est quidem ex perfectioribus, à peccando abstinens, veniat ad locum imperfectiorum, id est, stet in templo usque ad evangelium: Sin autem ex imperfectioribus, qui sola etiam auditione digni habentur, & à peccato non abstineat, extrudatur, id est, stet extra Ecclesiam cum deflentibus. Quid verò si imperfectior à peccato abstinuerit, non punietur, quemadmodum perfectiores, sed in primo loco stabit? Solutio. Duo sunt loci Catechumenorum, ut dictum est; hic quidem, qui est usque ad lectionem divinorum evangeliorum: ille verò usque ad exitum Catechumenorum. Qui sunt itaque perfectiores, si peccent & abstineant, parum dimittentur in locum imperfectiorum: sin autem non abstineant, in deflentium loco statuentur. Si ii autem, qui sunt imperfectiores, peccent, nec desistant, in locum deflentium abducentur: sin vero desistant, non habebunt locum, in quem deducentur. Si dixerimus enim eos cum flentibus stare oportere, desperationis gravitate eos obruemus: nec ulla erit differentia eorum qui abstinent & non abstinent. Et ideo, tanquam qui à malo destiterint, rursus cum audientibus stabunt.

A ἁμαρτήμῃ, εἰ μὲν τῶν πλεωτέρων ἐστίν, ἐὰν ἀπόσχηται τῆς ἁμαρτήμης, ἐλθέτω εἰς τὸν τόπον τῶν ἀπλεστέρων, τουτέστι, στήσω μέχρι τῆς εὐαγγελίου ἐν τῇ ναῷ· εἰ δὲ τῶν ἀπλεστέρων, τῶν καὶ ἀκροάσεως μόνης ἀξιουμένων, καὶ μὴ ἀφίσαται τῆς ἁμαρτίας, ἐξωθείσθω, ἀντὶ τοῦ ἔξω τῆς ἐκκλησίας στήτω μετὰ τῶν προσκλαιόντων. τί δὲ, ἐὰν ἀπόσχηται ὁ ἀπλέστερος τῆς ἁμαρτίας, μὴ βραβευθήσεται κρείττων ὁ πλεώτερος, ἀλλ' εἰς χείρονα τόπον στήσεται; Λύσις. δύο τόποι εἰσὶ τῶν κατηχουμένων, ὡς εἴρηται, ὁ μέχρι τῆς ἀναγνώσεως τῶν θείων εὐαγγελίων, καὶ ὁ μέχρι τῆς ἐξελεύσεως τῶν κατηχουμένων. οἱ μὲν πλεώτεροι, ἁμαρτάνοντες καὶ ἀφισάμενοι, μικρὸν ὑποβιβασθήσονται εἰς τὸν τόπον τῶν ἀπλεστέρων· μὴ ἀφισάμενοι δὲ, εἰς τὸν τόπον τῶν προσκλαιόντων στήσονται. οἱ δὲ ἀπλέστεροι ἁμαρτάνοντες, μὴ ἀφισάμενοι μὲν, εἰς τὸν τόπον τῶν προσκλαιόντων ἀπαχθήσονται· ἀφισάμενοι δὲ, οὐκ ἔχουσι τόπον ἔνθα καταταχθήσονται. εἰ γὰρ εἴπωμεν τούτους μετὰ τῶν προσκλαιόντων στῆναι, ἀπογνώσεως βλίψει καταβαπτίσομεν, καὶ οὐδεμία ἔσται διαφορὰ ἀφισαμένων καὶ μὴ ἀφισαμένων. διὰ τοι τοῦτο, ὡς ἀποστάντες τοῦ κακοῦ, στήσονται καὶ πάλιν μετὰ τῶν ἀκροωμένων.

B

Zonar. Duo Catechumenorum olim erant ordines. Alii quidem amplexi fidem, sed qui baptismum differrent, cum Catechumenis astabant, dumque precatio in Catechumenos recitaretur genibus provolvebantur, ac postquam illud, Catechumeni procedite, de more pronunciatum esset, tunc egrediebantur. Alii autem jam primum accedentes, minúsque perfecti, sacræ scripturæ auscultabant, Evangelióque recitato dimittebantur. Quandocunque igitur è Catechumenis quispiam peccaverit, si quidem ex perfectiorum numero fuerit, eorum scilicet, qui in precatione genu flectunt, audiat, hoc est, cum iis qui auscultari tantummodo permittuntur, si modo finem peccandi fecerit, consistat: Sin vero inter Audientes agens adhuc tamen offenderit, expelli, hoc est, extra Ecclesiam cum lugentibus stare, hic Canon jubet.

C

Zωναρ. Δύο τάξεις ἦσαν τῶν κατηχουμένων τὸ παλαιόν. οἱ μὲν γὰρ πιστοὶ ὄντες, ὑπερτιθέμενοι τὸ βάπτισμα, μετὰ τῶν κατηχουμένων ἵστατο, καὶ τῆς ὑπὸ κατηχουμένοις εὐχῆς λεγομένης ἔκλινον τὸ γόνυ, ὅτε δ' ἐξεφωνήθη τὸ, οἱ κατηχούμενοι προέλθετε, τότε ἐξήρχοντο· οἱ δὲ ἄρτι προσελθόντες καὶ ἀτελέστεροι ὄντες, τῶν ἁγίων γραφῶν ἤκουον, καὶ μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ εὐαγγελίου ἀπήεσαν. ὅταν οὖν ὁ κατηχούμενος ἁμαρτάνῃ, εἰ μὲν τῶν τελεωτέρων τῶν γόνυ κλινόντων δηλονότι ἐν τῇ εὐχῇ ἐστίν, ἀκροάσθω, τουτέστι μετὰ τῶν μέχρις ἀκροάσεως ἱσταμένων στήτω, εἰ ἀπόσχηται τοῦ ἁμαρτάνειν· εἰ δὲ τῶν ἀκροωμένων ἐστίν, ἔτι καὶ ἁμαρτήσει, ἐξωθείσθω, ἀντὶ τοῦ ἔξω τῆς ἐκκλησίας στήτω μετὰ τῶν προσκλαιόντων.

D

Aris t. *Catechumenus peccans, si dum genu flectit amplius peccaverit, inter audientes sit; sin dum inter audientes est peccet, penitus ejiciatur.*

Duæ sunt species Catechumenorum: nonnulli enim modo accedunt; quocirca & ut imperfectiores post scripturarum & evangeliorum auditionem statim emittuntur. Alii autem ante tempus aliquod advenerunt, & perfectiores evaserunt. Quare & post evangelium preces pro Catechumenis factas expectant; & cum illud dicitur, (Catechumeni capita vestra Domino flectite) genu flectunt. Perfectiores itaque ut qui bona Dei verba perguſtârunt, si lapsi fuerint, statione suâ moventur, & cum audientibus collocantur; si autem, & cum audientes sint, peccant, ab Ecclesiâ perfectè expelluntur.

E

Ariст. Ὁ ἐν τῷ κατηχήσει ἁμαρτάνων, ἐὰν γόνυ κλίνων μηκέτι ἁμαρτήσει, ἀκροάσθω· εἰ δὲ καὶ ἀκροώμενος ἁμαρτάνοι, πλέον ἀπωθείσθω.

Δύο εἴδη τῶν κατηχουμένων εἰσίν· οἱ μὲν γὰρ ἄρτι προσέρχονται· διὸ καὶ ὡς ἀπλίστεροι, μήτε τὴν ἀκρόασιν τῶν γραφῶν, καὶ τῶν θείων εὐαγγελίων, οὐδὲ ἐξίασιν. οἱ δὲ πρὸ καιροῦ προσῆλθον, καὶ γεγόνασι πλεώτεροι· ὅθεν καὶ μετὰ τὸ εὐαγγέλιον, τὸ ὑπὲρ τοῖς κατηχουμένοις εὐχὴν ἀναμένουσι· καὶ ἐν ᾧ προσφωνοῦσι τὸ (οἱ κατηχούμενοι τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ κυρίῳ κλίνατε) τὸ γόνυ κλινοῦσιν. οἱ μὲν πλεώτεροι, ὡς γεγυμνασμένοι καλῶς θεῖα ῥήματα, καὶ ὠδαπεσόντες, μεταμανοῦνται τῆς στάσεως, καὶ τοῖς ἀκροωμένοις συνατάξονται· εἰ δὲ καὶ ἀκροώμενοι ἁμαρτήσουσι, τῆς ἐκκλησίας πλέον ἐξωθοῦνται.

F

Canon VI.

De ea quæ uterum gerit, quòd oporteat eam baptizari, quando velit. Nihil enim ea, quæ parit, cum fœtu, qui paritur, hac in re commune habet; quod proprium uniuscujusque institutum ac propositum in confessione ostendatur.

Bals. Quidam dicebant, non debere baptizari gravidas, quæ ex infidelibus ad Ecclesiam accedunt, sed expectare fœtus in lucem exitum; ne dum ea baptizatur, videatur quoque unà baptizari fœtus, quem in utero gerit, ut qui sit ei omnino unitus: quò fit, ut postquam natus fuerit, vel non baptizatus relinquetur, vel si baptizetur, rursus baptizari reputetur. Patres itaque, hac contradictione non admissa, statuerunt, ut sine ullo præjudicio baptizentur prægnantes mulieres, quando voluerint; eo quod nihil habeat commune puerpera cum fœtu qui paritur, quod ad baptismum attinet. Maximè, inquiunt, cùm sit unicuique sua in baptismate necessaria promissio: Fœtus autem, qui est in utero, cùm sit affectione destitutus, non potest, quæ in baptismate requiruntur, professiones & vota facere.

Κανων ς'.

Περὶ κυοφορέσης, ὅτι δεῖ φωτίζεσθαι, ὁπότε βούληται. οὐδὲν γὰρ ὃν τούτῳ κοινωνεῖ ἡ τίκτουσα τῷ τικτομένῳ· διὰ τοῦτο, ἑκάστου ἰδίαν τοῦ προαίρεσιν τοῦ ὁμολογίαν δείκνυσθαι.

Βαλσ. Τινὲς ἔλεγον, μὴ ὀφείλειν βαπτίζεσθαι τὰς ἐξ ἀπίστων τῇ ἐκκλησίᾳ προσερχομένας κυοφορέσας, ἀλλ' ἀναμένειν τὴν εἰς τὸ φῶς τοῦ τοκετοῦ ἔξέλευσιν, ἵνα μὴ ταύτης βαπτιζομένης, δόξῃ συμβαπτίζεσθαι καὶ τὸ ἐγκυμονούμενον, ὡς ἡνωμένον ὅλως αὐτῇ· καὶ ἐνθεῦθεν μετὰ τὸ γεννηθῆναι, ἢ ἀφώτιστον καταλείφθῃ, ἢ βαπτιζόμενον λογισθῇ καὶ αὖθις βαπτίζεσθαι. οἱ γοῦν πατέρες τὴν ἀντίθεσιν ταύτην μὴ προσδεξάμενοι, ὥρισαν ἀποκριματίσως βαπτίζεσθαι τὰς κυοφορέσας, ὅτε βούλοιντο, διὰ τὸ μηδεμίαν κοινωνίαν ὑπάρχειν τῇ τικτούσῃ μετὰ τοῦ τικτομένου, ὅσον εἰς λόγον τοῦ φωτίσματος. ἄλλως τέ, φασιν, ἀναγκαία ἐστὶν ἡ ἑκάστου ὁμολογία ἐν τῷ βαπτίζεσθαι· τὸ δὲ ἔμβρυον ἐτερημένον διαθέσεως οὐ δύναται τὰς ὑπὲρ τοῦ βαπτίσματος ὁμολογίας ποιῆσαι. προσετίθη δὲ ὑπ' αὐτῶν καὶ τόδε, ὅτι βούλοιντο, διὰ τὸ λέγοντας περὶ μὲν τοῦ εἰδεποιηθῆναι τὸ ἔμβρυον

Digitized by Google

ἔμβρυον εἰς ἄνθρωπον ἀκινδύνως βαπτίζεσθαι τὴν μητέρα ἐγκυμονοῦσαν, μὴ ἤ τοῦτο μὴ καλῶς αὐτὴν βαπτίζεσθαι· ἀλλὰ ὅ ἐν τοιαύτης διαθέσεως ὂν ἐγκυμονούμενον, οἵας εἰσὶ καὶ ἀρτιτόκητα νήπια, τὰ μὴ δυνάμενα ὁμολογεῖν. διὸ καὶ εἶπον οἱ πατέρες, ἐπ' ἀδείας ἔχειν τὴν ἐγκυμονοῦσαν, ὅτε θέλει βαπτίζεσθαι. τὰ μὲν γὰρ ἔμβρυα, ὅπως ἔχουσι διαθέσεως, οὐδεὶς δύναται διερευνήσασθαι ἀκριβῶς· τὰ δὲ νήπια διὰ τῶν ἀναδεχομένων αὐτὰ κατάδηλα), καὶ σφραγιστικῶς φωτιζόμενα θείας καταξιοῦνται ἐλλάμψεως. ἀνάγνωθι δὲ καὶ ὃν τρόπον ἐν τῷ ι'. κεφαλ. τοῦ δ'. πίνακος τοῦ παρόντος συντάγματος παρ' ἡμῶν γεγραμμένα. A

ΖΩΝΑΡ. Τὰς ἐν τῇ γαστρὶ φερούσας δεῖ βαπτίζειν, φησὶν ὁ κανών, ὅτε βούλονται. τινῶν δὲ λεγόντων, ὅτι λοιπὸν τὸ κυοφορούμενον συμβαπτίζεται τῇ μητρὶ, καὶ οὐ χρὴ αὐτὸ μετὰ τὸ γεννηθῆναι βαπτίζεσθαι, ἵνα μὴ δὶς δόκῃ βαπτίζεσθαι, ἐπήγαγε τὸ, οὐδὲν γὰρ ἐν τούτῳ κοινωνεῖ ἡ τίκτουσα τῷ τικτομένῳ, ἀντὶ τοῦ, αὐτὴ γὰρ μόνη τοῦ ἁγίου ἀξιοῦται βαπτίσματος, καὶ οὐδὲ κἀκεῖνο διὰ μέσης αὐτῆς· ὅτι, φησὶν, ὅτι τῇ ὁμολογίᾳ σωτάτεσθαι τῷ Χριστῷ ἡ ἑκάστου προαίρεσις ἀπαιτεῖται, καὶ ἐξ αὐτῆς δείκνυται, εἰ προθύμως προΐοιτο τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι. ἐπεὶ γὰρ τὸ ἔμβρυον ἐστέρηται προαιρέσεως, οὐδὲ βαπτίζεσθαι δόκει, ὥστε αὐτὸ χρήζει αὖθις βαπτίσματος, ὅτε προαιρεῖσθαι δυνήσεται. B C

ΑΡΙΣΤ. Η κυοφοροῦσα, ὅτε θέλει, βαπτίζεται· ἑκάστου γὰρ ἡ προαίρεσις κρίνεται.

Οὐ γὰρ ἐμποδισθήσεται ἡ κυοφορουσα ἀφὸ τοῦ τικτόμενον βαπτισθῆναι· οὐδὲ γὰρ λογίζεται τὸ ἔμβρυον συμβαπτίζεσθαι τῇ τικτούσῃ, ὥστε ἐὰν μὴ τὸ γεννηθὲν βαπτισθῇ, νομισθῆναι βαπτίζεσθαι δίχα τοῦτο. ἐκεῖνο γὰρ μήπω εἰς φῶς ἐλθὸν, ἔτε καθ' ἑαυτὸ ὑπέστιν, ἔτε προαίρεσιν ἔχει. D

ΚΑΝΩΝ ζ'.

Πρεσβύτερον εἰς γάμον διγαμούντων μὴ ἑστιᾶσθαι. ἐπεὶ μετανοίαν αἰτοῦντων τοὺς διγάμους, τίς ἔσται ὁ πρεσβύτερος, ὁ ἀφὸ τῆς ἑστιάσεως συγκαταπεθέμενος τοῖς γάμοις.

ΒΑΛΣ. Ο διγαμήσας λαϊκὸς ὑφέξει μεταλαβεῖν τῶν θείων ἀγιασμάτων ἀπεντεῦθεν, ἀλλὰ μετ' ἐνιαυτόν. φησὶ γοῦν ὁ κανὼν, ὡς ἐπεὶ δὲ ὀπτίμιον τοῦτο τῶν ἀφὸ ἱερέως ἐπάγεται τὴν διγαμήσασιν, οὐκ ὀφείλει ἔστ' συνεστιᾶσθαι αὐτὴν εἰς τὸν γάμον. δοκεῖ γὰρ ὥσπερ ἀφὸ τῆς παρουσίας συναινεῖν, καὶ ὑ δυνήσεται ὀπτιμῆσαι τὸν διγαμήσαντα. καλῶς δ' ἀφείσθω συνεστιᾶσθαι τούτῳ ὁ ἱερεὺς μετὰ τὸν καιρὸν τοῦ γάμου. μετὰ γὰρ τὸν γάμον οὐ κωλυθήσεται συναναστρέφεσθαι αὐτῇ, ὡς μηδὲ ἀκοινωνήτῳ ὄντι. εἰπὼν δέ τις ποτὲ ὀφείλειν τὸν διγαμήσαντα μετὰ τὴν ἀπόστασιν τῆς διγαμίας δέχεσθαι εἰς μετανοίαν, καὶ ὀπτιμᾶσθαι, (ἔτι γὰρ τοῦ γάμου συνισταμένου, ταῦτα χώραν οὐκ ἔχουσι, καθ' ὃν καιρὸν κηρύσσει μὴ εἶναι γάμον ἀνθέμιτον, ὥστε διαπεφεύγειν. καὶ ἀφὸ τοῦτο ἔρρωται μὲν ὀπτιμᾶται δ μετρίως, ὡς εἴρηται). E

Ετέρα ἑρμηνεία.

Ο παρὼν κανὼν κωλύει τοὺς πρεσβυτέρους ἑστιᾶσθαι μετὰ διγάμων, καὶ παρίστησιν ἀφὸ τούτου ὀπτετιμημένον εἶναι καὶ δεύτερον γάμον. τὸ αὐτὸ δὲ φαίνεται καὶ ἀπὸ δ'. κεφ. τῆς ἐν νεοκαισαρείᾳ συνόδου καὶ ἀπὸ δ'. κεφ. τοῦ ἁγίου Βασιλείου. ἐπεὶ δὲ βλέπομεν τινὰς σκανδαλιζομένους ἐπὶ τῷ μηδένα δευτερογαμήσαντα ὀπτιμηθῆναι πολὺ, μή τε τὴν τοιαύτην ἱερολογίαν ἐμποδίζεσθαι, μᾶλλον δὲ οἶμαι ἐστὶν ὅτε ὀπτρέπειν ἀφὸ πτωχείου χαρτοφύλακος· εἴδομεν δὲ πατριάρχας καὶ ἀρχιερεῖς, πολλοὺς συνεδρεύοντας μετὰ βασιλέων διγαμούντων, καὶ ἄλλων μεγιστάνων φάμενα, ὅτι F

Adjectum est autem Canoni illud, Quando velint, propter eos qui dicunt, antequam fœtus formetur in hominem posse mulierem prægnantem sine periculo baptizari; non rectè autem baptizari postea: quoniam id, quod habetur in utero, in ea est constitutione, in qua infantes modo nati qui polliceri non possunt; & ideo dixerunt Patres, esse in mulieris gravidæ potestate baptizari quando velit. Quomodo enim se habeant fœtus, nemo potest perquirere, vel eos suscipere. Infantes autem per susceptores suos affirmant, & actu baptizati divina illuminatione digni censentur. Lege & quæ in x. cap. iv. titul. præsentis operis à nobis scripta sunt.

ZONAR. Mulieres, quæ uterum ferunt, quandocunq; voluerint, Can. baptizari oportere decernit. Quod autem nonnulli, fœtum cum matre simul baptizari, ac proinde infantem, postquam in lucem datus esset, ne baptismus in eodem geminaretur, nullo modo baptizandum esse, asseverabant; propterea verba illa, nihil enim ea quæ parit, cum fœtu qui paritur ea in re commune habet, adjunxit, hoc est, sola etenim mater, non per eam filius quoque simul, sancti baptismatis consors efficitur. Ut enim, inquit, se quis Christi sectatorem profiteatur, propria unusquisque electio requiritur, ac per eam, quam libenti animo baptismum quisque amplectatur, facile apparet. Quoniam vero in fœtu maternis adhuc visceribus incluso electio nulla est, nec baptismum quidem suscepisse putandus est, proindéque iterum baptizari, cum eligendi facultas penes illum fuerit, oportebit. A B C

ARIST. *Prægnans quandocunque vult baptizatur. Nam uniuscujusque voluntas judicatur.*

Gravida enim propter generatum baptizari non impedietur, nec enim fœtus unà cùm gravidâ baptizatus reputatur, adeo ut si cum editus fuerit, baptizetur, secundo baptizatus existimaretur. Ille enim cùm ad lucem nondum venerit nec per seipsum subsistit, nec voluntatem habet. D

CANON VII.

Presbyter in digamiam incuntis nuptiis ne convivetur.

Cum enim requirat pœnitentiam digamus, quis, erit Presbyter, qui, eo quod sit convivio acceptus, nuptiis assentiatur?

BALS. Laicus, qui digamus est affectus, hinc non permittitur nisi anno præterito, esse divinorum sacramentorum particeps. Dicit ergo Canon, quod quoniam hæc pœna à sacerdote digamo inducitur, non debet cum eo in nuptiis convivium inire. Videtur enim veluti per suam præsentiam consentire, nec poterit eum, qui duas uxores duxit, punire. Rectè autem definierunt, ne Sacerdos cum eo convivetur tempore nuptiarum. Post nuptias enim non prohibebitur cum eo accumbere, ut qui non sit omnino excommunicatus. Cùm autem dixisset aliquando quispiam, debere eum qui secundam uxorem duxit, postquam à secundo matrimonio diverterit, ad pœnitentiam recipi & puniri: (adhuc enim constante matrimonio, hæc locum non habent, secundùm universalem regulam) audivit non esse illicitum matrimonium, ut separari debeat. Et propterea est quidem confirmatum: modicè autem punitur, ut dictum est. E

ALTERA INTERPRETATIO.

Præsens Canon prohibet Presbyteros cum digamis convivari, & per hoc secundum matrimonium puniri ostendit. Idem autem apparet & ex tertio Canone syn. Neocæsarianæ, & ex iv. Canone sancti Basilii. Quoniam autem videmus nonnullos offendi, eo quod nullus eorum, qui secundum matrimonium contraxit, unquam puniatur, nec iis sacramentorum participatio impediatur, sed potius etiam per Chartophylacis pittacium permittatur; vidimus autem & Patriarchas & multos alios Antistites cum imperatoribus, qui secundas nuptias celebrant, & F

Digitized by Google

cum aliis magnatibus, comedentes vicimus, quod etiamsi temporalis excommunicationis pœnæ ex prædicto Can. digami subjecti sint; unionis tamen decisio, quæ à nobis sita est in iv. Can. S. Basilii, primo matrimonio secundum omnino æquavit; & dixit, quando ii omnino punientur, pœnam dissolvit. Hæc etiam in particulari dicit de tertio matrimonio: At nec secundum nec primum sine securitate relinquimus: Sed & illa sic constituenda decernimus, ut nullam improbam causam habeant, vel ex raptu, vel ex clandestino præcedente coitu; sed sint legitima & ab ejusmodi inquinamentis sordibusque malis aliena; & deinceps quæ sunt hujusmodi solum punimus; reliqua vero pœnis non obnoxia conservat.

ZONAR. Suam digamiæ mulctam can. statuere. Uno siquidem anno digamos à perceptione sacrorum munerum arceri jubent. Eam vero pœnam digamis, sibi à pœnitentia remedium quærentibus, Sacerdotes injungunt. Quis ergo sacerdos, inquit, Canon, secundis nuptiis, ut eas vel hoc ipso, quod adest, probare videatur, intersit? Hoc est, quî fieri potest ut pœnam à digamo exigere non pudor sit ei, qui digami factum à se non improbari, cum nuptiis secundis ipse interfuerit, satis ostendit? Verum hæc in libris scripta reperiuntur. Nos autem & Patriarcham & Metropolitanos complures in convivio Imperatoris secundas nuptias celebrantis adspeximus.

ARIST. *Presbyter digamorum nuptiis non debet interesse. Cùm Digamus enim veniam imploraverit, quis eum veniâ dignabitur?*

Sacerdos qui digamo benedixit, à mensâ debet recedere & non cum eo convivari. Si enim pœnæ subjectus fuerit digamus, quænam Presbytero concedatur venia qui eo quod convivatus est, istiusmodi nuptiis assensum præbuit?

CANON VIII.

Si alicujus uxor, cum esset Laicus, adulterata fuisse plane convicta fuerit, is non potest ad ministerium accedere. Sin autem etiam post ordinationem adulterata fuerit, debet eam dimittere. Quòd si cohabitet, non potest sibi commissum ministerium exequi?

BALS. Didicisti ex diversis legibus, licere sine periculo uxorem adulteratam recipere, & peccati veniam dare. Et lege librum Basil. xxviii. tit. vii. cap. i. qui dicit, maritum posse intra biennium, sine ullo periculo, suam uxorem ex monasterio recipere, quæ ut adultera condemnata est & inclusa: ab eo enim tempore tondetur. Dicit ergo etiam Canon, quòd etsi vir hoc facere potest nimirum veniam adulteratæ uxoris peccato dare: sed tamen quoniam Can. Apostolicus xviii. non permittit, ut in sacerdotalem catalogum adscribatur, qui uxorem fornicatricem vel demissam vel scenicam duxerit; ne hic quidem ad sacrum ordinem provehetur. Atq; id quidem ita se habet, si Laici uxor adulterata fuerit: Sin autem ejus qui est sacratus, ipse quidem, ut qui nihil deliquerit, si exinde ab ea separetur, erit in proprio gradu. Sin vero hoc facere noluerit: sed unà cum adultera cohabitat, deponetur, ut qui sit inquinamenti particeps; eo quòd cum adultera rem habuerit. Interrogaverit autem quispiam, cur cùm Patres de mulieris adulterio dixissent, non satis habuerunt, nisi etiam adderent adulterium fuisse apertè convictum? Solutio. Diversæ leges jubent mulierem non aliter condemnari ut adulteram, quam per apertas probationes, id est, per quinque testes jurantes se vidisse in ipso actu fieri adulterium. Hac ratione nec omnes possunt crimen adulterii intendere: sed quinq; solùm personæ, Maritus, Pater, Frater, Patruus, Avunculus. Sed nec ipsa mulier, se adulterium commisisse confessa, condemnatur, quod etiam est novum. Adjecerunt ergo Patres, eam damnari ut adulteram, quæ est apertis probationibus convicta, ut dictum est; non autem eam, quæ fuit suspecta propter collocutionem, vel consuetudinem ac familiaritatem, vel aliquam aliam ob causam. Quid autem, an Laicus, si post-

A κἂν ἐπιτιμίῳ καιρικῆς ἀκοινωνησίας ἐκ τοῦ ῥηθέντος κανόνος οἱ δευτερογαμοῦντες ὑπέκειντο, ἀλλ' ὁ τῆς ἑνώσεως τόμος, καταστρωθεὶς παρ' ἡμῶν εἰς ϛ δ'. κανόνα τοῦ ἁγίου βασιλείου, ἐξισώσει τῷ πρώτῳ γάμῳ δίλου ϛ δεύτερον. καὶ εἰπὼν πότε καὶ οὗτοι ἐπιτιμᾶσθαι ὀφείλουσιν, ἔλυσε δ' ἐπιτίμιον. φησὶ γὰρ ἐν μέρει ταῦτα μὲν περὶ τοῦ τρίτου γάμου· οὐ μὴν οὐδὲ ϛ δεύτερον οὐδὲ ϛ α'. ἐκτὸς ἀσφαλείας ἐῶμεν· ἀλλὰ κἀκείνους ὁρίζομεν οὕτω συνίστασθαι, εἴς τε μηδεμίαν ἔχειν πονηρὰν αἰτίαν ἢ ἐξ ἁρπαγῆς ἢ προηγησαμένης λαθραίας φθορᾶς, ἀλλὰ νομίμους καὶ καθαρεύοντας τῶν τοιούτων μολυσμάτων, καὶ πονηρᾶς ἀκαθαρσίας· καὶ ἐφεξῆς ἐπιτιμῶμεν τούτους μόνους· B τοὺς δὲ λοιποὺς ἀνεπιτιμήτους συντηρεῖ.

ΖΩΝΑΡ. Η διγαμία ὑπὸ ἐπιτίμιόν ἐστιν. ἐνιαυτὸν γὰρ τῆς ἁγίας μεταλήψεως εἴργεται. δὲ δὲ ἐπιτίμιον οἱ ἱερεῖς ἐπάγουσιν, εἰς μετάνοιαν ἐρχομένου τοῦ διγαμήσαντος. ὁ γοῦν διὰ τῆς παρουσίας αὐτοῦ συναινεῖν δοκῶν τῷ δευτέρῳ γάμῳ ἱερεὺς τίς ἔσται, φησὶν ὁ κανών, τουτέστι, πῶς οὐκ αἰδεσθήσεται ἐπιτιμῶν τῷ δευτερογαμοῦντι ὁ διὰ τῆς παρουσίας αὐτοῦ συνευδοκῶν τῇ δευτερογαμίᾳ; ἀλλὰ ταῦτα ἐν γράμμασιν. ἡμῖν δὲ καὶ πατριάρχης ὤφθη, καὶ μητροπολῖται διάφοροι C συνεστιώμενοι δευτερογαμήσαντι βασιλεῖ.

ΑΡΙΣΤ. Οὐχ' ἑστιᾶται πρεσβύτερος ἐπὶ διγάμοις. ἐκείνου γὰρ συγγνώμης δεομένου, τίς ἐκεῖνον ἀξιώσει συγγνώμης;

Ο ἱερεὺς εὐλογήσας τὸν δίγαμον, τῆς τραπέζης ὀφείλει ὑπαναχωρεῖν, καὶ μὴ συνεστιασθῆναι αὐτῷ. εἰ γὰρ ὑπὸ ἐπιτίμιόν ἐστιν ὁ δίγαμος, ποία ἔσται τῷ πρεσβυτέρῳ συγγνώμη, τῷ διὰ ἑστιάσεως τοῖς τοιούτοις συγκατατισθεμένῳ γάμοις.

ΚΑΝΩΝ η'.

Εὰν γυνή τινος μοιχευθεῖσα λαϊκοῦ ὄντος, ἐλεγχθῇ φανερῶς, ὁ τοιοῦτος εἰς ὑπηρεσίαν ἐλθεῖν οὐ δύναται. D ἐὰν δὲ καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν μοιχευθῇ, ὀφείλει ἀπολῦσαι αὐτήν. ἐὰν δὲ συζῇ, οὐ δύναται ἔχεσθαι τῆς ἐγχειρισθείσης αὐτῷ διακονίας.

ΒΑΛΣ. Εμαθες ἀπὸ διαφόρων νομίμων, ὡς ἔξεστι τῷ ἀνδρὶ ἀκινδύνως λαμβάνειν τὴν μοιχευθεῖσαν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ συμπαθεῖν δὲ ἁμάρτημα. ζήτει καὶ βιβλίον τῶν βασιλικῶν κη'. τίτ. ζ'. κεφ. α'. λέγον, ἐντὸς διετίας δύνασθαι τὸν ἄνδρα λαμβάνειν ἀκινδύνως ἐκ τοῦ μοναστηρίου τὴν οἰκείαν γυναῖκα, καταδικασθεῖσαν ὡς μοιχαλῖδα, καὶ ἐγκλεισθεῖσαν· ἔκτοτε γὰρ κουρεύεται. φησὶ τοίνυν ὁ κανών, ὡς εἰ καὶ δύναται ὁ ἀνὴρ τοῦτο ποιεῖν, ἤγουν δὲ συμπαθεῖν δὲ ἁμάρτημα τῆς μοιχευθείσης γυναικὸς, E ἀλλ' ἐπεὶ ὁ ιη'. ἀποστολικὸς κανὼν οὐ παραχωρεῖ ἱερατικῷ καταλόγῳ συναριθμηθῆναι ϛ λαβόντα γυναῖκα πόρνην ἢ ἐκβεβλημένην ἢ σκηνικήν, οὐδὲ οὗτος εἰς βαθμὸν ἱερατικὸν ἀναχθήσεται. καὶ τοῦτο μὲν ἐὰν λαϊκοῦ τινος γυνὴ μοιχευθῇ· ἐὰν δὲ ἱερωμένου, αὐτὸς μὲν ὡς μηδέν τι πταίσας, ἐὰν διαζυγῇ αὐτῆς ἀπεντεῦθεν, ἔσται εἰς τὸν οἰκεῖον βαθμόν. εἰ δὲ οὐ θελήσει τοῦτο ποιῆσαι, ἀλλὰ συνδιάγει μετὰ τῆς μοιχαλῖδος, καθαιρεθήσεται, ὡς μεταχὼν τοῦ μιάσματος διὰ δὲ συμμίγνυσθαι τῇ μοιχευθείσῃ. ἐρωτήσει δέ τις, διὰ τί εἰπόντες περὶ μοιχείας γυναικὸς οἱ πατέρες οὐκ ἠρκέσθησαν, ἀλλὰ προσέθεντο τὴν μοιχείαν φανερῶς ἐλεγχθῆναι; λύσις. διάφοροι νόμοι παρακελεύονται μὴ ἄλλως τὴν γυναῖκα ὡς μοιχευθεῖσαν κατακρίνεσθαι, F εἰ μὴ διὰ φανερῶν ἀποδείξεων, τοῦτ' ἔστι διὰ πέντε μαρτύρων ὀμνυόντων ἰδεῖν ἐπ' αὐτοφώρῳ τὴν μοιχείαν τελουμένην. κατὰ τοῦτο γὰρ οὐδὲ πάντες δύνανται κινεῖν δὲ μοιχικὸν ἔγκλημα, ἀλλὰ πρόσωπα πέντε, ἀνὴρ, πατὴρ, ἀδελφὸς, θεῖος πρὸς πατρὸς, καὶ θεῖος πρὸς μητρός. οὐδὲ αὐτὴ ἡ γυνὴ ὁμολογοῦσα μοιχεῦσαι καταδικάζεται, ὅπερ ἐστὶ καὶ καινόν. προσέθεντο οὖν οἱ πατέρες, ὡς μοιχαλῖδα ἐκείνην καταδικάζεσθαι, τὸν ἐλεγχθεῖσαν διὰ φανερῶν ἀποδείξεων, ὡς εἴρηται, οὐ μὴν τὴν ὑποπτευθεῖσαν ἀπὸ ὁμιλίας ἢ συνοικήσεως, ἢ ἄλλης τινὸς αἰτίας. τί δὲ, ἐὰν ὁ λαϊκὸς, μετὰ δὲ μοιχευθῆναι τὴν γυναῖκα τούτου, ἀπολύσῃ αὐτὴν,

προ-

Digitized by Google

προσαναβιβασθήσεται εἰς βαθμόν, ὥσπερ ὁ καθαιρεθεὶς ὁ ἱερωμένος, ὁ ἀπολύσας τὴν μοιχευθεῖσαν γυναῖκα αὐτοῦ; Λύσις. ἀπὸ τοῦ ιη'. ἀποστολικοῦ κανόνος κωλύεται προσαναβιβασθῆναι εἰς βαθμὸν ὁ γυναῖκα πόρνην ἀγόμενος· πολλῷ γὲν πλέον ὁ προσαναβιβασθήσεται ὁ μὴ μοιχαλίδος συμφωνήσας, κἂν ἐν ἀγνοίᾳ. διὰ γὰ τοῦτο καὶ οἱ πατέρες ὅτι μὲν τοῦ λαϊκοῦ διαίρεσιν οὐ πεποιήκασι, χρεῖον τοῦ ἀπολυθῆναι τὴν μοιχαλίδα, καὶ μὴ ἀπολυθῆναι, ἀλλὰ ἀδιορίστως διωρίσαντο, μὴ δύνασθαι τὸν ἄνδρα αὐτῆς εἰς ὑπηρεσίαν ἐλθεῖν. ὅτι δὲ τοῦ ἱερέως εἰσήγαγον τὴν διαίρεσιν. ἔστι γὰ καὶ διαφορὰ τοῦ μήπω ἱερωθέντος πρὸς τοῦ ἱερωθέντος, καὶ διά τι παίσμα καθαιρεθῆναι μέλοντος. ὁ μὲν γὰ μὴ ὑπερτυχὼν πλείονος τινός, οὐ τοσοῦτον βαρυθυμήσῃ, ἀλλ' εὐχερεστέρως μᾶλλον, ὡς τῷ κρίνοντι μὴ προσκρούσας. ὁ δὲ διά τι παίσμα ἑτέρου ἀφαιρούμενος ὃ πρόσθεν αὐτῷ ἀξίωμα, μεγάλως ἀνιαθήσῃ. ὃ γὰ εἰς πεῖραν ἦλθον ἀνιαρὸν εἰς ἀφαίρεσιν.

ΖΩΝΑΡ. Ανδρὸς λαϊκοῦ γυνὴ μοιχευθεῖσα, καὶ φανερῶς ἐλεγχθεῖσα, κωλύει καὶ ἄνδρα αὐτῆς εἰς ὑπηρεσίαν ἐλθεῖν, τουτέστιν εἰς βαθμὸν ἱερατικόν τινα· πλὴν ἡ φανερῶς ἐλεγχθεῖσα, οὐχ ἡ ἐν ὑποψίᾳ γνωσθεῖσα ἢ καὶ καταγορηθεῖσα παρά τινος τῆς κατηγορίας δὲ δυναμένων αὐτῆς πρόσωπον. ἐπεὶ γὰ τῷ βουλομένῳ ἐφέτας παρὲ μοιχείας κατηγορεῖν, ἀλλὰ ῥητοῖς προσώποις. ἐὰν δὲ καὶ ἱερωμένου γυνὴ μοιχευθῇ, ἀπολῦσαι αὐτὴν ὀφείλει, τουτέστι, διαζυγίαν αὐτῆς· εἰ δὲ συζῆν αὐτῇ βούλεται, κωλύεται τῆς ἐγχειρισθείσης αὐτῷ διακονίας, ἤτοι τοῦ βαθμοῦ εἰς ὃν καταστάχθη. ἡ γὰ μοιχευθεῖσα μεμίανται, ὁ δὲ ταύτῃ μιγνύμενος ἓν σῶμα γίνεται, καὶ λοιπὸν μετέχει κἀκείνου τοῦ μιάσματος. ὁ δὲ μεμιασμένος πῶς δεχθήσεται εἰς τὸ θεῖον λειτούργημα;

ΑΡΙΣΤ. Ολαϊκὸς, ἧς ἡ γυνὴ μεμοίχευται, εἰ κληρωθῇ· καὶ ὁ ἐν κλήρῳ, εἰ καταχθῇ μοιχευθεῖσαν, αὐτίκα ἐκδιώκεται.

Εἰ ὁ κεκληρωμένος, τὴν γυναῖκα αὐτοῦ μοιχευθεῖσαν μὴ ἀπολύων, τῆς ἀξίας μετακινεῖται· πῶς ὁ λαϊκὸς, ἧς ἡ γυνὴ μεμοίχευται, εἰς κλῆρον προσδεχθήσεται;

ΚΑΝΩΝ. Θ'.

Πρεσβύτερος, ἐὰν προημαρτηκὼς σώματι, προαχθῇ, εἰ ὁμολογήσῃ, ὅτι ἥμαρτε πρὸ χειροτονίας, μὴ προσφερέτω μῶν ἐν τοῖς λοιποῖς, διὰ τὴν ἄλλην σπουδήν. τὰ γὰ λοιπὰ ἁμαρτήματα ἔφασαν οἱ πολλοὶ εἰ τὴν χειροθεσίαν ἀφιέναι. ἐὰν δὲ αὐτὸς μὴ ὁμολογῇ, ἐλεγχθῆναι δὲ φανερῶς μὴ δύνηται, ἐπ' αὐτῷ ἐκείνῳ ποιεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν.

ΒΑΛΣ. Ιερεὺς πορνεύσας πρὸ τῆς χειροτονίας, ὡμολόγησεν ἐκὼν μὲν τὴν χειροτονίαν τὴν ἁμαρτίαν. φασὶν οὖν οἱ πατέρες, τὸν τοιοῦτον ὡς ἀνεπιτηδείως ἐξομολογησάμενον τῆς μὲν ἱερουργίας παυθῆναι, ἔχειν δὲ τἄλλα προνόμια τῶν ἱερέων, δηλονότι τὸ μὲν τῶν ἱερέων καθέδραν, τὸ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ τῶν ἁγιασμάτων μεταλῆψιν, καὶ ἕτερά τινα, καὶ μάλιστα ἐὰν πρὸς ἀρετὴν σπουδαῖος ᾖ. οὕτω τινὲς ἐπονόμασαν, ἐπακολουθῆσαι τῷ πάθει τῆς πορνείας καὶ ἄλλα τινὰ ἁμαρτήματα, συγκαταθέσεις, ἁφὴν χεῖρος, φιλήματα, καὶ τοιαῦτα, καὶ ἀπὸ τούτων ἐμποδίζεσθαι ἐξομολογούμενον, ὥστε ἔχειν τιμὴν ἱερέως, ἐπήγαγον οἱ πατέρες, ὡς ἐπεὶ ἀπὸ τοιούτων ἁμαρτημάτων οὐκ ἐμποδίζεταί τις εἰς ἱερωσύνην προαναβιβασθῆναι, διὰ τὸ λύεσθαι ταῦτα διὰ τῆς χειροτονίας, καὶ κωλυθήσεται ἐξ αὐτῆς, ἔχειν τὰ ἄλλα προνόμια. καὶ ταῦτα μέν, ὅταν ὁ ἱερεὺς ἐξομολογήσεται τὸ ἁμάρτημα. ἐὰν δὲ μήτε ὁμολογήσῃ μήτε ἐλεγχθῇ φανερῶς, οὐδεπωσοῦν σαλευθήσεται, ἀλλὰ ἔτι αὐτῷ κείσεται ἐξουσία τοῦ ἱερουργεῖν ἢ παύσασθαι, πρὸς τὸ οἰκεῖον συνειδός· ὥσπερ ἐὰν ἐλεγχθῇ, ἀπεντεῦθεν καθαιρεθήσεται, καὶ οὐδὲ τιμῆς ἢ ἄλλου προνομίου ἀξιωθήσεται.

quam ejus uxor fuit adulterata dimiserit eam ad gradum promovebitur; sicut non deponitur is qui est sacratus, dimissa uxore sua, quæ commisit adulterium? Solutio. A xviii. Canone Apostolico prohibetur ad gradum promoveri, qui duxit uxorem fornicatricem: multo ergo magis non promovebitur, qui cum adultera vel insciens rem habuit. Propterea enim Patres nullam in Laico divisionem fecere, de dimittenda adultera, vel non dimittenda: sed indistinctè definierunt, non posse ejus maritum venire ad ministerium. In sacerdote autem divisionem introduxêre. Est autem differentia ejus qui nondum est sacratus, & ejus qui est sacratus; sed propter delictum aliquod est deponendus. Qui enim non est majus aliquod assecutus, non tam ægre feret: sed æquo potiùs animo patietur & lætabitur, quòd Canonem non offenderit. Is autem, cui propter alterius delictum aufertur ea quam habet dignitas, admodum ægrè feret. Id enim quod jam expertus est, molestum est si auferatur.

ZONAR. Si Laici uxor adulterii manifestò convicta sit, ejus virum à ministerio, à sacrorum scilicet ordinum susceptione, arceri [Canon] jubet; modo tamen manifestis indiciis convicta mulier, non autem vel suspicione tantum notata, vel ab iis, quibus nomen illius deferendi potestas non est, accusata fuerit. Nec enim cuicunque volenti, sed certis tantum quibusdam hominibus, mulierem adulterii ream agere concessum est. Quod si adulterium sacro ordine initiati hominis conjux patraverit, eam vir dimittat, hoc est, ab illius se consuetudine commercióq; sejungat: si verò cum illa vitæ societatem habere voluerit, ipsum à commisso ministerio, hoc est, à sui ordinis gradu, dimoveri decretum est. Patrato namque adulterio mulier polluta est; qui vero pollutæ commiscetur, unum corpus efficitur, eademq; proinde contagione ipsum maculari necesse est. Hominem vero pollutum in sacro aliquo ministerio quis ferat?

ARIST. *Laicus cujus uxor adulterata est non fit clericus. & Clericus qui eam retinet postquam adulterium commisit, expellitur.*

Si ille qui in clerum cooptatus est, uxorem suam adulteratam non dimittens, dignitate movetur: Quomodo Laicus cujus uxor adulterata est in Clerum admittatur?

CANON IX.

Si Presbyter, qui corpore prius peccaverat, promotus fuerit, & si ante ordinationem peccasse confessus fuerit, ne offerat: manens in aliis, propter aliud ejus bona vitæ studium. Reliqua enim peccata dicunt multi manuum impositione tolli. Quòd si ipse non confiteatur, apertè autem convinci non potuerit, illius quoque ei fiat potestas.

BALS. Sacerdos, qui ante ordinationem fornicatus erat, peccatum sua sponte post ordinationem fassus est. Dicunt ergo patres, eum, ut qui sua sponte fassus sit, à sacrificii quidem celebratione cessare, habere autem alia sacerdotum privilegia, scilicet cum Sacerdotibus cathedram, sacramentorum in altari participationem, & alia quædam: & maximè si sit virtutis studiosus. Perinde autem ac si dixisset quispiam, alia quoque peccata sequi fornicationis vitium, consensum, manus contrectationem, oscula, & hujusmodi alia; & ab iis impediri eum qui fassus est, ne habeat Sacerdotis honorem: subjunxerunt patres, quòd quoniam ab hujusmodi delictis non impeditur quispiam, quominus ad sacerdotium provehatur, quia hæc ab ordinatione solvuntur; non impedietur ab iis, quominus alia habeat privilegia. Et hæc quidem, quando Sacerdos suum peccatum confessus fuerit. Sin autem nec confessus nec apertè convictus fuerit, nullo modo labefactabitur; sed in ejus potestate erit sacra celebrare vel cessare, prout ei sua dictarit conscientia: quemadmodum si convictus fuerit, exinde deponetur, & nec honore nec alio privilegio dignus habebitur.

Digitized by Google

Adjecerunt autem patres apertam probationem, eo quod nemo deponatur, nisi per apertas probationes, scilicet per affirmationem quinque testium jurantium. Dicit autem etiam Lex civilis; Melius est peccata relinqui impunita, quàm aliquos sine causa puniri. Lege & xxvii. Canonem sancti Basilii, & lxxix. Novellam domini Leonis philosophi, & ex interrogationibus factis in Synodo Constantinopol. interpretationem responsi, dicentis, Laicorum loco censeri eos, qui depositi fuerint: & die paucis, quod est differentia ejus qui peccavit ante ordinationem & confessus est & ejus qui propter crimen condemnatus est post ordinationem. Similiter & ejus qui fuit digamus post ordinationem, & ejus cui sacerdotium ablatum est. Qui enim, quod ante ordinationem commisit, peccatum confessus est, ab offerendo tantum removebitur, sed sacerdotali cathedra dignus habebitur, & reliquis ejusmodi; ut vult lxxxix. canon sancti Basilii. Qui autem secundam uxorem duxit, & se eo modo sacerdotio movit, ministeriis, quæ sunt extra sacrum tribunal, dignus habebitur. Sed qui est condemnatus ne hæc quidem exercebit; sed in Laicorum locum rejicietur. Lege Syn. in Trullo Canonem xxi. & xxvi. & quæ sunt in ipsis. lxxix. autem Imp. domini Leonis Sapientis Novella, sic se habet ad verbum; Quæ Deo semel sunt consecrata, ea non esse auferenda constitui oportet; idque non solum in rebus pretiosis consecratis, sed multo etiam magis in hominibus, quibus per clericatum Deo dedicatio accessit; etiamsi, cujusmodi multa sunt humana delicta, ab eo ordine, in quo, ut se honestè præclareque gererent, electi sunt, tyrannidem exercens eos peccatum detruserit. Veteris itaque Legislatoris institutum non admittimus, qui vult Presbyterum vel Diaconum vel Subdiaconum, qui postquam ei manus est imposita cum muliere conjungitur, ab eo habitu omnino excidere, & ad vitam laicam redire: & decretum infirmamus. Decernimus autem solum ut ordinis cessione, in quo ante matrimonium cognoscebatur, supplicii satis sit: Clerici autem habitus, & alius in Ecclesiis ministerii, quod nefas non est attingere, alienatione non omnino condemnetur.

ΖΟΝΑΡ. Si priusquam sacris ordinibus initiaretur, corpore quispiam peccaverit, hoc est, ad libidinosam usq; corporum commixtionem progressus fuerit, deinde verò admissum crimen promotus, hoc est, ubi Sacerdos creatus fuerit, confiteatur, offere, hoc est, sacra celebrare homini nequaquam licebit: cæterum alia, scil. Sacerdotum honorem, cathedræ prærogativam, jusque præterea in altari communicandi, retinebit, aliisq; ob alias virtutes, si nimirum vitæ integer ac virtutis exercendæ studiosus sit, privilegiis cohonestabitur. Nam reliqua minora crimina, quæ videlicet conjunctionem corporum comitantur, quale est facinori assentiri, contrectare manu fœminam, osculum quoq; eidem impertiri, hæc, inquit, manuum impositione tolluntur. Verum ne id quidem tanquam omnino certum, sed cum ea moderatione dixere multi, hoc est, ut à quibusdam dicitur, asseveravit. Atque hæc quidem, eo scelus non inficiente, tenenda sunt. Quod si nec ille crimen fateri velit, neque manifesto convinci potest; tunc sacra ministeria obeundi, vel ab eis cessandi potestas illius arbitrio permitti debet; ut si quidem conscientia flagitii premitur, sua sponte à sacrorum munerum functione desistat. Maleficia namque, alicubi lex ita, potius impunita dimitti, quam innocentibus quibuscunque pœnam irrogari, decet.

ΑΡΙΣΤ. *Si Presbyter confessus fuerit se peccasse, ab oblatione abstineat, & ab ea tantum. Quædam enim peccata ordines remittunt. Si vero nec confiteatur nec convincatur, ipse sui potestatem habeat.*

Omnia quidem alia peccata manuum impositio tollit, solo autem corporali peccato inferior est. Si quis itaque

προσέταξε τοὺς πατέρας τὸ φανερὸν ἔλεγχον, ἀλλὰ δι᾽ μηδένα καθαιρεῖσθαι, εἰ μὴ διὰ φανερῶν ἀποδείξεων, ἤτοι διὰ καταθέσεως μαρτύρων πέντε ὀμνυόντων. φησὶ δὲ καὶ ὁ νόμος, κρεῖττόν ἐστι τὰ ἁμαρτήματα ἀνεκδίκητα καταλιμπάνεσθαι, ἢ τινας ἀναιτίους κολάζεσθαι. ἀναγνωστὴ καὶ κανὼν ζ. κεφάλαιον τοῦ ἁγίου Βασιλείου καὶ τέλος οβ΄. νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυρίου Λέοντος τοῦ φιλοσόφου, καὶ ἀπὸ τῶν γεγονότων ἐρωτήσεων εἰς τὸ ἐν Κωνσταντινουπόλει Συνόδου τέλος ἐρμηνευόμενον τῆς ἀποκρίσεως, τῆς λεγούσης, εἰς τὸν τόπον τάττεσθαι τῶν λαϊκῶν τὰς καθαιρεθέντας· καὶ Συναγωγὴν εἰπεῖν, ὅτι διαφορά ἐστι τοῦ περὶ τῆς χειροτονίας ἡμαρτηκότος καὶ ἐξομολογησαμένου, καὶ δι᾽ καταδικασθέντος. διὰ ἔγκλημα μὴ τέλος χειροτονίας. ὡσαύτως καὶ τοῦ διγαμήσαντος μὴ τέλος χειροτονίας, καὶ ἀφαιρεθέντος τέλος ἱερωσύνης. ὁ μὲν γὰρ ἐξομολογησάμενος τὸ περὶ τῆς χειροτονίας ἁμαρτάνειν, μόνου τοῦ προσφέρειν στερηθήσεται· καταδίκας δὲ ἱερατικῆς ἀξιωθήσεται καὶ λοιπῶν τριῶν, κανὼν κθ΄. κανόνα τοῦ ἁγίου Βασιλείου. ὁ δὲ διγαμήσας, καὶ ἑαυτὸν τοιουτοτρόπως ἐκ τῆς ἱερωσύνης μετακινήσας, τῶν ἔξω τοῦ βήματος διακονιῶν ἀξιωθήσεται. ὁ δὲ καταδικασθεὶς οὐδὲ ταῦτα ἐνεργήσει, ἀλλ᾽ εἰς τὸν τόπον τῶν λαϊκῶν ῥιφήσεται. ἀναγνωστὴ καὶ τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ Συνόδου κανόνα κα΄. καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς. ἡ δὲ οδ΄. νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ σοφοῦ, ἔχει κατὰ ῥῆμα ὧδε· τὰ ἅπαξ ἀνατεθειμένα τῷ θεῷ, ἀναφαίρετα δεῖν εἶναι καθίστασθαι, καὶ τοῦτο οὐ μόνον ἐπὶ κειμηλίων ἀνιερωμένων, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἐπ᾽ ἀνθρώπων, οἷς διὰ τοῦ κλήρου προσελήφθη ἡ θεοῦ θεῖον ἀνάθεσις, κἂν, οἷα πολλὰ τὰ ἀνθρώπινα πλαίσματα, τῆς τάξεως ἐν ᾗ διαφέρειν κατακληρωθήσεται, ἢ τύχῃ ἄρτι ἁμαρτάνει. οὐκ ἀποδεχόμενοι ἕως τῆς προαιρέσεως τὸ παλαιὸν νομοθέτου, ὃς βέλει πρεσβύτερον ἢ διάκονον ἢ ὑποδιάκονον, μὴ τέλος ἐπ᾽ αὐτῷ κτεθέντι σωματικῷ γαμετῇ, πάμπαν τοιοῦτον ὑπεξίστασθαι κελεύει, καὶ πρὸς τὸν λαϊκὸν βίον ἐπιστρέφειν· ἀκυροῦμεν δὲ δόγμα. διεστίζομεν δὲ μόνον τῇ ὑποχωρήσει τῆς τάξεως ἐφ᾽ ᾗ πρὸ τοῦ γάμου ἐγνωρίζοντο, ἀρκεῖσθαι δίκαιον αὐτοῖς· καὶ κλειρικοῦ κελεύει τοῦ καὶ τῆς ἄλλης ἐν τῇ ἐκκλησίας ὑπηρεσίας, ἧς ἐφάπτεσθαι οὐκ ἀθέμιτον, μὴ πρὸ τάπασι τῆς ἀλλοτρίωσιν καταδικάζεσθαι.

ΖΩΝΑΡ. Ἐάν τις πρὸ τῆς εἰς ἱερωσύνην χειροτονίας ἁμάρτῃ σωματικῶς, ἤγουν μέχρι μίξεως σαρκικῆς ἔλθῃ, εἶτα προαχθῇ, ἀντὶ τοῦ, πρεσβύτερος χειροτονηθῇ, καὶ μὴ τὴν χειροτονίαν ὁμολογήσῃ τῷ ἁμαρτίαν, προσφέρειν μὲν οὐ συγχωρεῖται, τουτέστιν ἱερουργεῖν· μένει δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις, τουτέστιν ἐν τῇ τιμῇ τῶν ἱερέων, ἐν τῇ καθέδρᾳ, καὶ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ τῶν ἁγιασμάτων μεταλήψεται, καὶ ἄλλα ἔξει προνόμια, διὰ τὴν ἄλλην σπουδήν, σπουδαῖος. ἁμαρτήματα γὰρ τὰ ἐλάττω, τὰ περὶ τῆς μίξεως δηλαδή, οἷς τὴν συγκατάθεσιν, ὃ ἅψασθαι χειρὶ γυναικὸς, ὃ μέχρι φιλήματος προελθεῖν, ἡ χειροθεσία λύει, φησί. καὶ οὐδὲ τοῦτο ὡς ὁμολογούμενον εἶπε, ἀλλὰ κεκλασμένως, ἔφασαν, εἰπών, οἱ πολλοί, ἀντὶ τοῦ, ὡς διά τινων λέγεται. εἰ μὲν οὖν αὐτὸς ὁμολογῇ ὃ ἁμάρτημα, τὰ εἰρημένα γνήσεται. εἰ δ᾽ οὐχ ὁμολογῇ, ἔτι προφανῶς ἐλέγχοιτο, τότε μὲν τὴν ἐξουσίαν τοῦ ἱερουργεῖν ἡ παύσασθαι ὀκνῶν ἔχειν, ἵνα εἰ συνοίδεν ἑαυτῷ ὃ ἁμάρτημα, παύσηται τῆς λειτουργίας, κρεῖττον γάρ, φησί που ὁ νόμος, τὰ ἁμαρτήματα καταλιμπάνεσθαι ἀνεκδίκητα, ἢ τινὰς ἀναιτίους κολάζεσθαι.

ΑΡΙΣΤ. Ἐὰν ὁμολογήσῃ πρεσβύτερος, ὅτι προήμαρτε, μὴ προσφερέτω, κἂν μόνον. τινὰ γὰρ τῶν ἁμαρτημάτων αἱ χειροτονίαι ἀφιᾶσιν. εἰ δὲ μήτ᾽ ὁμολογοίη, μήτ᾽ ἐλέγχοιτο, αὐτὸς ἐχέτω τὴν ἐξουσίαν.

Τὰ μὲν ἄλλα πάντα ἁμαρτήματα ἡ χειροθεσία λύει· μονῆς δὲ τὰ σωματικῶς ἁμαρτίας ἡττᾶται. ἐὰν οὖν τις, πορνείαν προημαρ-

Digitized by Google

προημαρτηκὼς, εἰς ἱερωσύνην παραδέχθη, καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν ὡμολόγησε τὰ ἁμαρτήματα· τῆς μὲν καθέδρας καὶ τιμῆς τῶν πρεσβυτέρων μεθέξει. ἱερατικὸν δέ τι οὐκ ἐνεργήσει. εἰ δὲ μήτε αὐτὸς ὁμολογοίη, μήτε παρ' ἄλλου ἐλέγχοιτο φανερῶς, παρὰ τῇ αὐτοῦ ἐξουσίᾳ κείσεται τῆς ἱερωσύνης παυθῆναι, εἴτε καὶ μή.

A qui fornicationem antea commisit, in Sacerdotium recipitur, & post ordinationem peccata sua confessus est, cathedræ quidem & honoris Presbyterorum particeps erit; at Sacerdotale aliquod munus non obeat. Si autem nec ipse confessus fuerit, nec ab alio manifestè convincatur, in suâ relinquitur potestate an à sacerdotio cessabit necne.

ΚΑΝΩΝ ι'.

Ὁμοίως καὶ διάκονος, ἐὰν ἐν τῷ αὐτῷ ἁμαρτήματι περιπέσῃ, τὴν τοῦ ὑπηρέτου τάξιν ἐχέτω.

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ θ'. κανόνι τὰ περὶ πρεσβυτέρων ἡμαρτηκότων διελέχθησαν· ἐν δὲ τῷ παρόντι περὶ διακόνων. καὶ οὗτοι γὰρ ἐξομολογούμενοι, τοῦ μὲν διακονικοῦ ἀξιώματος ἐκπεσοῦνται, εἰς ὑπηρέτου δὲ τάξιν καταβιβασθήσονται, ἤτοι ἀχειροτονήτου ὑποδιακόνου ἢ ἀναγνώστου.

ΖΩΝΑΡ. Ἐκπεσεῖται γὰρ τῆς διακονίας, καὶ εἰς ὑπηρέτου τόπον καταβιβασθήσεται. οἱ γὰρ ὑπηρέται οὐ προσφέρουσιν.

ΑΡΙΣΤ. Καὶ ὁ διάκονος, τῷ αὐτῷ ἁμαρτήματι συσχεθεὶς, ὑπηρέτης μενέτω.

Καὶ διάκονος, τῷ αὐτῷ περιπεσὼν ἁμαρτήματι· παυθήσεται τοῦ ἄρτον, ἢ ποτήριον ἀναφέρειν, ἢ τοῦ λαὸν διδάσκειν, ἢ ὅλως τι τῶν ἱερατικῶν λειτουργεῖν. ὑπηρέτης δὲ μόνον ἔσται τῆς ἐκκλησίας.

B C

Canon X.

Similiter & Diaconus, si in idem peccatum inciderit, Ministri ordinem habeat.

Bals. In ix. canone de Presbyteris qui peccârunt, tractatum est: in præsenti autem de Diaconis: Nam & ii confessi à Diaconi dignitate excident: in Ministri autem ordinem deprimentur, Hypodiaconi scilicet, qui non est ordinatus, vel Lectoris.

Zonar. Excidet enim à Diaconatu, & in Ministri locum dejicietur. Ministri namque non offerunt.

Arist. *Diaconus etiam eodem crimine obstrictus, minister maneat.*

Et Diaconus si in idem inciderit peccatum panem & poculum afferre, aut populum docere, aut omnino aliquid Sacerdotale peragere cessabit. Sed tantum ecclesiæ minister erit.

ΚΑΝΩΝ ια'.

Πρεσβύτερος πρὸ τῶν τριάκοντα ἐτῶν μὴ χειροτονείσθω, ἐὰν καὶ πάνυ ᾖ ὁ ἄνθρωπος ἄξιος, ἀλλὰ ἀποτηρείσθω. ὁ γὰρ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῷ τριακοστῷ ἔτει ἐβαπτίσθη, καὶ ἤρξατο διδάσκειν.

ΒΑΛΣ. Ὁ παρὼν κανὼν ἀπαραλλάκτως κεῖται ἐν τῷ ιδ'. κανόνι τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ Συνόδῳ, καὶ ἐξηγήθη ἐκεῖσε.

ΖΩΝΑΡ. Τοῦτον τὸν κανόνα ἡ ἕκτη σύνοδος οὕτως τίθησι, καὶ ἐξηγήθη ἐκεῖ τεσσαρεσκαιδέκατος ὤν.

ΑΡΙΣΤ. Εἰ μὴ τριακονταέτης, μὴ γινέσθω πρεσβύτερος, κἂν ᾖ ἀξιόλογος, ἔχων παράδειγμα τοῦ σωτῆρος φώτισμα.

Περὶ τοῦ μὴ γίνεσθαι τὸν ἥττονα τῶν τριάκοντα χρόνων πρεσβύτερον, κἂν πάνυ ἄξιος ᾖ ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὁ παρὼν διαγορεύει κανὼν καὶ ὁ τεσσαρακαιδέκατος τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ ἕκτης Συνόδου.

D

Canon XI.

Presbyter ante xxx. annos non ordinetur, etiamsi fuerit homo valdè dignus; sed reservetur. Dominus enim Jesus Christus in xxx. anno baptizatus est, & cœpit docere.

Bals. Præsens canon sine ulla mutatione in xiv. canone Synodi in Trullo situs est, & illic est expositus.

Zonar. Est hic canon sextæ Synodi decimusquartus, ibique ejus explicatio allata.

Arist. *Nisi xxx. annos natus ne fiat presbyter, etiamsi dignus habeatur, exemplum habens servatoris baptisma.*

De eo quod nemo, qui non est triginta annos natus, fiat Presbyter, etiamsi omni modo dignus sit homo, & præsens Canon dicit, & decimus quartus sextæ in Trullo Synodi.

ΚΑΝΩΝ ιβ'.

Ἐὰν νοσῶν τις φωτισθῇ, εἰς πρεσβύτερον ἄγεσθαι οὐ δύναται. οὐκ ἐκ προαιρέσεως γὰρ ἡ πίστις αὐτοῦ, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης. εἰ μὴ τάχα διὰ τὴν μετὰ ταῦτα τοῦ σπουδὴν καὶ πίστιν, καὶ διὰ σπάνιν ἀνθρώπων.

ΒΑΛΣ. Ἀπιστός τις ὑγιαίνων μὲν, οὐκ ἐπέσπευδε τὸ βάπτισμα, νοσήσας δὲ ἐφωτίσθη. φασὶν οὖν οἱ ἅγιοι πατέρες, ὡς ἐπεὶ οὐκ ἀγαθῆς προαιρέσεως ἕνεκα ἐβαπτίσθη, ἀλλ' οἷς ὑπὸ τῆς ἀνάγκης τῆς νόσου νυττόμενος, ὡς μὲν πιστὸς μετὰ τὴν ὑγείαν δεχθήσεται· εἰς ἱερωσύνης δὲ βαθμὸν οὐ προαναβιβασθήσεται· εἰ μήπω σπουδαῖος ἐστὶ περὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν φυλακὴν τῶν ἐντολῶν τοῦ θεοῦ, καὶ σπάνις εἴη ἀνθρώπων πρὸς ἱερωσύνην ἐπιτηδείων· τότε γὰρ ἱερωθήσεται. σημείωσαι οὖν, ὅτι καὶ ἀμφότερα ὀφείλουσι συνδραμεῖν, ἡ περὶ τὴν ἀρετὴν σπουδὴ, καὶ ἡ σπάνις τῶν ἀνθρώπων. ἑνὸς γὰρ λείποντος ἐξ αὐτῶν, οὐ παραβασθήσεται ὁ κανών. ἔτι σημείωσαι ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος, ὅτι ὥσπερ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ἀποκάρσεως, ὁ ἐν ταῖς τελευταίαις ἀναπνοαῖς ἀποκαρεὶς, εἰς τὶ μὲν ὡς μοναχὸς λογισθήσεται· εἰς τὶ δὲ οὐ παραδεχθήσεται κατὰ μονάσαντας, ὅτι καὶ ἡ ἀπόκαρσις δεύτερον λογίζεται βάπτισμα. εἰ μὲν γὰρ ἐπιζήσει ὁ οὕτως ἀποκαρεὶς, καὶ ἀξίαν ἐπιδείξεται μετάνοιαν

E F

Canon XII.

Si quis ægrotans fuerit baptizatus, non potest in Presbyterum evehi. Fides enim ejus non est ex instituto, sed ex necessitate. Nisi forte propter consequens ejus studium & fidem hominumque raritatem.

Bals. Infidelis quidam, cum esset sanus, baptismum non postulabat: cum autem ægrotaret, baptizatus est. Dicunt ergo sancti Patres, quod quoniam iste non ex bono instituto baptizatus est, sed quasi à morbi necessitate stimulatus, ut fidelis quidem, postquam convaluerit, recipietur: sed ad sacerdotii gradum non promovebitur, nisi fortè & virtutis studiosus & Dei mandatorum egregius observator fuerit, & hominum aptorum sacerdotio magna fuerit penuria; tunc enim Sacerdos efficietur. Nota ergo, quod utrumque debet concurrere, virtutis scilicet studium, & raritas hominum. Si enim unum eorum desit, canon observabitur. Præterea nota ex hoc præsenti canone, quod sicut in baptismate, ita etiam in tonsura, qui in extremo spiritu tonsus est, in aliquo quidem ut Monachus reputabitur: in aliquo autem tanquam Monachus non admittetur; eo quod tonsura secundus baptismus existimatur. Si enim supervixerit is, qui in hunc morem tonsus est, & tonsura dignam pœnitentiam servitu-

Digitized by Google

servitutemque ostenderit, pro non sponte tonso minimè reputabitur. Si autem cum primum tonsus fuerit, commune mortis poculum hauserit, apud Deum quidem certè, ut ego existimo, ut qui in sanitate Monachus factus est, recipietur. Sancti enim etiam, quæ casu vel ex aliqua circumstantia dantur, tonsuras amplectuntur: & veluti voce divina incitati, dicunt; Ubi te invenero, illic te judicabo. Apud homines autem non videbitur esse tonsus. Quare si ei aliquid relictum esset, sub hac conditione, si tonsus esset, & cum in vita esset, tonsus non est, sed in extremo spiritu vitam monasticam elegit, & sic mortuus est; non accipiet ejus hæres quæ ei relicta sunt, tanquam impleta fuerit conditio: Sed condemnabitur, utpote quod defunctus non tonsus fuisse visus sit, & ideo conditio nullas vires habuerit. Lege & i. tit. iiii. lib. cap. v. in medio primi cap. xi. tit. præsentis operis in compendium redactum; & quæ sunt circa finem primi capitis secundi tituli præsentis operis & secundum præsentem interpretationem illud caput expone; & dic, quod si is, qui sub liberorum conditione rem aliquam gravatam acceperit, in sanitate tonsus fuerit bona gratia, recte eam ad pias causas relinquat, & restitutio cessabit: Sin autem in extremi spiritus tempore, eam ad pias causas non transmittet, quod invalida fuerit conditio, & locum habebit restitutio.

ZONAR. Quicunque incolumis baptismi diem longius extraxit, deinde verò morbo grassante salutique metuens salutari lavacro ablutus est, ad sacerdotii gradum non promovebitur. Ut enim voluptati ac libidinibus indulgeret, vitamque dissolute ageret, atque à jugo Evangelii, immunis esset, idcirco baptismo moram interposuisse censendus est; proindeq; ab illo fides, necessitate quadam, non libera anima voluntate, suscepta videri potest. Quod si postea baptismo initiatus in exhauriendis strenue Dei mandatis operam suam fideique constantiam probaverit, & vero sic eorum, qui ad sacerdotale munus idonei sunt, paucitas suadeat, tunc admittatur.

ARIST. *Propter morbum baptizatus ne fiat Presbyter, nisi ob certamen quod postea subierit, aut hominum raritatem.*

Qui quidem nullâ urgente necessitate baptisma quæsivit, quandoquidem istud ad omnem spiritualem diluendam sordem sufficiens sit, & in Presbyterum & in Episcopum promovebitur, ut octogesimus Sanctorum Apostolorum canon, secundus Synodi Nicænæ, tertius Laodicensis, & decimus Carthaginensis pronunciant. Qui autem propter morbum baptizatus est, ut non ex proposito sed necessitate ad illuminationem veniens, non aliter ad sacerdotium admittetur, nisi ambo hæc concurrant, & paucos esse dignos homines, & ipsum post baptisma multum certâsse.

CANON XIII.

Vicani autem Presbyteri in urbis dominico offerre non possunt, præsente Episcopo, vel urbis Presbyteris: neque panem dare in oratione, neque calicem. Sin autem absint, & solus ad precationem vocatus fuerit, dat.

Hic Canon non omnino neglectui habetur, ſed obſervatur. Exceptis enim Sabbato & Dominico & ſancto Annunciationis die, in Quadrageſimâ panis non offertur, ſed præſanctificata peraguntur. At vero in Annunciationis feſto præſanctificatorum miniſterium non celebrari, ſed panem offerre, lii. ſextæ in Trullo D Synodi tradit, eo quod reliqui Quadrageſimæ dies humiliationis ſunt tempus, debetque quiſque propria delicta agnoſcere, & non curâ de illis neglecta ad feſtivitates animum inclinatum habere, & ſic ſimul triſtitiâ affici & ſpirituali lætitiâ intempeſtivè repleri.

CANON L.

Quòd non oportet in Quadrageſimæ poſtrema ſeptimana quintæ feriæ jejunium ſolvere, & totam Quadrageſimam dehoneſtare: ſed oportet totam Quadrageſimam jejunare aridis veſcentes.

BALS. Nota ex præſenti Canone, quòd aridis veſci debemus omni quartâ & ſexta feria. Qui ergo ſine E morbo cum oleo & teſtaceis jejunant, faciunt contra legem: multò autem magis qui in quartis ſextiſque feriis piſces comedunt. Quia autem neceſſe eſt ut aquam bibant etiam qui morbo non laborant; dicimus quòd Canones quidem nihil tale definiunt. Quoniam autem magnus Epiphanius Cypri in panariis dicit; debere fideles, in ſex diebus ante Paſcha, pane, & ſale, & aquâ nutriri; cum aridorum eſu aquam quoque bibere bonum eſt. Lege & viii. interrogationem Canonicarum reſponſionum Timothei Alexandriæ, quæ dicit; Mulier, ſi peperit, Paſcha debet jejunare. Sic etiam x. Ex his colligitur, de- F bere fideles cum aridorum eſu aquam quoque bibere.

ALIA INTERPRETATIO.

De iis, quæ in præſenti Canone tractantur, dictum eſt & in xxix. Canone vi. Synodi. Cùm enim quidam, poſtquam tota Quadrageſima jejunaſſent, magna quinta feria jejunium ſolverent, quòd tunc fortè compleretur Quadrageſima ſancta, & fieret cœna Domini, ſtatuerunt Patres, ut totam Quadrageſimam uſque ad diem Dominicum Paſchalem jejunarent: ne jejunio uno die ſoluto tota Quadrageſima dehoneſtaretur.

καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· τῷ εἰπόντες μηδὲν πονηρὸν ποιῆσαι τὴν πόρνην ἐπιχέασιν εἰς τοὺς πόδας τούτου ὃ ἦν νάρδου πολύτιμον μύρον πρὸς τὸν ἐνταφιασμὸν αὐτοῦ. ἐπεὶ γὰρ ὁ βάπτισμα, ὡς πολλάκις εἴρηται, τύπος ἐστὶ τῆς ταφῆς καὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ καὶ θεοῦ ἡμῶν, καλῶς καὶ τὸ χρῖον τὸ βαπτίσματος τῷ μύρῳ οἱ φωτιζόμενοι χρίονται, ἵνα συνταφῶσι καὶ συνδιαστῶσι τῷ Χριστῷ.

ZΩNAP. Τοὺς βαπτισθέντας φησὶν ὁ κανὼν δεῖν χρίεσθαι τῷ ἁγίῳ μύρῳ, ὃ καὶ χρῖσμα ἐπάλεσεν ἐπουράνιον, ὡς ἀπὸ πνεύματος λόγων καὶ τῆς ἐπικλήσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος ἁγιαζόμενον, καὶ ἁγιάζον τοὺς χριομένους, καὶ μετόχους αὐτοὺς ποιοῦν τῆς βασιλείας τοῦ Χριστοῦ, εἰ μὴ δι' ἔργων φαυλότητος ἡμεῖς ἑαυτοὺς τούτης ἀποξενώσωμεν.

ΑΡΙΣΤ. Δεῖ τοὺς φωτιζομένους, μετὰ τὸ βάπτισμα, χρίεσθαι. Σαφής.

ΚΑΝΩΝ μθ'.

Ὅτι οὐ δεῖ τῇ πεντηκοστῇ ἄρτον προσφέρειν, εἰ μὴ ἐν σαββάτῳ καὶ κυριακῇ μόνον.

ΒΑΛΣ. Ὁ πρὸ τούτων κανὼν καὶ ὁ να'. ἀλλὰ καὶ ὁ νθ'. τῆς ς'. συνόδου τὰ αὐτὰ ἀπαγορεύουσι. καὶ ἀναγνωσθήσεται ἐν τοῖς ἐκεῖ γεγραμμένοις.

ZΩNAP. Τὰ αὐτὰ ἀπαγορεύεται καὶ ὁ νθ'. κανὼν τῆς ς'. συνόδου. καὶ ζητητέον τὰ ἐκεῖ εἰρημένα, ἀρκέσοντα καὶ πρὸς τοῦτον τὸν κανόνα, καὶ πρὸς τὸν να'. καὶ τὸν νθ'.

ΑΡΙΣΤ. Τῇ πεντηκοστῇ μὴ προσφέρειν, εἰ μὴ σαββάτῳ, καὶ κυριακῇ μόνον.

Ὁ κανὼν ὅτι οὐ παρεβάθη ὅλως, ἀλλὰ φυλάττεται. ἄνευ γὰρ σαββάτου, καὶ κυριακῆς, καὶ τῆς ἁγίας τοῦ εὐαγγελισμοῦ ἡμέρας, ἐν τῇ πεντηκοστῇ ἄρτος οὐ προσφέρεται, ἀλλὰ προηγιασμένα πλεῖται. ὅπερ ἐν τῇ τοῦ εὐαγγελισμοῦ ἑορτῇ μὴ προηγιασμένων γίνεσθαι λειτουργίαν, ἀλλὰ προσφέρειν ἄρτον, ὁ πεντηκοστὸς δεύτερος κανὼν τῆς ἐν Τρούλλῳ ἕκτης συνόδου παραδίδωσι, διὰ τὸ τοὺς ἄλλας ἡμέρας τῆς πεντηκοστῆς ταπεινώσεως εἶναι καιρὸν, καὶ ὀφείλειν ἕκαστον τὰ πεπλημμεληθέντα τῇ ὑπομονῇ φέρειν· καὶ μὴ ἀφέντα τὴν ἐκεῖ ταύτης ἀσθένειαν, πρὸς ἑορτὰς ἀποκλίνειν· καὶ κατὰ ταὐτὸ συνάζειν, καὶ πνευματικῆς ἀγαλλιάσεως ἐμπιπλᾶσθαι διὰ καιρόν.

ΚΑΝΩΝ ν'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἐν πεντηκοστῇ τῇ ὑστέρᾳ ἑβδομάδι τὸ πέμπτον λύειν, καὶ ὅλως τὴν πεντηκοστὴν ἀπημάζειν· ἀλλὰ δεῖ πᾶσαν τὴν πεντηκοστὴν νηστεύειν, ξηροφαγοῦντας.

ΒΑΛΣ. Σημειοῦται ἀπὸ τοῦ πρόσθεν κανόνος, ὅτι ξηροφαγεῖν ὀφείλομεν καὶ πᾶσαν τετράδα καὶ παρασκευήν· οἱ γοῦν ἄνευ νοσήματος μετ' ἐλαίου καὶ ὀστρακοδέρμων νηστεύοντες παρανομοῦσι· πολλῷ γὰρ πλέον οἱ ἐν τετράσι καὶ παρασκευαῖς ἰχθύας ἐσθίοντες· ἐπεὶ δὲ ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ ὑδροποτεῖν τοὺς τὰς μὴ ἀσθενοῦντας, φαμὲν ὅτι οἱ μὲν κανόνες οὐδὲν τοιοῦτον ὁρίζουσι. ἐπεὶ δὲ φησὶν ὁ μέγας Ἐπιφάνιος Κύπρου ἐν τοῖς πανάριοις, ὀφείλειν τοὺς πιστοὺς ἐν τῷ πάσχα ἓξ ἡμέρας διὰ ἄρτου, ἁλὸς, καὶ ὕδατος ἀποτρέφεσθαι, καλὸν ἐστι σὺν τῇ ξηροφαγίᾳ καὶ ὑδροποτεῖν. ἀναγνωσθήσεται καὶ τὸ ιδ'. ἐρώτησιν τῶν κανονικῶν ἀποκρίσεων Τιμοθέου Ἀλεξανδρείας, λέγουσαν, γύνη ἐὰν τέκῃ, ὀφείλει νηστεύσαι τὸ πάσχα· οὕτως καὶ τὸ ι. συνάγει δὲ καὶ ἀπὸ τούτων ὀφείλειν τοὺς πιστοὺς σὺν τῇ ξηροφαγίᾳ καὶ ὑδροποτεῖν.

Ετέρα Ερμηνεία.

Περὶ τοῦ ἐν τῷ πρόσθεν κανόνι εἰρημένου καὶ ἐν τῷ κθ'. κανόνι τῆς ς'. συνόδου. τινῶν γάρ, μετὰ τὸ νηστεῦσαι τὸ ὅλον τεσσαρακοστὸν, καταλυόντων τὸ μεγάλου πέμπτου, διὰ τὸ τότε συμπληροῦσθαι πάσχα τὸ ἁγίαν τεσσαρακοστὸν, καὶ τὸ κυριακὸν δεῖπνον γενέσθαι, ὥρισαν οἱ πατέρες καὶ πᾶσαν τὴν τεσσαρακοστὸν μέχρι τῆς κυριακῆς τοῦ σωτηρίου πάσχα νηστεύειν, ἵνα μὴ λυομένης τῆς νηστείας ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, ἡ ὅλη τεσσαρακοστὴ ἀτιμάζηται.

Digitized by Google

ἐπέξελέ μοι τὰ σάββατα καὶ τὰς κυριακὰς τῆς τεσσαρακοστῆς. ἐν ταύταις γὰρ ξηροφαγεῖν σὺν ἀναγκαζόμεθα, ὡς ἐν ταῖς λοιπαῖς ἡμέραις τῆς νηστείας.

A Excipe mihi ſabbata & dominicos Quadrageſimæ. In iis enim aridis veſci non cogimur, ut in reliquis jejunii diebus.

ΖΩΝΑΡ. Πᾶσαν μὲν τὴν τεσσαρακοστὴν ἐν νηστείᾳ διάγειν ὁ κανὼν διορίζεται, ἄνευ δηλαδὴ σαββάτου καὶ κυριακῆς. νηστείαν δὲ τὴν ξηροφαγίαν ὁρίζεται. τίνες δὲ καὶ πότε ἑ. τῆς πλυνταίας ἑβδομάδος, ἐν ᾗ ὁ κυριακὸν δεῖπνον συνέφαγε τοῖς μαθηταῖς ὁ Χριστὸς, ἔλυον τὴν νηστείαν, καὶ ἁπαλόν τινα πλυτελέστερα καὶ τρυφηλότερα βεβρώκασι, ὡς τάχα τὸ κυρίου τότε ὃ νομικόν τε φαγόντος δεῖπνον, καὶ ὃ οἰκεῖον τοῖς μαθηταῖς παραδόντος. τοῦτο οὖν μὴ γένεσθαι ὁ πρὼν κανὼν διατάττεται, ἵνα μὴ ἐν τῇ μιᾷ ταύτῃ ἡμέρᾳ λυομένης τῆς νηστείας, ἡ ὅλη τεσσαρακοστὴ ἀτιμάζηται. B

Zonar. Totum Quadrageſimæ tempus, Sabbatis tamen ac Dominicis diebus exceptis, canon jejunio tranſigi jubet. Jejunium autem aridorum eſum conſtituit. At vero quidam quinta poſtremæ hebdomadæ feria, qua Chriſtus cum Apoſtolis cœnavit, violato jejunio, lautioribus epulis veſcebantur; quod eodem die forte Chriſtus Dominus cœna ex præſcripto legis refectus, eundem quoque morem diſcipulis prodidiſſet. Id ergo fieri, ac totam Quadrageſimam unius diei illius neglecto jejunio dehoneſtari, præſens canon vetat.

ΑΡΙΣΤ. Οὐ δεῖ ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ τῇ ὑστεραίᾳ ἑβδομάδι τὸ πέμπτον λύειν, καὶ ὅλον τὸν τεσσαρακοστὸν ἀτιμάζειν· ἀλλὰ πᾶσαν τὸν τεσσαρακοστὸν νηστεύειν ξηροφαγοῦντα.

Arist. *Non oportet in ultimâ quadrageſimæ ſeptimanâ quintæ feriæ jejunium ſolvere, & totam quadrageſimam injuriâ afficere: ſed totam quadrageſimam jejunare aridis veſcentem.*

Δεῖ πάσας τὰς τοῦ σωτηρίου πάθους ἡμέρας ἐν νηστείᾳ καὶ προσευχῇ καὶ κατανύξει καρδίας διατελεῖν· καὶ μὴ καταλύειν τὸν νηστείαν ἐν τῇ πέμπτῃ τῆς ὑστέρας ἑβδομάδος τῆς τεσσαρακοστῆς, ἀλλὰ δεῖ καὶ ἐν αὐτῇ νηστεύειν τε καὶ ξηροφαγεῖν. C

Omnes ſalutaris paſſionis dies cùm jejunio & oratione, & cordis compunctione peragere oportet, & non jejunium ſolvere quinta ultimæ hebdomadis quadrageſimæ feriâ, ſed & in eâ jejunare & cibis ſiccioribus uti.

ΚΑΝΩΝ να'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τεσσαρακοστῇ μαρτύρων γενέθλια διατελεῖν, ἀλλὰ τῶν ἁγίων μαρτύρων μνήμας ποιεῖν ἐν τοῖς σαββάτοις καὶ κυριακαῖς.

Canon LI.

Quòd non oportet in Quadrageſima martyrum natalitia celebrare: ſed ſanctorum martyrum facere commemorationes in ſabbatis & dominicis.

ΒΑΛΣ. Ἀνάγνωθι ϟ νβ'. κανόνα τῆς ς'. συνόδου καὶ ϟ μθ'. τῆς παρούσης συνόδου διδάσκοντας καὶ μόνα τὰ σάββατα καὶ τὰς κυριακὰς τελείαν θυσίαν γίνεσθαι ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ὅλης τεσσαρακοστῆς· καὶ δὲ τὰς λοιπὰς ἅμα φερομένων τελεῖσθαι τὴν θείαν ἱερουργίαν. ὡς δέ τινος εἰπόντος, μὴ ὀφείλειν κωλύεσθαι δι' ὅλης τῆς τεσσαρακοστῆς ἅμα θυσίας γίνεσθαι ταῖς τῶν ἁγίων μαρτύρων μνήμαις, ὡς μηδὲ χαροποιοὺς οὔσας, ἀλλὰ μόνα κωλύεσθαι τὰ γενέθλια τούτων ὡς χαροποιὰ καὶ πομπηγύρεων πρόξενα· ὥρισαν οἱ πατέρες, μήτε ἐν ταῖς μνήμαις, μήτε ἐν τοῖς γενεθλίοις τῶν μαρτύρων καθ' ὅλην τὴν τεσσαρακοστὴν ἅμα θυσίας πομπηγυρίζειν, ἀλλὰ καὶ μόνα τὰ σάββατα καὶ τὰς κυριακὰς, ταῖς ἑορταῖς τούτων ποιεῖν. σημείωσαι τοίνυν, ὅτι ἀπὸ τοῦ πρόντος κανόνος οὐδὲ μνήμαι καθοιχομένων δι' ὅλης τῆς τεσσαρακοστῆς, ἄνευ σαββάτου καὶ μόνου. ἅμα δὲ εἰ πένθος ἐστὶ ἀμαρτιῶν ἡμῶν τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστὴν, οὐχ ἁγίων μνῆμαι γίνονται ἄνευ σαββάτου· ἐὰν οὖν ἁγίων μνῆμαι οὐ γίνονται, πόλῳ πλέον κωλυθήσεται ὁ γάμος. D E

Bals. Lege lii. canonem ſextæ Synodi, & xlix. præſentis Synodi, qui docent ſolis ſabbatis & diebus dominicis fieri perfectum ſacrificium tempore totius Quadrageſimæ: in reliquis autem per priùs ſanctificata peragi divinum myſterium. Perinde autem ac ſi dixiſſet quiſpiam; Non debere prohiberi per totam Quadrageſimam ne fiant per ſacrificia ſanctorum martyrum memoriæ, ut quæ lætitiam non afferant; ſed prohiberi tantùm ne eorum natalitia celebrentur, ut quæ lætitiam afferant, & ut frequentes hominum conventus fiant, incitent: definierunt Patres, ut neque in commemorationibus martyrum, neque in eorum natalitiis, in tota Quadrageſima per ſacrificia feſtum celebrent, ſed in ſolis ſabbatis & dominicis eorum feſta peragant. Nota ergo, ex præſenti canone quòd nec defunctorum quidem fiunt memoriæ tota Quadrageſima, præterquam ſolo ſabbato. Propterea quòd ſancta Quadrageſima luctus eſt ob peccata noſtra, ſanctorum commemorationes non celebrantur, præterquam Sabbato: ſi ſanctorum ergo commemorationes non fiunt; multo magis nuptiæ prohibebuntur.

ΑΡΙΣΤ. Μηδὲ μνείας μαρτύρων τελεῖν· εἰ μή κυριακῆς τε, καὶ σαββάτου.

Arist. *Neque Martyrum commemorationes celebrare, præterquam Dominicis & Sabbatis.*

Ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ, ἄνευ σαββάτου, καὶ κυριακῆς, οὐδὲ μαρτύρων μνεῖαι τελοῦνται.

In quadrageſima, exceptis Sabbato & Dominico, nec martyrum commemorationes celebrantur.

ΚΑΝΩΝ νβ'.

Canon LII.

Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τεσσαρακοστῇ γάμους ἢ γενέθλια διατελεῖν. F

Quòd non oportet in Quadrageſima nuptias vel natalitia celebrare.

ΒΑΛΣ. Διὰ τοὺς αὐτοὺς λόγους οὓς ἄνωθεν εἴπομεν.

Bals. Propter eaſdem rationes quas ſuperiùs diximus.

ΑΡΙΣΤ. Οὐ τελοῦνται τῇ τεσσαρακοστῇ γάμοι, οὐδὲ γενέθλιον. Σαφές.

Arist. *Quadrageſimâ non celebrantur nuptiæ, neque natalitia.* Perſpicuus.

Digitized by Google

A

Canon LIII.

Quòd non oportet Christianos ad nuptias venientes tripudiare vel saltare : sed modestè cœnare & prandere, ut decet Christianos.

Bals. Canon clarus est : cum vero & penitus exolevit, nec interpretatione eget. βαλλίζειν autem est cum cymbalis vel aliis ejusmodi saltare.

Zonar. Sive comeditis, inquit divinus Apostolus Paulus, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite : fideles vero qui vitam petulanter agunt, nihil minus quam Dei gloriam propositam habent. Ne igitur fideles ad nuptias vocati minus honestè se gerant, saltentque ac tripudient ; sed modestè appositis cibis vescantur, nec quidquam Christiano homine indignum admittant, hic canon decernit. Est porro βαλλίζειν concrepantibus cymbalis saltationem ad illorum sonitum accommodare.

Arist. *Tripudiare in nuptiis vel saltare indignum.*

Canon LIV.

C *Quòd non oportet sacratos, aut Clericos in nuptiis vel conviviis aliqua spectacula videre : sed priusquam ingrediantur Thymelici, surgere & secedere.*

Bals. In xxiv. & li. canone sextæ Synodi de iis quoque tractavimus, quæ in præsenti canone tractata sunt. Et lege ea : hujus enim meminerunt.

Zonar. Eadem sextæ quoque Synodi vigesimoquarto canone præcipiuntur. Quippe sacris initiatos homines ac Monachos in hippodromum convenire is canon vetat. Hic vero magis universè eos nullis omnino spectaculis, nec in nuptiis nec in cœnis, interesse licere decernit. Nec enim in nuptiis tantummodo, sed in festis quoque celebritatibus & natalitiis & aliis hujusmodi, quæ cœnæ vocabulo significavere convivia instituuntur. Ad hujusmodi igitur convivia, inquit, quandocunque sacri ordinis homines & Clerici advocati fuerint, ubi primum thymelicos ingressuros animadverterint, ipsi consurgant, séque illico, priusquam ludicra illa & scurrilia inchoëntur, inde subducant.

Arist. *Sacratum quidem & Clericum oportet etiam ante scenam exire.*

E

Christiani ad nuptias venientes modestè in illis cœnare monentur, & non saltare aut ballare, hoc est, manus plaudere & per eos strepitum facere. Hoc enim Christianâ constitutione est indignum. At sacratos neque spectacula ulla in nuptiis videre, sed priusquam ingrediuntur thymelici, illinc recedere oportet.

Canon LV.

Quòd non oportet sacratos & Clericos ex collatione convivia peragere, sed neque Laicos.

F

Bals. Convivari ebrietatis causa est. Eam autem consequuntur petulantia & insolentia : eas verò, lites & Dei contemptus. Statuunt ergo Patres, ut neque sacrati, neque Clerici neque Laici, ex collatione convivia faciant. συμβολὴ enim est collatio, à verbo συμβάλλω, quod significat confero.

Zonar. Et eos qui in sacrum ordinem cooptati sunt, & Christianos omnes, honestè gravitérque vitam instituere par est. Igitur ex symbolæ collatione, hoc est, à pluribus, ut mensæ exquisitis epulis instruan-

ΚΑΝΩΝ νγ'.

Οτι οὐ δεῖ Χριστιανοὺς εἰς γάμους ἀπερχομένους βαλλίζειν ἢ ὀρχεῖσθαι, ἀλλὰ σεμνῶς δεῖπνον καὶ ἄριστον, ὡς πρέπει Χριστιανοῖς.

ΒΑΛΣ. Ο κανὼν σαφής ἐστιν· ὅτι δὲ παρέκτεινε πάμπολλα, οὐδὲ ἑρμηνείας δεῖται. βαλλίζειν δέ ἐστι τὸ μετὰ κυμβάλων ἢ ἄλλων τοιούτων ὀρχεῖσθαι.

ΖΩΝΑΡ. Ο ἀποστολικὸς ἀπόστολος Παῦλός φησιν· εἴτε ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, εἴτε τι ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν θεοῦ ποιεῖτε, ὁ δὲ ἀσέμνως βιοῦν τοὺς πιστοὺς εἰς τοὐναντίον ὁ σκοπὸν πρόκειται. δεῖ οὖν ὁ πρὸν κανὼν τοὺς ἀπερχομένους πιστοὺς εἰς γάμον κωλύειν ἀπρεπῶς διαγίνεσθαι, καὶ ὀρχεῖσθαι ἢ βαλλίζειν, ἐαδὲ μὴν ὅπως ἐκπέσει σεμνῶς, μηδὲν ἀνάξιον ποιοῦντας Χριστιανοῖς. βαλλίζειν δέ ἐστι, τὸ κύμβαλα κτυπεῖν, καὶ πρὸς ἐκείνων ἦχον ὀρχεῖσθαι.

ΑΡΙΣΤ. Βαλλίζειν ἐν γάμοις, ἢ ὀρχεῖσθαι, ἀνάξιον.

ΚΑΝΩΝ νδ'.

C Οτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς ἢ κληρικούς τινας θεωρείας θεωρεῖν ἐν γάμοις, ἢ δείπνοις, ἀλλὰ πρὸ τῆς εἰσέρχεσθαι τοὺς θυμελικούς, ἐγείρεσθαι αὐτοὺς καὶ ἀναχωρεῖν.

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ κδ'. καὶ να'. κανόνι τῆ ς'. συνόδου, διελάβομεν καὶ περὶ τούτου ἐν τῷ παρόντι κανόνι διῳλημμένων. καὶ ἀνάγνωθι ταῦτα· μέμνηται γὰρ καὶ τούτου.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ ὁ κδ'. κανὼν τῆ ἕκτης συνόδου τὰ αὐτὰ διατάττεται. κωλύει γὰρ κἀκεῖνος τοὺς ἱερωμένους καὶ τοὺς μοναχοὺς ἐν ἱπποδρομίαις ἀπέναι. ἔστι δὲ γνησιώτερον θεάς τινας θεωρείας διακελεύεται θεωρεῖν, οὔτε ἐν γάμοις, οὔτε ἐν δείπνοις. οὐ γὰρ ἐν γάμοις μόνον γίνονται συμπόσια, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑορταῖς, καὶ ἐν γενεθλίοις, καὶ ἄλλοις ὁμοίοις, ἃ δείπνους ὠνόμασεν. ὅταν οὖν, φησι, καλεσθῶσιν εἰς τοιαῦτα συμπόσια ἱερατικοὶ καὶ κληρικοί, καὶ ἴδωσιν ὅτι θυμελικοὶ μέλλουσιν εἰσελθεῖν, ἐγειρέσθωσαν, καὶ ἀναχωρείτωσαν πρὸ τῶν ἐκείνους τῆς παιγνίων καὶ γελωτοποιΐων ἀπάρξασθαι.

ΑΡΙΣΤ. Τὸν μὴν τοι ἱερατικὸν, ἢ κληρικὸν, δεῖ καὶ πρὸ τῆς θυμέλης ἀπέρχεσθαι.

Απαιτοῦνται οἱ χριστιανοὶ εἰς γάμον ἀπερχόμενοι, σεμνῶς δεῖπνεῖν ἐν αὐτοῖς, καὶ μὴ ὀρχεῖσθαι, ἢ βαλλίζειν, τοῦτ' ἔστι, τὰς χεῖρας κροτεῖν, καὶ δι' αὐτῆς κτύπον ἀποτελεῖν· τοῦτο γὰρ ἀνάξιον χριστιανικῆς καταστάσεως· τοὺς μὴν τοι ἱερατικοὺς μηδὲ θεωρείας τινὰς ἐν γάμοις θεωρεῖν, ἀλλὰ, πρὸ τῆς εἰσελθεῖν τοὺς θυμελικούς, ἐκεῖθεν ἀναχωρεῖν.

ΚΑΝΩΝ νε'.

Οτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς ἢ κληρικοὺς ἐκ συμβολῆς συμπόσια ὑποτελεῖν, ἀλλ' οὐδὲ λαϊκούς.

ΒΑΛΣ. Τὸ συμποσιάζειν πρᾶγμόν ἐστι μέθης. τῇ δὲ μέθῃ πρέποντα ἀταξίαι καὶ ἀσημοσύνη, καὶ ταύταις ἕπεται καὶ θεοῦ καταφρόνησις. διορίζονται οὖν οἱ πατέρες, μήτε ἱερωμένους, μήτε κληρικοὺς, μήτε λαϊκοὺς ἀπὸ συνδρομῆς ποιεῖν συμπόσια. τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ συμβολὴ, ἀπὸ τοῦ συμβάλλω, ἤτοι συμπονῶ.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς ἱερωμένους, καὶ πάντα δὲ Χριστιανὸν σεμνῶς χρὴ βιοῦν. ὅ δὲ ἐκ συμβολῆς ποιεῖν συμπόσια, ἤγουν πολλῶν δίδοντων νομίσματα, ὥστε δι' αὐτῆς γίνεσθαι

ἡμέραν παραπέζαις ἀβρεχεῖς, κωλύει ὁ κανὼν, ὡς μέθης καὶ ἀδηφαγίας καὶ ἄλλων ἀχημοσυνῶν αἴτιον.

ΑΡΙΣΤ. Ἐρανοις οὔτε λαϊκὸς οὔτε κληρικὸς ἐκπλέσει.

Χάριν συμποσίου οὔτε κληρικὸς οὔτε λαϊκὸς ποιήσμαται ἔρανον.

A tur, pecunia collata convivia apparari; quòd ea res ebrietatis voracitatísque ac aliorum criminum cauſam præbeat; nullo modo hic canon licere decernit.

ARIS.T. *Convivia ex collatis ſymbolis neque Laicus neque Clericus celebrabit.*

Compotationis gratiâ nec Clericus nec Laicus collationem faciet.

ΚΑΝΩΝ νϛ'.

Ὅτι οὐ δεῖ πρεσβυτέρους πρὸ τῆς εἰσόδου τοῦ ἐπισκόπου εἰσιέναι καὶ καθέζεσθαι ἐν τῷ βήματι, ἀλλὰ μετὰ τοῦ ἐπισκόπου εἰσιέναι· πλὴν εἰ μὴ ἀνωμαλίαν ἢ ἀποδημεῖ ὁ ἐπίσκοπος. B

ΒΑΛΣ. Καὶ πανταχοῦ τῆς διατάξεως καλὸν πολιτεύεσθαι ἄξιον· πολλῷ δὲ πλέον ἐν ἱερωμένοις. διὸ καὶ κωλύουσιν οἱ πατέρες τοὺς πρεσβυτέρους καταφρονεῖν τοῦ ἐπισκόπου, καὶ πρὸ τῆς εἰσόδου εἰσέρχεσθαι ἐν τῷ βήματι, καὶ καθέζεσθαι· ἀλλὰ εἰσοδεύειν μετὰ τοῦ ἐπισκόπου. ὡς δέ τινος ἀῤῥωσίαν προβαλλομένου ἢ ἀποδημίαν τοῦ ἐπισκόπου, εἶπον τὰ τοιαῦτα αἴτια δίλογα εἶναι, καὶ πλὴν πρόοδον πλὴν εἰς τὸ βῆμα τοῦ ἱερέως οὐκ ἐμποδίζοισιν.

Summam ab ſacri ordinis hominibus modeſtiæ rationem haberi maxime decet. Presbyteros porro, quo tempore Epiſcopus ad altare acceſſurus eſt, ante illum ingredi ibique ſedere, & illum ſolum relinquere, aut paulo poſt introitum facere, petulantiæ quiddam ſummíque Sacerdotii contemptum oſtendit. Id ergo canon fieri vetat: cum Epiſcopo verò ſimul ingredi Sacerdotes, niſi quis forte intemperie, hoc eſt, ægritudine aliqua teneatur, neque longiorem ſtandi moram ferre queat, decernit. Quod ſi etiam peregre profectus fuerit Antiſtes, quamvis alii alios, dum ad altare ingrediuntur, antevertant, nulla ex eo ſummo Sacerdoti irrogata injuria exiſtimabitur.

ΖΩΝΑΡ. Πᾶσιν διάταξιν ἐν τοῖς ἱερωμένοις δεῖ πολιτεύεσθαι. ὅ δὲ, τῷ ἐπισκόπου μέλλοντος εἰσοδεύειν εἰς τὸ θυσιαστήριον, τοὺς πρεσβυτέρους προεισέρχεσθαι καὶ καθῆσθαι ἐκεῖ, κἀκεῖνον μόνον ἐᾶν, ἢ μετ' ὀλίγον τὴν εἴσοδον ποιεῖν, ἀταξίαν δείκνυσι, καὶ εἰς καταφρόνησιν τοῦ ἀρχιερέως. διὸ κωλύει τοῦτο ὁ κανών· συνεισιέναι δὲ τῷ ἐπισκόπῳ τοὺς ἱερεῖς διορίζεται, εἰ μή τις δι' ὑπερβολὴν ἔχοι, ἢ γῆρως νοσηλεύεται, καὶ οὐ δύναται δὴ πολὺ ἵστασθαι. καὶ ὅτε δὲ ἀποδημεῖ ὁ ἀρχιερεύς, οὐκ εἰς καταφρόνησιν αὐτοῦ γίνεται, ὅ, πινὰς τῶν ἀρχιερέων ἴσως προεισελθεῖν τῶν ἄλλων εἰς τὸ θυσιαστήριον. C

ARIS.T. *Presbyter tribunal ante Epiſcopum ne ingrediatur, neque ſedeat.*

Epiſcopo præſente & miniſtrante ante ejus introitum Presbyter tribunal non ingredietur, & ſedebit. Hoc enim eſt ordinis conturbatio & confuſio.

ΑΡΙΣΤ. Πρεσβύτερος εἰς βῆμα πρὸ τοῦ ἐπισκόπου οὐκ εἴσεισιν, οὐδὲ καθίσται. D

Παρόντος τοῦ ἐπισκόπου, καὶ λειτουργοῦντος, πρὸ τῆς εἰσόδου αὐτοῦ οὐκ εἰσελεύσεται πρεσβύτερος ἐν τῷ βήματι, καὶ καθίσει. τοῦτο γὰρ ἀταξία ἐστὶ καὶ σύγχυσις.

ΚΑΝΩΝ νζ'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἐν ταῖς κώμαις καὶ ἐν ταῖς χώραις καθίσασθαι ἐπισκόπους, ἀλλὰ περιοδευτὰς· τοὺς μέντοι ἤδη προκατασταθέντας, μηδὲν πράττειν ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου τῆς ἐν τῇ πόλει. ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς πρεσβυτέρους μηδὲν πράττειν ἄνευ τῆς γνώμης τοῦ ἐπισκόπου. E

ΒΑΛΣ. Ἄλλοι μὲν κανόνες ἐν ταῖς κώμαις καὶ ἐν τοῖς χωρίοις χωρεπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους καθίσασθαι διωρίσαντο. ὁ δὲ παρὼν κανὼν περιοδευτὰς προχειρίζεσθαι γίνεσθαι, καὶ μὴ ἐπισκόπους, ἵνα μὴ γένηται ἀκαταφρόνητος ἡ ἀρχιερωσύνη, ὡς μὴ ἐχούσης τὴν χώραν ἐν ᾗ ἐκτεταγμένη ὁ ἐπίσκοπος, πλῆθος ἀνθρώπων εἰς τιμὴν τοῦ θεοῦ καὶ τῆς ἀρχιερωσύνης. εἰ δέ τινες, φησι, πρὸ τοῦ κανόνος κατεσάθησαν ἐν τοῖς τοιούτοις τόποις ἐπίσκοποι, μὴ ἐκβληθήτωσαν, ἀλλ' ἐάτωσαν ἐνεργοῦντες τὰ πάντα μετ' εἰδήσεως τοῦ χειροτονήσαντος αὐτοὺς μητροπολίτου. ἀλλὰ καὶ οἱ πρεσβύτεροι, φησι, μηδὲν ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου πραττέτωσαν. ταῦτα τοῦ κανόνος διοριζομένου, εἴποι τις τὴν ἐννοίαν τούτου καταζητοῦμενος, ὡς ἐπεὶ ἀτιμία τοῦ θεοῦ καὶ τῆς ἀρχιερωσύνης ἐστὶ θορίσασθαι ἐπίσκοπον λαοῦ ὀλίγου, καὶ τοιοῦτον εἶναι ἀκαταφρόνητον· πολλῷ πλέον οὐκ ἔσται πρὸς τιμὴν τοῦ θεοῦ τὸ πεζὴ βαδίζειν ἀρχιερέα διὰ πενίαν καὶ στερεῖσθαι τῶν ἀναγκαίων. ὅθεν δοκεῖ ψηφίζεσθαι ἐπισκόπους εἰς ἐκκλησίας ἀναστολικὰς, εἰς ἃς μέτριοι πάνυ εἰσέρχονται Χριστιανοί, οὐκ ἀσφαλές. περιοδευταὶ δέ εἰσιν οἱ σήμερον προβαλλόμενοι παρὰ

ARIS.T. *Convivia ex collatis ſymbolis neque Laicus neque Clericus celebrabit.*

Compotationis gratiâ nec Clericus nec Laicus collationem faciet.

CANON LVI.

Quòd non oportet Presbyteros ante Epiſcopi introitum ingredi & ſedere in ſacrario; ſed cum Epiſcopo ingredi; niſi forte infirmitate detineatur, vel peregre profectus ſit Epiſcopus.

BALS. Bonum quidem ordinem ubique eſſe pulchrum eſt: ſed multo magis in iis qui ſunt ſacrati. Et ideo Patres prohibent Presbyteros, ne Epiſcopum contemnant, & ante ejus introitum ſacrarium ingrediantur & ſedeant: ſed unà cum Epiſcopo introeant. Quòd ſi quis infirmitatem obtendat vel Epiſcopi peregrinationem: dixerunt ejuſmodi cauſas eſſe juſtas, & Sacerdotis in chorum priorem adventum non impediunt.

ZONAR. Summam ab ſacri ordinis hominibus modeſtiæ rationem haberi maxime decet. Presbyteros porro, quo tempore Epiſcopus ad altare acceſſurus eſt, ante illum ingredi ibique ſedere, & illum ſolum relinquere, aut paulo poſt introitum facere, petulantiæ quiddam ſummíque Sacerdotii contemptum oſtendit. Id ergo canon fieri vetat: cum Epiſcopo verò ſimul ingredi Sacerdotes, niſi quis forte intemperie, hoc eſt, ægritudine aliqua teneatur, neque longiorem ſtandi moram ferre queat, decernit. Quod ſi etiam peregre profectus fuerit Antiſtes, quamvis alii alios, dum ad altare ingrediuntur, antevertant, nulla ex eo ſummo Sacerdoti irrogata injuria exiſtimabitur.

ARIS.T. *Presbyter tribunal ante Epiſcopum ne ingrediatur, neque ſedeat.*

Epiſcopo præſente & miniſtrante ante ejus introitum Presbyter tribunal non ingredietur, & ſedebit. Hoc enim eſt ordinis conturbatio & confuſio.

CANON LVII.

Quòd non oportet in vicis & regionibus Epiſcopos conſtitui, ſed Circuitores: eos autem, qui priùs conſtituti fuerunt, nihil agere ſine conſenſu Epiſcopi civitatis. Similiter autem & Presbyteros nihil agere ſine conſenſu Epiſcopi.

BALS. Alii quidem canones in vicis & regionibus Chorepiſcopos & Presbyteros conſtituendos definierunt: præſens autem canon jubet Circuitores fieri, & non Epiſcopos; ne dignitas Epiſcopalis vilis & contempta evadat, utpote cùm non habeat regio, in qua ordinatus eſt Epiſcopus, hominum multitudinem ad Dei & Epiſcopatûs honorem. Si qui autem, inquit, ante canonem ſunt in his locis conſtituti Epiſcopi, ne ejiciantur; ſed omnia exerceant cum ſcientia Metropolitani, qui eos ordinavit. Sed & Presbyteri, inquit, nihil agant ſine conſenſu Epiſcopi. Hæc decernente canone, dixerit quiſpiam ex ejus intelligentia conjecturam faciens; quòd quoniam ad Dei & Epiſcopatus vergit dedecus, ſi Epiſcopus exiguo populo præſit, & ideo contemnatur: multo magis non eſt ad Dei honorem, ſi Antiſtes propter paupertatem eat pedes, & privetur neceſſariis. Quocirca in Eccleſiis Orientalibus, in quibus non admodum multi inveniuntur Chriſtiani, Epiſcopos eligi tutum non eſt. Sunt autem Circuitores, qui hodie ab Epiſcopis promo-

Digitized by Google

ventur Exarchi. Hi enim circumcurſant, & delicta animæ obſervant, & fideles perficiunt. Lege etiam vi. can. Sardic. Synodi.

τῶν ἐπισκόπων ἔξαρχοι. οὗτοι γὰρ περιοδεύσι τὰ ὑπερορίσι καὶ ψυχικὰ σφάλματα, καὶ καταρτίζοισι τοὺς πιστούς· ἀνάγνωθι καὶ τὸν ς΄. κανόνα τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου.

ZONAR. Eximia eſt ſummi Sacerdotis dignitas: At ſi in vico, aut in regione, in quo neque urbes neque ulla hominum frequentia eſt, Epiſcopi conſtituantur, ex eo ſummi Sacerdotii dignitatem vileſcere neceſſe fuerit. Proinde id ne fiat, tum hujus canonis decreto, tum ſexto quoque Sardicenſis Synodi canone conſtitutum eſt: Circuitores vero in pagis & regionibus deſignari placet. Circuitores autem ex eo dicti, quod nullibi propriam ſedem cathedrámque habentes, huc & illuc fidelibus in officio continendis vagentur. Quod ſi ante hunc canonem, inquit, in ejuſmodi locis Epiſcopi aliqui conſtituti ſunt; nihil eis exequi, abſque ejus, à quo creati ſunt, urbani Epiſcopi facultate conceſſum ſit. Quod idem, ut ne quid ſcilicet inconſulto Epiſcopo faciant, à Sacerdotibus quoque ſervari placet.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ ἀρχιερατικὸν ἀξίωμα ἔντιμόν ἐστι. Ὁ δὲ ἐν κώμῃ, ἢ ἐν χώρᾳ, ἔνθα μὴ πόλις ἐστὶ μηδὲ πλῆθος ἀνθρώπων, γίνεσθαι ἐπισκόπους, καταφρόνησιν τοῦ ἀρχιερωσύνου ποιεῖ. διὸ καὶ ὁ κανὼν τοῦτο κωλύει τοῦτο, ὃ καὶ ὁ ἕκτος κανὼν τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου διετάξατο. γίνεσθαι δὲ περιοδευτὰς ἐν κώμαις καὶ χώραις, βλασφημεῖται. περιοδευτὰς δὲ λέγονται, διὸ ὅτι περιέρχεσθαι καὶ καταρτίζειν τοὺς πιστούς, μὴ ἔχοντες καθέδραν οἰκείαν. εἰ δέ τινές, φησι, πρὸ τοῦ κανόνος καταστάθησάν ἐν τοῖς τοιούτοις τόποις ἐπίσκοποι, μηδὲν περατέτωσαν ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου τῆς πόλεως, ὑφ' οὗ ἐχειροτονήθησαν. καὶ οἱ πρεσβύτεροι δέ, φασι, μηδὲν ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου περατέτωσαν.

ARIST. *In vico vel pago Epiſcopus non conſtituitur, ſed Circuitor. Si quis autem conſtituitur, ſine Epiſcopo civitatis nihil adminiſtret.*

ΑΡΙΣΤ. Εἰς κώμην, ἢ εἰς χωρίον ἐπίσκοπος οὐ καθίσταται, ἀλλὰ περιοδευτής· εἰ δέ τις καθίστη, μή τι διοικείτω, ἄνευ ἐπισκόπου πόλεως.

In vico & urbe exiguâ in quâ & unus Presbyter ſufficiat, non neceſſe eſt Epiſcopum fieri, ne Epiſcopi nomen elevaretur, ſed periodeutas ſive Circuitores, quos & Exarchos hodie nominant, ad ſpiritualium peccatorum correctionem in eas mitti. Si qui autem antea facti fuerant, honore quidem amoveantur, nec aliquid epiſcopale adminiſtrant ſine Epiſcopi, qui civitati cui iſtæ ſubjacent, præeſt, voluntate.

Ἐν κώμῃ τινί, ἢ ἐν βραχείᾳ πόλει, ἐν ᾗ καὶ εἷς πρεσβύτερος ἐφάρκει, οὐκ ἀναγκαῖον ἐπίσκοπον γίνεσθαι, ἵνα μὴ τὸ τῆς ἐπισκόπου καταυτελίζηται ὄνομα· ἀλλὰ περιοδευτάς, οὓς καὶ ἐξάρχους σήμερον ὀνομάζουσιν, εἰς διόρθωσιν τῶν ψυχικῶν σφαλμάτων στέλλεσθαι ἐν αὐταῖς· εἰ δέ τινες προῆλθον, τῆς τιμῆς μὲν μετακινείσθωσαν, μηδὲν δέ τι ἐπισκοπικὸν διοικείτωσαν, ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου τῆς πόλεως ἧς ὑπείνηται αὐταῖς.

CANON LVIII.

Quòd non oportet in domibus fieri oblationem ab Epiſcopis vel Presbyteris.

ΚΑΝΩΝ νη΄.

Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τοῖς οἴκοις προσφορὰν γίνεσθαι παρὰ ἐπισκόπων ἢ πρεσβυτέρων.

BALS. Hoc permiſſum eſt à Novella Imp. Domini Leonis ſapientis. Lege & Syn. can. xxxi. & lix.

ΒΑΛΣ. Τοῦτο ἐξεχωρήθη ἀπὸ νεαρᾶς τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ σοφοῦ. ἀνάγνωθι καὶ συνόδου ς΄. κανόνα λα΄. καὶ νθ΄.

ZONAR. Deo ſupplicare, precationibúſque intentos eſſe, ubicunque tum in domibus, tum in agro, tum in omni loco dominationis ejus, fidelibus conceſſum eſt: Offerre autem ſive oblationem, præterquam in templo & altari, peragere nequaquam oportet. Proinde ea facultate pariter Epiſcopis & Presbyteris interdictum eſſe canon decernit.

ΖΩΝΑΡ. Εὔχεσθαι μὲν πανταχοῦ τοὺς πιστοὺς οὐ κωλύουσι, καὶ ἐν οἴκοις, καὶ ἐν ἀγροῖς, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ τῆς δεσποτείας αὐτοῦ· προσφέρειν δέ, ἤγουν προσκομιδὴν ποιεῖν, εἰ μὴ ἐν ναῷ καὶ θυσιαστηρίῳ οὐ δεῖ. οὔτε οὖν ἐπισκόποις οὔτε πρεσβυτέροις ἐπιτρέπει τοῦτο ποιεῖν.

ARIST. *Epiſcopus vel Presbyter in privatis ædibus ne offerat.*

ΑΡΙΣΤ. Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος εἰς οἶκον μὴ προσφερέτω.

In domo incruentum non peragitur ſacrificium, nec ab Epiſcopo nec Presbytero, ſed in Catholicâ Eccleſiâ offerre oportet. Sed trigeſimus primus ſextæ in Trullo Synodi canon permittit, Epiſcopo volente, & in ædibus oratoriis quæ ſunt intra domos, ſacra miniſteria peragere. Baptiſmum autem non omnino. Sed eos qui baptizandi ſunt, in Catholicis & ſolis Eccleſiis impollutâ illuminatione dignos haberi, & quinquageſimus nonus ejuſdem Synodi ſtatuit.

Εἰς οἶκον ἢ ἀναίμακτος οὐ πλήρης θυσία, οὔτε παρ' ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου· ἀλλ' ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ προσφέρειν δεῖ. πλὴν ὁ τριακοστὸς πρῶτος κανὼν τῆς ἐν Τρούλλῳ ἕκτης συνόδου συγχωρεῖ, καὶ γνώμῃ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ ἐν τοῖς δυκτηρίοις οἴκοις τοῖς ἔνδον οἰκίας τυγχάνουσι λειτουργίας πληροῦσθαι· βάπτισμα δὲ μὴ δι' ὅλως· ἀλλ' ἐν ταῖς καθολικαῖς καὶ μόναις ἐκκλησίαις τοὺς ἀξιοῦσθαι φωτίσματος τοὺς μέλλοντας βαπτισθῆναι· ὡς ὁ πεντηκοστὸς ἔνατος κανὼν τῆς αὐτῆς συνόδου διαλαμβάνει.

CANON LIX.

Quòd non oportet privatos Pſalmos in Eccleſia legi, nec libros non canonicos: ſed ſolos canonicos veteris & novi teſtamenti.

ΚΑΝΩΝ νθ΄.

Ὅτι οὐ δεῖ ἰδιωτικοὺς ψαλμοὺς λέγεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, οὐδὲ ἀκανόνιστα βιβλία, ἀλλὰ μόνα τὰ κανονικὰ τῆς παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης.

BALS. Inveniuntur quidam Pſalmi præter centum quinquageſ. Pſalmos David, qui dicuntur eſſe Solomonis, & quorundam aliorum. Patres ergo eos privatos nominantes, ſtatuerunt, ut neque ii, neque aliquid aliud in Eccleſia legatur, quod non ſit ex iis quæ ſunt enumerata in lxxxv. canone Apoſtolico.

ΒΑΛΣ. Εὑρίσκονται τινὲς ψαλμοὶ παρὰ τοὺς ρν΄. ψαλμοὺς τοῦ Δαβὶδ, λεγόμενοι τοῦ Σολομῶντος εἶναι καὶ ἄλλων τινῶν. τούτους οὖν ὀνομάσαντες οἱ πατέρες ἰδιωτικούς, διετάξαντο, μήτε τούτους, μήτε ἄλλό τι ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινώσκεσθαι, μὴ ὂν ἀπὸ τῶν ἀπαριθμηθέντων ἐν τῷ ῶ΄. ἀποστολικῷ κανόνι.

ΖΩΝΑΡ.

ΖΩΝΑΡ. Ἐκτὸς τῶν ρ'. ψαλμῶν τοῦ Δαβὶδ, διέσκονται καί τινες ἕτεροι λεγόμενοι τοῦ Σολομῶντος εἶναι, καὶ ἄλλων τινῶν, οὓς καὶ ἰδιωτικοὺς ὠνόμασαν οἱ πατέρες, καὶ μὴ λέγεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διετάξαντο, μήτε μὴν βιβλία ἀναγινώσκεσθαι ἀκήρυκτα, μήτε δὲ τὰ κηρυκτικά. κανονικὰ δὲ ἐκάλεσαν, τὰ τῶν πέ. κανόνι τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἀπαριθμούμενα· ὥσπερ ἀκήρυκτα, ὧν ὁ κήρυξ οὐκ ἐμνήσθη. εἶτα καὶ αὐτὰ τὰ βιβλία τῆς παλαιᾶς καὶ νέας γραφῆς ἀπαριθμοῦσιν εἰπόντες.

A

Zonar. Præter centum & quinquaginta Davidis pſalmos, nonnulli præterea extant, qui Salomonis & aliorum quorundam eſſe perhibentur; qui etiam privati à Patribus dicti ſunt, neque aut illos, aut ex non canonicis quidquam, ſed canonicos tantum libros, in Eccleſia recitari licere decernunt. Canonicos porro libros, eos qui Sanctorum Apoſtolorum octogeſimoquinto canone recenſentur: non canonicos, quorum nulla in eo canone mentio eſt, nominarunt. Deinde vero ipſa quoque veteris & novi Teſtamenti volumina, ſuo quæque nomine referuntur.

ΚΑΝΩΝ ξ'.

Canon LX.

B

Οὐ δεῖ βιβλία ἀναγινώσκεσθαι ἐκ παλαιᾶς διαθήκης, Γένεσις κόσμου, Ἔξοδος Αἰγύπτου, Λευιτικόν, Ἀριθμοί, Δευτερονόμιον, Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, Κριταί, Ρουθ, Ἐσθήρ, Βασιλειῶν τέσσαρα καὶ δεύτερα, τρίτα τε καὶ τέταρτα, Παραλειπόμενα πρῶτον καὶ δεύτερον, Ἔσδρα πρῶτον καὶ δεύτερον, βίβλος Ψαλμῶν ρ'. Παροιμίαι Σολομῶντος, ἐκκλησιαστὴς, ἆσμα ἀσμάτων, Ἰὼβ, δωδεκαπροφήτων, Ἡσαΐας, Ἱερεμίας καὶ Βαρούχ, θρῆνοι καὶ ἐπιστολαί, Ἰεζεκιὴλ, Δανιήλ. τὰ δὲ τῆς καινῆς διαθήκης ταῦτα, Εὐαγγέλια τέσσαρα, κατὰ Ματθαῖον, κατὰ Μάρκον, κατὰ Λουκᾶν, κατὰ Ἰωάννην, πράξεις ἀποστόλων, ἐπιστολαὶ καθολικαὶ ζ'. Ἰακώβου μία, Πέτρου δύο, Ἰωάννου τρεῖς, Ἰούδα μία, ἐπιστολαὶ Παύλου δεκατέσσαρες, πρὸς Ρωμαίους μία, πρὸς Κορινθίους δύο, πρὸς Γαλάτας μία, πρὸς Ἐφεσίους μία, πρὸς Φιλιππησίους μία, πρὸς Κολοσσαεῖς μία, πρὸς Θεσσαλονικεῖς δύο, πρὸς Ἑβραίους μία, πρὸς Τιμόθεον δύο, πρὸς Τίτον μία καὶ πρὸς Φιλήμονα μία.

C

Hi ſunt libri quos legi oportet ex veteri Teſtamento; Geneſis, Exodus, id eſt, exitus ex Ægypto. Leviticum. Numeri. Deuteronomium. Jeſu Nave. Judices. Ruth. Eſther. Regum primus, ſecundus, tertius & quartus. Paralipomenon primus & ſecundus. Eſdræ primus & ſecundus. Liber Pſalmorum cl. Proverbia Solomonis. Eccleſiaſtes. Cantica canticorum. Job. Duodecim Prophetæ. Eſaias. Hieremias & Baruch. Lamentationes & Epiſtolæ. Ezechiel. Daniel. Novi autem teſtamenti hi; Evangelia quatuor, ſecundùm Matthæum, ſecundùm Marcum, ſecundùm Lucam, ſecundùm Joannem. Actus Apoſtolorum. Epiſtolæ Catholicæ ſeptem, Jacobi una, Petri duæ, Joannis tres, Judæ una. Epiſtolæ Pauli xiv. Ad Romanos una, ad Corinthios duæ, ad Galatas una, ad Epheſios una, ad Philippenſes una, ad Coloſſenſes una, ad Theſſalonicenſes duæ, ad Hebræos una, ad Timotheum duæ, ad Titum una & ad Philemonem una.

ΖΩΝΑΡ. Ταῦτα μὲν ἀναγνωσέα βιβλία ὁ πρῶτον κανὼν ἀνεγράψατο. ὁ δὲ τῶν ἁγίων ἀποστόλων πέ. κανὼν πύτις καὶ ζὼς ἐξῆ τῶν Κλήμεντος συγγραφέσας διατάξις τοῖς ἀναγνωσέοις βιβλίοις συναπαρίθμησεν, ἃς ἡ ἕκτη συνόδος ἐν δευτέρῳ κανόνι μὴ ἀναγινώσκεσθαι διεβάξατο, ὡς ὑπὸ αἱρετικῶν νοθευθείσας, ὡς παραδεδομένων αὐταῖς παρέγγραπτά τινα καὶ ἀφάνρορα.

D

Zonar. Hos quidem libros hic canon legendos proponit. Sanctorum vero Apoſtolorum octogeſimus quintus canon, conſcriptas quoque à Clemente conſtitutiones iis adjungit: quas tamen ſexta Synodus in ſecundo canone, quippe ab hæreticis, qui multa eis ſubdolè & perverſè interſeruerunt, depravatas, legi prohibuit.

ΑΡΙΣΤ. Ἰδιωτικοὶ ψαλμοὶ, ἢ ἀκανόνιστα βιβλία, ἐν ναοῖς οὐ ψάλλονται, ἢ ἀναγινώσκονται· ἀλλὰ τὰ κανονισμένα τῆς παλαιᾶς τε καὶ νέας.

Aрist. in can. lix. *Privati Pſalmi vel libri non canonici in templis non recitantur. Sed qui in canone veteris ac novi Teſtamenti recenſentur.*

Ἁπινὰ δέ τι ταῦτα· Γένεσις, Ἔξοδος, Λευιτικόν, Ἀριθμοί, Δευτερονόμιον, Ἰησοῦς, κριταί, Ρουθ, Ἐσθήρ, Βασιλειῶν τέσσαρα, παραλειπομένων δύο, Ἔσδρα δύο, ψαλμοί, παροιμίαι Σολομῶντος, ἐκκλησιαστής, ἆσμα ἀσμάτων, Ἰὼβ, δωδεκαπρόφητον, Ἡσαΐας, Ἱερεμίας, Ἰεζεκιὴλ, καὶ Δανιήλ. ὁμοῦ εἰκοσιδύο τὰ βιβλία τῆς παλαιᾶς.

E

Qui quidem ſunt hi. Geneſis, Exodus, Leviticum, Numeri, Deuteronomium, Jeſus, Judices, Ruth, Eſther, Regum quatuor, Paralipomenon duo, Eſdræ duo, Pſalmi, Proverbia Solomonis, Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum, Job, duodecim Prophetæ, Eſaias, Jeremias, Jezechiel, & Daniel. Simul ſunt viginti duo libri veteris teſtamenti.

ΑΡΙΣΤ. Τῆς δὲ καινῆς, εὐαγγέλια τέσσαρα, Ματθαίου, Μάρκου, Λουκᾶ, Ἰωάννου, πράξεις, ἐπιστολαὶ καθολικαὶ ἑπτά, ἤγουν Ἰακώβου μία, Πέτρου δύο, Ἰωάννου τρεῖς, Ἰούδα μία, Παύλου ιδ'. ἤγουν πρὸς Ρωμαίους μία, πρὸς Κορινθίους δύο, πρὸς Γαλάτας μία, πρὸς Ἐφεσίους μία, πρὸς Φιλιππησίους μία, πρὸς Κολοσσαεῖς μία, πρὸς Θεσσαλονικεῖς δύο, πρὸς Ἑβραίους μία, πρὸς Τιμόθεον δύο, πρὸς Τίτον μία, καὶ πρὸς Φιλήμονα μία.

F

Aрist. in can. lx. *Novi autem, Evangelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Johannis. Actus, Epiſtolæ Catholicæ ſeptem, hoc eſt, Jacobi una, Petri duæ, Johannis tres, Judæ una, Pauli quatuordecim, hoc eſt, ad Romanos una, ad Corinthios duæ, ad Galatas una, ad Epheſios una, ad Philippenſes una, ad Coloſſenſes una, ad Theſſalonicenſes duæ, ad Hebræos una, ad Timotheum duæ, ad Titum una, ad Philemonem una.*

Digitized by Google

A

CANONES SYNODI SARDICENSIS XXI.

BALS. & ZONAR. COnstantio magni Constantini filio regnante habita fuit Sardicensis Synodus. Ille enim cùm ad Arianorum hæresin se contulisset, magnopere contendebat ea, quæ in prima Synodo decreta & definita fuerant, evertere. Quod cùm frater ejus Constans, qui veteri Romæ imperabat, ex Papa, qui tunc erat, didicisset, fratri bellum per literas minatus est; nisi Ecclesiam perturbare, & fidem orthodoxam labefactare desineret. Ille verò id quod est fidei perfectum quærens, ad fratrem suum rescripsit; ut id quoque confirmetur, sibi curæ magnopere esse. Utrisque ergo Imperatoribus visum est, ut fieret Antistitum Synodus, & quæ ab illis examinata ac probata esset fides, valeret. Dictorum ergo fratrum & Imperatorum jussu congregati sunt Episcopi numero trecenti quadraginta & unus Sardicæ, quæ nunc Triaditze dicitur; qui cùm de iis, quæ Nicææ decreta erant, disceptassent, ea confirmarunt, edito decreto, quod sanctum symbolum Patrum, qui Nicææ convenerunt, corroborat & confirmat, & hoc observari & immutabile manere statuit; eos autem, qui præter hæc sentiunt, abdicat & anathemati subjicit. Hujus itaque Sardicensis Synodi Patres canones quoque ediderunt, ad statum Ecclesiasticum respicientes; Qui sunt hi:

B C D

CANON I.

Osius urbis Cordubæ Episcopus dixit; Non tantùm mala consuetudo, quantum perniciosissima rerum corruptela, est ex ipsis fundamentis penitus extirpanda; ne cui Episcopo liceat à parva civitate in aliam civitatem migrare: ejus enim causæ prætextus est manifestus, propter quem talia aggreditur. Nullus enim Episcopus adhuc invenire potuit, qui à majori civitate in minorem transire studuerit: Unde constitit eos ardenti plura habendi cupiditate succendi; & magis arrogantiæ servire, ut videantur majorem habere potestatem. Placétne hoc omnibus, ut ejusmodi improbitas acerbiùs vindicetur? existimo enim eos ne Laicorum quidem debere habere communionem. Omnes Episcopi dixerunt; Placet omnibus.

E F

BALS. De Episcopis, qui à civitate in civitatem seu diœcesim transeunt, dictum est in Syn. Nicenæ can. xv. & in xiv. canone sanctorum Apostolorum, & in xxi. & in xxii. Antiochenæ, & in aliis. Cùm autem neglectui haberentur ea, quæ ipsis continentur, Episcopus Cordubensis, qui Osius appellatus est, propter virtutem quæ illi inerat, exorsus, debere omnem malam consuetudinem radicitùs extirpari, multo autem magis eam quæ spectat ad rerum Ecclesiasticarum corruptelam; intulit, non licere cuiquam Episcopo ex civitate in civitatem transire. Perinde autem ac si dixisset quispiam, ei esse ignoscendum, qui honesta fortasse de causa hoc facturus est, & ut majorem populum doceat & confirmet; adjecit, hoc audere Episcopos, non propter honestam aliquam causam, sed propter avaritiam, vel superbiam, & ut habeant potestatem majorem, & plura lucrifaciant. Nullus enim, inquit, inventus est Episcopus, qui à majori civitate in minorem transierit; ut ex eo avaritiæ & cupiditatis gloriæ suspicio tollatur. Interrogaverit itaque Synodum; An ei placeret acerbiùs talem audaciam vindicari; scilicet non solùm deponi eum qui tale quid fecerit, sed etiam à fidelium communione excidere; & nec ut Laicum quidem cum ipsis communicare:

KANONES τὸ ἐν Σαρδικῇ κα'.

ΒΑΛΣ. Ἡ ἐν Σαρδικῇ συνοδος γέγονε βασιλεύοντος ΖΩΝΑΡ. Κωνσταντίου τοῦ υἱοῦ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. ἐκεῖνος γὰρ προσπεμψάμενος τὴν τῶν Ἀρειανῶν αἵρεσιν, σπουδὴν ἐποιεῖτο τὰ ἐν τῇ προτέρᾳ συνόδῳ δογματισθέντα καὶ ὁρισθέντα ἀνατρέψαι. ὅτῳ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Κώνστας, τὸν πρεσβύτερον Ρώμης κρατοῦντα, μαθὼν ἐξ ἀναφορᾶς τοῦ τότε Πάπα, ἠπείλησε πόλεμον διὰ γραμμάτων τῷ ἀδελφῷ, εἰ μὴ παύσοιτο κυμαίνων τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν βλάπτοιεν. ὁ δὲ ὅ ἀκριβὴς τῆς πίστεως ζητητὴς, τῷ ἀδελφῷ ἀνταπέστειλε, καίπερ βεβαιωθῆναι διὰ σπουδῆς τυγχάνων αὐτῆς. συνέδοξεν οὖν τοῖς ἀμφοτέρων αὐτοκράτορσι συνόδου γενέσθαι ἀρχιερέων, καὶ τὴν παρ' ἐκείνων δοκιμασθεῖσαν πίστιν κρατεῖν. διὸ κελεύσαι τὴν εἰρημένην ἀνταδέλφων καὶ βασιλέων συναθροισθῆναι ἐπισκόπους ὡς ἀριθμὸν τριακοσίους τεσσαράκοντα καὶ εἷς ἐν Σαρδικῇ, τῇ νῦν λεγομένῃ Τριαδίτζῃ, οἱ διαγνωμονήσαντες περὶ τῶν ἐν Νικαίᾳ δογματισθέντων, ἐβεβαίωσαν ταῦτα, ὅρον ἐκθέμενοι κυροῦντα ὅ ἅγιον σύμβολον τῶν ἐν Νικαίᾳ πατέρων, καὶ κρατεῖν αὐτὸ καὶ ἀπαράποίητον μένειν διορίζόμενον· τοὺς δὲ παρὰ τοῦτο φρονοῦντας ἀποκηρύττοντα καὶ ποιοῦντα ὑπὸ ἀνάθεμα. οἱ γοῦν ἐν τῇ Σαρδικῇ ταύτῃ συνόδῳ πατέρες καὶ κανόνας ἐξέθεντο εἰς ἐκκλησιαστικὰ ἀφορῶντας κατάστασιν, οἵτινές εἰσιν οὗτοι.

ΚΑΝΩΝ α'.

Ὅσιος ἐπίσκοπος πόλεως Κορδούβης εἶπεν· οὐ πολλὴ ἡ φαύλη συνήθεια, ὅσον ἡ βλαβερωτάτη τῶν πραγμάτων ἀφορμὴ, ἐξ αὐτῶν τῶν θεμελίων ἔστιν ἐκριζωτέα, ἵνα μηδενὶ τῶν ἐπισκόπων ἐξῇ ἀπὸ πόλεως μικρᾶς εἰς ἐπιφανῆ πόλιν μεθίστασθαι. ἡ γὰρ τῆς αἰτίας ταύτης προφάσις φανερά, διὰ ἣν τὰ τοιαῦτα ἐπιχειροῦσι. οὐδεὶς γὰρ πώποτε ἐπίσκοπος εὑρεθῆναι δεδύνηται, ὃς ἀπὸ μείζονος πόλεως εἰς ἐλαχιστοτέραν πόλιν ἐσπούδασεν μεταβῆναι· ὅθεν συνέπεσεν ἀφορμὴν πλεονεξίας ὅπως ὑπεκκαίεσθαι τοὺς τοιούτους, καὶ μᾶλλον τῇ ἀλαζονείᾳ δουλεύειν, ὅπως ἐξουσίαν δοκοῖεν μείζονα κεκτῆσθαι. εἰ πᾶσι τοίνυν τοῦτο ἀρέσκει, ὥστε τὴν τοιαύτην σκαιότητα αὐστηρότερον ἐκδικηθῆναι; ἡδύμην γὰρ μηδὲ λαϊκὴν ἔχειν τοὺς τοιούτους ἀρχὴν κοινωνίαν. πάντες ἐπίσκοποι εἶπον· ἀρέσκει πᾶσιν.

ΒΑΛΣ. Περὶ τῶν μεταβαινόντων ἀρχιερέων ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν ἀλλοτρίαν, ἤγουν διοίκησιν, εἴρηται ἐν τῇ πεντεκαιδεκάτῳ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, καὶ ἐν τῇ ιδ'. κανόνι τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ ἐν τῇ κα'. καὶ ἐν τῇ κβ'. τῇ ἐν Ἀντιοχείᾳ, καὶ ἐν ἑτέροις. καταφρονουμένων δὲ τῶν ἐν αὐτοῖς διειλημμένων, ὁ ἐπίσκοπος πόλεως Κορδούβης, ὁ καὶ Ὅσιος, κεκλημένος, διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ ἀρετὴν, προοιμιασάμενος ὀφείλειν πᾶσαν φαύλην συνήθειαν ἐκριζοῦσθαι, πολλῷ δὲ πλέον τὴν ἀφορμὴν καὶ εἰς πραγμάτων ἐκκλησιαστικῶν διαφθορὰν, ἐπήγαγε μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας ἐπίσκοπον οἱονδήποτε ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μεθίστασθαι. ὡς δέ τινος εἰπόντος, συγγνωστέον εἶ καὶ ἴσως τοῦτο ποιήσαι διὰ τρόπον ἀγαθὸν, καὶ διὰ τὸ διδάξαι καὶ πείσαι λαὸν πλείονα· προσέθετο πρὸς τῶν ἐπισκόπων τοῦτον τολμᾶσθαι, μὴ διὰ τρόπον ἀγαθὸν, ἀλλὰ διὰ πλεονεξίαν, ἢ δι' ἀλαζονείαν, καὶ ὥστε ἔχειν ἐξουσίαν μείζονα καὶ κερδαίνειν πλείονα. οὐδεὶς γάρ, φησιν, ἐπίσκοπος εὑρέθη ἀπὸ πόλεως μείζονος μεταβὰς εἰς ἐλαχιστοτέραν· ὥστε ἐκ τούτου προσαρεθῆναι τὴν ὑποψίαν τῆς πλεονεξίας καὶ τῆς φιλοδοξίας. τοίνυν καὶ ἠρώτησε τὴν σύνοδον, εἰ πᾶσιν ἀρέσκει αὐστηρότερον ἐκδικηθῆναι τὴν τοιαύτην τόλμην, δηλονότι μὴ μόνον καθαιρεῖσθαι καὶ τοιοῦτόν τι ποιήσαντα, ἀλλ' ὀκπίπτειν καὶ τῶν τῆς πιστῶν ὁμηγύρεως· καὶ μηδ' ὡς λαϊκὸν κοινωνεῖν μετ' αὐτῶν;

Digitized by Google

πρὸς ὃ οἱ τ σωόδου ἀπεκρίναντο, ὅτι πᾶσιν ἀρέσκ. τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐρωτήσ τις, ὡς τῦ ιέ. κανόνος τ ἐν Νικαίᾳ συνόδου διοριζομένου ☧ ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μεταβάντα ἐπίσκοπον μὴ καθαιρεῖσθαι, ἀλλὰ ἀποκαθίζεσθαι εἰς τὴν προτέραν αὐτῦ ἐκκλησίαν, καὶ τῦ παρόντ κανόνος πομπὴν ἀκοινωνησίαν τούτῳ καταψηφιζομένου, τίνι προσέχειν ὀφείλομεν; Λύσις. καὶ ἀμφοτέροις. οὐδὲν γὰρ ἔσπ κοινωνοῦσιν ἀλλήλοις. ἀνάγνωθι ☧ ῥηθέντα ιέ. κανόνα. εἰ δέ τις ἀνθυποφέρῃ ☧ κ. κανόνα τ ς'. συνόδου λέγοντα οὕτω ῥητῶς· μὴ ἐξέστω ἐπισκόπῳ εἰς ἑτέραν πόλιν μὴ αὐτῷ προσήκουσαν πόλιν δημοσίᾳ διδάσκειν· εἰ δέ τις φωραθείη τῦτο ποιῶν, τ ἐπισκοπῆς παυέσθω· τὰ δὲ τῦ πρεσβυτέρου ἐνεργείτω. καὶ λέγε ὀφείλειν ὃ λοιπὸν τὰ τῦ πρεσβυτέρου μᾶλλον κανόν κρατεῖν, ὡς μεταγνωσέντος καὶ πολὺ καὶ καθαίρεσιν μόνον ἐπάγοντ· ἀκουσάτω μεγάλως εἰ πολὺ καὶ διαφορὰν τῶν κανόνων. ἐνταῦθα μὲν γὰρ ἀληθείου ξένου ἐπέβη ὁ ἐπίσκοπ, καὶ κατῖχεν αὐτὸν ἀμεταστάτως. δεῖ σὺ τῇ καθαιρέσ καὶ ἀποκηρύσσεται ὡς ἀναιδέστατος. ὁ δὲ ἐν τῷ ῥηθέντι κανόνι τ ς'. συνόδου δηλουμέν ἐπίσκοπ οὐδέν τι ἕτερον ἐνεήργησεν εἰς ἑτέραν διοικείαν, ἀλλὰ μόνον ἐδίδαξε δημοσίᾳ· κ διὰ τῦτο καθαιρεῖται μόνον. ὅθεν καὶ ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδος γίνεσθαι διωρίσατο εἰς ☧ περὶ ἐνοριῶν χειροτονήσεως, ἐν τῷ ιγ'. κανόνι αὐτῆς. ἀκούων δὲ τῦ κανόν λέγοντ, ἵνα μηδενὶ τῶν ἐπισκόπων ἐξῇ ἀπὸ πόλεως μικρᾶς εἰς ἑτέραν πόλιν μεδίσασθαι, μὴ εἴπῃς ἐξ ἀντιδιαστολῆς δύνασθαι ἐπίσκοπον μεταβαίνειν ἀπὸ πόλεως μεγάλης εἰς μικράν, ὡς τάχα παρειμένων καὶ τῶν αἰτιῶν τῶν ἐν τῷ κανόνι δηλωθέντων. καὶ τῦτο γὰρ ὑπὸ τῶν κανόνων παρομοίως κωλύεται, ἀδιαφόρως διοριζομένων καθαιρεῖσθαι μὴ μόνους τοὺς ἀπὸ πόλεως οἱασδήποτ εἰς ἑτέραν μεταπίπτοντας, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς παρ' ἐνορίαν ἱερατικόν τι ἐνεργοῦντας, κ εἰς τοὺς λαχόντας αὐτοὺς ἐπιστρέφοντας. κ ταῦτα μὲν οὕτως. σὺ δὲ εἰ θέλεις ἀκριβῶς εἰδέναι τὰ περὶ τ μεταθέσεως, μεταβάσεως κ ἐπιβασίας, ἀνάγνωθι ὃ χάλιον τῦ ιέ. κανόν τ α'. συνόδου.

ΖΩΝΑΡ. Ἕκαστος τῶν ἐν τῇ συνόδῳ ταύτῃ προσεχόντων, ἐν λόγῳ κ γνώσ, γνώμας εἰσῆγε περί τινων ἐπιθέσεων, κ εἰ κ τῖς ἄλλοις ἤρεσκον ἐπισκόποις ἐκυροῦντο, καὶ εἰς κανόνας ἐξεφωνοῦντο. ὁ γοῦν ἐπίσκοπ Κουδρούβης Ὅσιος κεκλημένος πρῶτ εἰσήγαγε γνώμην περὶ τῶν ἐκ πόλεως εἰς ἑτέραν πόλιν μεταβαινόντων ἀρχιερέων. εἰ γὰρ κ ἀποστολικοὶ κανόνες κ συνόδων τῦτο ἐκώλυον, ἀλλ' ἔτι ἐγίνετο. ὅ γοῦν τῦ κανόν τούτου προοίμιον τοιαύτης ἔχει ἐννοίας, ὅτι πᾶσθαι δεῖ φαύλην συνήθειαν ἀναιρεῖσθαι, εἰ δὲ καὶ εἰς πραγμάτων εἴη ἀφορμὰν ἐξ αὐτῶν τῶν θεμελίων κἀν αὐτὴν ἐκριζοῦν, διὰ τῆς ἐκριζώσεως κ τῶν θεμελίων τὴν πρώτην καθαίρεσιν κ ἀναζοπὴν ἐνδείκνυσθαι τῦ λόγου. ὁ δὲ κανὼν διορίζεται μηδένα ἐπίσκοπον καταλιμπάνειν τὴν πόλιν, ἐν ᾗ ἐχειροτονήθη, καὶ μεταβαίνειν εἰς ἑτέραν. φανερὸν γὰρ εἶναι τὴν αἰτίαν τ μεταστάσεως, τὴν πλεονεξίαν ὀνομάζει κ ἀλαζονείαν. κ πλεονεξίαν μὲν, ὡς πλέον ἔχειν τι τῦ μεταβαίνοντ ἐκ πόλεως εἰς πόλιν ἐφιεμένου· ἀλαζονείαν δὲ, ὡς δι' ἔπαρσιν κ δόξης ἔρωτα μείζον τὴν μετάβασιν ποιουμένου. οὐ γάρ τίς, φησιν, εὑρέθη ποτὲ ἐκ μείζον πόλεως εἰς μικροτέραν μεταχωρήσας, ἀλλ' ἐκ μικρᾶς κ ἀφανεστέρας εἰς μείζω κ ἐπιφανεστέραν· ὅθεν κατηγορῆ τῶν τῦτο ποιούντων ἀλαζονείαν κ πλεονεξίαν, θελόντων μείζον δράξασθαι ἐξουσίας. ταύτην τὴν γνώμην ὁ Ὅσιος ἐπὶ τ συνεδρίῳ τῶν ἐπισκόπων εἰσαγαγὼν, ἠρώτησεν, εἰ πᾶσιν ἀρέσκ αὐστηρότερον ἐκδικηθῆναι τὴν τοιαύτην κακίαν; εἶτα καὶ ὃ ἐπιτίμιον ἐπήγαγε, εἰπὼν ὅτι ἐκπίπτειν χρὴ τῦτον τ τῶν πιστῶν ὁμηγύρεως, ὥστε μηδὲ ὡς λαϊκὸν ἔχειν τῦτον μετὰ τῶν πιστῶν κοινωνίαν. πρὸς ὃ οἱ τ συνόδου ἀπεκρίναντο, ὅτι πᾶσιν ἀρέσκει.

A Ad quod Synodi Patres responderunt; Id omnibus placere. His ita se habentibus, interrogaverit quispiam; Cùm xv. canon Synodi Nicænæ statuit, ut Episcopus, qui à civitate in civitatem transiit, non deponatur, sed in priorem suam Ecclesiam restituatur; præsens autem canon eum absoluta excommunicatione condemnet; utrum sit sequendum? Solutio. Utrumque. Neque enim habent quidquam inter se commune. Et lege dictum xv. canonem. Si quis autem contra afferat xx. canonem vi. Synodi, qui sic dicit expresse; Ne liceat Episcopo in alia, quæ ad se non attinet, civitate publicè docere; si quis autem hoc facere deprehensus fuerit, B cesset ab Episcopatu, quæ sunt autem Presbyteri exerceat; & dicat hunc canonem in posterum magis observari debere, ut qui sit multò recentior, & depositionem solùm inducat: audiat esse magnam canonum differentiam. Hîc enim Episcopus alienum thronum invasit, & eum sua auctoritate obtinuit. Et ideo unà cum depositione etiam abdicatur, ut qui sit impudentissimus. Qui autem in prædicto sextæ Synodi canone declaratur Episcopus, in alia provincia nihil aliud exercuit, nisi quòd solùm publicè docuit: & ideo solùm deponitur. Quod etiam Antiochena Synodus fieri decrevit in eum qui ultra suam provinciam ordinavit, in xiii. ejus canone. Cùm C autem audis canonem dicentem; Nulli licere Episcopo à parva civitate in aliam migrare; ne dixeris à contrario, posse Episcopum à magna civitate in parvam transire; ut pote cùm sint utique sublatæ causæ, quæ sunt in canone declaratæ. Nam hoc quoque à canonibus similiter punitur; qui indistinctè statuunt, non eos solos deponendos, qui à quavis civitate in aliam transeunt, sed eos etiam, qui ultra provinciam aliquid sacerdotale exercent, & ad Ecclesias, quæ illos sortitæ sunt revertuntur. Et hæc quidem sic. Tu autem, si velis, quæ ad translationem, transitionem & invasionem attinent perfectè scire, lege commentarium xv. can. i. Syn.

D Zonar. Ut quisque in hac Synodo eloquentia ac prudentia cæteris præstitit, ita certis quibusdam de rebus sententias suas explicavit; quæ si aliis quoque Episcopis probarentur, communi omnium consensu firmatæ in Canones promulgabantur. Primus igitur Episcopus Cordubensis, Osius dictus, quid de Episcopis ex alia in aliam urbem migrantibus censeret, exposuit. Quamvis enim & Apostolicis & Synodorum sanctionibus id vetitum esset; non deerant tamen aliqui in hoc genere contumaces. Sunt ergo, quæ in exordio canonis continentur, hujus fere E sententiæ; Tollendam esse scilicet pravam quamlibet consuetudinem; sed eam, ex qua rebus quoque pernicies afferri queat, ex ipsis fundamentis evelli radicitùs oportere. Quæ quidem verba, Radicitùs & à fundamentis evellendi, penitus consuetudinem illam extinguendam atque abolendam esse demonstrant. Canonis vero decreto, ne ea urbe relicta, cujus Episcopus creatus est, in aliam transire Episcopo liceat, definitum. Neque enim migrationis illius obscuras esse causas, avaritiam videlicet atque arrogantiam. Avaritiam quidem, quod ex hac urbe in aliam plura habendi cupiditate demigret: Arrogantiam vero, qui scilicet sedem mutare, atque in ampliori urbe collocare, elatione animi gloriæque majoris studio adductus concupierit. Nec enim, inquit, qui ex F ampliore urbe in humiliorem transmearit, aliquando repertus est; sed obscura & tenuis cum majore celebrioréque mutatur: quod quidem eorum, qui id faciunt, avaritiam ac incensam potestatis amplioris desiderio arrogantiam coarguit. Hanc sententiam cum in conventu Episcoporum Osius explicasset, rogavit, An omnibus in ejusmodi hominum pravitatem severiùs animadverti placeret? Deinde mulctam quoque adjunxit, qua eos à fidelium consortio excludendos, ac ne Laïcorum quidem more ipsis communionem cum fidelibus permittendam esse, censuerit. Quibus auditis Synodi Patres, Idem placere omnibus, responderunt. Arist.

Digitized by Google

ARIST. *Non est invenire Episcopum ex majore in minorem civitatem transeuntem. Qui igitur ex humili sede in sublimiorem transibit, tanquam arrogans, & avarus, per totam vitam excommunicabitur.*

Præsens Canon Episcoporum translationes fieri non omnino permittit, aut si fiant, pœnas à translatis severè petit. Deprehendentes enim patres ex eo quod nullus Episcoporum à civitate majori ad minorem transferri civitatem studet, sed à civitate parvâ ad sublimiorem migrare cupit civitatem, per arrogantiam, & plura habendi cupiditatem licet fieri, decreverunt talem nec Laïci habere communionem, sed cum depositione etiam excommunicatum esse.

CANON II.

Si quis autem adeo insanus vel audax inveniatur, ut de iis videatur aliquam afferre excusationem, asserens sibi à populo allatas esse literas; clarum est, potuisse paucos aliquos mercede & pretio corruptos in Ecclesia seditionem movere, ut eundem utique velint habere Episcopum: omnino ergo has fraudes & artes puniendas esse existimo, ut nemo possit, qui est ejusmodi, ne in fine quidem laica communione dignus haberi. An ergo hæc placet sententia, respondete. Responderunt; Placent quæ dicta sunt.

BALS. Hic quoque canon à primo dependet. Cùm enim quidam Episcopi accusarentur propter suam à civitate in civitatem transmigrationem, & conarentur se excusare, seu ex se criminationem amoliri, eò quòd dicerent per populi civitatis literas se recessisse ab ea civitate quæ illos sortita est; decreverunt Patres, ne hoc quidem ad defensionem sufficere: quia verisimile est hæc callidè facta fuisse per paucos civitatis habitatores pecuniis corruptos, & veluti mercede conductos. Unde & Episcopos, qui hæc machinantur, per perfectam abdicationem punierunt, ut ne morientes quidem, ut Laici communione digni habeantur. His autem ita se habentibus, ne dixeris eis esse ignoscendum, qui à civibus verè evocati sunt; vel si non ignoscatur, esse puniendos, ut eos qui evocationem fraude machinantur: sed dic eos deponendos esse, ut qui non debeant audire homines ad ipsos non pertinentes.

B Episcopi; dicebant quidam, non debere hoc omnino fieri in vilibus pagis aut urbibus, eo quòd in iis Antistites antea eligerentur, quando populo frequentes erant; sed causam promotionis Antistitis esse regionis populi frequentiam, non autem antiquum privilegium: & adjecerunt, non oportere Episcopum eligi in urbe, quæ à magna populi frequentia ad nihil redacta est ex gentium incursione, vel aliqua alia rerum perturbatione; sed in iis quæ populo abundant, etiamsi Antistites antea non habuerunt. A Deo autem
C coronatus sanctusque Imperator noster sæpe rogatus, an oporteat Orientales Ecclesias & à Sarracenis detentas Episcopos electione sortiri; eis quidem eligi Episcopos annuit, & solennia iis qui eligere debent ad victus sufficientiam concessit per communem jussionem quousque Ecclesiis suis absunt; ut jus, quod in eis est Ecclesiis, imperio quoque servetur, utpote cùm non desperet fore ut Christiani ad eas restituantur. Episcopos autem in pagis vilibus quomodocunque eligi non permisit: sed potiùs iis succensuit, qui ita eligunt; nempe quòd Episcopalis dignitas ex ea re contumelia afficiatur. Cùm autem ille
D sanctissimus Thebarum Metropolitanus Calocteñe Episcopos de novo elegisset, agitatum est in Synodo tempore sanctissimi illius Patriarchæ domini Michaëlis summi Philosophi, utrum Metropolitanus debebat hoc novum opus facere cum synodali dijudicatione, & omnes dixerunt, quòd debebat id, quod à Thebarum Episcopo innovatum est, à magna Synodo mandari; ut vult canon Apostolicus, qui statuit, nihil magni momenti debere ab Episcopo fieri, sine sententia synodali.

E ZONAR. Multorum canonum decreto ad Episcopos cujusque provinciæ Episcoporum renuntiatio spectat. Ergo si in qua provincia multi Episcopi esse soleant, in ea nonnullis morte consumptis, aut quibusdam forte depositione mulctatis, vel aliis præterea extra provinciæ fines necessaria de causa profectis, unum relictum esse contingat, sibíque Episcopum urbes illæ dari postulent; Episcopum eum, qui mansit à Metropolitano provinciæ, quem Exarchum quoque nominat, per literas evocari, déque multitudinis pastorem sibi efflagitantis voluntate certiorem fieri, ac eundem in consilium adhiberi, oportere canon affirmat. Qui
F si de tota re, ut dictum est, admonitus, neque adfuerit, neque rescripserit; populi voluntati morem gerendum, ac illis Episcopum à Metropolitano provinciæ concedi placet. Verùm si de Metropolitano provinciæ constituendo agatur, vicinioris quoque provinciæ Episcopos advocandos esse decernit. Quod quidem eatenus valuisse putandum est, quamdiu Metropolitanos ipsæ sibi civitates eligebant: Nam hoc quidem tempore alia ratio est, & ab iis, quibus Episcopos creandi jus est, summi quoque Sacerdotes per Episcopos provinciæ deliguntur. In iis porro quæ sequuntur, constitui Episcopum in oppido quopiam, exilive urbe, cui vel unus Presbyter suffecturus sit, canon vetat.

Quod

Digitized by Google

Quod quidem Laodicenæ quoque Synodi septimo & quinquagesimo canone definitum fuit. Addit vero hic canon præterea, non esse necesse in iis locis Episcopum constitui, ne scilicet Episcopi nomen ac auctoritas facile vilescat: Verum à primis provinciæ Episcopis, videlicet à Metropolitanis, in iis tantum locis, ubi etiam prius, hoc est, ab antiquo tempore fuerant, Episcopi collocari debent. Si tamen urbem, inquit, non ita celebrem, mox incolarum numero frequentari contingat, ut jam amplificata frequentia Episcopo digna sedes judicetur; in ea quoque Episcopum, quamvis antea nullum habuerit, constitui licere decernit.

A ἀρκεῖ, ὃ καὶ ὁ νζ'. κανὼν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου διωρίσατο. προστίθησι δὲ ὁ κανὼν ἔτι, ὅτι οὐκ ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐπίσκοπον ἐκεῖ καθίστασθαι, ὡς ἂν μὴ κατευτελίζηται τὸ ὄνομα καὶ ἡ αὐθεντία τοῦ ἐπισκόπου, ἀλλ' οἱ τῆς ἐπαρχίας πρῶτοι ἐπίσκοποι, οἱ μητροπολῖται δηλαδὴ, ἐκεῖνοι ὀφείλουσι ποιεῖν ἐπισκόπους, ὅπου καὶ πρότερον, ἤγουν ἐκ παλαιοῦ, ἦσαν ἐπίσκοποι. εἰ δέ τις, φησι, πόλις πρότερον μὴ ἔχουσα πλῆθος πολὺ πολιτῶν, εὑρίσκοιτο μετὰ ταῦτα γενομένη πολυπληθὴς, ὡς ἀξίαν αὐτὴν νομισθῆναι ἐπισκοπῆς, διὰ τὸ πλῆθος τῶν λαοῦ, λαμβανέτω ἐπίσκοπον, κἂν μὴ ἐκ παλαιοῦ εἶχεν.

ARIST. *Si populo Episcopum appetente Episcopi præsentes fuerint, unus verò abfuerit, is etiam vocetur. Si vocatus autem neque scribere, neque accedere velit, is qui petitur ordinetur.*

B ΑΡΙΣΤ. Εἰ τῶν λαῶν ἐπικομιζόντων ἐπίσκοπον, οἱ ἐπίσκοποι παρουσιάζουσιν, εἷς δέ τις λείπῃ, προσκαλείσθω κἀκεῖνος. εἰ δὲ προσκαλούμενος, οὔτε γράφειν, οὔτε ἐνδημεῖν βούλοιτο, ὁ ζητούμενος χειροτονείσθω.

Istud hodie non est in usu, ut à Clericis & civitatis primoribus Episcoporum electiones fierent, sed istæ nunc à Metropolitanis & Episcopis procedunt. Ut duodecimus Synodi Laodicensis canon statuit, & undevigesimus Antiochenæ, & alii multi. Ad sententiam itaque ferendam vel omnes Episcopos præsentes esse, vel & absentes per literas præsentibus consentire oportet.

Τοῦτο νῦν οὐκ ἐνεργεῖται, τὸ παρὰ τῶν κληρικῶν καὶ τῶν πρώτων τῆς πόλεως τὰς ψήφους τῶν ἐπισκόπων γίνεσθαι, ἀλλὰ παρὰ μητροπολιτῶν καὶ ἐπισκόπων αὗται προβαίνουσιν· ὡς ὁ δωδέκατος κανὼν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου διατάττει, καὶ ὁ ἐννεακαιδέκατος τῆς ἐν Αντιοχείᾳ, καὶ ἄλλοι πολλοί. δεῖ γοῦν ἢ πάντας παρεῖναι τοὺς ἐπισκόπους ἐπὶ τῇ ψήφῳ, ἢ καὶ τοὺς C ἀπόντας διὰ γραμμάτων συμψήφους γίνεσθαι τοῖς παροῦσι.

ARIST. *Cum Metropolitanus constituitur, etiam vicini Episcopi sunt accersendi.*

ΑΡΙΣΤ. Μητροπολίτου καθισταμένου, καὶ οἱ πλησιόχωροι μετάπεμπτοι ἔστωσαν.

Cum Metropolitanus est eligendus, non omnes ubicunque sint, diœcesis Metropolitæ ad electionem ejus vocabuntur, sed vicini. Illud enim & impossibile est fieri, si secundum vigesimum quintum Synodi Chalcedonensis canonem vacantium episcopatuum ordinationes intra tres menses fieri debent.

Μητροπολίτου μέλλοντος ψηφισθῆναι, οὐ πάντες τῆς ἁπαντάχῃ διοικήσεως οἱ μητροπολῖται εἰς τὴν ψῆφον αὐτοῦ κληθήσονται, ἀλλ' οἱ πλησιόχωροι· ἐκεῖνο γὰρ καὶ ἀδύνατον γενέσθαι, εἴπερ, κατὰ τὸν εἰκοστὸν πέμπτον κανόνα τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, ἐντὸς τριῶν μηνῶν αἱ χειροτονίαι ὀφείλουσι γίνεσθαι τῶν χηρευουσῶν ἐπισκοπῶν.

ARIST. *In parvâ urbe & vico, cui etiam unus sufficiat Presbyter, Episcopus non constituitur. Sin populo frequentissima sit urbs, non indignum.*

D ΑΡΙΣΤ. Εἰς ὀλίγην πόλιν καὶ κώμην, ᾗ καὶ εἷς αὐτάρκης πρεσβύτερος, ἐπίσκοπος οὐ καθίσταται· εἰ δὲ πολυανθρωποτάτη γένοιτο πόλις, οὐκ ἀνάξιον.

Non necesse est si exigua sit civitas aut pagus, ubi & unus Presbyter sufficiat, Episcopum fieri, ne Episcopi nomen parvi fieret. Si exigua autem civitas quamplurimis repleta sit hominibus, non incongruum est & in eâ ordinari Episcopum.

Οὐκ ἀναγκαῖον, βραχείας οὔσης τῆς πόλεως, ἢ τῆς κώμης, ἐν ᾗ καὶ εἷς πρεσβύτερος ἐπαρκεῖ, ἐπίσκοπον γίνεσθαι· ἵνα μὴ κατευτελίζηται τὸ τοῦ ἐπισκόπου ὄνομα. εἰ δὲ καὶ βραχεῖα πόλις πολυανθρωποτάτη γένοιτο, οὐκ ἀπεικὸς καὶ ἐν αὐτῇ χειροτονηθῆναι ἐπίσκοπον.

CANON VII.

ΚΑΝΩΝ ζ'.

Osius Episcopus dixit; Importunitas nostra, & multa assiduitas, & injustæ postulationes effecerunt, ut nos non habeamus tantam gratiam & libertatem dicendi, quantam habere debemus. Multi enim Episcopi non intermittunt ad castra accedere, & maximè Aphri; qui, quemadmodum cognovimus à dilecto fratre nostro & Coepiscopo Grato, salutaria consilia non admittunt, sed ita contemnunt, ut unus homo ad castra plurimas & diversas, & quæ non possunt juvare Ecclesias, supplicationes afferat, & non, ut debet fieri & convenit, pauperibus & laicis vel viduis opem & auxilium afferat, sed seculares dignitates & functiones aliquibus acquirat. Hæc ergo perversitas detrimentum non sine offendiculo & condemnatione nobis conciliat. Convenientius autem esse existimavi, ut Episcopus illi suum auxilium præbeat, cui ab aliquo vis affertur, vel si quæ vidua injuria afficiatur, vel si quis rursus Orphanus privetur iis, quæ ad ipsum pertinent: Si quidem hæc nomina justam habent causam & supplicationem. Si itaque, dilecti fratres, hoc omnibus videtur, statuite, nullum oportere Episcopum ad castra accedere, præter eos, quos pius Imperator noster suis li-

E Οσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἡ ἀκαιρία ἡμῶν, καὶ ἡ πολλὴ συνέχεια, καὶ αἱ ἄδικοι ἀξιώσεις πεποιήκασιν ἡμᾶς τοσαύτην μὴ ἔχειν χάριν καὶ παῤῥησίαν, ὅσην ὀφείλομεν κεκτῆσθαι. πολλοὶ γὰρ τῶν ἐπισκόπων οὐ διαλείπουσιν εἰς τὸ στρατόπεδον παραγενόμενοι, καὶ μάλιστα οἱ Αφροι· οἵτινες, καθὼς ἔγνωμεν παρὰ τῶν ἀγαπητοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν καὶ συνεπισκόπου Γράτου, τὰς σωτηριώδεις συμβουλὰς οὐ παραδέχονται, ἀλλὰ καταφρονοῦσιν οὕτως, ὡς ἕνα ἄνθρωπον εἰς τὸ στρατόπεδον πλείστας καὶ διαφόρους, καὶ μὴ δυναμένας ὠφελῆσαι τὰς ἐκκλησίας, δεήσεις διακομίζειν, καὶ μὴ, ὡς ὀφείλει γίνεσθαι καὶ ὡς προσῆκόν ἐστι, τοῖς πένησι F καὶ τοῖς λαϊκοῖς ἢ ταῖς χήραις συναίρεσθαι καὶ ἐπικουρεῖν, ἀλλὰ κοσμικὰ ἀξιώματα καὶ πράξεις περινοεῖν τισιν. αὕτη τοίνυν ἡ σκαιότης τὸν θραυσμὸν οὐκ ἄνευ σκανδάλου τινὸς ἡμῖν καὶ καταγνώσεως προξενεῖ. πρεπωδέστερον δὲ εἶναι ἐνόμισα, ἐπίσκοπον τὴν ἑαυτοῦ βοήθειαν παρέχειν ἐκείνῳ, ὅστις ἂν ὑπό τινος βιάζηται, ἢ εἴ τις τῶν χηρῶν ἀδικοῖτο, ἢ αὖ πάλιν ὀρφανός τις ἀποστεροῖτο τῶν αὐτῷ προσηκόντων, εἴπερ ἄρα καὶ ταῦτα τὰ ὀνόματα δικαίαν ἔχει τὴν ἀξίωσιν. εἰ τοίνυν, ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, πᾶσι τοῦτο δοκεῖ, ἐπικρίνατε μηδένα ἐπίσκοπον χρῆναι εἰς τὸ στρατόπεδον παραγίνεσθαι παρεκτὸς τούτων, οὓς ἂν ὁ εὐλαβέστατος

δὲ λαβέσθαι τοὺς ἡμῶν τῆς ἑαυτῶν γράμμασιν μεταA καλεῖν. Ἀλλ' ὅτι πολλάκις συμβαίνει τινὰς οἴκτου δεομένοις καταφυγεῖν ὅτι τὴν ἐκκλησίαν ἀφ' ἑαυτῆς ἁμαρτήματα εἰς ἀφορισμὸν ἢ νήσου καταδικαδίνζας, ἢ δι' αὖ πάλιν οἱαδηποτοῦν ἀποφάσει ἐκδεδομένους, τοῖς τοιούτοις μὴ ἀρνητέον ἔι τὴν βοήθειαν, ἀλλὰ χωρεῖς μνήσεως καὶ λύσεως ἀξίους διεγνωσμένοις τούτοις αἰτεῖσθαι συγχώρησιν. εἰ τοίνυν καὶ τοῦτο ἀρέσκει, σύμψηφοι γένεσθε ἅπαντες. ἀπεκρίναντο ἅπαντες, ὁρίζεται καὶ τοῦτο.

teris accerſit. Sed quia ſæpe contingit aliquos, qui egent miſericordia, ad Eccleſiam confugere, qui propter ſua peccata exilio vel in inſulam deportatione damnati ſunt, vel quamlibet aliam ſententiam accepêre; iis non eſſe negandum auxilium, ſed ſine cunctatione & dubitatione, veniam iis eſſe petendam. Si utique hoc quoque placet, omnes unà quoque veſtrum ſuffragium ferte. Reſponderunt omnes; Decernatur & hoc.

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ ια'. κανόνι τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου, ἐκωλύθησαν οἱ ἐπίσκοποι καὶ πάντες οἱ κανονικοὶ ἄνευ ἐκχωB ρήσεως συνοδικῆς πρὸς βασιλέα ἀπέρχεσθαι. ἀκωλύτως οὖν καὶ ὁ παρὼν κανὼν διορίζεται, μηδένα ἐπίσκοπον εἰς ὃ στρατόπεδον ἔνθα ὁ βασιλεὺς ἄγει, παραγίνεσθαι χωρὶς μετακλήσεως βασιλικῆς, εἰ μὴ πολλάκις τοῦτο θελήσει τις ποιῆσαι ἀφ' ἑτεραγωγίαν πτωχῶν τινων ἢ κατακριθέντων παρεισελθόντων τῇ ἐκκλησίᾳ. ὅθεν καὶ ἀνηρέθη ὑπὸ τῆς ῥηθείσης πρώτης τοῦ κανόνος, διορισαμένου καὶ τὰς τοιαύτας ὑποθέσεις, μὴ παρὰ ἐπισκόπων ὑπομιμνήσκεσθαι, ἀλλὰ παρὰ ἀφανόνων ἤγουν ἀφανογνωστῶν ἤτοι διακονητῶν. καὶ ἡ μὲν ἔννοια τοῦ κανόνος αὕτη. αἱ αἰτίαι δὲ δι' ἃς ἐτέθησάν σαφεῖς εἰσι· καὶ οὐ δέονται ἑρμηνείας. τούτων οὕτως ἐχόντων, ἠρώτησέ τις, εἰ ἐφεῖται ἐπισκόπῳ μετὰ συνοδικῆς ἐντολῆς πρὸς βασιλέα ἀπέρχεσθαι κατὰ τὸν ια'. κανόνα τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου; Λύσις. ὁ παρὼν κανὼν τὸν ῥηθέντα κανόνα οὐκ ἀναιρεῖ, ἀλλ' ἐκείνῳ μᾶλλον συμφωνεῖ. δοκεῖ καὶ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, μετὰ συνοδικῆς σκέψεως καὶ ἀποκριματίσεως ἐπίσκοπος εἰς βασιλέα ἀποδύσεται, πολλῷ δὲ πλέον κληρικός. σημείωσαι δὲ ἀπὸ τοῦδε τοῦ κανόνος, ὅτι καὶ κεκωλυμένον ἔξι πρὸς βασιλέα χορεύειν ἐπισκόπους καὶ ἑτέρους ἱερωμένους, ἀλλὰ μετὰ βασιλικὸν ὁρισμὸν ἀκινδύνως τοῦτο ποιήσουσι, καὶ ὃ προστατόμενον αὐτοῖς ἐνεργήσουσιν, ὧν μήτε τοῦ βασιλέως ἀνακρινομένου τινὸς αὐτοὺς μεταχαλέσηται, μήτε τούτων δύνυνομένων ὡς ὑποκρινόντων προστίθεντι βασιλεῖ. ἀνάγνωθι δὲ καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου κανόνα ια'. ιβ'. καὶ τοῦ παρούσης συνόδου κανόνα η'. θ'. καὶ κα'.

Bals. In xi. can. Antioch. Syn. prohibiti ſunt Epiſcopi *& omnes Canonici ſine permiſſione ſynodali ad Imp. proficiſci. Ei ergo conſequenter præſens quo*B *que canon decernit, nullum Epiſcopum in caſtra, ſeu ubi imperator agit, accedere ſine evocatione Imperatoris, niſi quis hoc ſæpe facere voluerit ad deducendos pauperes vel condemnatos qui ad Eccleſiam confugere: quod etiam à proximè dicendo canone octavo ſublatum eſt, qui ſtatuit ejuſmodi quoque cauſas; non ab Epiſcopis agendas, ſed à Diaconis ſeu miniſtris. aut ſororis. Et hæc eſt quidem canonis ſententia. Cauſæ autem, propter quas conſtitutus eſt, claræ ſunt; nec interpretatione indigent. His ita ſe habentibus, interrogaverit quiſpiam, An permittitur Epi*C *ſcopo cum mandato ſynodali ad Imperat. proficiſci, ſecundùm xi. can. Antioch. Syn. Solutio. Præſens canon dictum canonem non tollit, ſed potiùs illi conſentit. Et ideo, ut mihi quoque videtur, cum ſynodali deliberatione Epiſcopus ſine ullo præjudicio ad regem proficiſcetur: multò autem magis Clericus. Nota autem ex præſenti canone, quòd etiamſi ſit Epiſcopo prohibitum aliiſque Sacratis apud Imperatorem diutiùs moram agere; decreto tamen Imp. hoc ſine periculo facient, & quod eis imperatur exercebunt: ut neque Imper. quidquam poſſit imputari, ſi eos accerſat; nec ii rei futuri ſint, ut qui jubenti Imp. obſe*D *quantur. Vide Carthag. Syn. can. xi. xii. & præſentis Syn. viii. ix. & xxi.*

ΖΩΝΑΡ. Τινὲς τῶν ἐπισκόπων καὶ μάλιστα οἱ Αφροι, οἱ ἐν Αφρικῇ δηλονότι, συνεχῶς προσέκειντο τοῖς βασιλεῦσιν, αἰτήσεις οἰκείας καὶ ἀξιώσεις ἔχοντες, οὐδὲ δικαίας ἴσως. τοῦτο οὖν διορθουμένη ἡ σύνοδος αὕτη, φησὶν, ὅτι ἡ ἀκαιρία ἡμῶν, ἤτοι ὁ μὴ δικαίως προσιέναι τοῖς βασιλεῦσι, συνεχῶς δὲ, καὶ αἱ ἄδικοι ἀξιώσεις, πεποιήκασιν ἡμᾶς μὴ τοσαύτην ἔχειν χάριν, ἤγουν μὴ οὕτως εἶναι κεχαρισμένους καὶ αἰδοῦς ἀξίους νομίζεσθαι, μηδὲ παῤῥησιάζεσθαι δύνασθαι, ὅσον ὀφείE λομεν. πολλοὶ γὰρ τῶν ἐπισκόπων ὑπ' ἀκαιρίαν εἰς ὃ στρατόπεδον παραγινόμενοι, καὶ μάλιστα οἱ Αφροι. στρατόπεδου δὲ ἐμνήσθη, ὅτι ὡς ὅπου ὁ πολὺ οἱ βασιλεῖς στρατείᾳ ἐσχόλαζον. οἵτινες ἐπίσκοποι τὰς σωτηριώδεις συμβουλὰς ὑπεδέχοντο, ἀλλὰ καταφρονοῦσι τῆς συνοδικῆς παραινέσεως οὕτως, ὥστε ἄνδρωπον (ἤτοι ἐπίσκοπον) ἕνα πολλὰς καὶ διαφόρους αἰτήσεις κομίζειν εἰς ὃ στρατόπεδον, καὶ μὴ δυναμένας ὠφελῆσαι τὰς ἐκκλησίας, καὶ μὴ γένεσθαι καθὼς χρέος ἐστὶ ποιεῖν τοὺς ἐπισκόπους, καὶ καθὼς ἐνδέχεται. τί δὲ τοῦτό ἐστι; Ὃ μὴ σωαίρεσθαι καὶ ἀντιλαμβάνεσθαι καὶ βοηθεῖν τοῖς πένησι καὶ ταῖς χήραις ἢ τοῖς λοιποῖς, ἀλλὰ κοσμικὰ ἀξιώματα καὶ ἐνεργείας καὶ τοιαύτας ἐπινοεῖν, ἀντὶ τοῦ, ὅπερ νοεῖν ἔρχεσθαι αὐτοῖς, καὶ τοιαῦτα αἰτεῖν. αὕτη τοίνυν, φησὶν, ἡ σκαιότης, ἡ κακία, ἡ πονηρία, προξενεῖ ἡμῖν τὸν ὀφασμόν, τουτέστι, ὀφαύει ἡμᾶς, ὥστε μήτε παῤῥησίαν δύνασθαι ἔχειν, σκανδαλιζομένων ἐφ' ἡμῖν τῶν ἀνθρώπων καὶ καταγινωσκόντων ἡμῶν. πρέπειν δὲ μᾶλλον, φησὶ, λογίζομαι, τὸν ἐπίσκοπον βοηθεῖν ἐκείνῳ τῷ βίᾳ ὑπό τινος πάσχοντι, καὶ ταῖς ἀδικουμέναις χήραις, καὶ τοῖς ὀρφανοῖς, οὓς ἀποστεροῦσί τινες τῶν αὐτοῖς διαφερόντων· καὶ τούτοις δὲ τοῖς ὀρφανοῖς, καὶ ταῖς χήραις, καὶ τοῖς καταδυναστευομένοις τότε βοηθεῖν, ὅτι δίκαια ἀξιοῦσιν. εἰ γὰρ ἄδικόν τι αἰτοῦσιν,

Zonar. Epiſcopi quidam, ac Afri præſertim, hoc eſt, qui in Africa degerent, privatis de rebus poſtulata & preces, quæ parum etiam forte æquitatis haberent, ad Imperatorem aſſidue deferebant. Cui quidem malo Synodus hæc mederi cupiens, Noſtra, inquit, importunitas, hoc eſt, noſtra conſuetudo ad Imperatorem aſſiduè tempore minime opportuno adeundi, injuſtæque flagitationes, ne tantum gratiæ habeamus, hoc eſt, ut minus grati ſimus, nec ita veneratione digni exiſtimemur, effeceruntque, neque parum de ea, quam obtinere debuimus, loquendi libertate detraxerunt. Multi enim Epiſcopi, ac Afri maxime, ad caſtra commeandi finem nullum faciunt. Caſtrorum vero meminit, quod militiæ ut plurimum Imperatores vacarent. Qui quidem Epiſcopi ſalutaria conſilia nequaquam audiunt, verum ſynodicas admonitiones eouſque contemnunt, ut unus homo (Epiſcopus nempe) multas & diverſas poſtulationes in caſtra deferat, quæ neque Eccleſiæ utilitatis aliquid ferre poſſint, neque tales ſint, quales Epiſcopalis officii ratio, ipſáque rerum natura præſcribit. Quid vero id eſt? Ut neque ſcilicet pauperibus & viduis aut laicis patrocinentur, operamve iis ſublevandis aut juvandis impendant; ſed profanas dignitates ac munerum ejuſmodi functiones cogitent, hoc F *eſt, animo verſent, déque iis tantummodo obtinendis laborent. Hæc igitur nobis, inquit, perverſitas, improbitas, nequitia detrimentum conciliat, hoc eſt, ita noſtras vires frangit; ut etiam libere loquendi facultatem, ob ea quæ agimus offenſis hominum animis, nóſque ſua exiſtimatione condemnantibus, nobis eripiat. Magis vero decere, inquit, exiſtimo, ut eis, qui potentia cujuſpiam opprimuntur, ac viduis, quæ per injuriam vexantur, tum pupillis, quos nonnulli fortunis evertunt, Epiſcopus opem ferat: atque his quoque pupillis & viduis, ac iis, qui po-*

Digitized by Google

tentiorum dominatu premuntur, ita demum præsto sit, si nihil ab illis iniquum postulari cognoverit. Nam si aliquid alienum ab æquitate illi quoque flagitent, ne iis quidem Episcopos in ea re patrocinari fas est. Si ergo omnibus idem videtur, inquit Osius, hoc approbate, id est, hanc sententiam vestro decreto confirmate, ne quis ad exercitum, hoc est, ad Imperatorem, præter eos qui ejusdem Imperatoris literis evocati fuerint, Episcopus transeat. Quoniam vero multi misericordiam implorantes ad Ecclesiam confugiunt, ob crimina exilio vel in insulam deportationi, vel alteri cuipiam supplicio addicti; eos, inquit, ab Episcopis repelli, opemve flagitantibus denegari non oportet; verum absque procrastinatione, hoc est, cunctatione omni dubitationeque sublata, pro ipsorum periculis deprecari.

ARIST. *Orphano, viduâ, & ab aliis deserto, vi oppressis, suppetias iis ferat, & Imperatorem adibit Episcopus; veruntamen ejusmodi prætextu, in castris non versetur, sed potius Diaconum mittat.*

ARIST. *Illis qui ad Ecclesiam confugiunt succurrendum est.*

Episcopum quidem opem ferre orphanis & viduis & oppressis qui ab aliis sunt deserti, ut & iis qui ad Ecclesiam confugiunt ob peccata eorum, & misericordiâ indigent, & Regem pro istis adire, & petere injuriâ quidem affectis ultionem, sed ob crimen aliquod condemnatis, indulgentiam, præsens canon jubet. At Episcopos ob istiusmodi causas suas relinquere Ecclesias, & ad castra ire, vel alibi ubi Imperator est, & de talibus tumultum facere, utpote quod à multis reprehensionem & convitium affert Episcopis, non permittit fieri. Sed per Diaconos suos desideria ad Regem mitti statuit.

CANON VIII.

Quandoquidem visum est, ne aliquis Episcopus in condemnationem incidat ad castra veniens, si qui eorum tales habeant postulationes, qualium superiùs meminimus, per proprium ministrum peragant. Ministri enim persona non est invidiosa, & quæ mandata fuerint citiùs ferre poterit. Responderunt omnes; Et hoc quoque constituatur.

BALS. Præsens quoque canon eadem cum præcedente statuit, adjiciens, non per Episcopos, sed cum Diaconis eorum apud Imp. petitiones peragi debere. Diaconos autem hîc ne dicas esse eos, qui ordinati sunt, sed simpliciter servos & quoslibet ministros.

ZONAR. Si quis vero, inquit, ex Episcopis causas deprecandi habeant ejusmodi, quales ante commemoravimus; ut iis scilicet, qui per injuriam læduntur, quive potentiorum opibus opprimuntur, vel qui ob aliquem peccati lapsum damnati sunt, opitulentur; neque vero reprehensionis vitandæ causa ipsi in castra proficisci velint; suos Ministros mittant. Ministri namque persona invidiosa non est. Nec enim quisquam, inquit, Ministro vel Diacono in castris moranti, quemadmodum Episcopo illuc abeunti, succensebit: tum Imperatoris literæ noxam condonantes, aut aliquid ejusmodi continentes, deferri per Diaconum quàm celerrimè poterunt.

CANON IX.

Si cujuscunque provinciæ Episcopi ad fratrem & Coëpiscopum suum, qui est in majori civitate, hoc est, in Metropoli, mittant supplicationes, is & ministrum suum & supplicationes mittat, daps ei commendatitias quoque literas, scribens scilicet per consequentiam etiam ad fratres & Coëpiscopos nostros, qui illo tempore in locis vel urbibus agant, in quibus Imp. in primis pius rempublicam gubernat. Si quis

ΑΡΙΣΤ. Ορφανῶ, καὶ χήρας, καὶ ἀπροστάτου, βιαζομένων, εἰς βοήθειαν καταπλήσει καὶ προσελεύσεται τῷ βασιλεῖ ὁ ἐπίσκοπος, ἀλλ' οὐχὶ τῇ τοιαύτῃ προφάσει ἀναπείψει εἰς τὸ στρατόπεδον, ἀλλὰ μᾶλλον διάκονον στέλλοι τὸ.

ΑΡΙΣΤ. Τοῖς ὅτι τὴν ἐκκλησίαν προσφύγοσι βοηθητέον.

Τὸ μὲν ἀντιλαμβάνεσθαι τὸν ἐπίσκοπον ὀρφανῶν, καὶ χηρῶν, καὶ ἀπροστάτων βιαζομένων, ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν εἰς τὴν ἐκκλησίαν καταφυγόντων διὰ τὰ αὐτῶν ἁμαρτήματα, καὶ δεομένων συμπαθείας· καὶ προσέρχεσθαι μὲν αὐτὸν τῷ βασιλεῖ, καὶ αἰτεῖν τοῖς μὲν ἀδικουμένοις ἐπδίκησιν, τοῖς δὲ κατακριθεῖσι διά τι πλήσμα, συγχώρησιν, ὁ πρὸν προστάττει κανών. Τὸ δὲ διὰ τὰς τοιαύτας αἰτίας τοὺς ἐπισκόπους τὰς ἑαυτῶν καταλιμπάνειν ἐκκλησίας, καὶ ἀπέρχεσθαι εἰς τὸ στρατόπεδον, ἢ ἀλλαχοῦ. ἵνα ὁ βασιλεύς ᾖ, καὶ ὀχλεῖν μὲν τὸν τοιούτων, ὡς ἐπάγον μὲν διὰ τῶν πολλῶν τοῖς ἐπισκόποις μέμψιν καὶ λοιδορίαν, οὐ συγχωρῶ γίνεσθαι. Διὰ δὲ τῶν ἰδίων διακόνων τὰς δεήσεις στέλλεσθαι τῷ βασιλεῖ ἐπιτρέπει.

ΚΑΝΩΝ η'.

Ἐπειδὴ ἔδοξε διὰ τὸ μὴ πίπτειν τινὰ τῶν ἐπισκόπων ἀφικνούμενον εἰς τὸ στρατόπεδον, εἴ τινες αὐτῶν τοιαύτας ἔχοιεν δεήσεις, οἵων ἐπάνω ἐπεμνήσθημεν, διὰ ἰδίου διακόνου ἐπιτελοῖεν. τοῦτο γὰρ ὑπηρέτου τὸ πρόσωπον οὐκ ἐπίφθονον τυγχάνει, καὶ τὰ προσταχθησόμενα ταχὺ διακομισθῆναι δυνήσεται. ἀπεκρίνατο πάντες, καὶ τοῦτο ὁρίζεσθω.

ΒΑΛΣ. Καὶ ὁ πρὸν κανὼν τὰ αὐτὰ τῷ περὶ αὐτοῦ διατάξει, προστιθέμενος, μὴ διὰ τῶν ἐπισκόπων, ἀλλὰ μὴ διακόνων ταῖς πρὸς τὰς βασιλεῖς ἐντεύξεις αὐτῶν γίνεσθαι. διακόνους δὲ ἐνταῦθα, μὴ τοὺς κεχειροτονημένους εἴπῃς, ἀλλὰ τοὺς ἁπλῶς δουλεύοντας καὶ οἱουσδήποτε ὑπηρέτας.

ΖΩΝΑΡ. Εἰ δέ τινες, φησὶ, τῶν ἐπισκόπων τοιαύτας ἔχοιεν δεήσεις, οἵων ἀνωτέρω ἐμνήσθημεν, ἤγουν ὅτι βοηθείας ἀδικουμένων, καὶ καθάπερ ἐλέγομεν, ἢ διὰ πλήσματα κατακριθέντων, καὶ ἵνα μὴ καταγινώσκωνται οὐ βούλονται ἀπέρχεσθαι εἰς τὸ στρατόπεδον, διακόνους οἰκείους πεμπέτωσαν. ὁ γὰρ ὑπηρέτης τὸ πρόσωπον οὐκ ἐπίφθονον τυγχάνει. οὐδὲ γὰρ μέμψεταί, φησί, τις τῷ ὑπηρέτῃ, ἤτοι ᾧ διακόνῳ διατρίβοντι ἐν στρατοπέδῳ, ὡς μέμψεται ᾧ ἐπισκόπῳ ἐκεῖ ἀπελθόντι, καὶ τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως δοθησόμενα γράμματα εἰς συγχώρησιν ἴσως τῶν πλημμελημάτων, ἢ ἕτερα οἱαδήποτε, σωτήρια κομιδῆς διὰ τοῦ διακόνου διαπέμψεται.

ΚΑΝΩΝ θ'.

Ἐὰν οἱασδηποτοῦν ἐπαρχίας ἐπίσκοποι πρὸς ἀδελφὸν καὶ συνεπίσκοπον ἑαυτῶν ἀποστέλλοιεν δεήσεις, ὁ ἐν τῇ μείζονι τυγχάνων πόλει, τουτέστι τῇ μητροπόλει, αὐτὸς καὶ διάκονον αὐτοῦ καὶ τὰς δεήσεις ἀποστέλλοι, παρέχων αὐτῷ καὶ συναπτικὰς ἐπιστολάς, γράφων δηλονότι καὶ ἀκολουθίαν καὶ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς καὶ συνεπισκόπους ἡμῶν, οἵτινες ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἐν τοῖς τόποις ἢ ἐν ταῖς πόλεσι διάγοιεν, ἐν αἷς ὁ δυσεβέστατος βασιλεὺς τὰ δημόσια πράγματα διοικοῖεν.

Digitized by Google

νᾷ. εἰ δὲ ἔχοι τις τῶν ὁπισκόπων φίλους ἐν τῇ αὐλῇ τ παλατίου, καὶ βούλοιτο περί τινος, ὅσα πρεπωδέστερον εἶη, αἰτήσασθαι, μὴ κωλύοιτο ἀφ' ἑαυτοῦ ἀφικόμενον καὶ αἰτήσασθαι καὶ ἐντυχεῖν θύραις, ὥστε τῷ αὐτῶν ἀγαθῷ βοήθειαν αἰτησομένῳ αὐτῷ παρέχειν. οἱ δὲ εἰς Ρώμην ἀφικνούμενοι, καθὼς προεῖπα, τῷ ἀγαπητῷ ἡμῶν ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ Ιουλίῳ τὰς δεήσεις, ἃς ἔχουσιν διδόναι, ὀφείλουσι παρέχειν, ἵνα πρότερον αὐτὸς δοκιμάζοι· εἰ μή τινες ἐξ αὐτῶν ἀναισχυντεῖν· καὶ οὕτως τῷ ἑαυτοῦ προσασίαν καὶ φροντίδα παρέχων εἰς ὃ στρατόπεδον αὐτοὺς ἀποστέλλοι. ἅπαντες οἱ ὁπίσκοποι ἀπεκρίναντο, ἀρέσκειν αὐτοῖς, καὶ πρεπωδέστατον εἶναι τῷ συμβουλίῳ τούτῳ.

autem Episcopus habet amicos in aula palatii, & velit aliquid quod sit honestum & justum impetrare; ne prohibeatur per suum ministrum & rogare & iis mandare, ut bonum suum auxilium ei petenti velint præbere. Qui autem Romam accedunt, quemadmodum superiùs dictum est, dilecto fratri nostro & Coëpiscopo Julio preces, quas habent dandas, præbere debent, ut ipse priùs examinet; nisi aliquæ earum sint impudentes: & sic suam auctoritatem & curam præbens, eos ad castra mittat. Omnes Episcopi dixerunt; Eis placere & esse convenientissimum hoc consilium.

ΒΑΛΣ. Οτι οὐκ ἀνῃρέθη ὁ ια'. κανὼν τῆς ἐν Αντιοχείᾳ συνόδου, δῆλον καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος. φησὶ γὰρ ὅτι ἐάν ὁπίσκοπος θελήσῃ ἀποστεῖλαι δεήσεις εἰς τὸν βασιλέα τῆς συναδέλφου καὶ συνεπισκόπου αὐτοῦ ἀρχιεπαρχούσης εἰς ἐπαρχίαν, εἰς ἣν ἀφίκηται ὁ βασιλεύς, ὀφείλει προσέρχεσθαι τῷ προσφόρῳ μητροπολίτῃ, καὶ ἀναδιδάσκειν αὐτὸν τὸ ἐκεῖον βούλημα· καὶ ὁ μητροπολίτης μετὰ ἀφικνοῦντος ὁπηνίκα βούλεται ἀποστολὰς, ἤγουν εἰρηνικὰς καὶ συστατικὰς, ἀναδιδάξαι τὸν ἐνδημοῦντα ὁπίσκοπον, ὡς εἴρηται, εἰς τὸν βασιλέα τῆς ἀδελφῆς καὶ συνεπισκόπου προσκλησιν. τοῦτο δὲ γίνεσθαι ὅπως ὡς εἰδῇ, ἵνα ὁ μητροπολίτης ὁπηνίκα τὸ ὑποδέσιν, καὶ ἀφικνοῦνται εἰ ἐνδέχεται ἀνενεχθῆναι ταύτῃ τῷ βασιλεῖ, ἔστι καὶ μή. ὡς δέ τινος εἰπόντος, ἐκ τούτου ἀναιρεῖσθαι τὸ τῆς παρούσης συνόδου ιε'. κανόνα, τὸ διορίζομενον μετὰ ἀφικνόντων οἰκείων τοὺς ὁπισκόπους ὑπομιμνήσκειν τὸ βασιλέα τὰ περὶ τῶν ψυχοφελῶν αἰτιῶν, προέσθαι οἱ πατέρες, μὴ τῷ βασιλέα μὴ ἀποστέλλεσθαι ἀφίκνουν παρὰ ὁπισκόπου χωρὶς συνοδικῆς ὁπηρεσίας· πρὸς δέ τινας οἰκείους τῷ βασιλεῖ ποιεῖν μετὰ ἀφικνόντων αἰτήσεις. πλὴν καὶ τοῦτο, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, μετὰ εἰδήσεως τῆς μητροπολίτου γενήσεται. τοὺς μέντοι φοβουμένους εἰς τὴν Ρώμην ὁπισκόπους μὴ ἄλλως τῷ βασιλεῖ προσέρχεσθαι, εἰ μὴ ὁ Πάπας λάβῃ τὸ περὶ τούτου εἴδησιν· καὶ αὐτὸς δοκιμάσας τὰ περὶ τῆς δεήσεως, ἢ ὑπηρέτῃ τὴν ἀναφοράν, καὶ ἀποστείλῃ αὐτοὺς εἰς τὸ βασιλέα, ἢ ἀπείπῃ· ὡς καὶ ὀφείλων ἀντέχεσθαι τῶν ὁπισκόπων, καὶ βοηθεῖν ὅτι πᾶσιν αὐτοῖς. ὥστε σημείωσαι ἀπὸ τοῦ ἐν τῷ κανόνι τούτῳ προειρημένων, ὅτι οὔτε μητροπολίτης, οὔτε ὁπίσκοπος χωρὶς συνοδικῆς ἀγνώσεως δύναται δεήσεις ἀνενεγκεῖν τῷ βασιλεῖ, ἢ δι' ἑαυτοῦ, ἢ διὰ ἀφικνόντων αὐτοῦ. ἀκούων δὲ ταῦτα γίνεσθαι μετὰ εἰδήσεως τοῦ μητροπολίτου καὶ τοῦ Πάπα, προσπάθει καὶ συνοδικῷ ἐπακολουθεῖν ἀγνώσει μετὰ τὸν ια'. κανόνα τῆς ἐν Αντιοχείᾳ συνόδου. τὰ δὲ περὶ τοῦ Πάπα ἐν τούτοις γεγραμμένα ἔλκωσιν καὶ εἰς τὸν πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως, διὰ οὓς λόγους πολλάκις εἴπομεν. ἀνάγνωσον καὶ κεφάλ. β'. τοῦ η'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα. τούτων δὲ οὕτω διορισθέντων, εἰπόν τινες, μὴ ὀφείλειν οἱονδήποτε μητροπολίτην χωρὶς πατριαρχικῆς ὁπηρεσίας ὁπωσδήποτε εἰς βασιλέα ἀπέρχεσθαι. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, ὡς ὅτι πρώτως μέλλει ὁ μητροπολίτης τὸν βασιλέα προσκυνῆσαι ἐκ τῆς λαχούσης αὐτὸν ἀνελθὼν εἰς τὴν βασιλεύουσαν, ἀναγκαῖον ἔχει τοῦτο ποιῆσαι μετὰ πατριαρχικῆς ὁπηρεσίας· μετὰ ταῦτα δὲ ἀκωλύτως, ὅτε καὶ βούλεται, ἀπελεύσεται εἰς τὸν βασιλέα χάριν τοῦ προσκυνῆσαι αὐτὸν, καὶ παρακληθοῦσαι περὶ ὧν προαιρεῖται δεήσεων μετὰ πατριαρχικῆς εἰδήσεως.

Balsamon. Quòd non sublatus sit canon undecimus Antiochenæ Synodi, ex præsenti quoque canone clarum est. Dicit enim, quòd si Episcopus voluerit mittere preces ad Imp. per confratrem & Coëpiscopum suum, qui est in ea provincia Antistes, in qua Imperator agit, debet ad competentem Metropolitanum accedere, & suam voluntatem eum docere: Metropolitanus vero cum famulo suo, qui debet epistolas canonicas afferre, scilicet pacificas & commendatitias, docebit Episcopum, qui apud Imp. ut dictum est, versatur, fratris & Coëpiscopi postulationem. Hoc autem sic fieri statutum est, ut Metropolitanus causam cognoscat & discernat, an eam oporteat ad Imp. referre, an non. Tanquam autem dixisset quispiam, per hoc tolli præsentis Synodi can. viii. qui statuit, ut Episcopi cum propriis ministris Imp. admoneant de causis animæ conducibilibus; adjecerunt patres, ad Imperatorem quidem non mittendum ministrum ab Episcopo sine synodali mandato: sed aliquibus Imp. familiaribus preces cum ministro esse exhibendas. Sed hoc quoque, ut mihi videtur, fiet cum scientia Metropolitani. Episcopos verò, qui Romam accedunt, non aliter ad Imperatorem accedere, nisi Papa ejus rei scientiam habuerit: & ipse precibus examinatis, vel relationem permiserit, & ipsos ad Imp. miserit, vel denegaverit; ut qui etiam debeat Episcopos complecti, & iis in omnibus opem ferre. Quare nota ex iis quæ in hoc canone continentur, quòd neque Metropolitanus neque Episcopus sine synodali cognitione potest ad Imp. vel per se vel per suum ministrum supplicationes referre. Audiens autem hæc fieri cum scientia Metropolitani & Papæ, adjice etiam synodalem consequi cognitionem, secundùm xi. canonem Antiochenæ Synodi. Quæ autem de Papa hîc scripta sunt, ad Patriarcham etiam Constantinopolitanum applicanda, propter rationes quas sæpe diximus. Lege & caput ii. viii. tit. præsentis operis, & omnia quæ in eo sunt. His autem sic definitis, dixerunt aliqui, non debere ullum Metropolitanum sine Patriarchali mandato vel permissu ad Imp. unquam proficisci. Mihi autem videtur, quòd quando primùm Metropolitanus est Imp. salutaturus, ex ea, quæ illum sortitus est, ad urbium reginam accedens, necesse habet hoc facere cum Patriarchali permissione: postea autem sine impedimento, quando vult, ad Imp. accedet, ejus salutandi gratia, & eum commonefaciendi precum, quas cum Patriarchali consensu priùs ad eum retulit.

ΖΩΝΑΡ. Επὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως ἔχονται οἱ κανόνες. ὁπισκόπων γὰρ κατὰ πᾶσαν ἐπαρχίαν ὄντων, ἀναγκαῖον πάντως, καὶ ἔνθα ὁ βασιλεὺς διέτριβεν, ἐπισκόπους εἶναι. φησὶν οὖν ὁ παρὼν κανὼν, ὅτι ἐὰν ὁπίσκοπος πρὸς ὁπίσκοπον τῆς χώρας, ἐν ᾗ ἀφίκηται ὁ βασιλεὺς, γράψῃ περί τινος ὑποθέσεως, χρὴ τοῦτο ἐπιστολὴν καὶ τὰς δεήσεις τῆς μητροπολίτου τῆς χώρας ἐκείνης ἐγχειρίζεσθαι, ἵνα αὐτὸς σπεύσῃ ταύτῃ πρὸς ὃν ἐσάλη, διὰ οἰκείου ἀφικνοῦς, δοὺς αὐτῷ καὶ συστατικὰς ἐπιστολὰς, συνιστῶσας δηλαδὴ τὸν πεμφθέντα, καὶ γνωρίζουσας αὐτὸν τῷ ὁπισκόπῳ, πρὸς ὃν ἐπέμφθη, καὶ γράφων κατὰ ἀκολουθίαν,

Zonar. In eodem argumento canones adhuc versantur. Cum enim in omnibus provinciis Episcopi crearentur, ubicunque demum Imperator ageret, ibi Episcopos quoque adesse necesse fuit. Si quis igitur Episcopus, inquit canon, ad Episcopum regionis, in qua Imperator degit, de re aliqua scribat, ejus loci Metropolitano primum eas literas supplicationésque tradi oportet, quas is postea, per Ministrum suum ad eum, cui scriptæ sunt, Episcopum perferendas curabit, ipsíque commendatitias quoque literas dabit quæ videlicet eum, qui mittitur, illi ad quem legatus est Episcopo commendent atque

Digitized by Google

concilient. Tum alias quoque literas, cum illius cujus res agitur Episcopi literis ac supplicationibus congruentes, adjungat. Hujus vero decreti ea ratio fuit, ut causam, de qua literæ ab Episcopo ad Coëpiscopum datæ sunt, Metropolitanus cognoscat; ac siquidem postulatio importuna sit, nec ea de re Imperatoris auribus censeat obstrependum, supplicationes eas rejiciat, curétque ad eundem illum qui miserat referendas. Quod si quos etiam Episcopus in palatio amicos habeat, cum eis per ministrum suum precibus agere, auxiliúmque sibi in causa justa, quæque dignam Antistite sacrorum postulationem contineat, deposcere licebit. Si vero ad Imperatorem Romæ degentem supplicationes aliquas Episcopi mittant, ab iis quii deferunt Papæ illas tradi, ac ab eo justæ necne sint examinari oportet. Quòd si nihil inverecundè ab Imperatore petant, eas ipsemet mittat, auctoritatémque iis suam & curam commodet, hoc est, illorum patrocinium procurationémque ipse suscipiat.

ARIST. *Si frater ad fratrem mittat, Metropolitanus nuntium literis muniat; & ad Episcopos, qui auctoritatem habent, scribat, ut nuntium protegant.*

Episcopus qui preces quasdam ad Imperatorem mittit, & de iis ad fratrem suum in castris cum rege degentem, ut ab ipso rege ut cum eo degeret evocatum, scribit, suam Metropolitam adire debet, & preces ostendere, & Diaconum quem mittere vellet, ut ab ipso Metropolitano preces primo examinentur, ne forte justam petitionem non contineant. Et sic postquam illas examinaverit, literis suis & epistolis commendatitiis missum corroborabit & Episcopos qui cum rege degunt Diacono opem ferre postulabit.

CANON X.

Ut cum omni cura & diligentia semper examinetur, ut si quis dives vel ex foro scholasticus Episcopus fieri dignus habeatur, non priùs constituatur, quàm Lectoris & Hypodiaconi & Diaconi & Presbyteri ministerium peregerit: ut in unoquoque gradu, si dignus existimatus fuerit ad Episcopatûs fastigium per progressionem possit ascendere. Habebit autem uniuscujusque ordinis gradus non minimi scilicet temporis longitudinem, per quod & fides & morum probitas, & constantia, & moderatio possit cognosci; & ipse, divino sacerdotio dignus existimatus, maximum honorem assequetur. Neque enim convenit, neque scientia & bona conversatio hoc recipit, ut temere & leviter ad id accedatur, ut Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus promptè ac facilè constituatur. Sic enim meritò Neophytus existimetur, quandoquidem beatissimus Apostolus, qui fuit etiam doctor gentium, maximè prohibuisse videtur, ne celeres fierent constitutiones. Longissimi enim temporis probatio, & conversationem, & uniuscujusque mores non improbabiliter exprimere poterit. Omnes dixerunt; Ipsis placere, & omnino non oportere ea subvertere.

BALS. In xvii. canone primæ & secundæ Syn. satis scripsimus de Laïcis, qui sunt ad Episcopatum promovendi. Cæterùm illic quidem generaliter de iis dictum est: hîc autem de solis divitibus & scholasticis, id est, de iis qui rhetoricæ & arti dicendi vacant. Quod ergo illic quæsivimus de præfinito tempore canone declarato, hoc in præsenti quoque canone quærendum est. Neophytus autem, apud Apostolum quidem, est is, qui recens illuminatus est: Apud canonem autem, qui ex divite vel scholastico ad Episcopalem dignitatem provehitur. Quære & ii. can. Nicænæ primæ Synodi.

A ἤγουν ἀκολούθως, οἷς ἔγραψεν ὁ τὴν ὑπόθεσιν ἔχων ἐπίσκοπος καὶ τὰς δεήσεις στείλας. τοῦτο δὲ γίνεσθαι ὡρίσθη, ἵνα ὁ μητροπολίτης ἐπιγνῷ τὴν ὑπόθεσιν περὶ ἧς ἔγραψε τῷ συνεπισκόπῳ ὁ ἐπίσκοπος, καὶ εἰ φορτική τις εἴη, καὶ οὐκ ἐνδέχηται ἐνοχληθῆναι τὰς βασιλικὰς ἀκοὰς περὶ αὐτῆς, ἀποπέμψηται τὰς δεήσεις καὶ ἀντιστρέψῃ τῷ πέμψαντι αὐτάς. εἰ δὲ καί τινας τῶν ἐν τῷ παλατίῳ ἔχοι φίλους ἐπίσκοπος, οὐδὲ τούτους ἀξιῶσαι κωλύεται διὰ τοῦ οἰκείου διακόνου βοηθῆσαι αὐτῷ ἐπὶ ὑποθέσει εὐλόγῳ, καὶ πρέπουσαν ἀρχιερεῖ αἴτησιν ἐχούσῃ. εἰ δὲ εἰς Ῥώμην ἐνδημοῦντος τοῦ βασιλέως, σταλεῖεν παρ' ἐπισκόπων ἐν αὐτῇ τινες δεήσεις κομίζοντες, τῷ Πάπᾳ ταύτας ὀφείλουσι παρέχειν, ἵνα αὐτὸς ἐξετάζοι, εἰ εὔλογοι αἱ δεήσεις εἰσί· καὶ εἰ μή τινα ῥήματα ἀναίσχυντα ἔχουσι πρὸς τοῦ βασιλέα, ἀποστέλλοι ταύτας αὐτὸς, προστασίας καὶ φροντίδα παρέχων αὐτοῖς, ἤγουν προϊστάμενος καὶ συνεργῶν αὐτοῖς.

B

ΑΡΙΣΤ. Ἀδελφοῦ πρὸς ἀδελφὸν ἐπιστέλλοντος, ὁ μητροπολίτης τοῦ ἀπόστολον ἐνισχυέτω, καὶ γραφέτω πρὸς τοὺς ἐν οἷς ἡ ἀξίωσις ἐπισκόπους, τοῦ ἀποστόλου ἀντιλαμβάνεσθαι.

Στέλλων ὁ ἐπίσκοπος πρὸς βασιλέα δεήσεις τινὰς, καὶ περὶ αὐτῶν πρὸς συναδελφὸν αὐτοῦ γράφων, ἐν τῷ στρατοπέδῳ μετὰ τοῦ βασιλέως διάγοντα, ὡς παρ' αὐτοῦ τοῦ βασιλέως μετακληθέντα ἐπὶ τῷ μετ' αὐτοῦ συνδιάγειν, ὀφείλει τῷ ἰδίῳ μητροπολίτῃ προσέρχεσθαι, καὶ τὰς δεήσεις ὑποδεικνύειν, καὶ τοῦ διάκονον ὃν ἀποστεῖλαι βούλεται, ἵνα παρ' αὐτοῦ τοῦ μητροπολίτου πρότερον αἱ δεήσεις ἐξετασθῶσι, μήποτε οὐ δικαίαν τὴν αἴτησιν ἔχωσι· καὶ οὕτω, μετὰ δὲ δοκιμάσαι ταύτας, γράμμασιν αὐτοῦ, καὶ συστατικαῖς ἐπιστολαῖς τοῦ ἀποστελλόμενον ἐνισχύσει· καὶ ἀξιώσει τοὺς μετὰ τοῦ βασιλέως διάγοντας ἐπισκόπους ἀντιλάβεσθαι τοῦ διακόνου.

C

ΚΑΝΩΝ ι'.

D Ἀεὶ μετὰ πάσης ἀκριβείας καὶ ἐπιμελείας ἐξετάζεσθαι, ὥστε ἐάν τις πλούσιος ἢ σχολαστικὸς ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς ἀξιοῖτο ἐπίσκοπος γίνεσθαι, μὴ πρότερον καθίστασθαι, ἐὰν μὴ καὶ ἀναγνώστου καὶ ὑποδιάκονου, καὶ διακόνου, καὶ πρεσβυτέρου ὑπηρεσίαν ἐκτελέσῃ· ἵνα καθ' ἕκαστον βαθμὸν ἐάν παρ' ἄξιος νομισθείη, εἰς τὴν ἀψίδα τῆς ἐπισκοπῆς κατὰ προκοπὴν διαβῆναι δυνηθείη. ἕξει δὲ ἑκάστου τάγματος ὁ βαθμὸς οὐκ ἐλαχίστου δηλονότι χρόνου μῆκος, δι' οὗ ἡ πίστις αὐτοῦ καὶ ἡ τῶν τρόπων καλοκἀγαθία, καὶ ἡ στερρότης, καὶ ἡ ἐπιείκεια γνώριμος γενέσθαι δυνήσεται· καὶ αὐτὸς, ἄξιος τῆς θείας ἱερωσύνης νομισθεὶς, τῆς μεγίστης ἀπολαύσει τιμῆς. οὔτε γὰρ προσῆκόν ἐστιν, οὔτε ἡ ἐπιστήμη, οὔτε ἡ ἀγαθὴ ἀναστροφὴ ἐπιδέχεται τολμηρῶς καὶ κούφως ἐπὶ τούτῳ ἰέναι, ὥστε ἢ ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον ἢ διάκονον προχείρως καθίστασθαι. οὕτω γὰρ ἂν εἰκότως νεόφυτος νομισθείη, ἐπεὶ μάλιστα καὶ ὁ μακαριώτατος ἀπόστολος, ὃς καὶ τῶν ἐθνῶν ἐγένετο διδάσκαλος, φαίνεται κωλύσας ταχείας γίνεσθαι τὰς καταστάσεις. τοῦ γὰρ μηκίστου χρόνου ἡ δοκιμασία καὶ τὴν ἀναστροφὴν καὶ τοῦ ἑκάστου τρόπον οὐκ ἀπεικότως ἐκτυποῦν δυνήσεται. ἅπαντες εἶπον ἀρέσκειν αὐτοῖς, καὶ καθάπαξ μὴ δεῖν ἀνατρέπειν ταῦτα.

E

F ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ ιζ'. κανόνι τῆς πρώτης καὶ δευτέρας συνόδου, ἱκανῶς ἐγράψαμεν περὶ λαϊκῶν μελιόντων ἀρχιερωσύνης ἀξιοῦσθαι. πλὴν, ἐκεῖ μὲν γενικῶς τὰ περὶ τούτων ἐξεφωνήθησαν· ἐνταῦθα δὲ περὶ μόνων πλουσίων καὶ σχολαστικῶν, τουτέστι, περὶ λόγους σχολαζόντων. ὃ γοῦν ἐκεῖσε ἐζητήσαμεν χάριν τοῦ δηλουμένου τῷ κανόνι νενομισμένου καιροῦ, τοῦτο καὶ εἰς τοῦ παρόντα κανόνα ζητητέον. νεόφυτος δὲ, παρὰ μὲν τῷ ἀποστόλῳ ὁ νεοφώτιστος λέγεται· παρὰ δὲ τῷ κανόνι, ὁ ἀπὸ πλουσίου ἢ σχολάζοντος εἰς ἐπισκοπικὸν ἀξίωμα προβιβαζόμενος. ζήτει καὶ τοῦ β'. κανόνα τῆς ἐν Νικαίᾳ πρώτης συνόδου.

ΖΩΝΑΡ.

Digitized by Google

ΖΩΝΑΡ. Οὐδένα τῶν ἐξ ἀγορᾶς ὄντων ἤτοι τῆ δημώδους συγχύσεως, κἂν πλούσιος, κἂν σχολαστικὸς, τυγχάνει, τοῦτ' ἔστι λόγους σχολάζων, βούλεται ὁ κανὼν, εἰ ἄξιος κρίνοιτο ἐπισκοπῆς, ἀθρόον χειροτονεῖσθαι ἐπίσκοπον, ἀλλὰ διὰ βαθμῶν τοὺς τοιούτους εἰς ἕκαστον βαθμὸν ἱερατικὸν προβιβάζεσθαι, καὶ ἐφ' ἑκάστῳ ἐπὶ χρόνον ὑπηρετεῖν σὺν ἐλαχίστῳ, ἵνα διὰ τοῦ χρόνου ἐκείνου γνωσθείη, ἥτε πίστις αὐτοῦ, εἰ ὀρθὴ ἔστι, καὶ ἡ ἀγαθότης τῶν ἠθῶν, καὶ ἡ σεμνότης τοῦ φρονήματος, καὶ ἡ ἐπιείκεια, καὶ οὕτως εἰς τὴν ἀφίδα τῆς ἐπισκοπῆς, ἤγουν τὴν ἀκρότητα τοῦ ὕψους τῆς ἀρχιερωσύνης διαβῇ καὶ προκόψῃ. οὐδὲ γὰρ πρέπει, φησὶν, οὔτε ἡ ἐπιστήμη, τουτέστιν, ἡ τῶν θείων λόγων γνῶσις, οὔτε ἡ ἀγαθὴ ἀναστροφὴ ἤγουν ἡ σωφροσύνη ἢ δοκιμασθεῖσα τῷ χρόνῳ ἐπιδέχεται τολμηρῶς καὶ κούφως, ἤγουν διχόλως προεβύτερον ἢ διάκονον ἢ ἐπίσκοπον προχειρίσεως χειροτονεῖσθαι. ὁ οὕτως γάρ, φησιν, εἰς ἐπισκοπῆς ἀξίαν προβαίνων νεόφυτος ἐνομίσθη τῷ ἀποστόλῳ, κωλύσασθαι ζηλοτυπίας γίνεσθαι τὰς καταστάσεις. οἱ μὲν οὖν τῆς συνόδου ταύτης πατέρες οὕτως ἐξελάβοντο τοῦ νεόφυτον· ὁ δὲ κλεινὸς ἀπόστολος Παῦλος νεόφυτον, τοῦτ' ἔστιν ἄρτι ἐξ ἀγριελαίου, τῆς ἀπιστίας φημὶ, εἰς καλλιέλαιον μετενεχθέντα, τῇ πίστιν δηλαδὴ τῇ ὀρθόδοξον, λέγει, καὶ ἡ ἐν Νικαίᾳ πρώτη συνοδος οὕτως ἐνόησε τοῦ νεόφυτον, ὡς ἔστιν ἐν τῷ δευτέρῳ κανόνι αὐτῆς· καὶ ὁ ιζ'. δὲ κανὼν τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει συνόδου πρώτης καὶ δευτέρας διορίζεται.

ΑΡΙΣΤ. Ἀγοραῖος σχολαστικὸς, ἢ πλούσιος, εἰ μὴ τοὺς ἱεροὺς διέλθοι βαθμοὺς, ἐπίσκοπος οὐ καθίσταται. Ὁ δὲ τῶν βαθμῶν διάστημα οὐ λίαν ὀλιγοχρόνιον, δι' οὗ ὁ δοκίμιον τῆς πίστεως καὶ καλοκἀγαθίας αὐτοῦ δοκιμάζοιτο. ὁ γὰρ ἑτέρως, νεόφυτος.

Οὗτος ὁ κανὼν τοὺς μὲν λαϊκοὺς τοὺς ἐν τῇ ἀγορᾷ διατρίβοντας, καὶ χρηματίζοντας ἐν αὐτῇ, ἢ καί τινας πλουσίους καὶ ἀγοραίους πραγματεύτας, εἰς ἐπισκοπῆς ἀξίωμα βουληθέντας ἀνενεχθῆναι, οὐκ ἄλλως προσάγεσθαι καθίστησι, εἰ μὴ ἀναγνώστου, καὶ πρεσβυτέρου, καὶ διακόνου ὑπηρεσίαν ἐκπληρώσουσι· δεῖ δὲ διάστημα ἑκάστου βαθμοῦ χρονιαῖον εἶναι· ἵν' ὁ βίος αὐτῶν, καὶ ἡ πίστις ἐν τοσούτῳ δοκιμασθῇ. ὁ δὲ ἑπτακαιδέκατος κανὼν τῆς πρώτης καὶ δευτέρας συνόδου, τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων συστάσης, οὐδένα τῶν λαϊκῶν, κἂν μὴ ἐκφαύλης ᾖ διαγωγῆς, ἀλλ' οὐδὲ τῶν μοναχῶν, εἰς τὸ ἐπισκοπῆς ὕψος ἀθρόως ἀνάγεσθαι συγχωρεῖ· ἀλλὰ τοὺς ἱερατικοὺς πρότερον βαθμοὺς προελθεῖν, ἐν ἑκάστῳ τεταγμένον πληρωθέντα χρόνον, καὶ τότε τῆς ἐπισκοπῆς τὴν χειροτονίαν δέχεσθαι.

A ZONAR. Neminem è foro, hoc est, è populi turba, quamvis divitiis affluat, quamvis scholasticus sit, hoc est, dicendi studio operam impendat, Episcopum, si eo munere dignus judicetur, subito creari; sed eos homines per sacrorum ordinum gradus sigillatim promoveri, ac in singulis haud minimo temporis spatio ministrare, hic canon jubet: ut eo scilicet temporis intervallo, & ipsius fidem, rectane sit, & morum bonitatem animique constantiam, ac moderationem liceat explorari; itaque demum ad Episcopatûs fastigium, hoc est, summi Sacerdotii culmen per progressiones transeat. Neque enim, inquit, rationi consentaneum est, neque id B aut scientia, hoc est, divinarum literarum cognitio, aut recta vivendi norma, hoc est, temporis diuturnitate firmata ac probata consuetudo patitur, ut temere ac leviter, hoc est, nullo delectu Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, ubi primum se quisque ostenderit, constituatur. Quisquis enim ad Episcopatus dignitatem hac ratione progreditur, Neophytus, inquit, ab Apostolo, præcipites ejusmodi creationes improbante, existimatus est. Ac Neophyti quidem vocem ita hujus Synodi Patres interpretati sunt: Apostolus vero inclytus Paulus eum, qui nuper ex oleastro, infidelitatis videlicet, recisus, atque in speciosam oleam, fidem scilicet C orthodoxam, implantatus sit, Neophyti appellatione significavit. Et eodem modo Nicæna prima Synodus, ut in illius secundo canone videre est, Neophytum intellexit; & Constantinopolitanæ primæ & secundæ Syn. decimoseptimo canone eadem constituta reperias.

ARIST. *Forensis, Scholasticus aut dives, nisi per sacros transierit gradus Episcopus non creatur. Graduum autem interstitium ne admodum breve sit, quo major fidei, bonæque conversationis probatio habeatur. Qui aliter enim constituitur, Neophytus est.*

D Hic canon Laicos quidem in foro degentes, & in eo operam dantes, vel & aliquos divites & forenses mercatores, ad episcopatus dignitatem provehi volentes, non aliter constitui jubet, nisi Lectoris & Presbyteri & Diaconi ministerium peregerunt. Spatium autem cujusque gradus esse diuturnum. Ut vita eorum & fides in eo examinetur. At decimus septimus primæ & secundæ Synodi in sanctorum Apostolorum templo coactæ canon, neminem Laicorum licet malæ conversationis non erat, ut nec Monachorum quempiam ad episcopatus sublimitatem confestim promoveri permittit. Sed gradus priùs pervadere sacerdotales, in quoque ordine legibus sancitum tempus explentem, & E tunc episcopatus ordinationem accipere.

ΚΑΝΩΝ ια'.

Ἐπίσκοπος, ὅταν ἐξ ἑτέρας πόλεως μεταβαίνηται εἰς ἑτέραν πόλιν, ἢ ἀπὸ ἑτέρας ἐπαρχίας εἰς ἑτέραν ἐπαρχίαν, κόμπου χάριν ἐγκωμίοις οἰκείοις ὑπηρετούμενος, ἢ θρησκείας καθοσιώσει, καὶ πλείονα χρόνον βούλοιτο διάγειν, καὶ μὴ ὁ τῆς πόλεως ἐκείνης ἐπίσκοπος ἔμπειρος ᾖ διδασκαλίας, μὴ καταφρονῇ ἐκείνου, καὶ συνεχέστερον ὁμιλῇ, καταιχεῖν καὶ ἐντελίζειν τὸ πρόσωπον τοῦ αὐτόθι ἐπισκόπου σπουδάζων. αὕτη γὰρ ἡ προφάσις εἰώθασι ταράττους πιστῶν, καὶ ἐκ τοιαύτης πανουργίας τὴν ἀλλοτρίαν καθέδραν ἑαυτῷ προμηθεύεσθαι καὶ προσποιεῖσθαι σπουδάζει, μὴ διατάζων τῷ αὐτοῦ προσηκόντως ἐκκλησίαν καταλιμπάνειν, καὶ εἰς ἑτέραν μεθίστασθαι. ὁρισέον οὖν ὅτι τούτῳ χρόνον, ὅπερ καὶ ὃ μὴ ὑποδέχεσθαι ἐπίσκοπον τοὺς ἀπρονοήτους καὶ σκαιοὺς εἰώθασι νενόμικαν. μέμνησθε δὲ ἐν τῷ προλαβόντι χρόνῳ τοὺς πατέρας ἡμῶν κεκρικέναι, ἵνα εἴ τις λαϊκὸς ἐν πόλει διάγων τρεῖς κυριακὰς ἡμέρας ἐν τρισὶν ἑβδομάσι μὴ συνέρχοιτο, ἀποκινοῖτο τῆς κοινωνίας.

CANON XI.

Quando Episcopus ex alia civitate in aliam civitatem, vel ex alia provincia in aliam provinciam accesserit, jactationis gratia propriis laudibus serviens, vel religionis sanctificationi; & velit longiori tempore illic agere; illius autem civitatis Episcopus doctrinæ non fuerit peritus: ne illum despiciat, & frequentiùs concionetur, studens dedecore afficere & vilipendere personam Episcopi, qui ibi est. Hic enim prætextus solet turbas excitare, & ejusmodi calliditate alienam sedem sibi conciliare & attrahere studet, cùm non dubitet sibi traditam Ecclesiam relinquere, & in aliam transire. Ad hoc ergo tempus definiendum est: nam Episcopum non recipi, inhumanum & incivile existimatum est. Recordemini autem Patres nostros in tempore præterito statuisse, ut si quis Laicus in urbe agens tribus diebus dominicis in tribus hebdomadibus non conveniat, is communione moveatur.

Digitized by Google

Si hoc ergo de Laicis statutum est, non oportet, nec convenit, sed neque est utile, Episcopum, si nullam habet graviorem necessitatem vel negotium difficilius, longiùs à sua abesse Ecclesia, & sibi commissum populum dolore afficere. Omnes Episcopi dixerunt; Hanc quoque sententiam esse convenientissimam.

Bals. Omnem scandali occasionem auferentes sancti Patres, statuerunt, ne Episcopus à civitate in civitatem, vel à provincia in provinciam, per arrogantiam vel avaritiam transeat. Si autem non fiat hoc propter eam causam, sed propter aliquot dierum quietem, vel aliquam aliam justam causam; ne ipse, cùm sit doctus, insultet regionis Episcopo qui fortè est indoctus; nec ipse laudem desideret per dogmaticas doctrinas (id enim est religio, id est, cultus & fides) regionis autem Episcopum contemnat, ut qui dogmaticæ doctrinæ experientiam non habeat: sed quiescat, & regionis Episcopo convenientem honorem habeat. Quod enim, inquiunt, præter hoc fit, multæ est perturbationis causa, & suspicio, quòd is studeat relinquere Ecclesiam quæ illum sortita est, & eam, quæ ad alterum pertinet, sibi vendicare. Et propterea non tolerandum esse rati, ut Episcopus longo tempore versetur in aliena diœcesi, subjunxerunt; quòd quia esset inhumanum & à fraterna dilectione alienum, si regionis Episcopi aliarum diœceseon Antistites non admitterent; canone autem cautum est, ut ne Laicus quidem tribus dominicis ab Ecclesia absit, vel sit excommunicatus: omnino in Antistites quoque locum habebit hic canon. Unde etiam statuerunt, ut nullus Episcopus ab Ecclesia, quæ illum sortita est, diutius absit, & sibi commissum populum opprimat, nisi gravem aliquam necessitatem habeat, vel negotium arduum. Lege sanctorum Apostolorum can. xiv. & xv. præsentis Syn. can. xii. xvi. xvii. Carthag. Syn. can. xxiii. & lxxi. Syn. vi. can. xvii. xviii. & xx. & scies quomodo puniuntur, qui ultra suæ diœcesis fines docent. Lege & xvi. can. primæ & secundæ Syn. & quæ in illo à nobis scripta sunt: & scies quanto tempore debent Episcopi extra suos Episcopatus versari. Ideo enim nec fusiùs hîc de eo tractatum est. Interrogaverit autem quispiam, cùm lxxx. canon vi. Synodi, videlicet quæ in Trullo dicitur, Laicos segregari decreverit, qui tribus dominicis in Ecclesiam non convenerint, qui quidem hac Synodo fuit multo recentior, quomodo præsens canon, qui est multo antiquior, ejus meminit? Solutio. Alius quidem canon ante præsentem Synodum nihil ejusmodi decrevit. Quæ autem hoc canone continentur, sine scriptis, ut est verisimile, exercebantur ab initio, ut etiam multa alia: postea autem Syn. in Trullo ea scriptis quoque mandavit.

Zonar. Si quis Episcopus in aliam civitatem provinciámve abeat, jactabundus, hoc est, ut ibi se jactet atque ostentet, laudémque eloquentiæ aucupetur, vel ut religioni consecrandæ inserviat, aut de fide & cultu, qui Deo exhibendus est, quærat: nam religio hic est servitus sive Dei cultus, ac diutius ibidem commorari velit, neque sit ejus regionis Episcopus admodum dicendi ac docendi peritus; ne crebriores ipse conciones habeat, ex quo regionis illius Episcopum contemnere ac velut ineruditum notare videatur. Perturbationes namque ea res excitat, aut callide ac versute factum interpretari licet, ut sese nimirum populo ejus regionis admiratione eloquentiæ commendet, ac sibi cathedram ejusdem urbis despondeat; Ex quo præterea non dubitet creditam sibi Ecclesiam relinquere, & in aliám transire. Tempus igitur, quo Episcopo in alia urbe aut regione suum Episcopum habente morari liceat, præfinire oportet. Nam ab Episcopo Episcopum non ad-

εἰ τοίνυν περὶ τῶν λαϊκῶν τοῦτο τεθέσπισται, οὐ χρὴ, οὐδὲ πρέπει, ἀλλ' οὐδὲ συμφέρει, ἐπίσκοπον, εἰ μηδεμίαν βαρυτέραν ἀνάγκην ἔχοι, ἢ πρᾶγμα δυσχερὲς ἐπιπλεῖστον ἀπολείπεσθαι τῆς ἑαυτοῦ ἐκκλησίας, καὶ θλίβειν καὶ ἐμπεπιστευμένον αὐτῷ λαόν. ἅπαντες οἱ ἐπίσκοποι εἰρήκασι· καὶ ταύτην τὴν γνώμην σφόδρα εἶναι πρεπωδεστάτην.

ΒΑΛΣ. Πᾶσαν σκανδάλου πρόφασιν περιαιρούντες οἱ πατέρες, διωρίσαντο, μὴ μεταβαίνειν ἐπίσκοπον ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν ἢ ἀπὸ ἐπαρχίας εἰς ἐπαρχίαν κατὰ τρόπον ἀλαζονείας ἢ πλεονεξίας. εἰ δὲ τοῦτο οὐ γένηται διὰ τοιαύτην αἰτίαν, ἀλλὰ διὰ πρόσκαιρον ἀνάπαυσιν, ἢ ἑτέραν εὔλογον ἀφορμὴν, μὴ κατεπαίρεσθαι αὐτὸν, λόγιον τυχὸν ὄντα, τοῦ ἐγχωρίου ἐπισκόπου, ἀμαθοῦς ἴσως τυγχάνοντος· μηδὲ αὐτὸν μὲν ἐφίεσθαι ἐγκωμίων διὰ δογματικῶν διδασκαλιῶν (τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ θρησκεία, τουτέστιν, ἡ λατρεία καὶ ἡ πίστις) τοῦ δὲ ἐγχωρίου ἐπισκόπου καταφρονεῖν, ὡς ἐμπειρίαν δογματικῆς διδασκαλίας μὴ ἔχοντος, ἀλλὰ ἡσυχάζειν καὶ ἔχειν τὴν ἀνάλογον τιμὴν πρὸς τοῦ ἐγχώριον ἐπίσκοπον. τὸ γὰρ παρὰ ταῦτα γινόμενον, φασὶν παραίτιον ἐστὶ ταραχῆς πολλῆς καὶ ὑποψίας τοῦ σπουδάζειν τοῦ τοιοῦτον καταλιπεῖν τὴν λαχοῦσαν αὐτὸν, καὶ σφετερίσασθαι τὴν ἑτέρῳ ἀνήκουσαν ἐκκλησίαν διάνοι τοῦτο μὴ ἀνεκτὸν ἡγησάμενοι ἐπὶ πολὺν χρόνον διάγειν ἐπίσκοπον εἰς ἀλλοτρίαν ἐνορίαν, ἐπήγαγον, ὡς ἐπεὶ τὸ μὴ ὑποδέχεσθαι τοὺς ἐγχωρίους ἐπισκόπους ἀρχιερεῖς ἑτέρων ἐνοριῶν ἀφιλάδελφόν ἐστι καὶ ἀπάνθρωπον, κεκανόνισται δὲ μηδὲ λαϊκὸν ἀπολιμπάνεσθαι ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐπὶ τρεῖς κυριακὰς, ἢ μὴν ἀκοινώνητον εἶναι, πάντως κρατήσει καὶ περὶ ἀρχιερέων ὁ αὐτὸς κανών. ὅθεν καὶ διωρίσαντο, μηδένα ἐπίσκοπον ἐπὶ πλέον ἀπολιμπάνεσθαι τῆς λαχούσης τοῦτον, καὶ θλίβειν καὶ ἐμπιστευθέντα αὐτῷ λαὸν, εἰ μή τινα βαρείαν ἀνάγκην ἔχει ἢ πρᾶγμά τι δυσχερές. ἀνάγνωθι τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνα ιδ'. ιε'. τῆς παρούσης συνόδου κανόνα ιβ'. ιϛ'. ιζ'. Καρθαγένης κανόνα κγ'. καὶ οα'. συνόδου ϛ'. κανόνας ιζ'. ιη'. καὶ κ'. καὶ μάθῃς πῶς κολάζονται οἱ παρ' ἐνορίαν διδάσκοντες. ἀνάγνωθι καὶ καὶ ιϛ'. κανόνα τῆς πρώτης καὶ δευτέρας συνόδου, καὶ τὰ ἐν ἐκείνῳ παρ' ἡμῶν γραφέντα, καὶ μάθῃς πόσον καιρὸν ὀφείλουσιν οἱ ἐπίσκοποι διατρίβειν ἔξωθεν τῶν ἐπισκοπῶν αὐτῶν. διὰ γὰρ τοῦτο οὐδὲ πλατύτερόν τι περὶ τούτου ἐνταῦθα διελήφθη. ἐρωτήσει δέ τις, ὡς τοῦ π'. κανόνος τῆς ἕκτης συνόδου δηλονότι τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ, διορισαμένου ἀφορίζεσθαι τοὺς λαϊκοὺς τοὺς ἐπὶ τρισὶ κυριακαῖς μὴ συνερχομένους καὶ ἐκκλησιάζοντας, τοῦ καὶ κατὰ πολὺ ὄντος μεταγενεστέρου ταύτης τῆς συνόδου, πῶς ὁ παρὼν κανὼν, προγενέστερος ὤν, αὐτοῦ μέμνηται; Λύσις. ἕτερος μὲν κανὼν πρὸ τῆς παρούσης συνόδου οὐδέν τι τοιοῦτον διωρίσατο. ἀγράφως δὲ, ὡς ἔοικεν, ἐνηργοῦντο τὰ τοῦ τοιούτου κανόνος ἀρχῆθεν, ὡς καὶ ἄλλα πολλά· ὕστερον δὲ ἡ ἐν τῷ Τρούλλῳ σύνοδος καὶ ἐγγράφως τὰ περὶ τούτου ἐξέθετο.

Ὡστε ἀπὸ Τριπόλεως ἕνα Ἐπίσκοπον εἰς τοποτηρησίαν ἐλθεῖν· καὶ ὡστε τὸν πρεσβύτερον ἐκεῖσε ὑπὸ πέντε ἀκούεσθαι Ἐπισκόπων. ὁμοίως ἤρεσεν ἀπὸ Τριπόλεως, διὰ τὴν τῆς χώρας ἔνδειαν, ἕνα Ἐπίσκοπον εἰς τοποτηρησίαν ἐλθεῖν, καὶ ἵνα ὁ πρεσβύτερος ἐκεῖσε ὑπὸ πέντε ἀκούηται Ἐπισκόπων, καὶ διάκονος ὑπὸ τριῶν, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται, τοῦ ἰδίου αὐτοῦ Ἐπισκόπου δηλονότι προκαθημένου.

Ut unus ex Tripoli Episcopus in legationem veniat: & ut Presbyter illic à quinque audiatur Episcopis. Similiter placuit à Tripoli, propter regionis inopiam, unum Episcopum in legationem venire, & ut Presbyter illic à quinque Episcopis audiatur, & Diaconus à tribus, ut superiùs dictum est, proprio scilicet Episcopo præsidente.

ΒΑΛΣ. Ἐστι καὶ ἐν τῇ Ἀφρικῇ Τρίπολις· καὶ ἐπεὶ ἦσαν ἐν αὐτῇ ὀλίγοι Ἐπίσκοποι, ὤρισεν ἡ σύνοδος, ἵνα μὲν πέμπηται ἐκεῖθεν τοποτηρητὴς εἰς τὰς ἑπομένας συνόδους· ὑπὸ πέντε δὲ Ἐπισκόπων, διὰ τὴν ὀλιγοστίαν τῶν ἀρχιερέων, ταπεινῶς τὰς ἐγκληματικὰς τῶν ἱερέων ὑποθέσεις, καὶ ὑπὸ τριῶν τὰς τῶν διακόνων, ὀφειλόντων ἐπέκεινα τούτων προκαθῆσθαι καὶ τῶν Ἐπισκόπων, ὑφ' οὓς οἱ δικαζόμενοι τάττονται. ὥστε σημείωσαι καὶ ἀπὸ τούτου, ὅτι οἱ Ἐπίσκοποι, οἱ ἔχοντες ὑφ' ἑαυτοὺς τοὺς δικαζομένους, ἐπέκεινα ὀφείλουσιν εἶναι τῆς δωδεκάδος, τῆς ἑξάδος καὶ τῆς τριάδος τῶν συνδικαστῶν. καὶ ὅτι ἐνδείας μὴ ὄσης Ἐπισκόπων, πλείονες τούτων Ἐπίσκοποι ὀφείλουσι τηρεῖν τὰς ὑποθέσεις τῶν ἱερωμένων.

D

BALS. Est etiam in Africa Tripolis; & quoniam in ea erant pauci Episcopi, statuit Synodus, ut unus quidem illinc mittatur legatus ad anniversarias Synodos: à quinque autem Episcopis, propter antistitum paucitatem, examinentur causæ Sacerdotum criminales, & à tribus Diaconorum, ultra illos Episcopis, sub quibus sunt litigatores, præsidentibus. Quare nota ex hoc quoque Canone, quòd Episcopi, quibus subjecti sunt litigatores, debent esse ultra duodecim, sex & tres conjudices. Et quòd si non sit Episcoporum inopia, plures his Episcopi debent causas eorum, qui sunt sacrati, cognoscere.

ΖΩΝΑΡ. Τρίπολιν τὴν ἐν Ἀφρικῇ λέγει. ἦν γὰρ καὶ ἐκεῖ Τρίπολις, ἔνθα ὀλίγοι ἦσαν Ἐπίσκοποι. διὸ καὶ ἕνα τοποτηρητὴν ὤρισεν ἡ σύνοδος ἐκεῖθεν πέμπεσθαι, διὰ δὲ τὴν αὐτὴν αἰτίαν καὶ πέντε Ἐπισκόπους ἀρκεῖν διετυπώσατο εἰς τὸ δικάσαι πρεσβύτερον, προκαθημένου τοῦ Ἐπισκόπου, ὑφ' ὃν τέτακται ὁ δικαζόμενος πρεσβύτερος, ὥστε ἐξ πάλιν εἶναι τοὺς διαγνώμονας.

E

ZONAR. Tripolim illam quæ in Africa intelligit. Erat siquidem in ea quoque regione Tripolis, in qua Episcoporum numerus sane exiguus fuit. Proinde & unum ex eo loco Legatum Synodo destinari placuit, & eandem ob causam, non amplius quam quinque Episcopos, eo, cui subjectus est reus, quæstioni præfecto, cum quo sex videlicet cognitores constituantur, in Sacerdotis causa judices necessario adhibendos esse decernit.

ΑΡΙΣΤ. Διὰ τὴν εἰς τρίπολιν τῶν Ἐπισκόπων ἔνδειαν, καὶ εἰς Ἐπίσκοπος εἰς τοποτηρησίαν ἐπάρκει.

ARIST. *Propter inopiam Tripoli Episcoporum, unus etiam Episcopus ad legationem sufficit.*

Οἱ μὲν ἄλλοι τῶν ἐπαρχιῶν πρόεδροι, δύο ἢ καὶ πλείονας Ἐπισκόπους τοποτηρητὰς ἐπιλέγειν ὡρίσαντο, καὶ ἀποστέλλειν αὐτοὺς ἐν τῇ κατ' ἐνιαυτὸν συνόδῳ ἐν Καρχηδόνι· ἀπὸ δὲ τρίπολεως καὶ ἕνα Ἐπίσκοπον ἐπαρκεῖν εἰς τοποτηρησίαν, διὰ τὴν τῶν Ἐπισκόπων ἔνδειαν.

F

Alii quidem Provinciarum Præsides duos vel etiam plures Episcopos Legatos eligere in mandatis acceperunt, eosque ad Synodum Carthagine quotannis habitam mittere. A Tripoli autem & unum Episcopum ad legationem sufficere & propter Episcoporum inopiam.

ΚΑΝΩΝ ιε'.

CANON XV.

Περὶ διαφόρων τάξεων τῆς ἐκκλησίας δουλευτῶν· ὥστε,

De diversis Ordinibus Ecclesiæ servientibus, ut, si quis in criminale

Digitized by Google

criminale negotium inciderit, & abnuerit judicium ecclesiasticum, debeat in periculum venire, & ut filii Sacerdotum ad mundana spectacula non accedant. Similiter placuit, ut quicunque Episcopus vel Presbyter vel Diaconus vel Clericus, criminali vel civili controversia in Ecclesiâ adversus eum mota, si recusans forum Ecclesiasticum velit publicis judiciis purgari, etiamsi pro eo sententia lata sit, tamen proprium locum amittat. Et id quidem in criminali: in civili autem, perdat id pro quo actionem intendit, si proprium locum obtinere voluerit. Atque hoc quidem placuit; ut si à quibuscunque Ecclesiasticis judicibus ad alios judices Ecclesiasticos, majorem potestatem habentes, fiat appellatio, id nihil eos lædat quorum sententia solvitur, si convinci non possint vel odio vel aliqua animi affectione judicâsse, vel gratia aliqua corruptos esse; sin autem ex consensu partium electi sint judices, etiamsi sint pauciores, quam sit definitum, non licere appellare. Et ut Sacerdotum filii, secularia spectacula nec peragant nec spectent. Hoc autem & omnibus Christianis semper est interdictum, ut ab iis abstineant, ut ubi sunt blasphemiæ & maledicta non accedant.

A

B

C

Bals. Et à legibus & à Canonibus traditum est, non licere unicuique apud quodcunque velit forum citra præjudicium agere. Sed Laicis quidem tributa sunt fora civilia: eis autem, qui sunt sacrati, & Monachis Ecclesiastica. Si quis ergo, inquit Canon, sacratus, hac constitutione contempta, in civili judicio adversus sacratum vel Monachum criminalem actionem intenderit; vel si quis ad competens forum Ecclesiasticum tractus, id recusaverit, & publicum, seu civile elegerit (id enim est velle purgari, seu à crimine velle absolvi innocénsque declarari per publicum judicium) etiamsi in illo publico judicio vicerit, sive actor, sive reus: tamen proprium locum, sive gradum & honorem sacerdotalem amittet; propter hoc ipsum solum depositus, quòd scilicet forum Ecclesiasticum recusaverit, & civile elegerit. Et quando fuerit quidem criminale judicium, sic erit: quando autem est civile quod movetur, seu pecuniarium, etiamsi sacratus sententiam obtinuerit, sic quoque à proprio gradu excidet; nisi rem contempserit, pro qua sententiam obtinuit, & ea cesserit adversario suo à se superato. Præterea decreverunt Patres, ut si quis adversus Episcoporum vel aliorum Ecclesiasticorum judicum sententiam appellaverit, & appellatio ad majorem judicem, Ecclesiasticum videlicet, redierit, juxta universalem juris regulam, quæ statuit, judices, ad quos appellatur, oportere esse majores iis qui primùm judicaverint: & contigerit à judicibus appellationis primam sententiam everti; nulla in re lædantur ii, qui primam sententiam tulerunt, sive sit causa criminalis, sive pecuniaria; nisi ii convicti fuerint sententiam tulisse propter odium ejus qui damnatus est, vel propter affectionem in eum qui est absolutus, vel ut muneribus corrupti; id enim est gratia corruptum esse; aut muneribus corrumpitur quispiam, vel pecunias accipiendo, vel eo qui ipsum corrupit, aliqua gratia vel beneficio demerente. Nota ergo præsentem Canonem, homines sacratos valde punientem, qui quomodocunque in politicis judiciis litigant. Nec tibi contrarium videatur xc. cap. i. tit. xi. lib. Basilic. & ix. cap. iii. tit. iii. lib. quod dicit, Sacratos renunciare posse Sacerdotii præscriptioni. Quantum enim ad adversarium attinet, valet hoc pactum. Est autem alia ratio quòd secundùm præsentem Can. læditur qui eum contempserit sacris initiatus. Lege & civ. Syn. Can. præsentis, & Calched. Syn. Can. ix. Cùm autem Can. superiùs statuerit, ut Episcopi

ἐάν τις εἰς ἐγκληματικὸν πρᾶγμα περιπέσῃ, καὶ παραιτήσηται τὸ ἐκκλησιαστικὸν δικαστήριον, ὀφείλειν καὶ τοιοῦτον κινδυνεύειν, καὶ ὥστε τὰ τέκνα τῶν ἱερέων κοσμικοῖς θεωρίοις μὴ προσιέναι. ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ὥς τις δήποτε τῶν ἐπισκόπων ἢ πρεσβυτέρων ἢ διακόνων ἢ κληρικῶν, πράγματος αὐτῷ ἐγκληματικοῦ ἢ πολιτικοῦ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ κινουμένου, ἐὰν παραιτούμενος τὸ ἐκκλησιαστικὸν δικαστήριον δημοσίοις θελήσῃ καθαρθῆναι δικαστηρίοις, κἂν ὑπὲρ αὐτοῦ ἡ ψῆφος ἐκφωνηθῇ, ὅμως καὶ ἴδιον τόπον ἀπολέσῃ. καὶ τοῦτο μὲν ἐπὶ τοῦ ἐγκληματικοῦ· ἐπὶ δὲ πολιτικοῦ, ἀπολέσῃ τὸ εἰς ὃ ἐνίκησεν, ἐὰν καὶ ἴδιον τόπον θελήσῃ κατέχειν. καὶ τοῦτό γε μὴν ἤρεσεν, ὥστε ἐὰν ἀπὸ οἱωνδήποτε δικαστῶν ἐκκλησιαστικῶν. ἐπὶ ἄλλους δικαστὰς ἐκκλησιαστικοὺς, ἔχοντας μείζονα τὴν αὐθεντείαν, ἔκκλητος γένηται, μηδὲν βλάπτειν τούτους ὧν ἡ ψῆφος λύεται, ἐὰν ἐλεγχθῆναι μὴ δυνηθῶσιν, ἢ κατὰ ἔχθραν ἢ κατὰ προσπάθειαν δεδικακέναι, ἤ τινι χάριτι ὑποφθαρῆναι· ἐὰν δὲ κατὰ συναίνεσιν τῶν μερῶν ἐπιλεγέντες ὦσι δικασταὶ, εἰ καὶ ὀλιγώτεροι ἔσονται τῶν ὁρισθέντων, μὴ ἐξεῖναι ἐκκαλεῖσθαι. καὶ ὥστε τὰ τέκνα τῶν ἱερέων θεώρια κοσμικὰ μὴ ἐκτελεῖν μηδὲ θεωρεῖν. τοῦτο δὲ καὶ πᾶσι τοῖς Χριστιανοῖς ἀεὶ κεκήρυκται, ὥστε τούτων ἀπέχεσθαι, ὥστε ὅπου βλασφημίαι εἰσὶ μὴ προσιέναι.

ΒΑΛΣ. Καὶ ἀπὸ τῶν νόμων καὶ ἀπὸ τῶν κανόνων δέδοται, μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας ἕκαστον παρ' οἵῳ βούλεται δικαστηρίῳ ἀποκριματίσεως ἐνάγειν. Ἀλλὰ τοῖς μὲν λαϊκοῖς ἀπενεμήθησαν τὰ πολιτικὰ δικαστήρια· τοῖς δὲ ἱερωμένοις καὶ τοῖς μοναχοῖς τὰ ἐκκλησιαστικά. εἴτις οὖν ἱερωμένος, φησὶν ὁ κανὼν, καταφρονήσας τῆς τοιαύτης θεσμοθεσίας, ἐναγάγῃ παρὰ πολιτικῷ δικαστηρίῳ κατὰ ἱερωμένου ἢ μοναχοῦ περὶ ἐγκληματικῆς ὑποθέσεως, ἢ εἴτις αὐτῶν παρὰ τῷ προσφόρῳ ἐκκλησιαστικῷ δικαστηρίῳ ἑλκυσθεὶς, παραιτήσεται τοῦτο, καὶ ἐπιλέξεται δικαστήριον δημοτικὸν ἤτοι πολιτικὸν (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἐθέλειν καθαρθῆναι ἤτοι ἀθωωθῆναι τῶν αἰτιάματος διὰ δημοσίου δικαστηρίου) κἂν νικήσῃ ἐν τῷ δικαστηρίῳ ἐκείνῳ τῷ πολιτικῷ, εἴτε ὡς ἐνάγων, εἴτε ὡς ἐναγόμενος, ὅμως τὸν ἴδιον τόπον, ἤτοι βαθμὸν καὶ τὴν ἱερατικὴν τιμὴν ἀπολέσει· διὰ τοῦτο αὐτὸ καὶ μόνον καθαιρούμενος, διὰ τὸ παραιτήσασθαι τὸ ἐκκλησιαστικὸν δικαστήριον, καὶ ἐπιλέξασθαι τὸ πολιτικόν. καὶ ὅτε μὲν ἐγκληματικὸν εἴη τὸ δικαστήριον, γενήσεται τοῦτο· ὅτε δὲ πολιτικόν ἐστι τὸ κινούμενον ἤτοι χρηματικὸν, κἂν δικαιωθῇ ὁ ἱερωμένος, καὶ οὕτως ἐκπεσεῖται τῶν οἰκείου βαθμοῦ, εἰ μὴ καταφρονήσει τῶν πράγματος ἐφ' ᾧ ἐδικαιώθη, καὶ παραχωρήσει εἶναι αὐτὸ παρὰ τῷ ἀντιδίκῳ αὐτοῦ τῷ ἡττηθέντι. πρὸς τούτοις ὥρισαν οἱ πατέρες, ἵνα ἐὰν ἐκκαλέσηταί τις κατὰ ἀποφάσεως ἐπισκόπων ἢ ἑτέρων δικαστῶν ἐκκλησιαστικῶν, καὶ ἡ ἔκκλητος ἐπαναδράμῃ εἰς μείζονα δικαστὴν, πάντως ἐκκλησιαστικὸν, κατὰ τὴν καθόλου νομικὴν διδασκαλίαν, τὸν διοριζομένην τοὺς ἐκκλήτους δικαστὰς ὀφείλειν εἶναι μείζονας τῶν πρώτως δικασάντων, καὶ συμβῇ ἀνατραπῆναι τὴν πρώτην ἀπόφασιν παρὰ τῶν ἐκκληταρίων δικαστῶν, κατὰ μηδὲν βλάπτεσθαι τοὺς πρώτως ἀποφηναμένους, κἂν ἐγκληματική ἐστι, κἂν χρηματικὴ ὑπόθεσις· εἰ μήπω ἐλεγχθῶσιν οὗτοι ἀποφηνάμενοι κατὰ ἔχθραν τῶν καταδικασθέντος, ἢ κατὰ προσπάθειαν τῶν δικαιωθέντος, ἢ ὡς δωροδοκηθέντες· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ χάριτι ὑποφθαρῆναι. ἤτοι δωροδοκεῖταί τις ἢ χρήματα λαμβάνων, ἢ ἄλλην τινὰ χάριν αὐτῷ πληρούντος τῶν αὐτὸν ὑποφθείραντος. σημείωσαι οὖν τὸν παρόντα κανόνα, μεγάλως κολάζοντα τοὺς ἱερατικοὺς δικαστομένους ὁπωσδήποτε εἰς δικαστήρια πολιτικά. καὶ μὴ ἐναντιωθῇ σοι τὸ κεφ. ϛ'. τῶν α'. τίτλου τοῦ ια'. βιβλίου τῶν βασιλικῶν. καὶ τὸ θ'. κεφ. τῶν γ'. τίτ. βιβλίου τῶν γ'. λέγοντος, δύνασθαι τῶν ἱερωμένους ἀποτάττεσθαι τῇ τῆς ἱερωσύνης παραγραφῇ· ὅσον γὰρ πρὸς τὸν ἀντίδικον ἔρρωται τὸ σύμφωνον τοῦτο. ἕτερον δὲ λόγου ἐστὶ, ὅτι βλάπτεται κατὰ τὸν παρόντα κανόνα ὁ καταφρονήσας τούτου ὁ ἱερωμένος· καὶ ἀνάγνωσθι τὸν ρδ'. κανόνα τῆς προύσης συνόδου καὶ τῆς ἐν χαλκηδόνι κανόνα θ'. τοῦ δὲ κανόνος ἄνωθεν διοριζομένου ὑπὸ δώδεκα ἐπισκόπων κρίνεσθαι

Digitized by Google

κρίνεσθαι τὰς Ἐπισκόπους, ὑπὸ ἓξ τὰς ἱερεῖς, καὶ τὰς Διακόνους ὑπὸ τριῶν. ἐπήγαγον οἱ πατέρες, ὡς τὰ περὶ τῶν ἐκκλήτων καὶ τὰ λοιπὰ χώραν ἔχουσιν, ὅτε τὰ ἐκκλησιαστικὰ δικαστήρια πρὸς τοιούτοις πρόσωποις δικασταῖς γίνονται· οὐ μὴν, ὅτε κατὰ θέλησιν τοῦ κατηγόρου καὶ τοῦ κατηγορουμένου πρός τισιν ἐπιλεγεῖσιν, ὡς αἱρετοῖς δικασταῖς πολλάκις καὶ ὀλιγωτέροις οὖσι τῶν ὁρισθέντων πρὸς τῶν κανόνων, δικαδῶσί τινες. πλημμελῶς γὰρ τότε ἐκκλήτῳ ὑποπεσεῖται ἡ τούτων ἀπόφασις, ὡς φησιν ὁ νόμος ἐν βιβλίῳ ζ'. τίτλῳ β'. κεφ. κζ'. θέματι γ'. οὕτως ἔχοντι, εἴτε δικαία εἴτε ἄδικός ἐστιν ἡ τοῦ αἱρετοῦ ψῆφος, ἐμμένειν δεῖ. καὶ τὸ γ'. κεφ. τοῦ αὐτοῦ βιβλίου καὶ τίτλου, μὴ χρείαν ἐχέτω ἐκκλήτου ἡ τοῦ αἱρετοῦ δικαστοῦ ἀπόφασις. ὅθεν φύσις ὁ κανὼν τοὺς τῶν τέκνων τοὺς ἱερέων φησιν, ἵνα μήτε θεάτρια ἐκτελῶσι, μήτε ἄλλων τοιούτων παραγίνωνται καὶ θεωρῶσιν· ὅτι καὶ πᾶσι Χριστιανοῖς κεκήρυκται μὴ παρεῖναι ὅπου βλασφημίαι εἰσί. θεάτρια δὲ λέγονται, οὐ μόνον τὰ ἱπποδρόμια, ἀλλὰ καὶ πᾶσα θέα, θηριομαχία δηλαδὴ, παίγνια μίμων, ὄρχησις, καὶ ἄλλα τοιαῦτα δαιμονιώδη ἔργα. ταῦτα τοῦ κανόνος διορίζομένου, εἰπὲ ὅτι ὅ, κἂν ἡ ψῆφος ὑπὲρ αὐτοῦ ἐκφωνηθῇ παρατεθὲν πρὸς τοὺς λέγοντας, ὀφείλειν καθαιρεῖσθαι μόνον τὸν οὕτω δικασάμενον ἱερωμένων χάριν ἐκκλησιαστικῆς ὑποθέσεως καὶ ἡττηθέντα, οὐ μὴν καὶ τὸν νικήσαντα, ὡς δικαίαν ἔχοντα ὑπόθεσιν. καὶ ἄμφω γὰρ καθαιρεθήσονται, ὡς ὑβρισταὶ τῆς ἐκκλησίας, καὶ τοῦ κανόνος ἀθετηταί. ὁ μὲν γὰρ ἐκκλησιαστικὸν ἑλκύσας ἱερωμένον εἰς κοσμικὸν δικαστήριον χάριν χρηματικῆς αἰτιάσεως καὶ νικήσας, καθαιρεῖται, ἐὰν στοιχῇ τῇ ὑπὲρ αὐτοῦ ἀποφάσει, καὶ θέλῃ ἔχειν ὃ παρέλαβε τὸν ἐνίκησεν, ὥσπερ καὶ ὁ ἀναχθείς, ἐὰν πρήτηται ὃ ἐκκλησιαστικὸν δικαστήριον, καὶ ἐζήτησε ὃ πολιτικὸν, καὶ ἐνίκησεν. εἰ γὰρ ἀφίσταται τοῦ πράγματος, τοῦ οὗ ἐδικάσατο, μένει ἔχων τὸν οἰκείαν ὑπεμίαν. καὶ ταῦτα μὲν ὁ κανὼν διορίζεται. σήμερον δὲ προεῖπται ταῦτα, δι' ἣν αἰτίαν οὐ γινώσκω. πολλοὶ γὰρ, οὐ μόνον λαϊκοὶ, ἀλλὰ καὶ ἱερωμένοι, ἕλκουσιν εἰς πολιτικὰ δικαστήρια ὑποπόπους, κληρικούς τε καὶ μοναχούς, μηδὲ πρόσταξιν βασιλικὴν περὶ τούτου προεισάμενοι, καὶ οὔτε ἡ τοῦ ἀποστόλου διασταφὴ λυσιτελεῖ τοῖς ἀναγομένοις· κατδικάζονται γὰρ τούτους καὶ ἄκοντας δικάζεσθαι. οὔτε οἱ ἑλκύσαντες αὐτοὺς ἱερώμενοι ἐβλάβησάν ὁπωσδήποτε, ἀλλ' οὐδὲ οἱ ἀναγόμενοι μοναχοὶ ἢ κληρικοὶ εἰς δικαστήριον ἐκκλησιαστικὸν, καὶ παραιτησάμενοι τοῦτο, πολιτικὰ δὲ ζητήσαντες κατέστησαν, κατά τι ἐπιμορφήσαν· ὥσπερ οὐδὲ οἱ ἑλκυσθέντες κληρικοὶ ἢ μοναχοὶ εἰς κοσμικὸν δικαστήριον, καὶ καταδεξάμενοι εἰς τοῦτο δικάσασθαι. τοῦ δὲ χρηματίσαντος καθηγουμένου τῆς μονῆς τοῦ Παντεπόπου μοναχοῦ ἐκείνου Μελετίου, ἑλκυσθέντος εἰς τὸ συνοδικὸν δικαστήριον, καὶ παρασπασαμένου αὐτὸ ὡς κατακρύμνιον, καὶ μεταγαγόντος τὴν ὑπόθεσιν εἰς κοσμικὸν δικαστήριον διὰ πρόσταξιν βασιλικὴν, ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης ἐκεῖνος κύριος Λουκᾶς ὑβριοπαθήσας ὅτι τῷ γεγονότι, πολλὴν ἔθετο σπουδὴν διορθώσασθαι ὃ γεγόμενον. ἤκουσε δὲ ἀπὸ τῶν πολιτικῶν δικαστῶν, ὡς ἡ βασιλικὴ ἐξουσία πάντα δύναται ποιεῖν· καὶ ὥσπερ ἐδύνατο πρωτοτύπως δοῦναι πολιτικὸν δικαστὴν χάριν τοῦ δικάσαι ἐπίσκοπον ἢ ἕτερον ἱερωμένον ἐναγόμενον· οὕτω καὶ μετάθεσιν ὃ ἐκκλησιαστικὸν δικαστήριον μεταγαγὴ καὶ νόμιμον παραίτησιν εἰς πολιτικόν. πλὴν ὁ ἐντὸς δηλούμενος καθηγούμενος, κἂν εἰσηκούσθη ὃ συνοδικὸν παρατησάμενος δικαστήριον, καὶ διετηρήθη ἀποκριμάτισος· ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ ρδ'. κανόνος τῆς προύσης συνόδου, ὃν καὶ ἀνάγνωθι, ὤφελε καθαιρεθῆναι. ὃ γὰρ ιζ'. κεφ. τοῦ α'. τίτλου τοῦ γ'. βιβλίου κἂν δύναται μὴ βασιλικῆς κελεύσεως ἀφίχθαι καὶ παρίστασθαι τοὺς ἐπισκόπους παρὰ πολιτικοῖς ἄρχουσιν, ἀλλὰ τοῦτο ὑποτίθεται, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τῇ κανονικῇ διδασκαλίᾳ.

A à xii. Episcopis judicentur, à sex autem Sacerdotes, & Diaconi à tribus: subjunxerunt patres, quòd quæ de appellationibus dicta sunt & reliqua locum habent, quando judicia Ecclesiastica apud tot competentes judices fuerint: non autem, quando ex accusatoris & ejus qui accusatur voluntate, apud aliquos electos seu ex electione susceptos judices, qui sæpe sunt pauciores quàm canonibus constitutum sit, aliqui judicio contenderint. Tunc enim in eorum sententiam ne appellatio quidem cadit, ut dicit lex in lib. vii. titulo ii. capitulo xxvii. themate iii. quod sic se habet, Sive justa sive injusta est electi judicis

B sententia, ei stare oportet. Et caput tertium ejusdem libri ac tituli; Non indigeat provocatione judicis electi sententia. Post hæc canon de filiis Sacerdotum dicit; Ne spectacula peragant, nec aliis peragentibus interfint & spectent: quia & omnibus Christianis interdictum est, ne accedant ubi sunt blasphemiæ & maledicta. Spectacula autem dicuntur, non solùm equorum cursus, sed & omnis generis spectatio, belluarum scilicet certamina, histrionum ludicra, saltationes, & hujusmodi alia opera diabolica. Hæc autem decernente canone, dic quòd illud, etiamsi pro

C eo sententia lata sit, adjectum est propter eos, qui dicunt, eum solùm debere deponi sacratum, qui sic judicio contendit in causa criminali, & victus est: non autem eum qui vicit, ut qui justam causam habeat. Ambo enim deponentur, ut qui Ecclesiam injuria afficiant, & canonem contemnant. Sacratus quidem qui traxit Ecclesiasticum in seculare judicium pro causa pecuniaria, & vicit, deponitur, si sententiæ, quæ pro se lata est, steterit, & voluerit rem habere quam vicit: quemadmodum & reus, si judicium ecclesiasticum recusavit, & civile petivit, & vicit. Si enim cedit re, pro qua litigavit, suum honoris gradum re-

D tinet. Et hæc quidem canon constituit. Hodie autem hæc negliguntur, propter quam causam nescio. Multi enim, non solùm Laici, sed etiam sacrati, Episcopos, Clericos & Monachos ad civilia judicia attrahunt, nec Imper. quidem mandatum de ea re exhibent; & neque incompetentis judicis præscriptio seu exceptio prodest iis, qui rei aguntur: eos enim cogunt vel invitos judicio contendere. Nec sacrati, qui eos traxerunt, aliquid penitus damni sensere; sed nec Monachi vel Clerici, adversus quos in foro Ecclesiastico agitur, si id quidem recusaverint, civilem autem examinationem petiverint, ulla in re puniti sunt: quemadmodum nec

E clerici vel monachi, qui in seculare judicium tracti sunt, & in eo litigare non recusârunt. Cùm autem monachus ille Meletius, qui præpositus fuit monasterii Pantepopti, ad synodale judicium tractus, ipsum ut sibi non gratum recusasset, & causam ad seculare tribunal traduxisset per mandatum Imperiale; sanctissimus Patriarcha dominus Lucas id ægre ferens, plurimum studium adhibuit ut corrigeretur quod factum fuerat. Audivit autem à civilibus judicibus, quòd Imperatoris potestas omnia facere potest: & quemadmodum primo loco potuit Im-

F perator civilem judicem pro judicando Episcopo vel alio sacrato, adversus quem agitur constituere: ita & per transpositionem, judicium ecclesiasticum ex legitima exceptione in civile traduxerit. Sed etiamsi qui hîc dicitur monasterii præfectus exauditus est, synodale judicium recusans, & sine præjudicio conservatus est: tamen ex civ. canone præsentis Synodi deponi debuit, quem lege: xvii. enim caput primi tituli tertii libri, licèt decernat cum Imperatoris mandato posse adversus Episcopos agi, & eos sisti coram civilibus judicibus: hoc tamen, ut mihi videtur, non quadrat canonicæ doctrinæ.

Debemus

Digitized by Google

Debemus enim dicere, tunc trahi Episcopum pro re, quæ privatim ad ipsum pertinet: non autem pro quæstione Ecclesiastica. Re enim ejusmodi proposita, non debent civiles judices ullam ejus habere cognitionem. Jam verò magna quoque est ejus differentia, qui sua sponte Ecclesiasticum judicium recusat & seculare ex Imperatoris mandato quærit, & ejus qui jussu Imperatoris invitus tractus est ad seculare judicium. Lege etiam i. cap. ix. tit. præsentis operis, & quæ in ipso à nobis scripta sunt. Petere autem conjudicem civilem per mandatum imperiale non est, ut mihi videtur, prohibitum, & maximè quando est causa pecuniaria, quæ est synodaliter dicenda. Interrogaverit autem quispiam, cùm lex dicat, eum ab actione sua excidere, qui suum adversarium ad judicium incompetens traxerit; qui sacratum ad civile judicium traxerit, an non ex hoc canone suo jure excidet? Solutio. Incompetentis judicis præscriptio in principio judicii solùm proponitur, non autem etiam posteà. Finge ergo, quòd ea à principio non est proposita à reo: vel proposita à judice admissa non est. Et propterea definierunt patres, quòd etiamsi actor vicerit, eo quod incompetentis judicis exceptio quomodocunque inefficax fuerit: sic quoque tamen propter honorem Ecclesiæ eorum victoria nihil ei proderit; sed deponetur, si eam retineat. Præterea interrogaverit quispiam, quam pœnam sustinebunt Ecclesiastici judices, si convicti fuerint, ex odio, vel affectione, vel propter gratiam sententiam tulisse, cùm canon de eo nihil jubeat? Solutio. Genus pœnæ, etsi ex canone non appareat, ex legibus tamen declaratur. Jam enim de judice muneribus corrupto dicit iii. caput xliii. tit. lx. lib. Magistratus, qui pecunias accipit ad jus dicendum, vel decernendum, vel ad plus vel minùs suo officio faciendum, & magistratuum quoque assessores, lege tenentur. Et iii. thema viii. cap. Pœna legis est extraordinaria: & ut plurimum exilio condemnat; nonnunquam etiam graviùs, & ii. thema ix. cap. Qui hac lege condemnatur, nec potest publicè testimonium dicere, nec judex esse, nec causas agere. Lege & ii. thema vi. cap. iv. tit. lx. lib. quod quidem est pars cxxiv. Justiniani novellæ, quæ sic dicit; Si quis autem eorum, qui litigant, dixerit se aliquid dedisse, vel esse pollicitum, & personam nominaverit, & hoc probaverit, ipse quidem in litis exitu venia dignus habeatur. Qui autem donum vel promissum admisisse convictus fuerit, si sit quidem causa pecuniaria, quod datum est, triplum, quod verò promissum, duplum à comite privatarum nostrarum facultatum exigatur, & dignitatem seu magistratum, quem habet, in utroque casu perdat. Sin autem sit criminalis accusatio, propriarum facultatum confiscationem patiatur, & in exilium mittatur, ut qui accipiendo alienum crimen in seipsum transferre studuerit. Si autem donationem vel promissionem litigator ostendere non potuerit, juret persona, quæ donationem vel promissionem suscepisse dicitur, quòd nec per se, nec per aliam personam, vel aliquid accepit, vel promissum habuit. Et hoc dato jurejurando, ipse quidem liberabitur: litigator verò, qui probare non potuit, in causis quidem pecuniariis, litis æstimationem à comite privatarum nostrarum facultatum exigatur, judicio scilicet suum eventum expectante: in criminalibus autem bonorum suorum publicationem sustineat, & à convenientibus judicibus ex legum ordine negotium terminetur. Sin autem persona à litigatore declarata prædictum jusjurandum recusaverit, tam in criminalibus, quam in pecuniariis causis, prædictis pœnis subjiciatur. Si quis autem eorum, qui litigant, juraverit se nihil dedisse, vel pollicitum esse, intra quatuor autem menses, postquam

A ὀφείλομεν γὰρ εἰπεῖν, ὡς Ἐπίσκοπον τηνικαῦτα ἕλκεσθαι περὶ πράγματος ἰδικῶς αὐτῷ διαφέροντος, οὐ μὴν περὶ ἐκκλησιαστικοῦ ζητήματος· τοιούτου γὰρ προκειμένου τινὸς ἀμέτοχοι εἶναι ὀφείλουσιν οἱ πολιτικοὶ δικασταί. τέως δὲ καὶ μεγάλη ἐστὶ διαφορὰ τοῦ αὐθαιρέτως παραιτουμένου τὸ ἐκκλησιαστικὸν δικαστήριον, καὶ ζητοῦντος τὸ πολιτικὸν δικαστήριον διὰ προστάξεως βασιλικῆς, καὶ τοῦ ἑλκυσθέντος ἀκουσίως κατὰ κέλευσιν βασιλικὴν εἰς κοσμικὸν δικαστήριον. ἀνάγνωθι καὶ κεφ. α'. τοῦ θ'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ παρ' ἡμῶν γεγραμμένα. τὸ μέντοι ζητῆσαι συνδικαστὴν πολιτικὸν διὰ προστάξεως βα-
B σιλικῆς, ὡς ἡμοὶ δοκεῖ, οὐκ ἔστι κεκωλυμένον, καὶ μᾶλλον ὅσον χρηματική ἐστιν ὑπόθεσις, ἡ μέλλουσα λαληθῆναι συνοδικῶς. ἐρωτήσει δέ τις, ὡς τοῦ νόμου λέγοντος ἐκπίπτειν τῆς οἰκείας ἐναγωγῆς ὡς εἰς ἀπρόσφορον δικαστήριον ἑλκύσαντα ὡς ἴδιον ἀντίδικον, οὐκ ἔμελλε καὶ πρὸ τοῦ κανόνος τούτου ὁ ὡς ἱερωμένον ἑλκύσας εἰς πολιτικὸν δικαστήριον ἐκπεσεῖν τοῦ δικαίου αὐτοῦ; Λύσις. ἡ τοῦ ἀπροσφόρου παραγραφὴ κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ δικαστηρίου προτίθεται καὶ μόνον, οὐ μὴν καὶ μετὰ ταῦτα. θεμάτιον οὖν, ὅτι οὐ προετέθη αὕτη παρὰ τοῦ ἐναγομένου, ἢ προτεθεῖσα οὐκ ἐδέχθη παρὰ τοῦ δικαστοῦ. καὶ διὰ τοῦτο ὥρισαν οἱ πατέρες, ὡς κἂν νικήσῃ ὁ
C ἐναγαγὼν, διὰ τὸ ἀπρακτῆσαι ὁπωσδήποτε τὴν τοῦ ἀπροσφόρου δικαστοῦ παραγραφήν· ἀλλὰ καὶ οὕτω διὰ τὴν τιμὴν τῆς ἐκκλησίας εἰς οὐδὲν αὐτῷ ἡ νίκη λυσιτελήσει· ἀλλὰ καθαιρεθήσεται, εἴπερ ἀντέχεται ταύτης. ἔτι ἐρωτήσει τις, ποίαν βλάβην ὑποστήσονται οἱ ἐκκλησιαστικοὶ δικασταί, εἴπερ ἐλεγχθῶσιν κατὰ ἔχθραν ἢ κατὰ προσπάθειαν ἢ διὰ χάριν ἀποφηνάμενοι, τοῦ κανόνος μηδὲν περὶ τούτου παρακελευομένου; Λύσις. τὸ εἶδος τῆς βλάβης κἂν ἀπὸ τοῦ κανόνος οὐκ ἀναφαίνηται, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν νόμων δηλοῦται. αὐτίκα γὰρ περὶ τοῦ δωροδοκηθέντος δικαστοῦ φησι τὸ γ'. κεφ. τοῦ μγ'. τίτλου τοῦ ξ'. βιβλίου, ὁ ἄρχων λαμβάνων χρήματα ἐπὶ τῷ δικάσαι, ἢ
D ψηφίσασθαι, ἐπὶ τῷ ποιῆσαί τι πλέον ἢ ἧττον τοῦ ἰδίου ὀφφικίου, καὶ οἱ σύνεδροι τοῦ ἀρχόντων ὑπόκεινται τῷ νόμῳ. καὶ τὸ γ'. θέμα τοῦ η'. κεφ. ἡ ποινὴ τοῦ νόμου ἐκστραορδιναρία ἐστὶ, καὶ ἐπίπαν εἰς ἐξορίαν καταδικάζει, ἐστὶ ὅτε δὲ καὶ σφοδρότερον, καὶ τὸ β'. θέμα τοῦ θ'. κεφ. ὁ τῷ νόμῳ τούτῳ καταδικαζόμενος, οὔτε μαρτυρεῖν δημοσίᾳ δύναται, οὔτε δικάζειν, οὔτε συνηγορεῖν. ἀνάγνωθι καὶ τὸ β'. θέμα τοῦ ϛ'. κεφ. τοῦ δ'. τίτλου τοῦ ξ'. βιβλίου, ὅπερ ἐστὶ μέρος τῆς ρκδ'. Ἰουστινιανείου νεαρᾶς, λέγων οὕτως. εἰ δέ τις ἐκ τῶν δικαζομένων εἴποι δεδωκέναι τι ἢ ὑποσχέσθαι, καὶ τὸ πρόσωπον ἐξείπῃ, καὶ τοῦτο ἀποδείξει, αὐτὸς μὲν ἐπὶ τῇ τῆς δίκης ἐκβάσει συγγνώμης ἀξιούσθω. ὁ δὲ
E δόσιν ἢ ὑπόσχεσιν καταδέξασθαι δεικνύμενος, εἰ μὲν χρηματικὴ εἴη ἡ ὑπόθεσις, τὸ μὲν δεδομένον, τριπλοῦν, τὸ δὲ ὑποσχεθέν, διπλοῦν παρὰ τοῦ κόμητος τῆς ἰδικῆς ἡμῶν περιουσίας εἰσπραττέσθω, καὶ τὴν ἀξίαν ἤτοι ἀρχὴν ἣν ἔχει ἐφ' ἑκατέρου θέματος ἀπολλύτω. εἰ δὲ ἐγκληματικὴ εἴη ἡ κατηγορία, δήμευσιν τῆς οἰκείας ὑπομενέτω περιουσίας, καὶ εἰς ἐξορίαν πεμπέσθω, ὅστις διὰ λῆψιν, ἀλλότριον ἔγκλημα εἰς ἑαυτὸν σπούδακε μετενεγκεῖν. εἰ δὲ τὴν δόσιν ἢ τὴν ὑπόσχεσιν ὁ διάδικος μὴ δυνηθῇ δεῖξαι, ὀμνύτω τὸ πρόσωπον, τὸ τὴν δόσιν ἢ τὴν ὑπόσχεσιν λεγόμενον καταδέξασθαι, ὅτι οὐδὲ δι' ἑαυτοῦ οὐδὲ δι' ἄλλου προσώπου ἢ ἔλαβε τι ἢ ὑπόσχεσιν ἔσχε. καὶ τοῦ τοιούτου ὅρκου παρεχομένου, αὐτὸς μὲν ἐλεύθερος ἔστω· ὁ δὲ διάδικος ὁ μὴ δυνηθεὶς δεῖξαι, ἐπὶ μὲν
F ταῖς χρηματικαῖς αἰτίαις, τὴν ἀποτίμησιν τῆς δίκης ὑπὸ τοῦ κόμητος τῆς ἰδικῆς ἡμῶν περιουσίας εἰσπραττέσθω, τῆς δίκης δηλονότι τὴν ἰδίαν ἔκβασιν ἀναμενούσης· ἐπὶ δὲ ταῖς ἐγκληματικαῖς, δήμευσιν τῆς ἰδίας περιουσίας ὑπομενέτω, καὶ τὸ πρᾶγμα παρὰ τοῖς ἁρμοδίοις δικασταῖς κατὰ τὴν τοῦ νόμων τάξιν παραιούσθω. εἰ δὲ τὸ παρὰ τοῦ δικαζομένου φανερωθὲν πρόσωπον ὡς μνημονευθέντα παραιτήσεται ὅρκον, τοῦτο μὲν ἐπὶ ταῖς ἐγκληματικαῖς, τοῦτο δὲ ἐπὶ ταῖς χρηματικαῖς αἰτίαις, ταῖς μνημονευθείσαις ὑποκείσθω ποιναῖς. εἰ δέ τις τῶν δικαζομένων ὀμόσει μὴ δεδωκέναι ἢ ἐπαγγείλασθαι, ἐντὸς δὲ τεσσάρων μηνῶν, μετὰ

τὸ

ὁ παρενεχθησομένῳ τινὶ ψῆφον ἀριθμουμένων δηλονότι δοθέν τι ἢ ὑποχρεωθέν, αἱ εἰρημέναι ποιναὶ κατὰ τοῦ διδόντος κατά τε τοῦ λαμβανόντος χώραν ἕξουσι. καὶ ταῦτα μὲν ἐὰν κατὰ χρῆσιν ἤγουν διὰ λῆψιν νομισμάτων ἢ προσωπολήμψεως ἢ ἔχθραν ἡ ψῆφος ἐξενεχθῇ· τῆς γὰρ αὐτῆς δυνάμεως εἰσὶ τὰ τρία. ἐὰν δὲ μὴ διὰ τοιαύτην αἰτίαν, ἀλλὰ κατ' ἀπειρίαν ἀποφήνηταί τι ἐπίσκοπος κατά τινος, τί γενήσεται; Λύσις. οἱ ἄρχοντες; ἤτοι οἱ προκαθήμενοι τῆς δικαιῶν, οὐκ ἀναγκάζονται ἀκριβῶς εἰδέναι τοὺς νόμους, ἀφ' ἑτέρας μεγάλας δουλείας σχολοῦντες καὶ διὰ τοῦτο ἐξ ἀπειρίας ἀποφαινόμενοι, συγγνώσονται. οἱ δὲ σύνεδροι τούτων, παρανόμως ψηφιζόμενοι, κολάζονται. φησὶ γὰρ ὁ νόμος ἐν βιβλίῳ ζ'. τίτλῳ γ'. κεφαλαίῳ κδ'. Ὃν δόλον ζητοῦμεν τοῦ ἄρχοντος. ἐὰν γὰρ ἀπειρία τοῦ συνέδρου ἄλλως ψηφισθῇ, ὁ ἄρχων οὐκ ἀδικεῖται, ἀλλ' ὁ συμπονῶν. καὶ ὁ λογισμὸς δόλου. οἱ μὲν γὰρ ἄρχοντες, διὰ ἣν εἰρηται αἰτίαν, οὐκ αἰτιῶνται· οἱ δὲ κριταί, ὃ δικάζειν καὶ μόνον ἔργον ἔχοντες, ἐὰν παρανομήσωσιν, ἐνέχονται ὡς δόλον ποιήσαντες, καὶ τὸν νόμον λέγοντα, ἡ ἀπειρία ἔοικε τῇ ἀμελείᾳ· καὶ πάλιν, δόλον τις ποιεῖ, μὴ εἰδὼς ἀκριβῶς ὃ ἐπαγγέλλεται εἰδέναι. καὶ τοῦτο μὲν διαφωνήσει τοῖς τῆς πολιτικῆς δικαστῶν. εἰς δὲ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς δικαστὰς ἄλλη τις κρατούσῃ ἀκολουθία, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ· καὶ αὐτὴ μέντοι κατὰ τοῦ παρόντος θεσμοθεσίαν. εἰ μὲν γὰρ ἐναντίαν τοῖς κανόσιν ἐπίσκοπος ἐνέγκῃ ψῆφον, τιμωρηθήσεται ἤγουν καθαιρεθήσεται, μὴ δυνάμενος ἀμαθίαν ἢ ἀπειρίαν προβαλέσθαι. οὐ γὰρ συγγνωσθήσεται ἔσεται λέγων μὴ εἰδέναι τοὺς κανόνας, οὓς ἀναγκάζεται διὰ γλώττης ἔχειν ἀεί. εἰ δὲ ἀποφήνηταί τι νόμοις ἀνένδεκτον, ἢ δικαστικῆς ἀκολουθίας ἔξωθεν, συγγνωσθήσεται διὰ τοῦ ἀπειρίαν, ὡς μηδὲ ὀφείλων εἰδέναι νόμους ἀκριβῶς. ταῦτα δὲ κρατήσουσιν, ὅπου ἐκκλησιαστικῷ ὑποθέσιν δικάσῃ ἐπίσκοπος, ἢ ἄλλως ἐκκλησιαστικῷ ζήτησιν ἐπάγουσιν καθαίρεσιν. εἰ γὰρ χρηματικὴν παρανόμως ἐξενέγκῃ ἀπόφασιν ἐξ ἀπειρίας, οὐ προκριματισθήσεται. ἔτι ἐρωτήσει τις, ὡς τῷ κανόνος ἐνδιδοῦτος τοῖς ἱερωμένοις ἐπιλέγεσθαι δικαστὰς αἱρετούς, ἐξέσται αὐτοῖς ἐπιλέγεσθαι πολιτικούς; Λύσις. ἐπεὶ ὁ κανὼν διορίζεται κρατεῖν τὴν ψῆφον τῆς αἱρετῶν δικαστῶν, καὶ μὴ ὑποκεῖσθαι ἐκκλήτῳ, κἂν ἦτίονες ὦσι οὗτοι τῆς δώδεκα τῆς ἓξ καὶ τῆς τριῶν, φάνεται ἐναργῶς ἀνένδεκτον εἶ τοῖς κλήροις τινὶ ἐπιλογῇ τῆς πολιτικῆς δικαστῶν. ὅθεν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, κολασθήσονται καὶ παρόντα κλήρονα οἱ παρὰ πολιτικοῖς δικασταῖς αἱρετισάμενοι δικασθῆναι ἱερωμένοι. ἔοικε δὲ ἀπὸ τῆς ῥημάτων τοῦ κανόνος, τῆς λεγόντων καθαιρεῖσθαι τοὺς ἱερωμένους δικασαμένους παρὰ πολιτικῷ δικαστηρίῳ χάριν χρηματικῆς αἰτιάσεως, καὶ νικήσαντας, ἐὰν μὴ ἀποσῶσι τὸ ὑπὲρ αὐτῆς ἀποφάσεως, ὡς ἡ μὲν γενομένη κρίσις παρὰ ἀφορισθέντος δικαστοῦ, κατὰ θέλησιν τοῦ ἱερωμένου, στερκτὰ ἔσαι καὶ ἀκατάσειστος. ὁ δὲ ἐκκλησιαστικὸν παραιτησάμενος δικαστήριον καὶ μὴ χρησάμενος τῇ τοῦ φόρου παραγραφῇ ἱερωμένος κολασθήσεται, καθὼς ἀνωθεν εἴρηται. αἱρετοὺς δὲ δικαστὰς ἐνταῦθα μὴ εἴπῃς οἵους ὁ β'. τίτλ. τοῦ ζ'. βιβλίου φησὶ, μὴ ἐφωτήσεως δηλονότι ποινῆς δικάζονταί λλὰ ἐκκλησιαστικοὺς ἐνορδίνους. ἐκεῖνοι γὰρ ἐκκλησιαστικὴν ὑπόθεσιν οὐ δύνανται δικάζειν· οὗτοι δὲ, ὡς ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος παρίσαται, πᾶσαν ὑπόθεσιν κρίνουσι. περὶ μέντοι τῆς θεωρείων καὶ τῆς ἱπποδρομίων καὶ τῆς κυνηγεσίων καὶ τῆς ὅτι σκιωμαὶς ὀρχήσεων, ἱκανῶς ἐγράψαμεν ἐν τῷ κδ'. κανόνι τῷ ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, καὶ τῷ να'. ὅπου καὶ περὶ παρόντος κανόνος ἐμνήσθημεν· καὶ ἀνάγνωσον τούτους. ζήτει καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνα οδ'. τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου κανόνα ιδ'. καὶ ιε'. τῆς ἐν Χαλκηδόνι κανο. ί. ιζ'. τῆς ἐν Σαρδικῇ κανόνα γ'. ε'. ιδ'. καὶ ταύτης κανόνα κή'. καὶ ρκ'. καὶ ρκα'. περὶ ὧν τῆς δυνάμεως τοὺς ἱερωμένους ἀποστεῖλαι τῇ τῆς φόρου παραγραφῇ, ζήτει κεφ. θ'. τῆς γ'. τίτλου τῆς γ'. βιβλίου τῶν βασιλικῶν.

sententia lata est numerandos, datum aliquid vel promissum ostensum fuerit, prædictæ pœnæ tam adversus dantes quàm adversus accipientes locum habebunt. Et hæc quidem, si propter sordes seu pecuniarum acceptionem vel amorem vel odium sententia lata sit: ejusdem enim virtutis sunt hæc tria. Si autem non propter ejusmodi ullam causam; sed per imperitiam adversus aliquem fert sententiam Episcopus, quid fiet? Solutio. Magistratus, seu qui præsunt judicibus, non coguntur leges exactè scire, ut qui in multis aliis magnis occupationibus versentur; & propterea si per imperitiam sententiam ferant, eis venia datur. Eorum autem assessores, si contra leges ferant sententiam, puniuntur. Dicit enim lex in lib. vii. tit. iii. cap. xxiv. Dolum magistratus requirimus. Si enim per imperitiam assessoris aliter judicatum fuerit, non facit injuriam præses seu magistratus, sed qui ei fert auxilium. Et est probabilis quidem ratio. Magistratus enim, propter eam quæ dicta est causam, non insimulantur: Judices autem, quorum est proprium munus judicare, si contra leges fecerint, tenentur ac si dolo fecissent, secundùm legem quæ dicit; Imperitia negligentiæ æquiparatur; & rursus, Dolum quis facit qui perfectè nescit quod se scire profitetur. Et hoc quidem dictum est de civilibus judicibus. In judices autem Ecclesiasticos alia quædam valebit consequentia, ut mihi videtur: & ea quidem secundùm præsentem constitutionem. Si enim contrariam canonibus sententiam Episcopus protulerit, punietur sive deponetur; ut qui non possit ignorantiam vel imperitiam allegare. Neque enim erit ei ignoscendum, si dicat se nescire canones, quos cogitur in lingua semper habere. Sin autem aliquid pronunciaverit, quod à legibus non admittitur, vel est extra judiciariam consequentiam, venia dabitur propter imperitiam: ut qui nec perfectè leges scire debeat. Hæc autem observabuntur, quando criminalem causam judicaverit Episcopus, vel aliam Ecclesiasticam quæstionem, quæ inducit depositionem. Si enim pecuniariam contra leges sententiam protulerit per imperitiam, id ei præjudicium non afferet. Præterea interrogabit quispiam, cùm canon permittat sacris initiatos judices electitios eligere, eísne licebit civiles eligere? Solutio. Quia statuit canon, ut electorum judicum valeat sententia, nec appellationi sit obnoxia, etiamsi ii sint pauciores quàm duodecim, quàm sex, & quàm tres, evidenter apparet civilium judicum electionem non admitti à canonibus. Unde, ut mihi videtur, secundùm præsentem canonem punientur sacrati, qui à civilibus judicibus judicari elegerint. Videtur autem ex verbis canonis, quæ dicunt deponi sacratos, qui litigaverint in foro civili pro causa pecuniaria, & vicerint, nisi à sua sententia desistant, quòd judicium quidem factum ab incompetenti judice, ex voluntate ejus qui est sacratus, tenendum est & non labefactandum. Qui autem ecclesiasticum recusavit judicium & fori præscriptione non est usus, sacratus punietur, ut superiùs dictum est. Electitios autem judices hîc ne dixeris cujusmodi ii tit. vii. libri dicit, qui scilicet cum pœnæ stipulatione judicant: sed ecclesiasticos ordinarios. Illi enim non possunt causam criminalem judicare: hi verò, ut ex præsenti canone ostenditur, omnem causam judicant. De spectaculis autem, & equorum curriculis, & venationibus, & scenicis saltationibus, satis diximus in xxiv. can. Syn. in Trullo, & in li. ubi etiam præsentis canonis meminimus: & lege eos. Quære etiam sanctorum Apostolorum can. lxxiv. Syn. Antioch. can. xiv. & xv. Syn. Chalcedonensis can. x. xvii. Syn. Sardic. can. iii. v. xiv. & hujus can. xxviii. cxx. & cxxi. Quòd autem possint sacrati renunciare præscriptioni fori, quære cap. ix. iii. tit. iii. lib. Basilic.

Digitized by Google

ZONAR. In omnium, qui ſacris initiati ſunt, quin & in Monachorum controverſiis, ejus cui ſubjecti ſunt Epiſcopi propria cauſæ cognitio eſt. Sive igitur aliquis horum deferatur, ſive deferat conclericum, coram ipſius Epiſcopo, ſive rei capitalis, ſeu civilis, aut pecuniariæ quæſtio ſit, rem tranſigi oportet. Quòd ſi ex iis quiſpiam, ſe ab Eccleſiaſtica juriſdictione ſubtrahens publico judicio, apud magiſtratus nimirum populares, hoc eſt, civiles purgari, id eſt, ſe à culpa immunem probare contendat; quamvis in eo judicio ſuperior evaſerit, eúmque ab objecti facinoris culpa omnino procul abfuiſſe judiçes pronunciârint; locum tamen proprium, gradum videlicet, ac ſacerdotii dignitatem amittet, atque vel ob id ipſum, quod ab Eccleſiaſtica juriſdictione ſe ſubduxerit, depoſitione punietur. Atque hæc quidem, quocunque demum crimine ſacratus accuſetur, ita ſervari placet: at ſi civilis ſive pecuniariæ rei ſit controverſia, quamvis ſecundum eum, qui ſacris initiatus eſt, lis data fuerit; niſi tamen ipſe rem totam & eam, quæ ſecundum ipſum pronunciata fuit, ſententiam contemnat, gradu ſuo nihilominus excidet. Quod ſi ab Epiſcopis, aliiſve cognitoribus, ad alios Eccleſiaſticos judices, Metropolitanos videlicet, aut Patriarchas, quiſpiam provocet, illique cauſa examinata, judicatum ſolvi, hoc eſt, reſcindi placere decreverint; nihil in eos, inquit, qui prius judicium exercuere, grave conſtituatur.: niſi forte illos, aut odio impulſos, quod videlicet ei, quem condemnârunt, infenſi forent, aut ſtudio, quod quempiam benevolentia erga illum adducti abſolverint, aut mercede emptos id namque eſt, gratia corruptos, judicâſſe probatum fuerit. Mercede namque emptus is dicitur, qui pecuniam accipit, aut aliud quodcunque beneficium, ab eo, à quo corruptus eſſe dicitur. Nam quicunque aut odio aut amore adducti, aut largitione corrupti, judicium minus fideliter exercuiſſe deprehenſi fuerint, propria illos dignitate mulctari decretum eſt. Quòd ſi judices illi ipſi, qui inter ſe judicio conflictantur, accuſator nimirum & reus, elegerint, quamvis, inquit, pauciores, quàm præfinitum eſt, deſignentur, nempe in Epiſcoporum cauſa duodenis, Presbyterorum ſex, Diaconorum tribus: tamen ab his judicibus damnato provocandi facultas non erit. Quod civiles quoque leges eodem modo ſanxêre, ut tertio libro, titulo primo capite quadrageſimo quarto & libro nono Baſilic. videre eſt. His abſolutis, de filiis Presbyterorum, ne aut ſpectacula ipſis exhibere aut quæ ab aliis exhibentur ſpectare liceat, canon decernit. Eſt verò hoc quod dicitur de ſpectaculis exhibendis ejuſmodi: fuere ſiquidem in magnis urbibus theatra, tum equi quoque ad certamina beſtiæque ad pugnam alebantur, eáque, tum equorum ac beſtiarum, tum reliquorum ſpectaculorum, quæ in theatris exhibenda forent, curatio nonnullis ex civium numero committebatur, quibus, & equeſtre certamen, & beſtiarum pugna, & quæcunque alia in theatris præberi ſolita, curæ fuêre. Rerum igitur hujuſmodi curatores eſſe Sacerdotum filios hic canon vetat. Sacerdotes enim filios ſuos in doctrina ac lege domini inſtituere debent, ut eſt apud Divum Paulum, qui etiam epiſtola ad Titum, dum eorum, qui Sacerdotes creandi ſunt, conditiones exequitur, ad alia hoc quoque addidit; Si quis filios habet fideles, non in accuſatione luxuriæ, aut immorigeros. Et epiſtola ad Timotheum, dum eum, qui Epiſcopatũ deſiderat, qualem oporteat eſſe deſcribit, præter cætera id etiam appoſuit, filios habentẽ ſubditos cum omni caſtitate. Qui vero mimorum equorúmque ſpectaculis, aliiſque hujuſmodi ludicris, occupantur, neque intemperantiæ crimen effugient, neque integritatis & caſtimoniæ teſtimonio commendabuntur. Nec vero mirum ſi hæc vitæ degendæ ratio à filiis ſacerdotum exigatur: nam & Chriſtianis omnibus, ne ad ea loca ubi blaſphemiæ ſunt accedere liceat, interdictum fuit. Blaſphemiæ verò nomine ea, quæ licenter ac inverecundè fiunt, ſignificavit. Ob illa quippe fideles, quaſi temperantiæ integritatiſque contemptores, ab infidelibus blaſphemantur.

ZΩΝΑΡ. Τοῖς ἱερωμένοις ἅπασιν, ἀλλὰ μήν καὶ μοναχοῖς προσφορά εἰσι δικασήρια, τὰ τῶν ἐπισκόπων, οἷς ὑποκεῖνται. εἴτε οὖν ἀναγκαῖόν τις τούτων, εἴτε ἀναγκάσῃ καὶ συγκληρικῷ, ἢ ἐπὶ ἐπισκόπῳ αὐτοῦ καὶ ἀναγκάσῃ καὶ ἀναγκάσῃ ὀφείλῃ, κἂν ἐγκληματικὸν εἶη τὸ δικασήριον, κἂν πολιτικὸν· ἤτοι χρηματικόν. ἐὰν δὲ παραιτήσηταί τις τῶν τοιούτων τὸ ἐκκλησιαστικὸν δικασήριον, καὶ δημοσίοις δικασηρίοις, ἤγουν δημοτικοῖς ἀρχόντων, τυτέστι πολιτικοῖς, τελέσῃ καθαρθῶναι, ἀντὶ τοῦ καθαρὸς φανῆναι τῷ αἰτιάματος, κἂν νικήσῃ ἐν τῷ δικασηρίῳ ἐκείνῳ, καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ ᾖ ἡ ἀπόφασις, ἀλλῶν αὐτὸν ἀπεφανομένη τῷ ἐγκλήματος, ἐφ' ᾧ κατηγορῆτο, ὅμως καὶ ἴδιον τόπον, καὶ βαθμὸν δηλαδὴ, καὶ τὴν ἱερατικὴν τιμὴν ἀπολέσῃ, διὰ τοῦτο αὐτὸ καθαιρούμενος, ὅτι παρῆκε τὸ ἐκκλησιαστικὸν δικασήριον. ὅτι οὖν φησιν ἔγκλημα εἶη τὸ κινδυνεῦον καὶ τῶν ἱερωμένου, τὰ εἰρημένα δηλοῖ σαφῶς· ὅτι ἡ πολιτικὴ δίκη τὸ κινούμενον, ἤτοι χρηματικὸν, καὶ ἂν δικαιωθῇ ὁ ἱερωμένος, καὶ οὕτως ὀκνεῖται τοῦ οἰκείου βαθμοῦ, εἰ μὴ καταφρονήσῃ τῶν προστάγματος, ἐφ' ᾧ ἐδικαιώθη, καὶ τὴν δικαίως αὐτὸν ἀποφάσεως. ἐὰν δὲ ἔκκλητος γένηται, ἢ ὑπὸ ἄλλων δικασμένων ἢ δικαστῶν ἑτέρων, ὑπὸ ἄλλως ἐκκλησιαστικὸς δικαστὰς, ἤγουν ὑπὸ μητροπολίτας ἢ πατριάρχας, καὶ ἐξεταζομένη ἐν τῇ ἐκκλήτῳ ἡ ἀπόφασις λυθῇ, ἀντὶ τοῦ ἀναιρεθῇ, μηδὲν, φησι, βλαπέσθωσθω οἱ πρώτου ἀποφηνάμενοι· εἰ μή τις ἐλεγχθῶσιν, ἢ καὶ ἔχθραν δικάσαι, ὡς ἐχθρωδῶς ἔχοντες καὶ προκαταδικασθέντος, ἢ καὶ πρωσπαθήσαι, ὡς φιλίως διακείμενοι πρὸς τὸν δικαιωθέντα, ἢ δωροδοκηθέντες· τοῦτο γὰρ ὅτι τὸ χάριτι ὑποφαιρῶν. δωροδοκεῖ δέ τις, ἢ χρήματα λαμβάνων, ἢ ἄλλου τινὰ χάριν αὐτῷ πληρῶντος ἢ αὐτὸν ὑποφθειρόντος. εἰ γὰρ δι' ἔχθραν ἢ προσπάθειαν ἢ δωροδοκίαν φανῇ μὴ καλῶς ψηφισάμενος, βλαβήσονται καὶ τὴν οἰκείαν τιμίαν. ἐὰν δὲ ἀρετίσωσιν οἱ τὸ ὑποθέσιν ἔχοντες, ὅ τε κατήγορος καὶ ὁ κατηγορούμενος, δικασὰς, εἰ καὶ ὀλιγώτεροι, φησὶν, ἢ ἐν τῷ ὁριζόντων, τῷ ις'. ὅτι ὑπατικῶν, καὶ τῷ ἐξ ὅτι πρεσβυτέρων, καὶ τὸ τριῶν ὅτι διακόνων, ὁ καταδικασθεὶς ὑπ' ἐκείνων οὐ δυνήσεται ζητεῖν ἔκκλητον. τοῦτο δὲ καὶ νόμοι πολιτικοὶ διατάττονται, καὶ ζήτει βιβλίον τῷ βασιλικῷ γ'. πίτ. α'. κεφάλαιον μδ'. καὶ βιβλίον θ'. ὅτι τέτοις ὁ κῆρυξ περὶ τέκνων τῷ ἱερέων φησιν, ἵνα μήτε θεωρία ἐκπελῶσιν αὐτοὶ, μήτε ἄλλων τοιούτων θεαμάτων καὶ θεωρῶσι. Τὸ δὲ θεώρια ἐκπελεῖν τοιοῦτόν ἐστιν· ἐν ταῖς μεγίσταις πόλεσιν θέατρα ἦν, καὶ ἵπποι ἐτρέφοντο ἀμιλλητήριοι καὶ θηρία εἰς θηριομαχίαν, καὶ ἀνετίθετο ἡ ἱπποδρομία, καὶ ἡ τῶν θηρῶν ὑπομέλεια, καὶ ἡ φροντὶς τοῦ τοὺς θεωρίας ἐν τοῖς θεάτροις ὑπελθεῖν, οἷοις τῷ πολιτικῷ, καὶ ἐκείνοις ἔμελλε θεάτρου τῶν ἵππων ἀμίλλης καὶ τῆς θηριομαχίας καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα ἐν τοῖς θεάτροις εἴωθε γίνεσθαι. ταῦτα οὖν γίνεσθαι παίδων τῶν ἱερέων ἐκώλυσεν ὁ κῆρυξ. δεῖ γὰρ τοὺς ἱερεῖς τὰ οἰκεῖα τέκνα ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ κυρίου ἀνάγειν, κατὰ τὸν μέγαν Παῦλον, ὃς καὶ πρὸς Τίτον γράφων οἵους δεῖ καθιστᾶν πρεσβυτέρους, πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦτο ἔγραψεν· εἴ τις ἔχει τέκνα ἔχων πιστὰ, μὴ ἐν κατηγορίᾳ ἀσωτίας, ἢ ἀνυπότακτα. καὶ Τιμοθέῳ ὑπισέλλων, οἷ δεῖ καὶ ἐπισκοπῆς ὀρεγόμενον εἶναι, τοῖς λοιποῖς καὶ τοῦτο προσέθετο, τὰ τέκνα ἔχοντα ἐν ὑποταγῇ μετὰ πάσης σεμνότητος. τὰ θεωρίας δὲ μίμων προσέχοντα καὶ ἱπποδρομίαις χαλιζόντα, καὶ τοιούτοις ἄλλοις, οὔτε ἀσωτίας ὑπόληψιν ἐκφεύξονται, οὔτε σεμνότης αὐτοῖς προσμαρτυρήσεται. καὶ οὐ θαυμαστὸν εἰ καὶ τῶν ἱερέων τέκνα τοιαύτῃ διαγωγῇ ἀπαντοῦσιν· ἐπεὶ καὶ πᾶσι Χριστιανοῖς κεκήρυκται, μὴ προσιέναι, ὅπου βλασφημίαι εἰσί. βλασφημίαι δέ, τὰ ἀσέμνως γινόμενα ἐκάλεσεν. ὡς βλασφημεῖσθαι ποιοῦντα τοὺς πιστοὺς διὰ τῶν ἀπίστων, οἷα μὴ ἐν σωφροσύνῃ ζῶντας ἢ σεμνότητι.

Digitized by Google

ΑΡΙΣΤ. Ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς, ἐγκληματικῷ κινυμένῳ πράγματος, εἰ τὴν ἐκκλησίαν ἀφεὶς, τοῖς δημοσίοις προσδράμοι, καὶ ἀδικέσθω, καὶ ἴδιον ἀπολέσει βαθμόν. εἰ ὑπερέξει δὲ καὶ ἐπὶ πολιτικαῖς κεφαλαίς, εἰ τούτῳ συνοίσει, καὶ ἴδιον ἀπολέσει βαθμόν. δικαστὰς δὲ μὴν ἐκκλησιαστικοὺς, εἰ μὴ ἐλέγχοιντο κατὰ προπάθειαν ἢ ἀντιπάθειαν προδεδιωκηκότες, ἐκκλητος γενομένη οὐκ ἀμύνεται. ἐὰν δὲ τὰ μέρη ὅπλέξωνται δικαστὰς, τούτων μὴ ἀφιστάσθωσαν.

ARIST. *Episcopus vel Clericus, causâ criminali ei institutâ, si relictâ Ecclesiâ, ad judicia publica recurrat, etiam injuriâ affectus, proprium amittet gradum. Si verò & vicerit in negotiis politicis, si hoc sequatur, proprium gradum amittet. Ecclesiasticos autem judices, nisi gratiâ aut odio antea judicâsse convincantur, appellatio instituta non propellit. Si partes vero judices elegerint ab iis ne discedant.*

Οὐ δεῖ πρᾶγμα ἐπίσκοπον, ἢ κληρικὸν, ὃ ἐκκλησιαστικὸν δικαστήριον. ὅθεν ἐάν τις τούτων κατηγορούμενος ἐγκληματικῶς, τὴν ἐκκλησιαστικὴν παραιτήσηται κρίσιν, καὶ πολιτικοῖς δικασταῖς προσέλθῃ, καὶ πρὸ ἐκείνοις γυμνάσῃ τὰ τῆς αἰτιάσεως· κἂν φανερὸν ᾖ, καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ ἡ ἀπόφασις ἐξενεχθῇ, καὶ ἴδιον ἀπολέσει βαθμόν. εἰ δὲ οὐκ ἐγκληματικὴ ἔξις ἡ κατ' αὐτῶν αἰτίασις, ἀλλὰ χρηματικὴ, καὶ συμβῇ καὶ ἐπὶ ταύτῃ ἡττᾶσθαι αὐτούς, ὃ πρόσφορον αὐτοῖς παραιτησαμένοις δικαστήριον, καὶ κοσμικοῖς δικασταῖς προσελθόντας, καὶ πρὸ ἐκείνων κριθέντας· εἰ μὲν αἱρεῖσθαι τῇ ὑπὲρ αὐτῶν ψήφῳ συνοίσειν, καὶ ὃ πράγμα εἰς ὃ ἐνίκησαν ἀπαιτεῖσθαι, καὶ ἴδιον βαθμὸν ἀπολέσουσιν. εἰ δὲ καταφρονῶσι τῆς δικαιώσεως, καὶ ἀπολέσαι αἱρεῖσθαι τὸ εἰς ὃ ἐνίκησαν, καὶ οἰκεῖον τόπον καθέξουσιν. εἰ δέ τις πρὸ ὑπατικῶν κριθεὶς, καὶ καταδικασθεὶς, πρὸς μείζονας ἐκκλησιαστικοὺς δικαστὰς ἐκκαλέσηται, καὶ ἀναιρέσει ἰσχύσῃ τὴν ψῆφον αὐτῶν· ὑδεμίαν βλάβην τοῦτο ἐπάξει τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς δικασταῖς ἐκείνοις, ὧν ἡ ἀπόφασις ἀναιρεθήσεται· εἰ μήτε κατ' ἔχθραν, ἢ κατὰ προπάθειαν, ἢ κατά τινα χάριν ἀπελεγχθῶσιν ἐμπαθῶς τὴν κρίσιν ποιήσασθαι. ὅσοι δὲ τῶν αἰτιωμένων ὑπατικῶν, ἢ κληρικῶν, ἐπιλέξονται ἐκκλησιαστικοὺς δικαστὰς, καὶ πρὸ αὐτοῖς κριθῆναι θελήσουσι, κἂν ἧττονες ἐπὶ μὲν ὑπατικῶν κατηγορουμένων, τῶν δώδεκα ἐπισκόπων ὦσιν· ἐπὶ δὲ πρεσβυτέρων, καὶ διακόνων, τῶν ἑπτὰ, ἢ καὶ πασάρων, καθὼς ἐν τῷ δωδεκάτῳ κανόνι τῆς πρόσθεν συνόδου ἐγράψαμεν, οὐκ ὀφείλουσι καταδικασθέντες ἐκκαλεῖσθαι καὶ τῶν κρίσεως αὐτῶν. ἡ γὰρ ἔκκλητος ἀπειρίαν, ἢ ἀδικίαν ἐπανορθοῦται τοῦ δικαστοῦ. πῶς γοῦν ὁ ἐπιλεξάμενος ἐκκλησιαστικοὺς δικαστὰς, οὓς καὶ λόγον, καὶ βίαν ἀνεπιλήπτους ἔκρινεν εἶναι, ἀναδεχήσεται, λέγων, ἀπείρως ἢ ἀδίκως ὑπ' αὐτῶν κεκρίσθαι, καὶ οἱονεί τινα μέμψιν τοῖς παρ' αὐτοῦ οἱονεὶ κεκριμένοις ἱερατικοῖς ἐπάγειν ἀνάρρησιν.

A ARIST. *Episcopus vel Clericus, causâ criminali ei institutâ, si relictâ Ecclesiâ, ad judicia publica recurrat, etiam injuriâ affectus, proprium amittet gradum. Si verò & vicerit in negotiis politicis, si hoc sequatur, proprium gradum amittet. Ecclesiasticos autem judices, nisi gratiâ aut odio antea judicâsse convincantur, appellatio instituta non propellit. Si partes vero judices elegerint ab iis ne discedant.*

Non oportet Episcopum aut Clericum judicium Ecclesiasticum recusare. Quapropter si quis ex iis criminaliter accusatus, Ecclesiasticum recusaverit judicium, & ad civiles judices accesserit, & coram iis, quæ ad accusationem suam spectant, denudaverit, quamvis innocens appareat, & pro eo lata sit sententia, proprium gradum amittet. Si autem non criminalis sit contra eos accusatio, sed pecuniaria, & accidat de istâ evadere eos judicium ipsis conveniens recusantes, & ad seculares judices accedentes, & ab iis judicatos; si quidem sententiæ ab iis latæ acquiescere vellent, & id pro quo contendebant, exigere, proprium gradum amittent. Si autem despectui habuerint causæ suæ prolationem, illúdque pro quo contendebant amittere mallent, locum suum retinebunt. Si quis autem ab Episcopis accusatus & condemnatus, ad majores Ecclesiasticos judices appellaverit, eorumque sententiam evertere potuerit, nullam hoc illis judicibus Ecclesiasticis, quorum sententia evertitur, noxam afferret, nisi forsitan propter odium, aut passionem, vel gratiam aliquam cum affectu sententiam tulisse convincantur. Quicunque autem ex accusatis Episcopis aut Clericis, Ecclesiasticos judices elegerint, & ab iis judicari voluerint, quamvis contra Episcopos accusatos duodecim Episcopis sint pauciores, contra Presbyteros autem & Diaconos septem vel etiam quatuor, quemadmodum & in xii. præsentis Synodi Canone scripsimus, condemnati non debent contra judicium eorum appellare: appellatio enim judicis insciti vel injustitiam corrigit. Quomodo itaque, qui judices Ecclesiasticos eligit, quos & sermone & vitâ inculpatos esse judicavit, dicens se insipienter & injustè ab iis judicari, & reprehensionem quandam hominibus Sacerdotalibus ab ipso judicatis afferre admittatur?

ΚΑΝΩΝ ις'.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ἐπίσκοποι καὶ πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι ἐκλήπτορες μὴ γίνωνται ἢ πρακτῆρες, μηδὲ ἔκ τινος αἰσχροῦ ἢ ἀτίμου πράγματος τροφὴν περίζωνται· ὀφείλουσι γὰρ ἀποβλέπειν εἰς τὸ γεγραμμένον· οὐδεὶς στρατευόμενος τῷ θεῷ ἐμπλέκει ἑαυτὸν πράγμασι κοσμικοῖς· καὶ ὥστε τοὺς ἀναγνώστας εἰς τὴν ἡλικίαν τῶν ἥβης ἐρχομένους ἀναμένειν, ἢ συμβίους ἀγαγέσθαι, ἢ ἐγκράτειαν ὁμολογεῖν. ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα κληρικὸς, ἐὰν χρήματα δῷ ᾧ ἂν χρήσει, τὰ χρήματα λάβῃ· ἐὰν εἶδος, ὅσον δέδωκε λάβῃ. καὶ ἵνα περὶ τὸ εἰκοσιπέντε ἐνιαυτῶν μήτε διάκονοι χειροτονῶνται. ἀλλὰ καὶ οἱ ἀναγνῶσται δῆμον μὴ προσκυνῶσιν.

ΒΑΛΣ. Περὶ μὲν τῶν κληρικῶν τῶν παρεμβαλλόντων ἑαυτοὺς εἰς κοσμικὰς ἐνεργείας ἐγράψαμεν εἰς τὸ ιγ'. κεφ. τοῦ η'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος· εἰς δὲ τὸν ς'. καὶ πγ'. ἀποστολικὸν κανόνα· καὶ εἰς δὲ τὸν γ'. κανόνα τῆς δ'. συνόδου. καὶ ἀναγνωθήτωσαν. καλαγεωδῶν δὲ εἰς τὴν παροῦσαν ἑρμηνείαν καὶ ἡ κατὰ τὴν η'. τοῦ Δεκεμβρίου μηνὸς τῆς ς'. ἰνδικτιῶνος γενομένη συνοδικὴ σημείωσις, εἰς τὴν ἐφημερίαν τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου κυρίου Λουκᾶ, ἢ καὶ τόμον τάξιν ἐπέχουσα. ὡσαύτως καὶ ἡ σημείωσις τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου κυροῦ Ἰωάννου, ἡ γενομένη χάριν

CANON XVI.

Similiter placuit, ut Episcopi, Presbyteri & Diaconi conductores vel procuratores non fiant; nec ex turpi aliquo vel vili negotio victum sibi quærant; debent enim ad id quod scriptum est respicere, Nemo Deo militans seipsum implicat secularibus negotiis, & ut Lectores ad pubertatis tempus venientes cogantur, vel uxores ducere, vel continentiam profiteri. Similiter placuit, ut si Clericus mutuas pecunias dederit, pecunias accipiat: sin autem speciem, quantum dederit accipiat. Et ut ante xxv. annos Diaconi non ordinentur. Sed & Lectores populum non salutent.

BALS. De Clericis quidem, qui se negotiis secularibus ingerunt, scripsimus in decimo tertio capite octavi tituli præsentis operis; in sexto & octogesimo tertio Canone Apostolico, & in tertio Canone quarti Synodi, & lege eos. In præsenti autem interpretatione ponetur & quæ octavo mensis Decembris sexta Indictione facta est Synodalis declaratio, tempore sanctissimi Patriarchæ domini Lucæ, quæ etiam decisionis locum obtinet. Similiter & promulgatio Patriarchæ illius domini Joannis, quæ facta est,

Digitized by Google

ΒΑΛΣ. Ο δωδέκατος ἡμῶν τὴν οἰκονομικῶς ἑβδόμης συνόδου περὶ ἐκποιήσεως αὐλουργίων ἐπισκοπείου ἢ μοναστηρίου διαλαμβάνῃ, ἀλλὰ μισθώσεως καὶ ἐκδόσεως· καὶ ἀναγνωσον τὰ ἐν αὐτῷ πρὸ ἡμῶν γεγραμμένα. ὁ δὲ πρὸ ἡμῶν ἐνορίζει, μὴ ποιεῖσθαι πρᾶγμα ἐκκλησιαστικὸν πρόσοδον ἔχον, καὶ ὃν δηλονότι ἀκίνητον. ἐὰν δέ, φησίν, ἀνάγκη κατεπείγῃ πολλὴ τὴν ἐκκλησίαν, καὶ διὰ τοῦτο δέσῃ ἐκποιηθῆναι ἀκίνητον ἐκκλησιαστικὸν πρώτως ἀπρόσοδον (ὃ γὰρ ἔχον πρόσοδον ὁπωσδήποτε οὐκ ἐκποιῆται) χρὴ τὰ περὶ τούτου ἀναφέρῃ τῷ πρωτεύοντι τῆς ἐπαρχίας, ἤγουν τῷ μητροπολίτῃ, καὶ μετὰ τοῦ ὡρισμένου ἀριθμοῦ τῶν ἐπισκόπων, ἤγουν τῶν δώδεκα ἀρχιερέων, οὓς ὡρίσατο συνιόντας ἀκροᾶσθαι τῶν καὶ τοῦ ἐπισκόπου αἰτιαμάτων, καθὼς πολλάκις εἴρηται, βουλεύεσθαι τί δεῖ πρᾶξαι. εἰ ἡ μεγάλη ἀνάγκη βιάζῃ τὴν ἐκκλησίαν εἰς τὴν ἐκποίησιν, καὶ ᾖ δύναται ὁ ἐπίσκοπος τὰ περὶ τούτου ἀναφέρειν τῷ μητροπολίτῃ καὶ τοῖς περιφορείοις ἐπισκόποις, ὀφείλῃ μεταπαλέσθαι τοὺς γειτνιάζοντας ἐπισκόπους εἰς μαρτυρίαν τῆς τε ἀξιότητος τῆς ἀνάγκης, καὶ τῆς ὠφελιμωτικῆς ἐκποιήσεως τοῦ πράγματος. εἰ δὲ μὴ οὕτω ποιήσῃ, καὶ τῷ θεῷ ὑπόδυνος ἔσται, καὶ καθαιρεθήσεται. ἔστι τὰ μὲν τοῦ νόμου ἐν τούτοις. οὐ δὲ ἀνάγνωσον καὶ ὅλον β'. τίτλον τοῦ ε'. βιβλίου τῶν βασιλικῶν, νεαρὰν οὖσαν Ἰουστινιάνου ρκ'. καὶ διδάσκουσα περὶ ἐμφυτεύσεως, πράσεως, καὶ ἁπλῶς περὶ πάσης ἐκποιήσεως, ἃ μόνον ἐπισκοπικῶν ἤτοι ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων, ἀλλὰ καὶ μοναστηριακῶν, καὶ τῶν ἀνηκόντων διαφόρων οἴκοις, ὡσαύτως καὶ περὶ ἐκποιήσεως ἱερῶν σκευῶν. καὶ κατὰ τὴν τοιαύτην νεαρὰν μεταλλαγεῖσαν ἔσθ' ὅτε καὶ πολὺ τοῦ παρόντος κανόνος, ἀλλὰ καὶ μὴ τὴν συνήθειαν τοῦ νομοκανόνου δεῖ θεῖσθαι καὶ καταγρωθεῖσθαι εἰς τὰ βασιλικά, λέγω, ποτὲ μὲν μὴ κωλύειν τὰς ἐκποιήσεις τῶν ἐκκλησιαστικῶν καὶ μοναστηριακῶν κινητῶν καὶ ἀκινήτων πραγμάτων, ποτὲ δὲ ἐμποδίζειν. καὶ ἀνάγνωθι καὶ τὸ β'. κεφάλ. τῆς πρὸς Δόμνον ἐπιστολῆς τοῦ ἁγίου Κυρίλλου. σημείωσαι δὲ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος, ὅτι τὰ συνοδικῶς νόμιμα σημειώματα χάριν ἐκκλησιαστικῶν τινων ὑποθέσεων, καὶ δεκρέτου τύπον ἐπέχοντα, ἐξ ἀνάγκης ὀφείλουσι γίνεσθαι παρὰ τοῦ κυ χώραν πρώτου καὶ ιβ'. ἀρχιερέων, καὶ τὰ ἄλλως πως γινόμενα, ὡς δυνάμενα ἰσχὺν ἔχειν τὸ ἐνεργόν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. ἔτι σημείωσαι, ὅτι καθαιρεῖ ὁ ἐπίσκοπος, μὴ κυ τὴν ῥηθεῖσαν Ἰουστινιάνου νεαρὰν ἐκποιοῦμενον ἐκκλησιαστικὸν ἱερὸν ἢ ἀκίνητον, κἂν τοῦτο ὑπερόσκῃ τῇ ῥηθείσῃ νεαρᾷ. ἱεροσυλία γάρ ἐστιν ἡ μὴ κυ τὴν νεαρὰν νομοῦσα ἐκποίησις. C D E F

ΖΩΝΑΡ. Τὰ ἐκκλησιαστικὰ πράγματα ἀνεκποίητα εἶναι δεῖ. ἐὰν δὲ πολλή τις ἀνάγκη κατεπείγῃ, καὶ ὃ μέλλον δι' ἐκείνου ἐκποιεῖσθαι ἀπρόσοδον ᾖ, χρὴ τοῦτο, ὃ εἶναί τι ἀπρόσοδον ὃ πρᾶγμα, καὶ ὃ καταπεπιεσμένως ὑπὸ ἀνάγκης πολλῆς, ἐμφανίζειν τῷ πρωτεύοντι τῆς ἐπαρχίας, δηλαδὴ τῷ μητροπολίτῃ, καὶ μετὰ τοῦ ὡρισμένου

Canon XXIX.

Similiter placuit, ut rem Ecclesiasticam nemo vendat: quæ res, si reditus non habeat, & magna aliqua necessitas urgeat, id ejus Provinciæ Primati ostendatur, & cum præfinito Episcoporum numero deliberetur, quid agere oporteat. Sin autem tanta premat Ecclesiam necessitas, ut non possit, antequam vendat, consultare; saltem vicinos ad testimonium vocet Episcopus curam adhibens, ut Synodo demonstret urgentes omnes incommoditates, quæ suæ Ecclesiæ evenerunt: quod nisi fecerit, & Deo & Synodo rationi reddendæ obnoxius videbitur venditor, & à proprio honore alienus.

Bals. Duodecimus Canon universalis septimæ Synodi de prædiorum rusticorum, Episcopatus vel Monasterii alienatione tractat, & etiam de elocatione: & lege quæ in eum à nobis scripta sunt. Præsens autem Canon statuit, rem Ecclesiasticam quæ reditum habet, & est videlicet immobilis, non alienari. Sin autem, inquit, multa necessitas urgeat Ecclesiam, & propterea oporteat alienari rem Ecclesiasticam immobilem, quæ nullius est omnino reditus (quæ enim affert reditum nulla ratione alienatur) oportet hoc ad Primatem Ecclesiæ seu Metropolitanum referre, & cum præfinito Episcoporum numero, duodecim scilicet Antistitum, quos convenientes adversus Episcopum criminationes audire, ut sæpe dictum est, consultare debere statuit quid sit agendum. Sin autem magna urget Ecclesiam necessitas ad alienandum, & non potest Episcopus ad Metropolitanum & competentes Episcopos de ea re referre: debet vicinos Episcopos accersere ad testificandam acrem & urgentem necessitatem alienandæ rei. Si autem hoc non fecerit, & Deo erit obnoxius, & deponetur. Et in his quidem consistit Canon. Tu autem lege totum secundum titulum quinti libri Basilic. quæ est Novella Justiniani cxx. quæ quidem docet de emphyteusi, venditione, & de omni, ut semel dicam, alienatione rerum non solùm Episcopalium, sive Ecclesiasticarum, sed etiam Monasterialium, & ad sacrosanctas ædes pertinentium: similiter & de alienatione sacrorum vasorum. Et secundùm quidem hanc Novellam, quæ est præsenti Canone multò recentior; quin & secundùm constitutionem Nomocanoni, quæ in Basilic. admissa & ibidem sita est, dic; aliquando quidem non prohiberi alienationes Ecclesiasticorum vel etiam Monasterialium mobilium & immobilium bonorum, aliquando verò prohiberi. Lege & secundum caput Epistolæ sancti Cyrilli ad Domnum. Nota autem ex præsenti Canone, quòd quæ synodaliter fiunt de causis quibusdam Ecclesiasticis statuta, & decreti locum obtinent, debent necessariò fieri à Primate Provinciæ & xii. Antistibus; & quæ aliquo alio modo fiunt, vim suam non obtinebunt, ut mihi videtur, utpote quæ consistere nequeant. Præterea nota, quòd deponitur Episcopus, qui non secundùm dictam Justiniani Novellam Ecclesiasticum sacrum vel immobile alienat, etiamsi hoc dictæ Novellæ non sit adjectum. Est enim manifestè sacrilegium, quæ non sit secundùm Novellam, alienatio.

Zonar. Ecclesiasticas possessiones alienare omnino haud licet. Quod si ejus rei gravis aliqua necessitas contingat, sitque alienanda possessio sterilis & infructuosa; tum vero, & infrugiferam eam rem esse, & gravem ejus alienandæ necessitatem instare, Provinciæ Primati, Metropolitano videlicet indicare, ac de re tota

Digitized by Google

cum præfinito Episcoporum numero deliberare oportet. Præfinitum vero numerum, duodecim, quos in Episcoporum criminibus cognitores esse vult, intelligi arbitror. Si verò necessitatis ejus magna vis Episcopo Metropolitanum adeundi, & cum Episcopis deliberandi, facultatem adimat; tunc saltem vicinos Episcopos, & magnæ necessitatis, & negotii totius, & rei alienationis ab Episcopo testes adhiberi oportet. Quod si facere neglexerit, & Deo erit obnoxius, hoc est, & facti rationem Deo reposcente reddet, & à Synodo, proprio honore, hoc est summi Sacerdotii dignitate privabitur. Magnus vero Cyrillus in Epistola ad Domnum hæc habet; Vasa pretiosa, inquit, ac possessiones immobiles salvas atque incolumes Ecclesiis conservari oportet. Lege præterea Oecumenicæ septimæ Synodi Canonem duodecimum.

A ἀριθμοῦ τῶν ἐπισκόπων βουλεύεσθαι, τί δεῖ πρᾶξαι. ὡρισμένον δὲ ἀριθμὸν οἶμαι λέγει τοὺς ιβ'. οὓς ὡρίσατο συνιόντας ἀκροᾶσθαι τῶν κατὰ ἐπισκόπων αἰτιαμάτων. εἰ δὲ σφοδρά τις εἴη ἀνάγκη, ὡς μὴ δυνατὸν εἶναι προσελθεῖν τῷ ἐπίσκοπον τῷ μητροπολίτῃ, τοῖς ἐπισκόποις βουλεύσασθαι, τότε χρὴ τῷ ἐπίσκοπον, κἂν τοὺς γείτονας ἐπισκόπους εἰς μαρτυρίαν καλέσαι τῆς τε ὀξύτητος τῆς ἀνάγκης, καὶ περιστάσεως, καὶ ἐκποιήσεως τοῦ πράγματος. εἰ δὲ μὴ οὕτω ποιήσει, ὑπεύθυνος ἔσται τῷ θεῷ, τουτέστι καὶ τῷ θεῷ ὑφέξει λόγους, καὶ ὑπὸ τῆς συνόδου ἀλλοτριωθήσεται τῆς οἰκείας τιμῆς, ἤτοι τῆς ἀρχιερατικῆς. καὶ ὁ μέγας δὲ Κύριλλος ἐν τῇ πρὸς Δόμνον ἐπιστολῇ αὐτοῦ φησι, κειμήλια καὶ κτήσεις ἀκινήτους ἀνεκποίητα τῆς ἐκκλησίας σώζεσθαι χρή. ἀνάγνωθι καὶ τὸν ιβ'. κανόνα τῆς οἰκουμενικῆς ζ'. συνόδου.

B

ARIST. *Bona Ecclesiastica non sunt vendenda. Si verò reditus non habeant, sententiâ Episcoporum venduntur. Si verò necessitas non feret, ut consulatur, qui vendit vicinos vocabit. Sin ità non fecerit, Deo & Synodo reus tenetur.*

Episcopi non debent Ecclesiastica bona alienare, illa enim divini sunt juris, atque ideo non venalia. Si quis autem possessionem habeat reditus non proferentem, & Ecclesiam suam debitis gravatam & aliis pressam incommoditatibus & eam divendere vellet, ut pretium illius indebitorum solutionem conjiceret, aut ad alias quasdam urgentes necessitates; illam non vendat sine provinciæ istius Metropolitani, & coëpiscoporum ipsius sententiâ. Si autem tempus non habeat, propter imminentem ipsi necessitatem, cum iis de immobili reditus non habente consultare, quomodo illud venditurus sit, saltem vicinos in testimonium convocet, ut quæ Ecclesiæ illius acciderunt incommoditates, propter quas immobile illud vendit, cognoscant, & ea Syn. etiam postea exhibeant. Si autem hæc non observaverit, sed sua sponte venditionem fecerit; & Deo & Synodo reddente rationi obnoxius erit, & ab honore alienus.

ΑΡΙΣΤ. Ἄπρατα τὰ ἐκκλησιαστικὰ πράγματα· εἰ δὲ μὴ πρόσοδον ἔχει, γνώμῃ τῶν ἐπισκόπων πιπράσκεται. εἰ δὲ ἡ ἀνάγκη οὐχ ὑπομένει βουλεύσασθαι, τοὺς γείτονας ὁ πιπράσκων συγκαλέσει· εἰ δ' οὐχ οὕτω, θεῷ καὶ τῇ συνόδῳ ὑπεύθυνος.

Οὐκ ὀφείλουσιν οἱ ἐπίσκοποι τὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἐκποιεῖσθαι πράγματα· θείου γάρ εἰσι ταῦτα δικαίου, καὶ διὰ τοῦτο ἄπρατα. εἰ δέ τις κτῆμα ἔχων ἀπρόσοδον, καὶ τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῦ βαρυνομένην χρέεσιν, ἢ περιστάσεσιν ἄλλαις πιεζομένην, καὶ βουληθῇ τοῦτο διαπράσαι, ὥστε τὴν τιμὴν αὐτοῦ καταβαλεῖν εἰς ἀπόφλησιν τῶν χρεῶν, ἢ εἰς ἄλλας τινὰς κατεπειγούσας ἀνάγκας· μὴ τοῦτο πωλείσθω, ἄνευ γνώμης τῶν μητροπολίτου τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας, καὶ τῶν συνεπισκόπων αὐτοῦ. εἰ δ' οὐχ ἔχει καιρὸν, διὰ τὴν ἐπικειμένην αὐτῷ ἀνάγκην, τούτοις περὶ τῶν ἀπροσόδου ἀκινήτου βουλεύσασθαι, ὡς μέλλει τοῦτο πωλῆσαι· κἂν τοὺς γείτονας συγκαλείτω εἰς μαρτυρίαν, ἵνα τὰς ἐπισυμβάσας τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ περιστάσεις, δι' ἃς τὸ τοιοῦτον πωλεῖ ἀκίνητον, ἐπιγινώσκωσι, καὶ τῇ συνόδῳ ταῦτα καὶ μετέπειτα παραστήσωσι. εἰ δὲ οὐ ταῦτα φυλάξει, ἀλλ' αὐτοβούλως ποιήσεται τὴν διάπρασιν· καὶ τῷ θεῷ καὶ τῇ συνόδῳ ἔσται ὑπεύθυνος, καὶ ἀλλότριος τῆς τιμῆς.

C

D

CANON XXX.

Similiter confirmatum est, ut si quando Presbyter vel Diaconus alicujus gravioris criminis convicti fuerint, quod eos sacro ministerio necessariò movet, non esse eis manus imponendas, ut pœnitentiam agentibus, vel ut fidelibus Laicis; neque permitti eis, tanquam rebaptizatis, ad Cleri gradum promoveri.

BALS. Quidam eorum, qui locum habebant in pulpito, depositi propter criminales causas, volebant, ut est verisimile, Lectores ordinari, vel in alios gradus qui sunt extra pulpitum: & dicebant; Quoniam pœnitentiam agimus & in Laicorũ locum redacti sumus, debemus saltem ad eos gradus provehi, ad quos Laici provehuntur. Hoc ergo non admittentes Patres statuerunt, ut depositis non imponantur manus, ob qualemcunque in Clerum receptionem, etiamsi pœnitentiam agant, & ut fideles Laici recipiantur. Quia autem dicebant nonnulli baptismum sordes omnes abluere, & petebant secundò baptizari, ut elueretur forsan criminis macula, propter quam sunt depositi, & sic in Clerum reciperentur: decreverunt Patres ne hoc quidem fieri quòd unum baptismum facere nobis traditum est. Quamobrem nota etiam ex hoc, quòd qui post depositionem legunt in suggestu, vel precantur & dant benedictionem, malè faciunt.

ZONAR. Qui ob admissa facinora depositi ac de suo gradu dejecti sunt, præterquam in certis quibusdam peccatis, haud segregantur. Aliorum namque omnium suppliciorum instar illis depositio est. Quin & magnus Basilius Can. xxxii. Qui Clerici, inquit, peccatum ad mortem

ΚΑΝΩΝ λ'.

Ὁμοίως ἐβεβαιώθη, ἵνα ἐάν ποτε πρεσβύτεροι ἢ διάκονοι ἐπί τινι βαρυτέρῳ ἐγκλήματι ἐλεγχθῶσι τῷ ἀναγκαίως αὐτοὺς τῆς λειτουργίας ἀποκίνοντι, μὴ ἐπιτίθεσθαι αὐτοῖς χεῖρας ὡς μετανοοῦσιν, ἢ ὡς πιστοῖς λαϊκοῖς μηδὲ ἐπιτρέπεσθαι αὐτοῖς, ὥστε ἀναβαπτιζομένοις, πρὸς τῷ τῶν κλήρου βαθμὸν προκόπτειν.

E

ΒΑΛΣ. Τινὲς τῶν τῶν βήματος, καθαιρεθέντες διά τινα ἐγκληματικὰ αἰτιάματα, ἤθελον, ὡς ἔοικεν, ἀναγνώστας ταχθῆναι ἢ εἰς ἑτέρους βαθμοὺς ἔξω τοῦ βήματος ὄντας· καὶ ἔλεγον, ὡς ἐπεὶ μετανοοῦμεν καὶ εἰς τόπον κατηντήσαμεν λαϊκῶν, ὀφείλομεν κἂν εἰς βαθμοὺς τοιούτους προκόπτειν, εἰς οἵους καὶ οἱ λαϊκοὶ προκόπτουσι. τοῦτο οὖν μὴ δεξάμενοι οἱ πατέρες, ὥρισαν τοῖς καθαιρεθεῖσι μὴ ἐπιτίθεσθαι παρὰ τῶν ἀρχιερέων χεῖρας χάριν οἱασδήτινος κληρώσεως· κἂν μετανοῶσι, καὶ ὡς πιστοὶ λαϊκοὶ δέχωνται. ἐπεὶ δὲ ἔλεγόν τινες, ὡς τὸ βάπτισμα ῥύπον πάντα ἐκπλύνει, καὶ ἐζήτουν ἐκ δευτέρου βαπτισθῆναι, ὥστε ἀποπλυνθῆναι τάχα τὴν ἐγκληματικὴν ἀκαθαρσίαν, δι' ἣν καθῃρέθησαν, καὶ οὕτω κληρωθῆναι, ὥρισαν οἱ πατέρες μηδὲ τοῦτο γίνεσθαι, ὅτι ἓν βάπτισμα ποιεῖν ἡμῖν παραδέδοται. ὥστε σημείωσαι καὶ ἀπὸ τούτου, ὅτι οἱ μετὰ τὴν καθαίρεσιν ἀναγινώσκοντες ἐπ' ἄμβωνος, ἢ εὐχὰς διδόντες καὶ εὐλογητὸν, κακῶς ποιοῦσιν.

F

ΖΩΝΑΡ. Οἱ διά τινα ἁμαρτήματα καθαιρούμενοι, καὶ τῶν οἰκείων βαθμῶν ἐκπίπτοντες, οὐκ ἀφορίζονται, εἰ μὴ ἐπί τινων ἰδικῶν ἁμαρτημάτων. ἀρκεῖ γὰρ αὐτοῖς ἡ καθαίρεσις ἀντὶ πάσης ἄλλης τιμωρίας. φησὶ γὰρ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν λβ'. κανόνι αὐτοῦ, οἱ τὴν πρὸς θάνατον ἁμαρτίαν ἁμαρτάνοντες

Digitized by Google

ἁμαρτάνοντες κληρικοὶ ⁋ βαθμῷ καταγνῷ· ⁋ κοινωνίας ὃ ⁋ λαϊκῆς· οὐκ ἐξειργονται. ὁ γὰρ ἐκδικήσῃς δὶς ἐπὶ ταὐτό. τοῦτο οὖν καὶ ὁ πρῶτον λέγει κανών. ἐὰν γὰρ πρεσβύτερος ἢ διάκονος, φησὶν, ἐν βαρυτέρῳ ἁμαρτήματι ἐλεγχθῇ, ἐξ ἀνάγκης καθαιρεθῆναι αὐτὸν, καὶ χρὴ ἀφορίζεσθαι αὐτὸν, καὶ ὡς μεταγνοοῦντι αὐτῷ ἐπιτίθεσθαι χεῖρας. τοῖς γὰρ παρεισερχομένοις τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ ἐξαγορεύουσιν ἁμαρτήματα ἐπετίθουν τὰς χεῖρας οἱ ἀρχιερεῖς, ἢ κατὰ γνώμην αὐτῶν οἱ ἱερεῖς, καὶ εὐχόμενοι ἀφώριζον αὐτὲς, καὶ ἴσων ἕκαστον εἰς τόπον ἐπιτιμίᾳ πρὸς ὃ ἁμάρτημα αὐτῶ. τοῦτο οὖν ὁ χρή, φησὶ, γίνεσθαι ἐπὶ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων ἐκπιπτόντων τῆς λειτουργίας, μηδὲ εἰς τόπον καθίσασθαι αὐτὲς πιστῶν λαϊκῶν ἀφοριζομένων, μηδὲ ἐπιτρέπεσθαι αὐτοῖς βαπτίζειν, ὡς τοῦ θείου βαπτίσματος ἀπορίᾳ μολυσμὸν καθαίρειν πιστευομένου, ὥστε αὖθις μὴ ὃ βάπτισμα, ὡς ⁋ ῥύπου τῶν ἁμαρτιῶν κεκαθαρμένους, προκόπτειν εἰς τὸ ⁋ πλήθους βαθμόν. ἐκπλύνειν μὲν γὰρ ὃ θεῖον λουτρὸν ἅπαντα ῥύπον ἁμαρτιῶν πιστεύομεν, ἐφ' ᾧ βάπτισμα ποιεῖν ἡμῖν παραδέδοται.

ΑΡΙΣΤ. Πρεσβύτερος ἐλεγχόμενος καὶ μετανοοῦσαν, οὐκ ἀναβαπτίζεται ὡς προκόπτων· οὐδ' ὡς λαϊκὸς αὖθις χειροτονεῖται.

Ἅπαξ πρεσβύτερος καθαιρεθεὶς, ἢ διάκονος, διά τι ἁμάρτημα, καὶ μετανοῶν ὅτι ἁμαρτῶν, νῦν ἔτι, ὡς λαϊκὸς, πάλιν χειροτονηθήσεται· ἀλλ' οὐδὲ ἀναβαπτισθήσεται, ὅτι ⁋ ἀποπλύνει τὰ ἁμαρτήματα, καὶ ⁋ βαθμοῦ τοῦ ἱερέων ἢ τῶν διακόνων αὖθις τυχεῖν. ἓν γὰρ ὁμολογοῦμεν καὶ γινώσκομεν βάπτισμα.

ΚΑΝΩΝ λά.

Ὡσαύτως ἤρεσεν, ἵνα οἱ πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι, καὶ οἱ λοιποὶ κατώτεροι κληρικοὶ ἐν αἷς ἔχουσιν αἰτίαις, ἐὰν τὰ δικαστήρια μέμφωνται τῶν ἰδίων ἐπισκόπων, οἱ γείτονες ἐπίσκοποι ἀκροάσονται αὐτῶν, καὶ μετὰ συναινέσεως τῶν ἰδίων ἐπισκόπων τὰ μεταξὺ αὐτῶν διαλύωσιν οἱ προσκαλούμενοι παρ' αὐτῶν ἐπίσκοποι. δεῖ δὲ καὶ αὐτῶν ἔκκλητον παρέχειν νομίσωσι, μὴ ἐκκαλέσωνται εἰς τὰ πέραν τῆς θαλάσσης δικαστήρια, ἀλλὰ πρὸς τὰς προτιθείσας τῶν ἰδίων ἐπαρχιῶν, ὡς καὶ πρὸ τῶν ἐπισκόπων πολλάκις ὥρισται. οἱ δὲ πρὸς πραγματικὰ δικαστήρια διεκκαλούμενοι, παρ' οὐδενὸς ἐν τῇ Αφρικῇ δέχεσθαι εἰς κοινωνίαν.

ΒΑΛΣ. Εἰς ⁋ ιέ. κανόνα τῆς παρούσης συνόδου ἀρκούντως ἐγράψαμεν περὶ δικαστηρίων ἐκκλησιαστικῶν. καὶ ἀνάγνωθι τὰ ἐν ἐκείνῳ γεγραμμένα. ὁ δὲ πρῶτος κανών φησιν, ὡς ἐπεὶ τῶν εἰκότων ἔστι τινὰς κληρικοὺς ἀπαρέσκεσθαι τῇ κρίσει τῶν ἰδίων ἐπισκόπων, δεῖν ἔστι μὴ θελήσεως τούτων μεταπαλαίσαι αὐτοὺς γειτνιάζοντας ἐπισκόπους, πάντως ἀρκοῦντας, καὶ ἀξιοῦν περὶ τούτων λυθῆναι τὸ κατ' αὐτῶν ἀπόφασιν. εἰ δέ, φησι, καὶ τῆς ἀποφάσεως τούτων τῶν γειτνιαζόντων ἀπαρέσκονται, οὐκ ὀφείλουσιν ἐκκαλεῖσθαι εἰς τὰ πέραν τῆς θαλάσσης δικαστήρια, ἤγουν εἰς μητροπολίτας ἑτέρων ἐπαρχιῶν· ἀλλὰ εἰς ⁋ πρῶτον τῆς προσφορᾶς ἐπαρχίας. τοῦτο γὰρ καὶ εἰς τὰ δικαστήρια τῶν ἐπισκόπων προῳρίσθη. οἱ δὲ παρὰ ταῦτα ποιοῦντες ἀφοριζέσθωσαν. σημείωσαι οὖν, ὅτι οὐκ ὀφείλουσιν ὑβριοπαθεῖν οἱ ἐπίσκοποι καὶ τῶν κληρικῶν αὐτῶν ἀπαρεσκομένων ἐπὶ ταῖς ἐκείνων ἀποφάσεσιν, ἀλλὰ μᾶλλον προσδέχεσθαι αὐτὲς, καὶ συναινεῖν εἰς ὃ παρὰ γειτνιαζόντων ἐπισκόπων τηρηθῆναι τὸ τούτων ἀπόφασιν. τινὲς δὲ ἀκούοντες τοῦ κανόνος λέγουσι, ὡς οἱ γείτονες ἐπίσκοποι ἀκροάσονται αὐτῶν, καὶ μετὰ συναινέσεως τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου τὰ μεταξὺ αὐτῶν διαλύωσιν οἱ προσκαλούμενοι δι' αὐτῶν ἐπίσκοποι, λέγουσιν ἐπ' ἀδείας ἔχειν ⁋ πρώτους δικάσματα ἐπισκόπου παρεισάγειν εἰς ὃ τῶν γειτνιαζόντων ἐπισκόπων δικαστήριον. ἐμοὶ δὲ οὐ δοκεῖ. ὁ γὰρ ἅπαξ ἀποφηνάμενος πέπαυται τοῦ εἶναι δικαστής.

A peccât, de gradu quidem dejiciuntur, à Laicorum autem communione non arcentur. Non enim vindicabis bis in idipsum. Idem igitur hic quoque Can. asserit. Si quando enim Presbyter, inquit, aut Diaconus gravioris peccati, ac depositionem necessario inferentis, convictus fuerit, ipsum segregare, ac quasi in pœnitentia degenti manus imponere, nequaquam oportet. Accedentibus enim ad Ecclesiam & peccata confitentibus Episcopi, aut eorum consensu Sacerdotes, manus imponebant, ac precibus adhibitis segregatos, unumquemque in locũ pœnæ luendæ constitutum pro ratione criminis, deducebant. Id ergo, inquit, in iis, qui ministerio exciderunt, Sacerdotibus & Diaconis usurpari, aut eos in Laicorum fidelium, qui segregati sunt, stationibus collocari non oportet; neque vero, quia nimirum sordes omnes sacra baptismi lympha eluí credamus, iis ut iterum baptizentur permittere, ut proinde quasi purgatis peccati maculis in Clerum denuò cooptentur. Nam elui quidem divinitùs instituto lavacro maculas omnes flagitii credimus; sed uno quemque baptismate initiari licere à majoribus accepimus.

ARIST. *Presbyter convictus & resipiscens, non iterum baptizatur tanquam promovendus, neque ut Laicus iterum ordinatur.*

Presbyter vel Diaconus semel depositus ob aliquod delictum, & de eo pœnitentiam agens, non postea, ut Laicus, iterum ordinabitur: sed neque rebaptizabitur, ad abluenda peccata, & Sacerdotum aut Diaconorum gradum iterum assequendum. Unum enim confitemur & agnoscimus baptismum.

CANON XXXI.

Similiter placuit, ut Presbyteri & Diaconi, & reliqui inferiores Clerici, in iis quas habent causis, si de propriorum Episcoporum judiciis quærantur, vicini Episcopi eos audiant: & cum propriorum Episcoporum consensu, quæ inter eos intercedunt, controversias ab ipsis evocati Episcopi componant. Proinde si ab ipsis etiam provocandum esse putaverint, ad transmarina judicia ne appellent, sed ad Primates suarum Provinciarum, quemadmodum & de Episcopis sæpe definitum est. Qui autem ad transmarina judicia provocant, à nullo in Africa ad communionem recipiantur.

BALS. In decimo quinto Canone præsentis Synodi satis scripsimus de judiciis Ecclesiasticis; & lege quæ in ipso scripta sunt. Præsens autem Canon dicit; quòd quoniam est verisimile fore ut aliqui Clerici suorum Episcoporum judiciis non acquiescant, opus est, ut cum eorum voluntate ipsi vicinos Episcopos omnino sufficientes appellent, & petant adversus se prolatam sententiam ab ipsis resolvi. Si autem, inquit, etiam vicinorum Episcoporum sententiæ non acquiescant, non debent ad transmarina judicia appellare, scilicet ad aliarum Provinciarum Metropolitanos; sed ad Primatem competentis Provinciæ. Hoc enim in Episcoporum judiciis antè definitum est. Qui autem præter hæc faciunt, segregentur. Nota ergo, quòd Episcopi non debent ægrè ferre, si sui Clerici eorum sententiæ non acquiescant; sed ipsos potiùs admittere, & consentiant ut à vicinis Episcopis sua examinetur sententia. Nonnulli autem Canonem audientes dicentem, quòd vicini Episcopi eos audient, & cum consensu proprii Episcopi controversias eorum componant ii, qui ab ipsis appellati sunt, Episcopi; dicunt esse in potestate ejus qui primùm judicavit Episcopi, ut finitimorum Episcoporum judicio intersit. Mihi autem non videtur. Qui enim semel sententiam tulit, cessat esse judex.

Digitized by Google

Illud autem, Cum consensu, dictum est, ut non per impudentiam & sine scientia Episcopi ad appellationem prorumperent Clerici; sed ejus definitione. Quia autem præsentes Canones Carthagine seu in Africa editi sunt, transmarina omnino judicia appellabuntur Romana. Et nota ex eo, quòd frustra se jactant qui sunt Romanæ Ecclesiæ, dicentes eam debere de omnium Ecclesiarum quæstionibus per appellationem decidere. Si enim ei non permittitur appellationes eorum qui sunt in Africa examinare, multò magis hoc jus non habebit in alias regiones.

Ὃ δὲ μὴ συναινέσεως εἴρηται, ἵνα μὴ κατ' ἀναιδειαν καὶ χωρὶς εἰδήσεως τοῦ ἐπισκόπου πρὸ ἐκκλητον ζητῶσιν οἱ κληρικοὶ, ἀλλὰ μετὰ ὁρισμοῦ τούτου. Ὅθεν καὶ οἱ παρόντες κανόνες ἐτέθησαν ἐν Καρθαγένῃ, ἤγουν ἐν Ἀφρικῇ, θαλασσίως πάντως δικαστήρια κληθήσονται τὰ τῆς Ῥώμης. καὶ σημειοῦται ἀπὸ τούτου, ὅτι μάτην καυχῶνται οἱ περὶ τὴν ἐκκλησίαν τῆς Ῥώμης, λέγοντες πάντων τῶν ἐκκλησιῶν τὰ ζητήματα ὀφείλειν διαλύεσθαι παρ' αὐτῆς καὶ λόγον ἐκκλήτου. εἰ γὰρ τοὺς ἐκκλήτους τῶν ἐν Ἀφρικῇ οὐ συγχωρήσαι τηρῆσαι, πολλῷ μᾶλλον καθ' ἑτέρων χωρῶν οὐκ ἔξει τοιοῦτον δίκαιον.

Zonar. Clericos controversiæ aliquid habentes ab Episcopis suis judicari Canones voluerunt. Igitur, si qui Clerici sententiæ ab Episcopo suo prolatæ non acquiescant, advocari vicinos Episcopos, ac ab iis causam, non sine illius qui judicavit Episcopi approbatione, cognosci placet. Quòd si ab Episcoporum quoque, qui advocati sunt, judicio provocationem sibi dari postulent, ad Metropolitanũ Provinciæ, quod de Episcopis quoque definitum est, convenire debent. Si vero qui sibi provocationem concedi postulant, ultra mare, hoc est, in alias Provincias longe disjunctas, ut in iis judicium exerceant, transmearint; segregati, inquit, sint, nec ad communionem in Africa recipiantur. Hic certe ventosa illa Romanorum Ecclesiæ superbia, ut ab aliis omnibus Ecclesiis ad illam dentur provocationes, sibi concessum esse jactantium, subsidat necesse est. Si enim ab Africanis Ecclesiis non datur, (est quidem certe Roma trans mare, si ad Africam comparetur) multo minus in alias regiones jus ejusmodi obtinebit.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς κληρικοὺς ὑποθέσιν ἔχοντας οἱ κανόνες παρὰ τοῖς ἐπισκόποις αὐτῶν δικάζεσθαι διωρίσαντο. εἰ γοῦν κληρικοὶ παρὰ τῷ οἰκείῳ ἐπισκόπῳ δικαζόμενοι αἰτιῶνται τὴν ἀπόφασιν αὐτοῦ, τοὺς γείτονας ἐπισκόπους χρὴ συγκαλεῖσθαι, καὶ ἀκροᾶσθαι τῆς ὑποθέσεως ἐκείνης, μετὰ συναινέσεως καὶ τοῦ κρίναντος ἐπισκόπου. εἰ δὲ καὶ τῆς ψήφου τῶν προσκληθέντων ἐπισκόπων ἔκκλητον αἰτοῦσι, πρὸς τὸν μητροπολίτην τῆς ἐπαρχίας δεῖ ἀπέναι, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἐπισκόπων ὤφειλεν. εἰ δὲ πέραν τῆς θαλάσσης, ἤτοι εἰς ἄλλας ἐπαρχίας πόρρω κειμένας ἀπιοῖεν οἱ ζητοῦντες τὸ ἔκκλητον, ἵνα ἐκεῖ ταύτην γυμνάσωσιν, ἀφωρισμένοι, φησὶν, ἔστωσαν, ἐν Ἀφρικῇ πρὸς κοινωνίας μὴ δεχόμενοι. ἐντεῦθεν ὁ τῦφος τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίας καταβάλλεται, ἐξουσιῶντων αὐτοῖς δεδόσθαι πάσας τὰς ἐκκλήτους τηρεῖν. εἰ γὰρ τὰς ἐκκλήτους τῶν ἐν Ἀφρικῇ οὐ συγχωροῦσι τηρεῖν· καὶ ἡ Ῥώμη γὰρ πέραν θαλάσσης ἀφίκεται πρὸς τὴν Ἀφρικήν· πολλῷ μᾶλλον καθ' ἑτέρων χωρῶν οὐκ ἔξουσι τοιοῦτον δίκαιον.

Arist. *Clerici condemnati, si judicem accusent, trans mare non appellent; sed ad Episcopos vicinos, & ad proprium: alioquin in Africâ excommunicentur.*

ΑΡΙΣΤ. Κληρικοὶ καταγνωσθέντες, ἂν αἰτιῶνται τὸν κρίναντα, μὴ πέραν θαλάσσης ἐκκαλείσθωσαν, ἀλλὰ πρὸς τοὺς γείτονας ἐπισκόπους καὶ τὸν ἴδιον· εἰ δὲ μή, ἐν Ἀφρικῇ ἀκοινώνητοι ἔστωσαν.

Patres in omnibus decorum observant; adeoque ut Episcopi, uti accidit, molestiâ non afficerentur, decrevit hæc in Africâ. Synodus Clericos, qui ob culpas aliquas à propriis Episcopis condemnantur, seque injuriâ affectos putant, ultra mare ad Romæ forsan Episcopum aut reliquos non provocare; sed ad vicinos Episcopos, & cum proprii Episcopi sententiâ quæ inter eos sunt examinari & dilui: sin minus in totâ Africâ ad communionem non admittendos esse.

Τὸ εὐπρεπὲς ἐν πᾶσιν οἱ πατέρες σωτηριῶντες· καὶ ὅπως μὴ σύλλεως τοὺς ἐπισκόπους, ὡς ἔτυχεν, ὠφέλωσιν ἡ ἐν Ἀφρικῇ αὕτη συνοδος, τοὺς δὴ τισιν αἰτίαις ὑπὸ τῶν ἰδίων ἐπισκόπων καταδικασθέντας κληρικοὺς, καὶ οἰομένους ἀδικεῖσθαι, μὴ πέραν θαλάσσης, πρὸς τὸν Ῥώμης τυχὸν ἐπίσκοπον ἢ τοὺς λοιποὺς ἐκκαλεῖσθαι· ἀλλὰ πρὸς τοὺς γείτονας ἐπισκόπους, καὶ μὴ γνώμης τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου τὸ μεταξὺ αὐτῶν τηρεῖσθαι καὶ διαλύεσθαι· εἰ δὲ μή, ἀπροσδέκτους εἶναι εἰς κοινωνίαν ἐν πάσῃ τῇ Ἀφρικῇ.

Canon XXXII.

Similiter placuit universæ Synodo, ut qui propter suam socordiam communione motus est, sive Episcopus, sive quilibet Clericus, si in tempore suæ excommunicationis, antequam auditus fuerit, ad communionem se ingerere ausus fuerit, ipse adversus se condemnationis sententiam tulisse judicetur.

ΚΑΝΩΝ λϛ'.

Ὁμοίως ἤρεσε συμπάσῃ τῇ συνόδῳ, ἵνα ὁ διὰ ῥαθυμίαν αὐτοῦ τοῦ κοινωνίας γυμνούμενος, εἴτε ἐπίσκοπος, εἴτε οἱοσδήποτε κληρικὸς, ἐὰν ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀκοινωνησίας αὐτοῦ, πρὸς τὸ ἀκουσθῆναι, εἰς κοινωνίαν τολμήσει, αὐτὸς καθ' ἑαυτοῦ τῆς καταδίκης τὴν ψῆφον ἐξενηνοχέναι κριθῇ.

Bals. Ex decimo quarto Canone Synodi Sardicensis, & ex præsenti Canone dicunt aliqui, debere omnes, qui quomodocunque ab Episcopis segregantur, segregationem obedienter suscipere, & eam servare donec decretum fuerit an rectè an malè inflicta sit. Dicit enim hic Canon, Clericum qui propter socordiam seu peccata depositus est, non posse sibi jus dicere, & segregationem contemnere ante examinationem: si autem hoc fecerit, condemnationi subjici. Ac multi quidem hos Canones sic accipiunt. Alii autem undecimum caput noni tituli præsentis operis reperientes, quod ex quibusnam causis Episcopus vel Clericus vel Laicus segregatur, exposuit; & decimum quintum caput ejusdem tituli, quod dicit ex quibusnam causis simul deponitur & segregatur; & xvi. cap. ejusdem tit. quod dicit ex quibusnam causis Clericus

ΒΑΛΣ. Ἀπὸ τοῦ ιδ'. κανόνος τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου, καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος λέγουσί τινες, ὀφείλειν πάντας τοὺς ὁτιοσδήποτε παρὰ τῶν ἐπισκόπων ἀφορίζομένους, δέχεσθαι εὐπειθῶς τὸν ἀφορισμὸν, καὶ φυλάττειν αὐτὸν, μέχρις ἂν διαγνωσθῇ εἰ καλῶς εἴτε κακῶς ἐπενέχθη. φησὶ γὰρ ὅτι ὁ κανὼν, τὸν ἀφορισθέντα κληρικὸν διὰ ῥαθυμίαν ἤτοι ἁμάρτημα μὴ αὐτεξούσιον γίνεσθαι, καὶ καταφρονεῖν τοῦ ἀφορισμοῦ πρὸ ἐξετάσεως· εἰ δὲ τοῦτο ποιήσῃ, καθαιρεῖσθαι καθυποβάλλεσθαι· καὶ πολλοὶ μὲν, οὕτω τοῦτον τὸν κανόνα ἐκλαμβάνονται. ἕτεροι δὲ διείσαντες τὸ ια'. κεφάλ. τοῦ θ'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, λέγουσιν ἐκ ποίων αἰτιῶν ἀφορίζεται ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς, ἢ λαϊκός· καὶ τὸ ιέ. κεφάλαιον τοῦ αὐτοῦ τίτλου, λέγον ἐκ ποίων τις αἰτιῶν ἐν τῇ αὐτῇ ἀφορίζεται καὶ καθαιρεῖται· καὶ τὸ ις'. κεφάλαιον τοῦ αὐτοῦ τίτλου, λέγον ἐκ ποίων αἰτιῶν κληρικὸς ἢ

Digitized by Google

ἢ λαϊκὸς ἀναθεματίζεται, λέγουσιν, ὅτι ἐὰν μὴ ἐξ αἰτιῶν δηλουμένων ἐν τοῖς ἀφωρισμένοις κεφαλαίοις ἀφορισθῇ ὑπὸ ἐπισκόπου κληρικὸς ἢ λαϊκὸς, ὀφείλῃ φυλάττειν τὸν ἀφορισμὸν, κἂν ὁπωσοῦν καὶ ἀπλῶς ἐκβληθῇ, καὶ μὴ καταφρονῆν αὐτοῦ μέχρις ἂν δοκιμασθῇ ἡ τούτου αἰτία. εἰ δὲ ἀφ' ἑτέραν αἰτίαν ἀμετόχως οὕτως ἀφορίσῃ ἐπίσκοπος λαϊκὸν ἢ κληρικὸν, τυχὸν ὅτι οὐ χαρίζεται τῇ τοῦ οἰκείου πράκτορος, ὅτι οὐ δίδωσιν αὐτῷ πρᾶγμά τι οἰκεῖον, καὶ ὅτι οὐ συναινῇ τῷ ἀδίκῳ ἢ πλημμελῇ τούτῳ θελήματι, ἀκινδύνως καταφρονήσῃ τοῦ ἀφορισμοῦ, καὶ μᾶλλον ὁ ἀφορίσας κολασθήσεται. εἰ γὰρ δοθῇ δύναμις ἀκμῆς ἔχειν ἐπ' ἀδείας τὸν ἐπίσκοπον ἀφορίζειν λαϊκούς τε καὶ κληρικοὺς, καὶ ἔχῃ πρὸς ἀνάγκης τοὺς ἀφοριζομένους φυλάττειν τὸν ἀφορισμὸν, καταπολμήσουσι τυραννίδος οἱ ἐπίσκοποι, καὶ πάντας πράγματος κυριεύσουσι, καὶ οὐδεὶς ἔσται ὁ ἀντιπίπτων αὐτοῖς διὰ τὸν φόβον τοῦ ἀφορισμοῦ. ἴσως δὲ καὶ τὰς δυσεβείας αὐτῶν καταρχήσονται, καὶ πολλῶν κακῶν πρᾶγμα οἱ θεῖοι κανόνες κρίσονται, ὅπερ ἄτοπον. ὅσα γάρ μοι καὶ τὸν πρόσθεν κανόνα λέγοντα, τότε ὀφείλειν τὸν ἀφορισμὸν φυλάττεσθαι, ὅτε διὰ ῥαθυμίαν ἐπενεχθῇ, ἤγουν διὰ ἁμάρτημα ἐπεγνωσμένον πάντως τοῖς κανόσι. καὶ αὐτὰ μὲν ταῦτα· ἐγὼ δὲ οὐκ ἔχω τίνι ἐκ τούτων ἀκολουθήσω. κἂν γὰρ ὑπὸ τοῦ δύλαβοῦς ἕλκωμαι, ἀλλὰ ὑπὸ τοῦ ἀκανονίστου μὴ ἑλκύομαι. ζητῶ οὖν μαθεῖν τί ποιητέον, ὡς θέλων διὰ βίου παῖς εἶναι καὶ μαθητής. σημειοῦται τὸν πρόσθεν κανόνα διορίζόμενον καθαιρεῖσθαι τὸν μὴ τὸν ἀφορισμὸν ἐνεργοῦντός τι ἱερατικόν. ἀνάγνωσον καὶ τὰ πρὸ ἡμῶν ἐνταῦθα γραφέντα.

ZΩNAP. Τὸν ἐπιτιμωμένους ἤτοι ἀφοριζομένους ἀρχὴ, κἂν μὴ δικαίως λέγωσιν ἐπιτιμᾶσθαι, ἐμμένειν τῷ ἐπιτιμίῳ, ἕως ἂν ἀκουσθῶσι πρὸς τοῦ ἔχοντος δικαίου ἀνακρίνειν τὰ τοιαῦτα. εἰ δὲ ὁ ἐξ ἐπιτιμίου γνώμης ἀκοινωνήτου τολμήσῃ εἰς κοινωνίαν ἐλθεῖν, πρὸ τοῦ ἐξετασθῆναι, εἰ δικαίως γέγονεν ἀκοινώνητος ἢ μὴ, αὐτὸς ἑαυτὸν, φησι, καταδίκασε. καὶ ὁ ιδ'. δὲ κανὼν τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου πρὸ τούτου λαμβάνει.

ARIST. Ὁ ἀκοινώνητος κοινωνήσας πρὸ συμπαθείας, αὐτοκατάκριτος.

Ὁ ἀφορισθεὶς, καὶ πρὸ τοῦ λυθῆναι τοῦ ἀφορισμοῦ λειτουργήσας, αὐτὸς καθ' ἑαυτοῦ τὴν καταδίκην ἐπήγαγε.

KANΩN λγ'.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ὁ κατηγορούμενος ἢ ὁ κατηγορῶν ἐν τῷ τόπῳ, ἔνθα ἔξιν ὁ κατηγορούμενος, ἐὰν φοβῆταί τινα βίαν πρεπετοῦς πολυπληθίας, τόπον ἑαυτῷ ὑπολέξηται ἔγγιστον, ἐν ᾧ οὐκ ἔστιν αὐτοῦ δυσχέρεια μάρτυρας παρενεγκεῖν, ἔνθα τὸ πρᾶγμα πρατεῖται.

BAAΣ. Ἐπὶ τῷ εἰκότων εἶναι ὑποπτεύειν τινὰ ἐκ τῶν δικαζομένων ἐν τῷ τόπῳ ἐν ᾧ ἡ διαδικασία γίνεται, ὥρισαν οἱ πατέρες, ἵνα ἐάν τις ἐξ αὐτῶν, εἴτε δηλονότι ὁ κατηγορῶν εἴτε ὁ κατηγορούμενος, εἰς τὸν οἰκεῖον φόρον, ἤγουν εἰς τὸν τόπον ἐν ᾧ κατοικεῖ, ὑποπτεύσῃ βίαν παθεῖν ἀπὸ πολυπληθείας δημώδους ἀπάκτου λαοῦ, διὰ φόβον τοῦ ἀντιδίκου, ἢ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν δυσχέρειαν ἔχειν μάρτυρας παραχθῆναι, ἔχῃ ἐπ' ἀδείας ἕτερον ὑπολέξασθαι πλησιέστερον τόπον, ἵνα ἐκεῖ ὁ δικαστήριον προβῇ χωρὶς φόβου πάντως, καὶ ἡ τῶν μαρτύρων παραγωγὴ δυσχερὴς γένηται, καὶ οὕτω διαλυτωθῇ ῥᾳδίως ἡ ὑπόθεσις. καλῶς δὲ εἶπεν ὁ κανὼν, ὑπολέγεσθαι ἔγγιστα διακείμενον τόπον. εἰ γὰρ πόρρω διάκειται, οὐκ ἀναγκασθήσεται ὁ δικαστὴς ἢ ὁ ἀντίδικος ἀκολουθῆσαι τῇ ὑπογῇ ταύτῃ. οἶμαι δὲ, ὅτι ταῦτα χώραν οὐκ ἔχουσιν εἰς τὰ πατριαρχικὰ δικαστήρια·

vel Laicus anathematizatur, dicunt; quòd si ex causis quidem in dictis capitibus declaratis segregatus sit ab Episcopo Clericus vel Laicus, debet servare segregationem, quomodocunque prolata sit, & eam non contemnere, donec ejus causa fuerit examinata. Si autem propter aliquam aliam causam Episcopus inconsideratè Laicum vel Clericum segregaverit, fortè quòd seditiones non excitat contra proprium exactorem, quòd non dat ei rem aliquam propriam, vel quòd non iniquæ & temerariæ ejus voluntati assentitur, securè segregationem contemnet, & is potiùs punietur qui segregavit. Si enim datum fuerit Episcopo, seu rectè seu perperam, Clericos & Laicos segregare, & necesse habere eos, qui segregantur, segregationem servare; tyrannidem exercebunt Episcopi, & in omni re dominium obtinebunt, nec quisquam eis resistet ob metum segregationis; fortè autem & ipsi etiam pietati insultabunt, & divini canones erunt multorum malorum auctores, quod est absurdum. Vide enim præsentem canonem, qui dicit, tunc debere segregationem servari, quando propter socordiam inflicta fuerit, seu propter peccatum, quod est omnino canonibus condemnatum. Ac ipsi quidem hæc. Ego autem non habeo quemnam eorum sequar. Nam etsi à pietate trahor, ab eo tamen quod sit contra canones retrahor. Cupio ergo discere quid agendum, ut qui tota vita velim esse puer & discipulus. Nota præsentem canonem eos, qui post segregationem aliquid sacerdotale peragunt, deponi statuentem. Lege & quæ ibi à nobis scripta sunt.

ZONAR. Quibus pœna aliqua, segregatio nempe, indicta est, donec ab eo, penes quem in ejusmodi causis judicandi facultas est, auditi fuerint, mulctam, quamvis injustè irrogatam asserant, persolvere oportet. Quòd si quis mulctæ nomine communione motus, priusquam, juréne an injuria damnatus sit, examinatum fuerit, se in communionem fidelium insinuare audeat, suo se, inquit, calculo condemnavit. Hoc idem Sardicensis quoque Synodi decimoquarto canone explicatum reperias.

ARIST. *Excommunicatus, qui communicaverit ante commiserationem, contra se condemnationis sententiam tulit.*

Qui segregatur, & antequam à segregatione solvitur, sacra peragit, ipse contra se condemnationis sententiam protulit.

CANON XXXIII.

Similiter placuit, ut qui accusatur, vel qui accusat, si in loco, in quo est is qui accusatur, temeraria multitudinis vim aliquam timeat, locum sibi proximum eligat, in quo nulla erit testes producendi difficultas, ubi negotium terminatur.

BALS. Quia erat verisimile, majorem esse alicujus eorum qui litigabant potentiam, in loco in quo disceptabatur, decreverunt Patres, ut si quis eorum, sive scilicet qui accusat sive qui accusatur, in foro proprio, sive eo in loco in quo habitat, suspicatur fore, ut ab incondita insolentis populi & numerosa multitudine vim patiatur, propter metum adversarii, vel propter eandem causam difficile fuerit testes producere; sit in ejus potestate alium locum finitimum eligere, ut illic procedat judicium absque ullo timore, & facilè fieri possit productio testium, & sic causa facilè decidatur. Pulchrè autem dixit canon, locum propinquum eligi debere. Si enim procul situs sit, non cogetur judex aut adversarius hanc electionem sequi. Existimo autem hæc locum non habere in Patriarchalibus judiciis; quia

Digitized by Google

quia nemo poteſt metum cauſari, ubi Patriarchalis magnitudinis poteſtas omnem ſuperat potentiam: ſed de Epiſcopalibus inferioribus judiciis hæc ſunt accipienda, ubi & judicis & litigatorum facilis eſt à loco in locum tranſlatio.

A ὅτι οὐδεὶς δύναται φόβον προβαλέσθαι ἔνθα ἡ ἐξουσία τῆς παντεξαρχικῆς μεγαλοπρεπείας ὑπερβαίνει πᾶσαν δύναμιν· ἀλλ' εἰς ἐπισκοπικὰ δὲ τελῶν δικαστήρια τὰ τοῦ κανόνος ἐκπληρώσεται, ὅπου καὶ ὁ τοῦ δικαστοῦ καὶ ὁ τοῦ ἀντιδίκων ἐκ τόπου εἰς τόπον μεταστάσις ἔξιν δύσκρισιν.

Zonar. Si quæ, inquit, exiſtat inter duos Clericos controverſia, eorúmque alter, quo in loco tribunal erigitur, vim pertimeſcat, quaſi ſcilicet populus propenſo in adverſarium ejus animo impetum forte in illum facturus ſit, vel teſtibus ab eo producendis impedimento futurus; illi alium perſequendi judicii locum eligendi facultas libera relinquatur: locum verò proxime ſitum, B non longo intervallo disjunctum, ne adverſario & judicibus illuc convenire difficile ſit, utque illic facile teſtes exhibere controverſiámque dirimere liceat. Nam ſi longe judicii exercendi ſedes abſit, teſtes quoque producere difficile erit. Neque enim ut longius peregrinentur teſtes adduci poterunt. Nam proprium officium nemini detrimento eſſe debere, lege decernitur. Officium vero Latinum eſt verbum, adminiſtrationem miniméque dubiam fidem ſignificans.

ΖΩΝΑΡ. Κἂν κληρικοὶ, φησι, δύο κατ' ἀλλήλων ἔχωσι, καὶ ὁ εἷς φοβῆται βίαν ἐν ᾧ σωίσεται τὸ δικαστήριον, ὡς ἴσως ἐπφυασπισμένου αὐτῷ τοῦ λαοῦ προσκειμένου τῷ ἀντιδίκῳ αὐτοῦ, ἢ σὺν ἐαυτῷ ἀγαγεῖν μάρτυρας ἐνδιδόῃ αὐτῷ· ἕτερον ὁπλέξασθαι τόπον, ἵνα ἐκεῖ τὸ δικαστήριον ᾖ ἐτοιμάσῃ δὲ ἀγχοτέρω τόπον καὶ μὴ πόρρω τυγχάνοντα, ὥστε μήτε τῷ ἀντιδίκῳ αὐτοῦ, μήτε τοῖς δικάζουσιν εὐδυχερῆ τὴν εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον ἀπέλευσιν, ὡς ἂν δύκρισεως ἐκεῖ μάρτυρες ἀχθῶσι, καὶ ἡ ἀκρόασις ταχυνθῇ. εἰ γὰρ πόρρω κεῖται ὁ τόπος ἐν ᾧ μέλλει σωίσεσθαι τὸ δικαστήριον, καὶ ἡ τῶν μαρτύρων ἀγωγὴ δυσχερὴς ἔσται· οὐ γὰρ πεισθήσονται οἱ μάρτυρες ταχέως ἀποδημῆσαι. οὐδενὶ γὰρ ὀφείλει τὸ ἴδιον ὀφφίκιον βλάβην γίνεσθαι, ὁ νόμος φησί. τὸ δὲ ὄνομα τοῦ ὀφφικίου Ρωμαϊκόν ἔστι, σημαῖνον δύκρισιν καὶ ἀξιοπιστίαν.

Arist. *Qui accuſat, vel accuſatur, violentiam timens, locum ſibi tutum ſeligat.*

ΑΡΙΣΤ. Κατηγορῶν, ἢ κατηγορούμενος, βίαν φοβούμενος, ὁπλεγέτω τόπον ἄσυλον.

C

Qui aliquem accuſat, & ſuſpicatur ſe vim ab accuſati parte paſſurum, vel vice versâ accuſatus ab accuſatore; quemcunque volunt locum ad ſecuritatem ſuam eligant, ubi facile poſſint & cum ipſis, quos forte habent teſtibus converſari, & judicio ſine periculo ſiſtere: ne propter iſtiuſmodi timorem accuſator ab accuſatione deſiſtat, vel accuſatus à judicio clanculùm recedat, & abſens condemnetur.

Ὁ κατηγορῶν τινος, ἐὰν βίαν ὑποπτεύῃ παθεῖν παρὰ τοῦ μέρους τοῦ κατηγορουμένου, ἢ ὃ ἀνάπαλιν ὁ κατηγορούμενος παρὰ τοῦ κατηγόρου· ᾧ ἐξέστωσαν τόπον εἰς ἀσφάλειαν αὐτῷ ὁπλεγέσθωσαν, ὥστε δύκρισιν ἔχειν, καὶ οἷς ἴσως ὑπάρχουσιν αὐτοῖς μάρτυσιν ὁμιλεῖν καὶ εἰς τὸ δικαστήριον ἀκινδύνως ἀπαντᾶν· ἵνα μὴ διὰ τοιοῦτον φόβον ἢ ὁ κατήγορος τῆς αἰτιάσεως ἀποστῇ, ἢ ὁ κατηγορούμενος λάθρα τοῦ δικαστηρίου ὑπαναχωρήσῃ, καὶ ἀπὼν καταδικασθῇ.

Canon XXXIV.

ΚΑΝΩΝ λδ'.

Si qui Clerici à propriis Epiſcopis promotis eos contemnant, ne illic quidem maneant unde ſecedere noluerunt. Similiter placuit, ut cujuſmodicunque Clerici & Diaconi, ſi ſuis Epiſcopis, propter urgentes aliquas ſuarum Eccleſiarum cauſas eos ad majores in Eccleſia ſua honores provehere volentibus, non paruerint; ne in illo quidem gradu miniſtrent, ex quo recedere noluerunt.

D Εάν τινες κληρικοὶ ἐκ τῶν ἰδίων ἐπισκόπων προβιβαζόμενοι καταφρονῶσιν, μηδὲ ἐκεῖ μείνωσιν, ὅθεν ἀναχωρῆσαι οὐκ ἠθέλησαν. ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα οἱοιδήποτε κληρικοὶ καὶ ἀκόλουθοι, ἐὰν μὴ πειθαρχῶσι τοῖς ἐπισκόποις αὐτῶν, βουλομένοις διά τινας ἀναγκαίας αἰτίας τῶν ἐκκλησιῶν αὐτῶν τούτοις πρὸς μείζονας ἀναβιβάζειν τιμὰς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτῶν, μηδὲ ἐν ἐκείνῳ τῷ βαθμῷ διακονήσωσιν, ἐξ οὗ ἀναχωρῆσαι οὐκ ἠθέλησαν.

Bals. Quidam Clerici, ut eſt veriſimile, à ſuis Epiſcopis ad majores gradus evocati, propter Eccleſiarum utilitatem, non perſuadebantur hoc facere, eo quòd acquieſcerent iis quos jam habebant gradibus, E lucro fortaſſe vel corporali quiete adducti. Statuerunt ergo patres, ut ſi qui Clerici, cujuſmodicunque ſacerdotale miniſterium exercentes, (neque enim hîc accipiuntur Diaconi pro iis, qui in ſancto tribunali miniſtrant; ſed pro iis, qui quodcunque Eccleſiaſticum miniſterium exercent) non pareant ſuis Epiſcopis, ad majores gradus propter urgentem aliquam Eccleſiarum neceſſitatem, eos provehere volentibus; ſed hæreant iis gradibus ſeu locis quos tenent: ne in illo quidem gradu ſint & miniſtrent, ex quo diſcedere noluerunt. Cùm canon hæc decernat, quidam dicunt, ex hoc Patriarchis & reliquis Epiſcopis datam eſſe facultatem eos, qui F ſibi ſubſunt, magiſtratus, & alios ſacri ordinis, ab officiis ſuis movere: maximè autem eos, qui ad quaſlibet eccleſias eliguntur & electionem non admittunt, deponere. Mihi autem videtur, quòd ex hoc canone non coguntur Eccleſiarum magiſtratus, aut alii Clerici, vel inviti ſuſcipere, quæ per Epiſcopalem electionem eis dantur, Eccleſias: ſed de iis accipi canonem, qui quælibet Eccleſiaſtica miniſteria exercent, & ad majores aliquos honores vel gradus vocantur, & Epiſcopali vocationi non parent; & maximè, quando ea

ΒΑΛΣ. Τινὲς, ὡς ἔοικε, κληρικοὶ μεταλαμβανόμενοι παρὰ τῶν ἐπισκόπων αὐτῶν πρὸς μείζονας βαθμοὺς διὰ χρησιμότητα τῶν ἐκκλησιῶν, οὐκ ἐπείθοντο τοῦτο ποιῆσαι, διὰ δ ἀναπαύεσθαι ὅπου τοῖς καταχθονίοις παρὰ τούτων βαθμοῖς, ἀπὸ κέρδους ἴσως ἢ καὶ σωματικῆς ἀναπαύσεως. ὥρισθαι οὖν οἱ πατέρες, ἵνα ἐάν τινες κληρικοὶ οἱανδήποτε διακονίαν ἱερατικὴν ἐνεργοῦντες (οὐδὲ γὰρ ὑπολαμβάνονται ἐνταῦθα οἱ διάκονοι εἰς τοὺς ἐν τῷ ἁγίῳ βήματι διακονοῦντας, ἀλλ' εἰς τοὺς ἐνεργοῦντας οἱανδήποτε διακονίαν ἐκκλησιαστικὴν) καὶ πειθόμενοι τοῖς ἐπισκόποις τούτων, βουλομένοις μεταναβιβάζειν αὐτοὺς εἰς μείζονας βαθμοὺς διὰ ἀναγκαιοτάτην αἰτίαν τῶν ἐκκλησιῶν, ἀλλ' ὑστέρων) ὧν κατέχουσι βαθμῶν ἢ τόπων, μηδὲ ἐπ' ἐκείνῳ τῷ βαθμῷ εἶεν αὐτοὺς καὶ διακονεῖν, ἐξ οὗ ἀναχωρῆσαι οὐκ ἠθέλησαν. ταῦτα τοῦ κανόνος διορίζομένου, λέγουσί τινες, ὡς ἐκ τούτου δῆλον ἄλλα τοῖς πατριάρχαις καὶ τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις μεθιέναι τοὺς ὑπ' αὐτοὺς ἄρχοντας καὶ τοὺς ἄλλους ἱερατικοὺς ἀπὸ τῶν ὀφφικίων αὐτῶν, μάλιστα δ' εἰπεῖν καθαιρεῖν τούτους ψηφιζομένους εἰς ἐκκλησίας οἱασδήποτε καὶ μὴ καταδεχομένους τὴν ψῆφον. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, ὡς ἀπὸ τοῦ κανόνος τούτου οὐκ ἀναγκάζονται οἱ τῶν ἐκκλησιῶν ἄρχοντες ἢ ἕτεροι κληρικοὶ καταδέχεσθαι καὶ ἄκοντες τὰς διὰ ψήφου ἐπισκοπικῆς διδομένας τούτοις ἐκκλησίας· ἀλλὰ ἐκλαμβάνεσθαι τὸν κανόνα εἰς τοὺς ἐνεργοῦντας ἐκκλησιαστικὰς οἱασδήποτε διακονίας, καὶ εἰς μείζονας τιμὰς ἢ βαθμοὺς μεταλαμβανομένους, καὶ μὴ πειθομένους τῇ ἐπισκοπικῇ μεταλήψει.

καὶ

καὶ μᾶλλον ὅπως ἀφ' ἑαυτοῦ χρησιμότητα ἡ ἐκκλησίας αὐτὴ γίνηται. Ὁ μὲν γὰρ ἄκοντά τινα μὴ δέχεσθαι χειροτονίαν ἐπισκοπικοῦ ἀξιώματος, συγγνωστόν ἐστιν, ἴσως πρὸ χειροτονίαν ἀλλεβούμενον ἀφ' οἱουδήποτε τρόπον ἐπαινετόν. Ὃ δὲ μὴ ὑπακούειν τῷ ἐπισκόπου τοὺς κληρικοὺς ἢ καὶ τοὺς ἄρχοντας μετακαλουμένου τούτους εἰς μείζονα ὀφφίκια, οὐ μόνον οὐκ ἔστι συγγνωστέον, ἀλλὰ καὶ κολάσεως ἄξιον. εἰ γάρ τις, τυχὸν ὢν ἀκόλουθος, οὐ πείθεται σφενδονᾶν ῥαφερενδάριον ἢ διδάσκαλον ἀφ' οὗ κόπου, καὶ δουλοῦσθαι τῇ ἐκκλησίᾳ, κολασθήσεται· καὶ εἴτις, πρωτέκδικος ὢν, οὐ θέλει προβιβασθῆναι εἰς ἱερομνήμονα ἀφ' οὗ ἀνερρίφθη τοῦ ὀφφικίου, ἐκβληθήσεται καὶ ἀπὸ τοῦ πρωτεκδίκου· καὶ εἴτις, ἀναγνώστης ὢν, οὐ θέλει προαναβιβασθῆναι εἰς μεῖζον ὀφφίκιον, ὡς κοπιῶν, καταγρεθήσεται. καὶ δῆλον τοῦτο ἀπὸ τοῦ μὴ ψηφίζεσθαι πάλιν ἀφ' ἑνὸς ἐπισκόπου κληρικὸν εἰς ἐπισκοπικὸν ἀξίωμα, ἀλλὰ πάλιν μόνων τῶν ἐχόντων ἐπισκοπάς· οἱ γὰρ μητροπολῖται, οἱ μὴ ἔχοντες ἐπισκοπάς, ὡσαύτως καὶ οἱ ἐπίσκοποι, οἱ ὑπὸ μητροπολιτῶν ὄντες, οὔτε ψηφίζεσθαι κληρικοὺς αὐτῶν δύνανται, ὅτε καὶ κανόνας κολάζοισιν αὐτοὺς ἀπειθοῦντας. ἀρ' οὖν καὶ κανόνα ἐκκληφθῆναι εἰς τοὺς μὴ πειθομένους προαναβιβασθῆναι εἰς ἐκκλησιαστικὰ ὀφφίκια, καὶ οὕτως ἔχειν χώραν εἰς πάντας τοὺς ἐπισκόπους καὶ εἰς πάντας τοὺς κληρικούς. ἀκούων δὲ τοῦ κανόνος λέγοντος, μετακινεῖσθαι ἀπὸ τῶν ἰδίων βαθμῶν τοὺς κληρικούς, μὴ πειθομένους τοῖς ἐπισκόποις προκαλουμένοις τούτους εἰς μείζονας τιμὰς ἀφ' τινας ἀναγκαίας αἰτίας τῶν ἐκκλησιῶν αὐτῶν, μή εἴπῃς, ὡς αἰτίας ἀναγκαιοτάτης μὴ οὔσης οὐκ ἔχουσιν ἄδειαν οἱ ἐπίσκοποι προαναβιβάζειν τοὺς κληρικοὺς αὐτῶν. καὶ αἰτίας γὰρ τοιαύτης μὴ προκειμένης ἐνδεικνύμενος ὁ ἐπίσκοπος τοὺς κληρικοὺς αὐτοῦ ἀπὸ τούτου τοῦ βαθμοῦ εἰς μείζονα τόπον προαναβιβάσῃ καὶ ἄκοντας τῷ τοιούτῳ ἐκκλησιαστικῷ τάξιν. καὶ σημείωσαι, ὅτι πρὸς μείζονας τόπους μετακινεῖν τοὺς κληρικοὺς ἐνεδόθη τοῖς ἐπισκόποις, οὐ μόνον καὶ πρὸς ἥττονας· ὥσπερ οὖν ὑβρίζειν καὶ ἀτιμοῦν αὐτοὺς ἀφ' οὗ συγχεῖν τοὺς τάξεις τῶν ἱερῶν βαθμίδων· καὶ ὃς γέγονέ τοτε ἴσως ἄρχοντα, ἐπόμενον τῶν προκαθεσέρων ἀρχόντων ἱερῶν, ἢ καὶ μηδὲ ὅλως ὄντα ἄρχοντα, ἀφ' οὗ εἰκοπὴν εἰς μείζονα τόπον καθιερῶν. ὡσαύτως σημείωσαι, ὅτι τὰ ἐκκλησιαστικὰ ὀφφίκια, ἤγουν τὰ ἀρχοντίκια, οὐκ εἰσὶ τῆς ἐξουσίας τῶν ἐπισκόπων, ὡς τινες λέγουσιν, ἀλλὰ τῶν κανόνων αὐθεντίας καὶ φιλοτιμίας, ὥσπερ οὖν τὰ τῶν λοιπῶν ταγμάτων δίκαια, ἤγουν τῶν ἀκόλουθων τῶν ἱερέων καὶ τῶν λοιπῶν. εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν μετ' ἀφαιρέσεως, ἤγουν ἐξ ἀπειθείας, ἐξέπιπτον ἐκ τῶν οἰκείων βαθμῶν οἱ κληρικοί, ἀλλ' δικαίως ἀκαίρως καὶ ὅτι θελήσει εἶχον οἱ ἐπίσκοποι τοῦτο γενέσθαι. τοῦτο δὲ οὐκ ἔδοξε τοῖς θείοις πατράσιν. ἔτι σημείωσαι, ὅτι εὔκολόν ἐστι διαφορὰ κληρικοῦ καὶ ἀρχοντικίου. ἀπὸ γὰρ τῆς αὐτῆς αἰτίας μετακινεῖται καὶ ὁ ἄρχων ἀπὸ τοῦ ἀρχοντικίου αὐτοῦ, ἀφ' οὗ καὶ ὁ ἱερεὺς καὶ ὁ ἀκόλουθος. ἔτι σημείωσαι, ὅτι ἐπεὶ τῷ ὀνόματι τῶν κληρικῶν καὶ οἱ μοναχοὶ περιέχονται, καλῶς ἐκληφθήσονται τὰ τοῦ κανόνος καὶ εἰς τοὺς ἀκολουθοῦντας τῶν μοναστηρίων.

ZONAR. Πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν καὶ ὑπείκετε, φησὶν ὁ θεῖος ἀπόστολος. ἐὰν οὖν κληρικὸς οἱοσδήποτε καὶ ἀκόλουθος, (ἀκόλουθος δ' ἐνταῦθα, ὁ τοῦ ἀκολούθου ἔχοντα χειροτονίαν φησὶν, ἀλλ' ἅπαξ κληρικὸν, ἀκόλουθον ὠνόμασεν, ὡς ἀκολουθίαν τινὰ, ἤγουν ὑπηρεσίαν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πληροῦντα· καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τοῦ εἰπεῖν, μηδὲ ἐν ἐκείνῳ τῷ βαθμῷ ἀκολουθήσωσι, καὶ τοὺς ἀναγνώστας γὰρ καὶ λοιποὺς ἐν τῷ οἰκείῳ βαθμῷ ἀκολουθεῖν λέγει.) ἐὰν οὖν μὴ πειθαρχῇ κληρικὸς τῷ ἐπισκόπῳ αὐτοῦ, θέλοντι προβιβάσαι αὐτὸν εἰς μείζονα βαθμὸν, οἷ ἀκόλουθον εἰς πρεσβύτερον, ἢ ὑποδιάκονον εἰς διάκονον, καὶ καθεξῆς, μηδὲ ἐν ἐκείνῳ τῷ βαθμῷ μενέτω, ἐν ᾧ ἦν, καὶ ὃ ἀποτίθεται οὐκ ἠθέλησεν.

A propter eccleſiæ utilitatem fiat. Si enim invitus quiſpiam Epiſcopalis dignitatis ordinationem non ſuſcipiat, eſt venia dignus; dum ob laudabile quamcunque rationem moremque ordinationem fortaſſe modeſtè vitat. Clericos autem vel magiſtratus non obedire Epiſcopis eos ad majora officia vocantibus, non ſolùm non eſt ignoſcendum, ſed etiam animadverſione dignum. Si quis enim, cùm ſit fortè in Diaconatu, non morem gerat, ut referendarii characterem accipiat vel doctoris, propter laborem, & ut Eccleſiæ ſerviat, punietur; & ſi quis, qui primus eſt Defenſor, non vult ad officium Æditui provehi, quòd nihil inde lucri percipiatur, etiam à primi Defenſoris officio ejicietur; & ſi quis, cùm ſit Lector, non vult ad majus, ſed laborioſius, officium promoveri, deponetur. Atque hoc ex eo manifeſtum eſt, quòd non à quovis Epiſcopo ad dignitatem Epiſcopalem eligitur Clericus; ſed ab iis ſolis qui habent Epiſcopatus: Metropolitani enim, qui non habent Epiſcopatus, ſimiliter & Epiſcopi qui ſubſunt Metropolitanis, nec poſſunt ſuos Clericos eligere, nec eos ex canonibus puniunt, qui ſibi non obediunt. Placuit ergo, canonem de iis accipi, qui ad Eccleſiaſtica officia provehi non perſuadentur: & ſic in omnes Epiſcopos Clericoſque valere. Cùm autem audis canonem dicentem, Clericos ſuis gradibus moveri, qui non parent Epiſcopis, eos ad majores honores, propter ſuarum Eccleſiarum urgentes cauſas, vocantibus, ne dicas, quòd niſi adſit cauſa neceſſaria, non poſſunt Epiſcopi ſuos Clericos promovere. Nam, etſi non ſe præbeat ejusmodi cauſa, ritè poteſt Epiſcopus Clericos ſuos ab hoc gradu in majorem vel invitos provehere ſecundùm ordinem Eccleſiaſticum. Et nota, quòd Epiſcopis datum eſt Clericos ſuos ad majores gradus provehere, non autem ad minores deprimere: quemadmodum nec ipſos injuria & ignominia afficere in ſacrorum graduum confundendis ordinibus; & eum qui fuit heri fortaſſe magiſtratus, ſupra omnes antiquiores magiſtratus collocando; vel eum qui ne fuit quidem omnino magiſtratus, per promotionem in majori loco conſtituendo. Similiter nota, quòd Eccleſiaſtica officia ſeu magiſtratus non ſunt epiſcoporum poteſtatis, ut dicunt nonnulli; ſed canonum auctoritatis & dignitatis: ſicut nec reliquorum ordinum jura, ſcilicet Diaconorum, Sacerdotum, & reliquorum. Niſi enim ita eſſet, non cum diſtinctione, ſcilicet propter inobedientiam, Clerici ſuis gradibus excideren; ſed, ſeu bene, ſeu malè, quando vellent epiſcopi hoc fieri. Hoc autem ſanctis patribus minimè viſum eſt. Præterea nota, quòd nulla eſt differentia clericatûs & magiſtratûs. Ex eadem enim cauſa movetur etiam Princeps Eccleſiaſticus à ſuo principatu, ex qua ſacerdos & diaconus. Præterea nota, quòd quoniam ſub Clericorum nomine etiam Monachi continentur, rectè accipietur canon etiam ad miniſtros monaſteriorum.

ZONAR. Obedite Præpoſitis veſtris, & obſequimini, inquit divinus Apoſtolus. Si ergo quicunque Clericus & miniſter (Diaconi vero nomine hîc, non eum qui diaconatûs ordine inſignitus eſt, ſed Clericum quemlibet, qui aliquod in Eccleſia miniſterium exercet, canon intelligit; idque vel ex iis verbis facile apparet, [ne in illo quidem gradu miniſtrent] in ſuo namque gradu miniſtrantium nomine Lectores quoque & alios deinceps ſignificat.) Si quis igitur Clericus Epiſcopo ſuo ipſum ad altiorem dignitatis gradum, à Diaconatu quippe ad Sacerdotium, vel ad Diaconatum ab Hypodiaconi munere, atque ita deinceps, promovere volenti non obtemperet; ab eo quoque gradu, quem tenebat, quemque is dimittere noluit, amoveri placet.

Digitized by Google

ARIST. *Qui majorem honorem respuit, & quem habet amittet.*

Qui majore judicatur honore dignus à suo Episcopo, & propter necessariam Ecclesiæ causam ad eum promovetur, & morem non gerit; non propter pietatem sed per contemptum; etiam gradu, quo ministrat, amovebitur, eumque amittet. Fortasse enim Hypodiaconus erat, & Diaconus fieri dignus judicabatur; & hoc necessarium erat ab Episcopo fieri, quia sufficientes non habuit Diaconos, nec invenit aliquos illius ad instar vitâ inculpatos & probatos sermone.

CANON XXXV.

Si quis Clericus pauper, in aliquem ordinem promotus, quicquam acquisierit, Episcoporum potestati subjiciatur. Similiter placuit, ut Episcopi & Presbyteri & Diaconi, vel quicunque Clerici, qui nihil habent, si promoti, tempore Episcopatûs vel Clericatûs eorum, agros vel qualiacunque prædia nomine proprio emerint, tanquam qui Dominica bona invaserint, teneantur: nisi utique admoniti ea Ecclesiæ retulerint. Si autem alicujus liberalitate vel cognationis successione aliquid ad ipsos propriè deveniret, eo facient id, quod eorum proposito congruit. Sin vero, etiam postquam proposuerint, retro convertantur, Ecclesiastico honore indigni, ut reprobi, judicentur.

BALS. Quadragesimus canon apostolicus statuit, ut episcopus tempore ordinationis res suas describat: similiter & xxiv. canon Antioch. Syn. ut eæ sint manifestæ, & itidem ecclesiæ reditus. Præsens ergo canon decernit, ut si Episcopi vel Presbyteri vel Diaconi, vel quicunque Clerici, ad Ecclesiasticum ministerium & honorem pauperes, postea promoti fuerint, & tempore Episcopatûs vel Clericatûs quodvis immobile nomine proprio emerint: reputentur ut raptores bonorum Dominicorum, scilicet eorum quæ Deo sunt dedicata. Hoc autem significavit canon, dum dixit; ut qui invaserint, teneantur, nisi hujus admoniti, id est, ab hoc temerario incepto desistere jussi, ea ecclesiæ dominio ascripserint. Si autem ex hæreditate vel legato vel donatione aliquid ad eos devenerit; eorum quidem partem aliquam, quæ illis videbitur, Ecclesiæ dominio tribuere debent, reliquorum autem habere certum & indubitatum dominium. Sed si postquam proposuerit ex iis aliqua ecclesiæ consecrare, si eum pœnitentia subierit, à sacerdotali honore excidet ut indignus & reprobus. Hæc cùm decernat canon, dicunt aliqui, ea quæ in ipso sunt intelligi de omnibus, quæ post Episcopatûs vel Clericatûs adoptionem undecunque empta sunt, vel etiam acquisita ab Episcopis vel Clericis, præterquam ea quæ ad ipsos vel ex donatione vel ex legato vel hæreditate devenerint. Mihi autem videtur, quod in Episcopis quidem hoc locum habebit: quia nullus est eis alius modus per quem res acquirant, præterquam ex Juribus episcopalibus, & ex externis donationibus & legatis. Ac Episcopalia quidem Episcopatui tradentur: reliqua autem erunt eorum dominii, quemadmodum hîc quoque canon hoc tractat. Clerici autem, si postquam in clerum recepti sunt, aliis modis & non ex Ecclesia res emerint, non cogentur ea Ecclesiæ addicere: si quis enim fortè Clericus fiat puerorum ludimagister, vel scriptor, vel magni alicujus viri amanuensis aut à secretis, & magnas ex eo facultates paraverit; quare cogetur ea, quæ his rationibus acquisita sunt, Ecclesiæ addicere? Præsens autem interpretatio à verbis canonis dependet, statuentis quæ ex liberalitate vel hæreditatibus provenerunt, eos habere in potestate, præterquam quòd pars quædam Ecclesiæ dari debet.

A ΑΡΙΣΤ. Ο μείζω τιμὴν ἀπωθούμενος, καὶ ἣν ἔχει προσαπολέσει.

Ὥστε τὰς διοικήσεις, εἰ μὴ κατὰ συναίνεσιν τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, ἐπίσκοπον ἕτερον μὴ δέχεσθαι. Ἐπιγόνιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἐν πολλαῖς συνόδοις ὥρισται συνεδρίῳ ἱερατικῷ, ἵνα τὰ B πλήθη τὰ ἐν ταῖς προοιμίαις ἀπὸ τῶν ἐπισκόπων κατεχόμενα, τὰ ἴδιον ἐπίσκοπον μηδέποτε ἐσχηκότα, εἰ μὴ κατὰ συναίνεσιν τοῦ ἐπισκόπου, ἀφ' οὗ ἐξαρχῆς κατέχονται, μὴ λαμβάνοιεν ἐξουσίας ἰδίους, τοῦτ' ἔστιν, ἐπισκόπους· ἐπειδή τινες δηλαδὴ, τυραννίδος τινὸς ἐπιτυχόντες, τῷ πρὸς ἀδελφῶν κοινωνίαν ἀποτρέφονται· καὶ ὅτῳ δὲ ἀποφαυλιοῦσιν, ὡς ἂν εἴ τινι παλαιᾷ τυραννίδι δεσποτείας ἑαυτοῖς ἐκδικοῦσιν. πολλοὶ δὲ καὶ ἐκ τῶν πρεσβυτέρων, φυσιούμενοι καὶ μισοῦντες, τὰς ἀκοὰς ἐπέμισσαν καὶ τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου, ὃ πλῆθος συμποσίοις καὶ κακοβουλίαις C διεφθείροντες, ὡς ἄπαυστοι δύνοιτο τούτους ἑαυτοὺς ἰδιοποιεῖν καθιστάνειν. τοῦτο δὲ ἐπισήμως δίκαιον παρὰ τὴν ὑμετέραν κατέχουσαν διάνοιαν, πιστότατε ἀδελφὲ Αὐρήλιε, ὅτι πολλάκις τὰς ἰδιαιτέρας ὁρμὰς μὴ προσδεχόμενος ἐκώλυσας. διὰ δὲ τὰς τῶν τοιούτων κακοβουλίας ἐννοίας, καὶ τὰ φαύλως συμφωνούμενα βουλεύματα, τοῦτο λέγω, μὴ ὀφείλειν καθηγητὴν ἴδιον δέχεσθαι τὸ πλῆθος, ὃ ἐν τῇ λεγομένῃ προοιμίᾳ ὑποκείμενον ἀρχαίῳ ἐπισκόπῳ, καὶ μηδέποτε ἴδιον ἐπίσκοπον ἐσχηκός. δίκαιον ἐὰν συμπάσῃ τῇ ἁγιωτάτῃ συνόδῳ ἀρέσκῃ ὃ παρ' ἐμοῦ, βεβαιωθήτω. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπε· τῆς ἀδελφότητος καὶ συνεπισκόπου ἡμῶν τῆς ἐξακολουθήσεως οὐκ ἀνθίσαμεν, ἀλλὰ τοῦτο ἐμὲ καὶ πεποιηκότα D καὶ ποιήσοντα ὁμολογῶ, δηλαδὴ πρὸς τοὺς ὁμονοοῦντας, οὐ μόνον τῇ ἐν Καρχηδόνι ἐκκλησίᾳ, ἀλλὰ καὶ πάσῃ τῇ ἱερατικῇ συνκλήσει. εἰσὶ γὰρ πλῆστοι συμπνέοντες τοῖς οἰκείοις πλήθεσιν, ἅπερ ὡς λέλεκται ἁπάντων, κυήσαντες τὰς ἀκοὰς αὐτῶν καὶ κολακεύοντες πρὸς ἑαυτὸς ἀνθρώπους κατεγνωσμένου βίου· μᾶλλον δὲ φυσιούμενοι καὶ ἐκ τῆς συνκλήσεως ταύτης ἑαυτοὺς χωρίζοντες οἵ τινες τῷ ἰδίῳ πλήθει ἐπιφερόμενοι, πολλάκις συνκληθέντες ἐλθεῖν εἰς συνόδον παραιτοῦνται, ὡς φοβούμενοι μήπως τὰ τούτων ἀτοπήματα φανερωθῶσιν. λέγω οὖν, ἐὰν δοκῇ, ὀφείλομεν πάντι τρόπῳ ἀγωνίσασθαι τούτοις, μὴ μό- E νον τὰς τοιαύτας διοικήσεις μὴ φυλάττεσθαι, ἀλλὰ μηδὲ τὰς ἰδίας ἐκκλησίας τὰς κακῶς εἰς ἄλλους παρελθούσας, καὶ ἵνα ἀυθεντικῶς δημοσίᾳ ἐκβάλλωνται, καὶ αὐτῆς τοῦ πρωτεύοντος καθέδρα ἀποκινῶνται. χρὴ γὰρ τοὺς σύμπασι τοῖς ἀδελφοῖς καὶ ὅλῃ τῇ συνόδῳ προσκολλωμένους, μὴ μόνον τὴν οἰκείαν κατέχειν δικαίως καθέδραν, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον τὰς τοιαύτας διοικήσεις κεκτῆσθαι. τοὺς δὲ δοκοῦντας τοῖς ἰδίοις ὄχλοις ἀρκεῖσθαι, καὶ τὴν ἀδελφικὴν ἀγάπης καταφρονοῦντας, μὴ μόνον τὰς διοικήσεις ἀπολλύειν, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον, ὡς εἶπον, καὶ τῶν ἰδίων τόπων ἀρχοντικῆ ἐξουσίᾳ, ὡς ἀνταρτας, δικαιοῦσθαι. Ὀνωρᾶτος καὶ Οὐρβανὸς ἐπίσκοποι εἶπον. ἡ μεγίστη προνοία τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης ταῖς πάντων διανοίαις ἐνεκαθέδη, καὶ λογιζόμεθα ὀφείλειν τῇ πάντων ἀποκρίσει βεβαιωθῆναι τὴν ὑμετέραν ἐξακολούθησιν. σύμπαντες οἱ ἐπίσκοποι εἶπον, ἀρέσκει, ἀρέσκει.

ΒΑΛΣ. καὶ ΖΩΝΑΡ. Καὶ ὁ ς'. κανὼν τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου διορίζεται μήτε ἐν πόλει βραχείᾳ, μήτε ἐν κώμῃ, καθίστασθαι ἐπίσκοπον. καὶ ὁ κανὼν δὲ οὗτος ἐν ταῖς προοιμίαις φησὶ, ταῖς ὑπ' ἐπισκόπων κατ-

quentes decreverunt ea, quæ in cujusque Provinciæ Ecclesiis facta sunt, & observare & visitare: & si quid non recte factum fuerit, emendare, & è propositis quæstionibus canonicis eas, quæ non solvuntur, sed propter difficultatem fortasse transmittuntur, aut etiam dubiæ manent, solvere, & perspicuitate donare.

Canon LVII.

Ut diœceses, nisi proprii Episcopi consensu, alius Episcopus non suscipiat. Epigonius Episcopus dixit; In multis Synodis constitutum est sacerdotali consessu, ut populi, qui in paræciis ab Episcopis continentur, qui nunquam proprium Episcopum habuerunt, nisi ex consensu Episcopi, à quo à principio tenentur, proprios directores, id est Episcopos, non accipiant: quoniam scilicet quidam, tyrannidem quandam assecuti, fratrum communionem aversantur; porrò & quando viles abjectique evaserint, rursus quadam velut antiqua tyrannide sibi dominia vendicant. Multi autem etiam ex Presbyteris, inflati & stulti, cervices adversus Episcopos erigunt, multitudinem conviviis & malignis consiliis instigantes, ut inordinata benevolentia eos sibi directores constituant. Hoc autem insigniter optandum à vestra benevolentia obtinemus, fidelissime frater Aureli, quòd sæpe ejusmodi eorum appetitiones non admittens prohibuisti. Propter malignas autem eorum cogitationes & improbè consentientia consilia hoc dico, non debere proprium institutorem populum accipere, qui in ea quæ dicitur paræcia, antiquo Episcopo subjectus nequaquam proprium Episcopum habuit. Et ideo si quod dico universæ sanctissimæ Synodo placet, confirmetur. Aurelius Episcopus dixit; Fratris & Coëpiscopi nostri prosecutioni non resisto: sed hoc me & fecisse & facturum profiteor, scilicet apud eos qui consentiunt, non solùm Carthaginensi Ecclesiæ, sed etiam universo sacerdotali consortio. Sunt enim plurimi, qui cum propriis populis conspirant; quos quidem, ut dictum est, seducunt, aures eorum titillantes, & homines vitæ desperatæ damnataque adulationibus ad se allicientes; potiùs autem inflati, & ab hoc consortio seipsos separantes: qui quidem proprio populo innitentes, sæpe evocati, ut veniant ad synodum, recusant, ut qui timeant ne absurda eorum facta manifestentur. Dico ergo, si videtur, omnibus modis cum eis contendere debemus, ut non solùm iis non serventur ejusmodi diœceses, sed nec propriæ Ecclesiæ quæ malè ad ipsos pervenerunt; & ut authenticè publicè ejiciantur, & ab ipsa Primatum cathedra moveantur. Oportet enim eos, qui universis fratribus & toti Synodo adglutinantur, non solum propriam cathedram justè obtinere, sed etiam ejusmodi diœceses possidere: eos autem, qui videntur sua esse multitudine contenti, & fraternam dilectionem contemnunt, non solum diœceses amittere; sed etiam, ut dixi, propriis locis seculari potestate privari, ut rebelles. Honoratus & Urbanus Episcopi dixerunt; Maxima providentia vestræ sanctitatis omnium mentibus insedit; & existimamus debere omnium responsione vestram confirmari prosecutionem. Omnes Episcopi dixerunt; Placet, placet.

Bals. & Zonar. Sextus quoque canon Synodi Sardicensis decernit, neque in parva civitate, neque in pago, Episcopum esse constituendum. Porrò hic quoque canon dicit, in paroeciis, quæ ab Episco-

Digitized by Google

pis tenentur, non debere fieri Episcopum, nisi ex mente Episcopi, ad quem ab initio pertinebat parœcia. Directores autem appellat Episcopos, ut qui populum dirigant, & ad veram fidei viam virtutísque deducant. Hoc autem dicunt, quòd nonnulli tyrannidem seu potentiam aliquam assecuti, fratrum, Episcoporum scilicet, communionem aversantur: & quando viles abjectíque evaserint, sive reprobati fuerint, & eorum manifesta fuerit improbitas, tunc sibi dominium vendicant, ut ex antiqua fortè consuetudine aliquod jus habentes. Potentiam porro tyrannidem nominarunt propter violentiam. Multi autem Presbyteri inani gloria incitati, & stultitia elati, adversus proprios Episcopos excitantur & insurgunt, populos commoventes sive instigantes conviviis & improbis consiliis, ut eos directores, id est Episcopos, sibi constituant, tanquam hoc fortè propter benevolentiam in eos facientes, quæ est inordinata benevolentia. Neque enim ordinatè, neque canonicè fit. Hoc autem, inquit, insigniter obtinemus, id est, liquidò & apertè obtinemus, in nostra mente optandum, seu opinione dignum, ut sic fiat. Cujusmodi autem est hoc? Quòd sæpe ejusmodi appetitiones prohibuisti, eas non admittens. Propter aliquorum autem improbitatem maláque consilia & conventa confirmetur, non admitti proprium institutorem, seu episcopum, ab iis qui sunt in parœcia, antiquo Episcopo subjecta, & quæ proprium Episcopum nunquam habuit. Cùm dixisset autem Epigonius ea quæ priùs dicta sunt, Aurelius respondit; Hoc videlicet introductum & feci & me facere profiteor. Sunt enim multi qui propriis populis consentiunt, â quibus scilicet sunt incitati: eorum autem consensus fraus est. Titillantes aures eorum, & adulantes, hoc est, verbis fallacibus aures eorum demulcentes & delectantes (Id autem per metaphoram ab animalibus sumptum est. Animalia enim hominum manibus confricta ac titillata delectantur & mansuescunt & tractabilia fiunt) per adulationem homines vitæ condemnatæ ad se attrahentes; vel potiùs inflati, & ab hoc Cleri consortio seu Episcoporum conventu seipsos segregantes: qui quidem proprio populo confidentes, ipsique innitentes & confirmati, in quo scilicet constituti sunt Episcopi, ad Synodum venire recusant, licèt sæpe vocati. Quare autem venire recusant? Quia timent ne absurda sua facta convincantur. Debemus ergo, inquit, si videatur, omnibus modis contendere, ut non solùm, quæ sic malè sunt administrata, non servent, & studere ne deinceps fiant; sed & Ecclesias, quæ ad eos malè devenerunt, ab illis auferre; & ut cum potestate apertè ejiciantur, & per Primatum cathedras, seu Patriarcharum, vel Metropolitanorum, abigantur. Per Primatum autem cathedram, Episcopalem potentiam significat. Æquum enim est, inquit, ut qui fratribus adhærent, qui scilicet universæ Synodo consentiunt, non solùm proprias sedes habeant; sed etiam ejusmodi diœceses possideant: ii autem, qui concordiam & fraternam charitatem negligunt, ut qui proprios populos sibi sufficere existimant, à quibus electi sunt ad Episcopatum, non solùm diœceses, in quibus fuerunt Episcopi, perdant; sed etiam propriis locis priventur, si proprios ibi ullos habeant, seculari potestate ab eis, ut rebelles, exturbati, seu ut qui manus contra erigunt, & canonibus & Episcopis adversantur. Ad hæc nonnulli quidam dixerunt, quòd ipsa providentia omnium mentibus insedit, id est, placuit, acquievit: sedere enim quietem efficit. Synodus autem dixit; Placet.

A πων κατεχομένοις, γίνεσθαι ἐπίσκοπον, εἰ μὴ κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου, ᾧ ἐξ ἀρχῆς διέφερεν ἡ παροικία. ἰθυντὰς δὲ καλεῖ τοὺς ἐπισκόπους, ὡς ἰθύνοντας τὸν λαὸν καὶ κατευθύνοντας πρὸς τὴν ὀρθὴν πορείαν τῆς πίστεως καὶ τῆς ἀρετῆς. τοῦτο δὲ λέγουσιν, ἐπεὶ τινὲς τυραννίδος ἐπιτετυχηκότες, ἤγουν δυναστείας τινὸς, τὴν τῶν ἀδελφῶν, τῶν ἐπισκόπων δηλαδὴ, κοινωνίαν ἀποστρέφονται· καὶ ὅταν ἀποφαυλισθῶσιν, ἀντὶ τοῦ ἀποδοκιμασθῶσι καὶ φανεροὶ γένωνται τῆς κακίας, τότε ἑαυτοῖς ἐκδικοῦσι δεσποτείας, ὡς τάχα δίκαιον ἔχοντες ἐκ παλαιᾶς συνηθείας. τὴν δυναστείαν δὲ ὠνόμασε τυραννίδα, διὰ τὸ βίαιον. πολλοὶ δὲ καὶ τῶν πρεσβυτέρων B κενοδοξοῦντες, ἐπαιρόμενοι ἐκ μωρίας, κατεπαίρονται καὶ κατεξανίστανται τῶν οἰκείων ἐπισκόπων, διεγείροντες τὰ πλήθη, ἀντὶ τοῦ ἐρεθίζοντες, συμποσίοις καὶ κακοθελέσι συμβουλίαις, ἰθυντὰς ἤτοι ἐπισκόπους ἑαυτοῖς τούτους καθιστᾶν, ὡς τάχα τοῦτο δι' εὔνοιαν τὴν πρὸς αὐτοὺς ποιοῦντες, ἥτις εὔνοια ἄτακτός ἐστιν. οὐ γὰρ εὐτάκτως οὐδὲ κανονικῶς γίνεται. τοῦτο δέ, φησιν, ἐπισήμως κατέχομεν, ἀντὶ τοῦ γνωρίμως καὶ φανερῶς κατέχομεν ἐν τῇ ἡμῶν διανοίᾳ εὐκταῖον, ἤγουν εὐχῆς ἄξιον, ὥστε οὕτως γίνεσθαι. ποῖον δὴ τοῦτο; ὅτι πολλάκις τοιαύτας ὁρμὰς ἐκώλυσας μὴ προσδεχόμενος ταύτας. διὰ δὲ τινῶν κακοθέλειαν, καὶ τὰς φαύλας συμβου- C λὰς καὶ συμφωνίας κυρωθήτω, μὴ δέχεσθαι ἴδιον καθηγητὴν ἤγουν ἐπίσκοπον τοὺς ἐν παροικίᾳ ὄντας, ἥτις ἀρχαίῳ ἐπισκόπῳ ὑπόκειται, καὶ οὐδέποτε ἴδιον ἐπίσκοπον ἔχεν. εἰπόντος δὲ τοῦ Ἐπιγονίου τὰ προειρημένα, ὁ Αὐρήλιος ἀπεκρίθη, τοῦτο τὸ εἰσαχθὲν δηλαδὴ καὶ πεποίηκα καὶ ποιεῖν ὁμολογῶ. εἰσὶ γὰρ πολλοὶ ὁμονοοῦντες τοῖς οἰκείοις πλήθεσιν, ἐξ ὧν ὥρμηνται δηλονότι· ἡ δὲ ὁμόνοια αὐτῶν ἀπάτη ἐστί. κνήθοντες τὰς ἀκοὰς αὐτῶν καὶ κολακεύοντες, ἀντὶ τοῦ λόγοις ἀπατηλοῖς τὰς ἀκοὰς αὐτῶν ἡδύνοντες καὶ γαργαλίζοντες. τοῦτο δὲ ἐκ μεταφορᾶς τῶν ζώων εἴληπται. τὰ γὰρ ζῶα καταψώμενα καὶ κνηθόμενα χερσὶν ἀνθρώπων γαργαλίζον- D ται καὶ ἡμεροῦνται καὶ χειροήθη γίνονται. διὰ τῆς κολακείας πρὸς ἑαυτοὺς ὑποσύροντες ἀνθρώπους κατεγνωσμένου βίου, μᾶλλον δὲ φυσιούμενοι, καὶ ἐκ τῆς συγκληρώσεως ταύτης, ἤγουν τῆς τῶν ἐπισκόπων ὁμηγύρεως, ἑαυτοὺς χωρίζοντες, οἵ τινες θαῤῥοῦντες τῷ οἰκείῳ πλήθει, καὶ αὐτῷ ἐπιστηριζόμενοι καὶ δυναμούμενοι ἐν ᾧ κατέστησαν ἐπίσκοποι, παραιτοῦνται ἐλθεῖν εἰς συνόδον, καί τοι κληθέντες πολλάκις. διὰ τί δὲ παραιτοῦνται ἐλθεῖν; ὅτι φοβοῦνται μὴ ἐλεγχθῶσι τὰ ἀτοπήματα αὐτῶν. ὀφείλομεν οὖν, φησιν, ἐὰν πᾶσι δοκῇ, πάντα τρόπον ἀγωνίσασθαι μὴ μόνον τὰ οὕτω κακῶς διοικηθέντα μὴ φυλάξαι, σπουδάσαι δὲ μηκέτι γίνεσθαι τῶν λοιπούς, E ἀλλὰ καὶ τὰς ἐκκλησίας, τὰς κακῶς περιελθούσας αὐτοῖς, ἀφελέσθαι ἐξ αὐτῶν, καὶ ἵνα μετὰ ἐξουσίας φανερῶς ἐκβάλλωνται, καὶ διὰ τῆς τῶν πρωτευόντων καθέδρας ἤτοι τῶν πατριαρχῶν ἢ τῶν μητροπολιτῶν ἐκδιώκωνται. διὰ δὲ τῆς καθέδρας τῶν πρωτευόντων, τὴν ἀρχιερατικὴν ἐξουσίαν ἐνέφηνεν. ἐνδέχεται γάρ, φησι, τοὺς προσκολλωμένους τοῖς ἀδελφοῖς, τοὺς ὁμόφρονας δηλαδὴ πάσῃ τῇ συνόδῳ, μὴ μόνον τοὺς οἰκείους θρόνους ἔχειν, ἀλλὰ καὶ τὰς τοιαύτας διοικήσεις κεκτῆσθαι· τοὺς δὲ καταφρονοῦντας τῆς ὁμονοίας καὶ τῆς ἀδελφικῆς ἀγάπης, ὡς δοκοῦντας ἀρκεῖσθαι τοῖς ἰδίοις ὄχλοις, παρ' ὧν ἐπελέγησαν εἰς ἐπισκοπὴν, μὴ μόνον τὰς F διοικήσεις, ἐν αἷς γεγόνασιν ἐπίσκοποι, ἀπόλλειν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἰδίων τόπων στερεῖσθαι, εἴ τινας εἶχον οἰκείους ἐκεῖθεν ὄντες, ἐκδιωκομένους ἐξ αὐτῶν ἀρχοντικῇ δυναστείᾳ ὡς ἀντάρτας, ἤτοι ὡς ἀνταίροντας χεῖρας καὶ ἐναντιουμένους τοῖς κανόσι καὶ τοῖς ἐπισκόποις. πρὸς ταύτα τινὲς μὲν εἶπον, ὅτι ἡ πρόνοια αὕτη ταῖς πάντων διανοίαις ἐνεκαθέστη, ἀντὶ τοῦ ἤρεσεν, ἀνεπαύθη. ἀνάπαυσιν γὰρ τὸ καθῆσθαι ποιεῖ. ἡ δὲ συνόδος εἶπεν, ἀρέσκει.

ΑΡΙΣΤ.

Digitized by Google

ΑΡΙΣΤ. Ο τὴν παρὰ τῆς Συνόδου κλῆσιν παραιτούμενος, καὶ τῷ θαρρεῖν τῷ ἰδίῳ πλήθει τῆς ἀδελφικῆς ἀγάπης καταφρονῶν· καὶ τῶν ἰδίων ἀρχοντικῇ δυναστείᾳ στερηθήσεται.

Ο τῶν ἀλλοτρίων ἐφιέμενος, καὶ τῶν ἀνηκόντων αὐτῷ ἔκπτωσιν ὑποστήσεται. εἴ τινες οὖν τῶν ἐπισκόπων, ἢ καὶ τῶν πρεσβυτέρων, εἰς ἑαυτοὺς ἐφελκύσαντες λαὸν παροικίας τινὸς, καὶ παραπείσαντες αὐτὸν ἀπάτῃ καὶ κολακείᾳ διδάσκαλοι αὐτοῦ καὶ καθηγηταὶ καταστῆναι, τοῦτ' ἔστιν ἐπίσκοποι, καὶ ἀποστῆναι ἐπισκόπου, ᾧ τινι ἡ τοιαύτη παροικία ὑπέκειτο πρότερον. καὶ καλούμενοι εἰς τὴν σύνοδον ἐπὶ τῷ ἀπολογήσασθαι περὶ ὧν ἐπεγκαλοῦνται ἕνεκεν ταύτης ὑποθέσεως, οὐ θελήσουσι παρουσιάσαι, ὡς τῆς ἀδελφικῆς ἀγάπης καταφρονοῦντες, καὶ τῷ πλήθει θαρροῦντες· καὶ τῶν ἰδίων ἐκκλησιῶν στερηθήσονται διὰ ἀρχοντικῆς ἐξουσίας.

A ARIST. *Qui vocationem à Synodo factam aversatur, & multitudini suæ confisus fraternam despicit amicitiam: suis etiam per auctoritatem Imperatoriam privabitur.*

Qui aliena appetit, & eorum, quæ ad ipsum pertinent, amissioni subjicietur. Si qui itaque ex Episcopis aut Presbyteris ad se parœciæ alicujus populum attrahentes, eique fraude & adulatione persuadentes se præceptores ejus & directores, hoc est, Episcopos constitui, & recedere ab Episcopo, cui ista parœcia antea subjecta fuit; & ad Synodum vocati, ad rationes reddendas de iis, quibus propter istam causam accusantur, advenire nolunt, ut fraternam contemptui habentes amicitiam, & multitudini confidentes: per auctoritatem Imperialem etiam suis privabuntur Ecclesiis.

ΚΑΝΩΝ νη'.

Περὶ τοῦ, ἀλλοτρίους κληρικοὺς μηδαμῶς παρ' ἑτέρων ὑποδέχεσθαι ἐπισκόπων. Επιγόνιος ἐπίσκοπος εἶπεν. ἐν πολλαῖς συνόδοις τοῦτο ὁρισθὲν, καὶ νῦν ἔτι μὴν ἐκ τῆς ὑμετέρας ἐβεβαιώθη συνέσεως, μακαριώτατοι ἀδελφοὶ, ὥστε μηδένα ἐπίσκοπον ἰδιοποιεῖσθαι ἀλλότριον κληρικὸν, παρὰ τὴν κρίσιν τοῦ προτέρου αὐτοῦ ἐπισκόπου. ἀναφέρω δὲ Ιουλιανὸν ἀχαρίστως ἐνεχθέντα περὶ τὰς διὰ τῆς ἐμῆς βραχύτητος εἰς αὐτὸν σωρευθείσας τοσαύτας τοῦ θεοῦ εὐεργεσίας, καὶ οὕτως προπετῶς καὶ τολμηρῶς διαγενόμενον, ὥστε καὶ ἀπὸ νηπίας ἡλικίας ὑπ' ἐμοῦ βαπτισθέντα, καὶ καὶ διὰ πολλὴν ἔνδειαν ἐξ αὐτοῦ παρατεθέντα μοι, καὶ ἐπὶ πολλὰ ἐξ ἐμοῦ τραφέντα καὶ αὐξηθέντα, καὶ, ὡς εἶπον, ἐν τῇ ἐμῇ ἐκκλησίᾳ τῇ χειρὶ τῆς ἐμῆς μετριότητος βαπτισθέντα, καὶ δεικνύμενον ἐν τῇ τῶν Μαπαλιτῶν παροικίᾳ ἀναγνώστην γενόμενον, καὶ ἐπὶ δύο ἔτη ἐκεῖσε ἀναγινώσκοντα· τοῦτον οὐκ οἶδα ποίᾳ καταφρονήσει τῆς ἐμῆς μετριότητος ἀφαρπᾶσαι καὶ αὐτὸν Ιουλιανὸν, καὶ λέγειν πολίτην τοῦ διαφέροντος αὐτῷ Βαζαριτάνου τόπου, καὶ παρὰ τὴν ἐμὴν γνώμην τούτῳ κεχρῆσθαι. καὶ γὰρ διάκονον τοῦτον ἐχειροτόνησεν. τοῦτο εἰ ἔξεστιν, γνωθῇ ὑμῖν ἡ τοιαύτη ἄδεια, μακαριώτατοι ἀδελφοί· εἰ δὲ μήγε, τὸ οὕτως ἀναιδὲς κωλυθῇ, ἵνα μὴ ὁ λεχθεὶς Ιουλιανὸς ἐπικοινωνῇ ἀλλοτρίοις. Νουμήδιος ἐπίσκοπος εἶπεν. ἐὰν μὴ ἐρωτηθείσης μηδὲ αἰτηθείσης τῆς σῆς ἀξίας φανείῃ τοῦτο πράξας Ιουλιανὸς, κρίνομεν πάντες ἀδίκως γενόμενον καὶ μὴ ἀξίως. διὸ εἰ μὴ ὁ αὐτὸς Ιουλιανὸς διορθώσηται τὴν οἰκείαν πλάνην, καὶ μετὰ ἀποθεραπεύσεως τῷ ὑμετέρῳ λαῷ τὸν αὐτὸν ἀποκαταστήσῃ κληρικὸν, ὃν ἐτόλμησεν χειροτονῆσαι, κατὰ τὸ ὁρισθὲν τῇ συνόδῳ μὴ πράττων, καὶ χωρισθεὶς ἀφ' ἡμῶν, τῆς οἰκείας μονοτονίας ἀπενέγκοι τὴν κρίσιν. Επιγόνιος ἐπίσκοπος εἶπεν. ὁ κατὰ τὴν κεῖραν πατὴρ, καὶ αὐτῇ τῇ προκοπῇ ἀρχαιότατος, ἐπαινετὸς ἀνὴρ, ὁ ἀδελφὸς καὶ συλλειτουργὸς ἡμῶν Βίκτωρ τὴν αἴτησιν ταύτην γενικὴν βούλεται ἐπὶ πᾶσιν ἐκτελεσθῆναι.

CANON LVIII.

Quòd alieni Clerici ab aliis Episcopis nullo modo suscipiantur. Epigonius Episcopus dixit; Hoc in multis Synodis constitutum, nunc etiam adhuc à vestra prudentia confirmatum est, beatissimi fratres, ut nullus Episcopus alienum sibi Clericum vendicet, præter sententiam prioris ejus Episcopi. Refero autem Julianum ingratè in tot per meam parvitatem in eum congesta Dei beneficia se gessisse, & tam temere & confidenter versatum esse; ut qui à tenera ætate à me baptizatus est, propter multam inopiam mihi ab ipso commendatus, & multis annis à me nutritus & auctus, qui, ut dixi, in Ecclesia mea mediocritatis meæ manu baptizatus est, & in Mapalitanorum parœcia publicè Lector factus est, & duobus jam annis illic legit: eum, nescio quonam meæ mediocritatis contemptu, surripuit ipse Julianus, & dicit eum esse civem loci Basaritani ad eum pertinentis, eoque præter meam sententiam usus est. Eum enim Diaconum ordinavit. Hoc si licet, à vobis decernatur ejusmodi facultas, beatissimi fratres: Sin minùs, quod adeò impudens est prohibeatur, ne dictus Julianus aliena participet. Numidius Episcopus dixit; Si non consulta nec rogata tua dignitate hoc fecisse Julianum appareat, judicamus omnes id injustè indignéque factum esse. Quare nisi ipse Julianus proprium errorem correxerit, & cum satisfactione vestro populo eundem Clericum, quem ausus est ordinare, restituerit, convenienter ei quod Synodo constitutum est non faciens, & à nobis separatus, suæ pervicaciæ judicium referret. Epigonius Episcopus dixit; Qui ætate pater est, & ipso profectu antiquissimus, laudabilis vir, frater & noster in sacris comminister Victor generalem hanc petitionem vult in omnibus effici.

ΒΑΛΣ. Ο ἐπίσκοπος Επιγόνιος ἐδέξατο νεανίσκον τινὰ πένητα ἐξ ἀποστολῆς τινὸς ἐπισκόπου Ιουλιανοῦ καλουμένου, ὄντα ἀπὸ τόπου λεγομένου Βαζαριτανοῦ, καὶ ὑποκειμένου τῇ ἐνορίᾳ αὐτοῦ τοῦ Ιουλιανοῦ· καὶ ἐβάπτισεν αὐτὸν, καὶ ἀνέθρεψε, καὶ ἀναγνώστην ἐχειροτόνησεν εἰς τὴν ὑπ' αὐτὸν παροικίαν τῶν Μαπαλιτῶν. ὅτι δὲ μετὰ δύο ἔτη τῆς κληρώσεως τούτου ἥρπασεν αὐτὸν ὁ Ιουλιανὸς, καὶ παρὰ γνώμην τοῦ Επιγονίου διάκονον ἐχειροτόνησεν, ἀνήνεγκε τοῦτο αὐτὸ ὁ Επιγόνιος τῇ συνόδῳ· καὶ εἶπεν, ὅτι καὶ ἄλλαι σύνοδοι ὥρισαν μὴ δέχεσθαι ἐπίσκοπον ἀλλότριον κληρικὸν παρὰ γνώμην τοῦ κληρώσαντος αὐτὸν ἐπισκόπου. ἀλλὰ καὶ νῦν παρ' ὑμῶν ἐβεβαιώθη τοῦτο αὐτό. ἀναφέρω οὖν τὴν γενομένην πρὸς ἐμὲ καταφρόνησιν παρὰ

BALS. Episcopus Epigonius pauperem quendam adolescentulum, ab Episcopo Juliano missum, suscepit, qui erat ex loco Bazaritano dicto, & regioni ipsius Juliani subjecto: & ipsum baptizavit, & educavit, & Lectorem ordinavit in Parœcia Mapalitarum, quæ ei suberat. Quia autem post duos ejus creationis annos eum rapuit Julianus, & præter Epigonii mentem Diaconum ordinavit, hoc Epigonius ad Synodum retulit: & dixit, quòd aliæ quoque Synodi decreverunt, ut Episcopus alienum Clericum non admittat præter mentem Episcopi, qui eum Clericum effecit, sed etiam hoc ipsum quoque nunc à vobis confirmatum est. Refero ergo contemptum in me factum

Digitized by Google

à Juliano, qui à me beneficio affectus est, & quæro ut audax ejus incœptum corrigatur. Dixit ergo Numidius, quòd si te non permittente fecit hoc Julianus, injustum est: & si proprium errorem non corrigat, & Clericum restituat, à nobis separabitur, & ex sua obstinatione seu impudentia condemnationem suscipiet. Epigonius autem dixit, quòd, qui ætate pater est & temporis progressu antiquissimus Victor, vult hanc fieri generalem petitionem; scilicet ut hoc non adversus solum Julianum dicatur, sed communiter adversus omnes, qui alienos sibi Clericos vendicant. Ac præsens quidem Canon dicit Julianum à fraternitate separandum, & obstinationis condemnationem relaturum. Tu autem lege vigesimum sextum caput primi tituli præsentis operis, & Canones qui in ipso sunt: præcipuè autem Canones Synodi in Trullo. Scias autem, quod multum sæpe agitatum est in Constantinopolitanorum Ecclesiæ Synodo, an divini Canones, qui statuunt non suscipere debere Episcopos aliarum regionum Clericos, exaudiantur etiam in Laicos; & prohibeatur fortasse Athyræ Episcopus aliquem ordinare Laicum, qui sit ex regione Sylembriæ Episcopi, & ejus Canoni pœnisque subjectus sit, & pro uno ex ejus ovili habeatur. Dicebant enim nonnulli, quòd ex præsenti Canone, qui dixisse Epigonium se à Juliano missum suscepisse Laicum, ejus civem, & eum in sua diœcesi Clericum ordinasse differit, & ex eo quòd hoc prætextu uteretur Julianus, eum à se jure fuisse ordinatum Diaconum, ut qui à sua Bazaritanorum regione excesserit, ostenditur; quòd nec alterius regionis Laicum potest Episcopus ordinare præter Episcopi, qui eum obtinet, sententiam. Tanquam enim prohibita esset, ab Epigonio facta ordinatio ejus, qui ab illo educatus fuerat, quòd esset ipse alterius regionis, adjecit Epigonius; se Juliani voluntate eum accepisse, de quo agebatur, & propterea nec existimari debere eum esse illius Diœcesis: & disceptabant eum rectè à Juliano fuisse ordinatum Diaconum, ut qui ex ejus Diœcesi esset, ejusque civis reputaretur, & nec ad Epigonium reversus esset, nisi Julianus eum prius à sua regione abalienasset, externúmque fecisset, & ad Epigonium misisset. Et hæc quidem hi rectè, ut & mihi videtur, dicebant. Tu autem memoria tene Synodalem declarationem sanctissimi Patriarchæ domini Michaëlis, Philosophorum summi, quæ hæc ad verbum continet; Mense Novembri, die primo, Indictione quarta, præsidente sanctissimo domino nostro & universali Patriarcha domino Michaële in Alexiacis Catechumeniis, cum magna ejus sanctitate unà assidentibus sanctissimis Antistitibus, Stephano Cæsareæ, Nicolao Ephesi, Michaële Heracleæ, Joanne Cyzici, Leone Amaseæ, Niceta Melitenes, Basilio Neocæsareæ, Luca Mocesorum, Joanne Cretæ, Leone Adrianopolis, Constantino Euchaitorum, Georgio Alaniæ, Theodoro Methymnes, Joanne Bizyes & Romano Aprô, præsentibus etiam Dei amantissimis dominicis Magistratibus, Patrum terminos non transgredi, quos ii pulchrè & cum ea qua par est disquisitione ab initio posuerunt; sed nec fossas nec vallum transilire, qui externa à suis juribus divident, decretum est Ecclesiasticum & lex divina multis antè seculis statuta. Oportebat ergo hoc non ignorare eos, qui Ecclesiis, quæ sitæ sunt, ubique præsunt, & Synodalia decreta legúmque constitutiones se servaturos profitentur, & debent in eis permanere, & propria quidem jura retinere, ab alienis autem abstinere. Sed nescio quanam ratione quidam sanctiss. Antistites,

A ὃ Ιουλιανὸς ⁋ ἐνεργηθὲν ⓒ ὑπ' ἐμοῦ, καὶ ζητῶ διορθωθῆναι ὃ παρὰ τοῦτο τολμηθέν. εἶπεν οὖν ὁ Νουμίδιος, ὅτι ἐὰν σοῦ μὴ συγχωρήσαντος ὁ Ιουλιανὸς ἔπραξε τοῦτο, ἀδικόν ἐστι· καὶ εἰ μὴ διορθώσεται τὴν οἰκείαν πλάνην, καὶ ἀποκαλάσει ⓜ κληρικὸν, χωρισθήσεται ἀφ' ἡμῶν, καὶ ὑποστήσει τὴν κατάκρισιν ὑπὲρ τῆς οἰκείας μονοτονίας ἤγουν ἀναισχυντίας. ὁ δὲ Ἐπιγόνιος ἔφησεν, ὅτι ὁ κατὰ τὴν ἡλικίαν καὶ ὃ γήρας πατὴρ καὶ τῇ προκοπῇ ὃ χρόνου ἀρχαιότατος Βίκτωρ, βούλεται ἡμῶν ἡμᾶς τὴν αἴτησιν ταύτην, ἤγουν μὴ κατὰ μόνου τοῦ Ιουλιανοῦ τοῦτο ἐκφωνηθῆναι, ἀλλὰ κατὰ πάντων κοινῶς τῶν ἀλλοτρίους κληρικοὺς σφετερίζομένων. καὶ ὁ μὲν ἡμῶν χωρίζεσθαι φησὶ τὸν Ιουλιανὸν ἀπὸ τῆς ἀδελφότητος, καὶ μονοτονίας ἀποίσεσθαι κατάκρισιν. σὺ δὲ ἀνάγνωθι ὃ κϛ'. κεφ. τοῦ α'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ κανόνας. ἐξαιρέτως δὲ τοὺς κανόνας τῆς ἐν Τρούλλῳ συνόδου. γίνωσκε δὲ, ὅτι λόγος ἐλήφθη πολλάκις πολὺς παρὰ τῇ συνόδῳ τῆς τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας, εἰ τὰ τῶν θείων κανόνων, τὸν διορίζομένων μὴ δέχεσθαί τινας ἐπισκόπους ἀλλοτρίων ἐνοριῶν κληρικοὺς, ἐξακούονται καὶ εἰς λαϊκούς· ⓒ κωλύεται τυχὸν ὁ ἐπίσκοπος Ἀθύρας χειροτονῆσαι λαϊκόν τινα, ἀπὸ τῆς ἐνορίας ὄντα τῆς Σηλυμβρίας, καὶ ὑποκείμενον τῷ κρίνοντι καὶ τοῖς ἐπιτιμίοις αὐτοῦ, καὶ λογίζομενον ἕνα τῶν τοῦ ποιμνίου αὐτοῦ. εἶπον γάρ τινες, ὡς ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος, παραλαμβάνοντος εἰπεῖν ⓜ Ἐπιγόνιον ἐξ ἀποστολῆς τοῦ Ιουλιανοῦ παραλαβεῖν ⓜ λαϊκὸν πολίτην ὄντα τούτου, καὶ χειροτονῆσαι αὐτὸν εἰς οἰκείαν ἐνορίαν κληρικὸν, καὶ ἀπὸ τοῦ προφασίζεσθαι ⓜ Ιουλιανὸν ἐυλόγως ὑπ' αὐτοῦ τοῦτον χειροτονηθῆναι διάκονον. ὡς ὡρισμένον ἀπὸ τῆς ἐνορίας αὐτοῦ ⁋ τῶν Βαζαριτανῶν πρίσεως, ὅτι οὐδὲ λαϊκὸν ἑτέρας ἐνορίας, δύναται ἐπίσκοπος χειροτονῆσαι παρὰ γνώμην τοῦ ἔχοντος τὸν ἐπισκοπήν. ὡς γὰρ ἔστις κεκωλυμένης τῆς παρὰ ⁋ Ἐπιγονίου γνωμένης χειροτονίας, εἰς ⓜ ὃν ἐκείνου ἀναγεγράφηται, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἀλλοτρίας B ἐνορίας, προεῖδε ὁ Ἐπιγόνιος καὶ γνώμην τοῦ Ιουλιανοῦ παραλαβεῖν ⓜ ὡς εἶχε ὁ λόγος, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ λογίζεσθαι τῆς ἐνορίας ἐκείνου εἶναι τοῦτον. καὶ ἐδικαιολογοῦντο, καλῶς παρὰ τοῦ Ιουλιανοῦ χειροτονηθῆναι ⓜ πιστὸν διάκονον, ὡς ἀπὸ τῆς ἐνορίας ὄντα αὐτοῦ, καὶ πολίτην τούτου λογιζόμενον, ⓒ ὡδὲ πρὸς ⓜ Ἐπιγόνιον ἀντιγράφη, εἰ μὴ προεφθάσεν ἀπὸ τῆς ἐνορίας αὐτοῦ τοῦτον ἀποξενῶσαι, καὶ ἀποστεῖλαι πρὸς ⓜ Ἐπιγόνιον. καὶ αὐτοὶ μὲν εἶπον ταῦτα καλῶς, ὡς καὶ ἐμοὶ δοκεῖ. σὺ δὲ ἔχε ὅπῃ μνήμης τὸ συνοδικὸν σημείωσιν ⁋ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυροῦ Μιχαὴλ ⁋ γενομένου ὑπάτου τῶν φιλοσόφων, τάδε πρὸς ἔπος ⓒ λαμβάνουσαν· μηνὶ Νοεμβρίῳ ἡμέρᾳ πρώτῃ ἰνδικτιῶνος δ'. προκαθημένου τοῦ ἁγιωτάτου ἡμῶν δεσπότου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου κυροῦ Μιχαὴλ ἐν τοῖς Ἀλεξιακοῖς κατηχουμενείοις, συνεδριαζόντων τῇ μεγάλῃ ἁγιωσύνῃ αὐτοῦ ἱερωτάτων ἀρχιερέων, Στεφάνου Καισαρείας, Νικολάου Ἐφέσου, Μιχαὴλ Ἡρακλείας, Ἰωάννου Κυζίκου, Λέοντος Ἀμασείας, Νικήτα Μελιτινῆς, Βασιλείου Νεοκαισαρείας, Λουκᾶ Μυκηνῶν, Ἰωάννου Κρήτης, Λέοντος Ἀδριανουπόλεως, Κωνσταντίνου Εὐχαΐτων, Γεωργίου Ἀλανείας, Θεοδώρου Μεθύμνης, Ἰωάννου Βιζύης, καὶ Ρωμανοῦ Ἀπρεῶ, πανσεβασμίων, καὶ θεοφιλεστάτων δεσποτικῶν ἀρχόντων. ὅρια πατέρων μὴ ὑπερβαίνειν, ἃ καλῶς οὗτοι καὶ μὴ δεούσης δοκιμασίας ἀρχῆθεν ὥρισθεντο· ἀλλὰ μηδὲ ὑπὲρ τὰ ἐσπαρμένα καταβαίνειν, καὶ ἀριζήλιον ὑπερβαίνειν, διαιρετικὸν ὄντων τε καὶ οἰκείων δικαίων, ἐκκλησιαστικὸν δόγμα καὶ νόμος θεῖος ἀνέκαθεν κείμενος. ἔδει μὲν οὖν τοῦτο μὴ ἀγνοεῖν τοὺς τῶν ἀπόντων ταχὺ διαπεπυκασμένων προϊστάμενους ἐκκλησιῶν, καὶ ὃ ἐπάγγελμα ἔχοντας σωτήρησιν θεσπισμάτων κοσμικῶν καὶ νομικῶν διαταγμάτων· καὶ μᾶλλον καὶ ἐμμένειν τούτοις ὀφείλοντας, καὶ τῶν οἰκείων μὲν δικαίων ἀντέχεσθαι, τῶν δὲ ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι. ἀλλ' ἐσὺ οἶδ' ὅτι πάντες τινὲς τῶν ἱερωτάτων ἀρχιερέων,

C

D

E

F

οἱ

Digitized by Google

οἱ γὲ μάλιστα ἔλαχον τῆς βασιλίδος ταύτης τῶν πόλεων τὰς ἀρχιερατικὰς θρόνους ἔλαχον, ἀσωτηρήτως ποιοῦντες χειροτονίας κληρικῶν καὶ ἱερέων μὴ ὑποκειμένων ταῖς ὑπ' αὐτὰς ἐνορίαις πολλάκις ἐάλωσαν, οἳ καὶ περὶ τούτου προσαχθέντες καὶ τῷ περὶ ἡμῶν ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ κυρῷ Λουκᾷ καὶ παρεγνωσθέντες παύσασθαι τοῦ τοιαῦτα ποιεῖν ἀκανόνιστα, φανερὰ δὴ ἦν χειροτονῶν ὑπόθεσις, καὶ τὰς ἐξ ἑτέρας ἐνορίας εἰς αὐτὰς ἀφιερωμένους δίχα ὑποτολῶς ὕτως χειροτονεῖν, ἀμνησίαν τῶν αὐτοῖς περὶ τούτου παρηγγελμένων σὺν ἐπαύσαντο μέχρι δήτε καὶ σήμερον. ὅπερ τοίνυν ἀναγγέλθη τῇ ἡμῶν μετριότητι παρὰ τοῦ ἡμετέρου θεοφιλεστάτου Χαρτοφύλακος, πολλοὺς τινας τῶν ἐκ τῆς ἡμετέρας ἐνορίας παρὰ γνώμην αὐτοῦ πρὸς τὸν πέριξ ἑαυτοῦ τῆς μεγαλοπόλεως ἀπερχομένους ἐπισκόπους τε καὶ ἀρχιεπισκόπους, ἱερατικοῦ πρὸς αὐτοὺς ἀξιοῦσθαι χαρίσματος, εἶτ' αὖθις ἐπαναστρέφειν εἰς τὴνδε τὴν καθ' ἡμᾶς ἐνορίαν, μὴ δὴ τάχα καὶ γραμμάτων συστατικῶν· τί ποιητέον αὐτῷ ὅπη τούτοις ἐζήτει μαθεῖν παρὰ τῆς ἡμῶν μετριότητος. ἀμφιβάλλειν γὰρ ἐφάσκε, μήποτε κρίμασιν ἀλλοτρίοις αὐτὸς ὑπηκροωνοίη, πρόχειρον ἱερέας οὓς αὐτὸς οὐκ ἐξήτασε, περὶ ὧν ἔτι μαρτύρων ὡς ἔθος αὐτῷ προσταξάντων ἐπύθετο, καὶ εἰ χρόνων εἶεν τῶν ὡρισμένων πεπληροφόρηνται, ἔτι δοκιμασίαν περὶ τοῦ βίου τούτων ποιοῖτο, καὶ ὃ πιθανὸν τῷ ἀξίους εἶναι ἐπαγγέλματος. οὐκ ἂν συναχράφω μαρτυρίαις τὸ κατ' ἐνδόμυχα τούτους ὠδινησάντων προέλθῃ· καὶ ταῦτα πολλάκις ὅπου τινῶν περφρόνως ἀναντιρρήτως ἔχοντα τὴν ὄψιν, περὶ τὸ τῶν χρόνων τὴν ἐντέλειαν, καὶ ὃ τριακοντέτους εἶναι ὀφείλοντα, πολλῷ δὲ τοιαύτης λείπεσθαι προθεσμίας, προσμαρτυρούσης περφανῶς, ἔκπαλαι τῆς κατὰ τὸ ἡλικίαν τοῦ σώματος φαινομένης. ἀτελοῦς καταστάσεως, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς τῶν πώγωνος ἔτι ψιλώσεως· ἐφ' ὧν μὲν, ὐδ' ὅλως φαινομένης ὅπου τούτου τριχώσεως, ἐφ' ὧν δὲ βραχείας πάνυ καὶ ἀνδεεστέρας πολλῷ τοῦ προσήκοντος τριακοντούτου τριχώματος. ταῦτα λέγων, καὶ ἅμα ὑφέρπουσάν τινα ἀμφιβολίαν καὶ ἀπορίαν ὡς οὐκ ἀνδιλογον ἐξ ἔργων αὐτῷ προδήλωσε, θαυμάζομεν τῇ ἡμῶν μετριότητι, σωφρονικῶς προκαθημένῃ τῆς σήμερον, δύο καὶ τρεῖς ἔτους ἐχούσας ὄψεώς τε καὶ καταστάσεως, ἱερατικὴν προβιβασθείσας βαθμόν· ὧν μὲν παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου ὑπερτίμου Δέρκου, ὧν δὲ παρὰ τῶν θεοφιλῶν ὑπερτίμων τοῦ τε Περαμήτου καὶ Χαλκίδος· καὶ ἄλλους δὲ παρὰ διαφόρων ὕτω κεχειροτονημένους φάμενον εἶναι, καὶ διακρίδην συνέχειν, καὶ ἱερουργεῖν ἐνδέλεια ὡς ἱερεῖς· ὃ γοῦν τοιοῦτον τοῦ θεοφιλεστάτου ἡμῶν Χαρτοφύλακος ἀξιοζήτητον πρόβλημα σὺν ἡ μετριότης ἡμῶν καταλιπεῖν ἐνδέλουσα ἄλυτον, ὅπερ κοινοῦ συνδιασκεφθῆναι τῇ ἐνδημούσῃ θείᾳ καὶ ἱερᾷ ἐπιτρέψαι ἀδελφότητι. τοίνυν καὶ περὶ τοῦ προκειμένου διαγνωσθῆναι θέλοντες, διὰ κρίνηθλίαν πρότερον ἐζητήσαμεν, τίνα μὲν τὰ τοῦ ἁπάντων ἀρχιερέων εἰσὶ κοινότερα ἐνεργήματα, τίνα δ' ἰδικώτερα, τέτοι, ποῖα μὲν οἱ ἐγχώριοι τῶν ἀρχιερέων ὑ κωλύονται διαπράττεσθαι ὅπερ τοῖς ὁπουδήποτε σφίσι προσερχομένοις· τίνα δὲ ἀπείρηνται ποιεῖν ἐπιτρόπια. καὶ ὅπερ τὰ περὶ τούτου φυλοκρινοῦντες, ἐφεύρομεν, ὃ μὲν, ἀμήτους τῶν περὶ πίστεως λόγον διδάσκειν καὶ κατηχεῖν, εἶθ' οὕτω καὶ φωτίσματος ἀξιοῦν, ἀλλὰ καὶ τῆς περὶ θείων καὶ ζωοποιῶν μυστηρίων μεταλήψεως μεταδιδόναι, τοῖς ἐξ οἱασοῦν ἐνορίας πιστοῖς, ἐνέργημα εἶναι, τοῦτο κοινότερον διεγνώκαμεν ὅπερ τε τῶν ἐκ τῆς οἰκείας ἐνορίας ὡρμημένων, ἀλλὰ καὶ ὅπερ τῶν ἐξ' ἀλλοδαπῆς ἐρχομένων· χειροθεσίας δὲ ἱερατικῆς ἀξιοῦν, οὐ τοὺς ἀπάντοθεν ἐρχομένους, ἀλλ' ἢ μόνους τοὺς ἐκ τῆς οἰκείας ἐνορίας ἑνὶ ἑκάστῳ ἀρχιερεῖ κεκανόνισται, ἵνα μὴ ἄτακτον τούτοις καὶ στασιώδες ἐμπολιτεύοιτο, ἐξ ὧν τὸ ἄτακτον καὶ τὸ τῆς εἰρήνης καλὸν καὶ τοῖς ἄλλοις ὀφείλεται κανονίζεσθαι. ἐπεὶ οὖν οὕτω ταῦτα ζητήσαντες εὕρομεν, τὸ μὲν πολλοὺς πάνυ προγεγονότων καταψηφίσασθαι, καὶ ἀκυροῦσαι τὰς ἤδη σφίσι προτελεσμένας ἱερατικὰς ἐνεργείας, ἅτε εἴτε ἀφορισμῷ τοὺς

qui etiam proximè hanc urbem Imperial. sedes Episcopales sortiti sunt, Diaconorum & Sacerdotum suis Diœcesibus non subjectorum ordinationes citra ullam observationem facere deprehensi sunt: qui etiam de hoc à sanctissimo Patriarcha domino Luca decessore nostro admoniti, & in mandatis habentes, ut hæc contra Canones facere desinerent, extra, inquam, suæ regionis limites ordinare, & iis qui ex aliena regione ad se veniunt tam liberè manus imponere, oblivione earum, quæ illis antè factæ erant, declarationum non cessaverunt usque in hodiernum diem. Quia autem nostræ mediocritati à nostro pio Chartophylace renunciatum est, multos ex nostra regione præter ejus voluntatem ad Episcopos & Archiepiscopos, qui sunt circum circa magnam hanc civitatem, accedentes, sacerdotali munere ab eis dignos haberi; deinde rursus reverti ad hanc nostram regionem, cum literis fortè commendatitiis: quid sibi agendum sit in iis, à nostra intelligere mediocritate postulavit. Dixit enim se non parum dubitare, ne ipse alienis fortè judiciis communicet, permittens eos ad sacra admitti, quos ipse quoque non examinavit, de quibus nec testes, ut ipsemos est, adstantes interrogavit, nec, an præfinitos annos compleverint, certior factus est, nec eorum vitam examinavit, nec fides sibi facta est ex scripto eorum testimonio, qui illos secundùm spiritum pepererunt, eos esse sua professione dignos; idque cùm sæpe in nonnullis manifestè adversetur aspectus, quod ad annorum complementum attinet, & qui trigesimos annos natus esse deberet, ab eo tempore longe illum abesse, ex imperfecta pro statura, corporis constitutione, qua cernitur, apertè testando, & ex ipsa adhuc barbæ raritate; cùm in aliis quidem pili nullo modo appareant, in aliis verò brevis & multò minor quàm triginta annos nati pilos esse oporteat. Hæc dicens, etiam ei occurrentem dubitationem non esse injustam factis ipsis ostendit, nostræ mediocritati, synodicè hodie præsidenti, duos vel tres, qui hoc erant aspectu & constitutione, & ad sacros ordines promoti erant, exhibens; hunc quidem à Dei amantissimo Derci Episcopo; illos verò à Dei amantibus Episcopis Præneti & Chalcidis: & dicens: alios à diversis sic ordinatos hîc esse & versari, & velle uti Sacerdotes sacra celebrare. Hanc ergo religiosissimi nostri Chartophylacis quæsitu dignam propositionem nostra mediocritas haud insolutam relinquere volens, communiter considerandam divinæ & sacræ, quæ hîc agit, fraternitati permisit. Ergo & de proposito disceptare volentes, priùs ut discernatur petivimus, quænam sunt Antistitum qui ubique sunt, communia munia, & quæ specialia, id est, quænam ejusdem regionis Episcopi peragere non prohibentur in iis, qui ad illos undecunque accedunt, & quænam extra suæ Diœcesis terminos facere prohibentur. Et quoniam de ea re sententiam ferre cupientes invenimus, eos quidem qui mysteriis non sunt initiani, fidei rationem docere & catechizare; deinde & sic etiam illuminatione dignari; quin & divina & vivifica mysteria fidelibus, ex quacunque tandem regione impertire, officium esse; hoc commune esse judicavimus, iis qui ex propria regione accedunt, & iis etiam qui ex aliena regione veniunt: Manus autem imponere & sacros ordines conferre, non iis qui undequaque veniunt, sed iis solis, qui sunt ejus Diœcesis, unicuique Antistiti Canone cautum est; ne inter eos confusio seditióque versetur, à quibus & ordo & pacis bonum aliis quoque certâ debet regulâ tradi. Quoniam ergo hæc quæsita sic invenimus, eos quidem, qui ante fuerunt, propemodum condemnare, & sacerdotalia munera quæ jam obierunt infirmare, & vel eos, qui

Digitized by Google

ordinarunt, segregationi subjicere, vel eos qui ordinati sunt, sacerdotali nudare dignitate, durum animo & inhumanum existimavimus: sed eos non ampliùs ferre, qui in nostrum præjudicium tam à ratione aliena fecerunt; & quæ priùs quidem facta sunt, humanè transmittere, id autem quod futurum est corrigendo tutum reddere, ut quod nobis ipsísque conferat, censuimus. Et deinceps unanimes omnes pronunciamus, ne quis deinceps ex finitimis audeat Antistitibus, nec ex ulterioribus, sive ex nostra sint, sive ex aliena Synodo, manum sacros ordines conferentem imponere alicui eorum, qui sunt hujus Imperatoriæ & magnæ civitatis Diœcesis, nec ullo sacratorum loco & gradu eos dignos judicare; sed sciat unusquisque sua, & iis vel solis sit contentus: Epicopalia autem jura, quæ ad alios pertinent, ne impudenter & omnino contemptim invadat. Cum debeant scire ii, qui à nobis sic canonicè constituta infirmare & negligere ausi fuerint, & qui ad eos accedunt, & sacerdotio digni habiti sunt; quòd ii quidem, qui præter Canones ordinati sunt, hîc nullum munus sacerdotale exercebunt, sed in illis regionibus securè sacra celebrabunt, in quibus etiam sacerdotii unctionem acceperunt: qui autem ordinaverunt, ex quacunque sint Synodo, non celebrandorum sacrorum pœnæ erunt deinceps obnoxii, ut qui nec post primam vel secundam admonitionem (primam autem dicimus eam, quæ à sanctissimo Patriarcha nostro prædecessore domino Luca synodaliter de eo facta est, scriptam denunciationem) ab ea actione, Canonibus repugnante sejungi voluerint. Quocirca etiam cautum est hanc emitti & dari declarationem. Segregationis autem pœnam ei imponimus, qui primus has non Canonicas ordinationes facientium, hæc à nobis definita cognoverit: nisi ea etiam finitimis suis Antistitibus tradiderit, & quæ decreta sunt, iis qui ignorant, nota fecerit. Quæ quidem in omnibus regionibus quæ sunt sub sanctissimis ubique Ecclesiis, vel Metropolibus, Archiepiscopatibus & Episcopatibus, vim suam sortientur, & immutabilia permanebunt. Et nemo eorum, qui deinceps sunt sacrandi, ad alium Antistitem ultra regionem accedet, & ab illo sacerdotali unctione dignus judicabitur. Abhinc enim obnoxii erunt utrique, tam qui ordinatur Sacerdos, quàm qui ordinavit eum Antistes, iis quæ de his jam priùs synodaliter statuimus. Ne autem sit prætextus, ísque satis elegans, iis qui nolunt hîc ordinari, ad religiosum nostrum Chartophylacem accedentibus, quòd majorem fortè subeant innovationem, quàm olim dari fuerit consuetudo; ei quoque rei nostra mediocritate hodie provisum est. Cautum est enim, ne antiqua in iis consuetudo transiliatur: sed illa sola dentur Episcopi ministris & religiosissimo pro tempore Chartophylaci, quæ ab iis, qui ordinantur, jam olim dari consuevêre.

ZONAR. Cum multæ Synodi statuerunt, ne cuiquam Episcopo alienum Clericum, absque illius, à quo in Clerum lectus est, Episcopi facultate, admittere liceat; tum vero idem, inquit, decretum à vobis quoque, fratres, in hac Synodo confirmetur: his tamen spretis, ac eorum, quibus à me plurimis ornatus est, beneficiorum immemor Julianus, temerè per impudentiam videlicet, hominem à me baptizatum, quem ad me ob multã inopiam, hoc est, vel rerum necessariam copia destitutum, vel ad me Clericorũ penuria laborantem, ipse allegarat, quem ego deniq; ipse Lectorem feci, arripuit, ac Diaconum consecravit. An hoc igitur fieri liceat, vos ipsi decernite: Si vero non licet, facinus adeo indignum atque impudens prohibete; ne per vos Juliano huic alienis communicare concessum sit.

A χειροθετήσαντας καθυποβαλεῖν, εἴτε τοὺς χειροτονηθέντας τῆς ἱερατικῆς ἀξίας ἀπογυμνῶσαι, ἐκληρόν τι καὶ ἀπηνὲς ὅλως ἐλογισάμεθα· ὃ δὲ οὐκ ἔτι ἀναχέσθαι τῶν ἐπὶ κρίματι σφετέρῳ τὰ τοιαῦτα διαπραξαμένων παράλογα, καὶ τὰ μὲν προτετυγμένα φιλανθρώπως παραδραμεῖν, ὃ δὲ μέλλον ἐπιδιορθωτικῶς ἀσφαλίσασθαι, ἅτε κοινῇ συμφέρον καὶ ἡμῖν καὶ αὐτοῖς, ἐπεκρίναμεν. λοιπὸν καὶ ὁμοφρονοῦντες ἀποφαινόμεθα ἅπαντες, μηκέτι τοῦτο ἀπὸ τοῦδε τολμῆσαι τινὰ τῶν πλησιοχώρων, εἴτε καὶ πορρωτέρων ἀρχιερέων, τῶν τε ἐκ τῆς ἡμητέρας συνόδου, τῶν τε ἐξ ἑτέρας, χεῖρα τελεστικὴν ἐπιθεῖναι ἐπί τινι τῶν τῆς ὑπὸ τὴν Βασιλίδα ταύ-
B την καὶ μεγαλόπολιν ὄντων ἐνορίας, καὶ οἱουδήτινος αὐτῶν ἀξιῶσαι τῶν ἱερωμένων τόπου τε καὶ βαθμοῦ, ἀλλ' ἕκαστον εἰδέναι τὰ ἑαυτοῦ δίκαια, καὶ τούτοις ἀρκεῖσθαι καὶ μόνοις. τῶν δ' ἄλλοις ἀνηκόντων ἀρχιερατικῶν δικαίων μὴ κατεπεμβαίνειν ἀναιδῶς καὶ ὃ ὅλον καταφρονητικῶς, εἰδέναι ὀφειλόντων, τῶν ἀθετῆσαι τολμησόντων τὰ οὕτω κανονικῶς παρ' ἡμῶν διατεταγμένα, ἀλλὰ καὶ τῶν προσερχομένων αὐτοῖς, καὶ ἱερωσύνης ἀξιουμένων, ὡς οὗτοι μὲν, ὡς παρὰ κανόνας χειροθετηθέντες, οὐδὲν ἱερατικὸν λειτούργημα ἐνταῦθα διενεργήσουσιν, ἀλλ' ἐν ἐκείναις ταῖς ἐνορίαις ἀδεῶς ἱεράσονται, ἐν αἷς καὶ ὃ χρίσμα τῆς ἱερωσύνης ἐδέξαντο· οἱ δὲ
C χειροτονήσαντες, ἐξ οἵας ἂν εἶεν συνόδου, ἀλειτουργησίας ἐπιτιμίῳ ἀπεντεῦθεν ἔσονται ὑποκείμενοι, ὡς μηδὲ μετὰ πρώτην ἢ δευτέραν παραίνεσιν (πρώτην δὲ φαμεν τὴν καὶ παρὰ τοῦ πρὸ ἡμῶν ἁγιωτάτου πατριάρχου κυροῦ Λουκᾶ συνοδικῶς περὶ τούτου γενομένην ἔγγραφον ἐπιφώνησιν) ἀποχέσθαι τῆς τοιαύτης ἀκανονίστου θελήσαντες πράξεως. διὸ καὶ τετύπωται παρεκβληθῆναι καὶ δοθῆναι τὴν τοιαύτην σημείωσιν. ἀφορισμοῦ δὲ προσεπιτιθέαμεν ἐπιτίμιον καὶ τῷ ὃς ἂν πρῶτος τῶν τὰς τοιαύτας διενεργούντων ἀκανονίστους χειροτονίας, τὰ παρ' ἡμῶν διωρισμένα ταῦτα ἐπιγνώσεται· εἰ μὴ καὶ τοῖς πλησίον αὐτοῦ ἱερωτάτοις ἀρχιερεῦσι
D διαδόσιμα ταῦτα ποιήσειε, καὶ τοῖς ἀγνοοῦσι τὰ ὁρισθέντα γνωρίσειεν. ἃ δὴ καὶ ἐπὶ πασῶν τῶν ἐνοριῶν, τῶν ὑπὸ τὰς ἁπανταχοῦ ἁγιωτάτας ἐκκλησίας, ἤγουν μητροπόλεις, ἀρχιεπισκοπάς τε καὶ ἐπισκοπὰς, ὃ ἔνεργόν τε καὶ ἀναλλοίωτον ἕξουσι. καὶ οὐδεὶς τῶν ἱερᾶσθαι τὸ ἀπὸ τοῦδε μελλόντων, εἰς ἕτερον ἀρχιερέα παρ' ἐνορίαν ἀφίξεται, καὶ παρ' ἐκείνου τοῦ τῆς ἱερωσύνης ἀξιωθήσεται χαρίσματος. ἀπεντεῦθεν γὰρ ὑπόδικοι ἔσονται καὶ ἀμφότεροι, ὅ τε χειροτονηθεὶς καὶ ὁ χειροτονήσας τοῦτον Ἀρχιερεὺς τοῖς οἷς περὶ τούτων ἤδη συνοδικῶς διωρισάμεθα φθάσαντες. ἵνα δὲ μὴ πρόφασις εἴη, καὶ τοῦτο δῆθεν εὐάφορμον, τοῖς μὴ βουλομένοις ἐνταῦθα χειρο-
E τονεῖσθαι, προσερχομένοις τῷ θεοφιλεστάτῳ ἡμῶν Χαρτοφύλακι, τὸ, καινοτομίαν ἴσως ὑφίστασθαι, πλείονα τῆς εἰωθείας συνηθείας ἔκπαλαι δίδοσθαι, καὶ τοῦτο παρὰ τῆς ἡμῶν μετριότητος συνοδικῶς διῳκονόμηται σήμερον. διωρισάμεθα γὰρ τὸ ἀρχαῖον ἔθος ἐπὶ τούτοις μὴ παραβαίνεσθαι, ἀλλ' ἐκεῖνα δίδοσθαι μόνα τοῖς τε ἐπισκοπειανοῖς καὶ τῷ κατὰ καιροὺς θεοφιλεστάτῳ Χαρτοφύλακι, τὰ εἰωθότα παρὰ τῶν χειροτονουμένων ἀνέκαθεν καταβάλλεσθαι.

ΖΩΝΑΡ. Συνόδοις διαφόροις, φησὶν, ὥρισται
F τοῦτο, τὸ ἀλλότριον κληρικὸν μὴ δέχεσθαι ἄλλον ἐπίσκοπον παρὰ γνώμην τοῦ κληρώσαντος αὐτὸν ἐπισκόπου, ἀλλὰ καὶ νῦν παρ' ὑμῶν βεβαιωθείη ἀδελφοί· ὁ δὲ Ἰουλιανὸς καταφρονήσας τούτων, καὶ ἀχάριστος φανεὶς περὶ ἐμὲ εὐεργετήσαντα αὐτὸν, προπετῶς, ἀναιδῶς δηλαδὴ, ὃν ὑπ' ἐμοῦ βαπτισθέντα, ὃν αὐτός μοι παρέθετο διὰ πολλὴν ἔνδειαν, ἤγουν ἢ ὡς ἐπιδεῆ τῶν ἀναγκαίων, ἢ ὡς ἔνδειαν ἐμοὶ ἔχοντι κληρικῶν, ὃν καὶ αὐτὸς ἀναγνώστην πεποίηκα, ἀφήρπασε, καὶ διάκονον ἐχειροτόνησεν. εἰ γοῦν ἔξεστι τοῦτο γίνεσθαι, γνωσθήτω ὑμῖν· εἰ δ' οὐκ ἔξεστι, κωλυθήτω τὸ οὕτως ἀναιδὲς, ἵνα ὁ ῥηθεὶς Ἰουλιανὸς μὴ ἐπικοινωνῇ ἀλλοτρίοις.

τοῦτο

Digitized by Google

τοῦτο δὲ διττῶς νοεῖται, ἢ ἵνα μὴ τοὺς ἀλλοτρίους κληρικοὺς οἰκειῶται καὶ σφετερίζηται, ἢ ἵνα μὴ παρά τινων ἄλλων ἐπισκόπων εἰς κοινωνίαν δέχηται. πρὸς ταῦτα δὲ ὁ Νουμήδιος εἶπεν, ὅτι ἐὰν μὴ σοῦ παραχωρήσαντος ὁ Ἰουλιανὸς ἔπραξε τοῦτο, ἄδικός ἐστι, καὶ εἰ μὴ διορθώσεται τὴν οἰκείαν πλάνην, καὶ ἀποκαταστήσει τὸν κληρικὸν, ὡς πράττων κατὰ τῶν ὁρισθέντων τῇ συνόδῳ, ἤγουν ὡς ἀνατρέπων τὰ συνοδικῶς ὁρισθέντα, χωρισθήσεται ἀφ' ἡμῶν, ἀντὶ τοῦ ἀφορισθήσεται ἢ καὶ καθαιρεθήσεται, καὶ ὑποστήσεται τὴν κατάκρισιν ἐκ τῆς οἰκείας μονοτονίας, ἤγουν ἀναισχυντίας ἢ αὐτογνωμοσύνης. ὁ δὲ Ἐπιγόνιος ἔφη, ὅτι ὁ κατὰ τὴν ἡλικίαν καὶ ὁ γῆρας πατὴρ, καὶ τῇ προκοπῇ, τοῦ χρόνου δηλαδὴ, ἀρχαιότητος ἀνὴρ, βούλεται γενικὴν γενέσθαι τὴν αἴτησιν ταύτην, ἣν ᾐτήσατο ὁ τὴν ὑπόθεσιν εἰσαγαγὼν, ἤγουν μὴ κατὰ μόνου τοῦ Ἰουλιανοῦ τοῦτο ἐκφωνηθῆναι, ἀλλὰ κατὰ πάντων κοινῶς, τῶν ἀλλοτρίους κληρικοὺς σφετεριζομένων.

A Quod quidem duobus modis intelligi potest; vel ne alienos sibi Clericos arroget ac usurpet; vel ne ab ullis aliis Episcopis ad communionem admittatur. Ad hæc vero ita Numidius respondit; Si, te haud permittente, Julianus id fecit, iniquus est, ac si minus errorem correxerit, Clericúmque restituerit, quippe qui contra ea, quæ à synodo decreta sunt, faciat, hoc est, Synodicas constitutiones violet ac evertat, separabitur à nobis, hoc est, segregatione aut depositione punietur, suæque pervicaciæ, hoc est, impudentiæ ac pertinaciæ pœnas persolvet. Epigonius vero ita censuit; Hic vir, ait, senectute pater ac progressione, ætatis videlicet, antiquissimus, quod in hoc genere postulatum est ad omnes pertinere se velle demonstrat; ut ne scilicet in solum Julianum, sed communiter in omnes, qui alienos Clericos ad se traxerint, canonem hunc promulgatum esse intelligamus.

ΑΡΙΣΤ. Τὸν τοῦ Ἐπιγόνου ἀναγνώστην Ἰουλιανὸς χειροτονήσας διάκονον, εἰ μὴ πρὸς αὐτὸν αὐθεντίᾳ παραστήσοι, ὃ κατάκριμα τῆς ἰδίας μονοτονίας καταπλουτήσει.

ARIST. *Epigoni Lectorem cùm Julianus Diaconum ordinaverit, nisi potestatem ab eo acceptam exhibuerit, pœnas suæ contumaciæ augebit.*

Ἐν ὅλαις σχεδὸν ταῖς συνόδαις ὥρισται τοῦτο, ὃ μή τινα ἐπίσκοπον ἀλλότριον κληρικὸν προσλαμβάνεσθαι, παρὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, καὶ ἰδιοποιεῖσθαι αὐτόν. Διὰ τοῦτο γοῦν καὶ ὁ ἐπίσκοπος τοῦτος Ἰουλιανὸς τοῦ τοῦ ἐπισκόπου Ἐπιγόνου δεξάμενος κληρικὸν, ἀναγνώστην ὄντα, καὶ διάκονον χειροτονήσας αὐτὸν, ὡρίσθη πάλιν ἀποκαταστῆσαι αὐτὸν τῇ ἐκκλησίᾳ, εἰς ἣν ὃ πρότερον ἐκληρώθη εἰ μὴ βούλεται ἀφωρισμένος εἶναι, κατὰ τοῦ εἰκοστὸν κανόνα τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, ὡς τοῖς κανόσιν ἐναντιούμενος, καὶ τοῦ ἰδίου θελήματος ἀντεχόμενος. ὁ δὲ ἑπτακαιδέκατος κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ ἕκτης συνόδου, τοῦ δεξάμενον ἀλλότριον κληρικὸν, καὶ χειροτονήσαντα αὐτὸν, καθαιρεῖσθαι προστάττει, σὺν τῷ χειροτονηθέντι.

C In omnibus fere Synodis hoc decretum est, nullum Episcopum alienum Clericum recipere, præter proprii Episcopi sententiam, & eum sibi vendicare, suumque facere. Idcirco itaque & Episcopus hic Julianus cùm Epigoni Episcopi recepisset Clericum, qui Lector fuit, eumque Diaconum ordinasset, in mandatis habet eum Ecclesiæ, in quâ antea in Clerum cooptatus fuit, iterum restituere; nisi segregatus esse cupiat, juxta vigesimum Synodi Chalcedonensis canonem; utpote qui canonibus adversetur, & propriæ adhæreat voluntati. At decimus septimus sextæ in Trullo Synodi canon eum, qui alienum recipit Clericum, illumque ordinat, deponi jubet, unà cum eo qui ordinatus fuit.

ΚΑΝΩΝ νθ'.

D

Περὶ τοῦ, ἐξεῖναι τῷ ἐπισκόπῳ Καρχηδόνος, ὅθεν θέλει, κληρικὸν χειροτονεῖν. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπε· τοῦ λόγον μοῦ προσδέξασθε ἀδελφοί. συνέβη πολλάκις αἰτηθῆναί με ἀπὸ ἐκκλησιαστικῶν ἐνδεομένων διακόνους ἢ πρεσβυτέρους ἢ ἐπισκόπους· καὶ ὅμως μεμνημένος τοῦ ὁρισθέντων τούτοις ἕπομαι, ὥστε συνελθεῖν με τῷ ἐπισκόπῳ αὐτοῦ τοῦ ζητουμένου κληρικοῦ, καὶ ταῦτα αὐτῷ ἐμφανίσαι, ὅτι κληρικὸν αὐτοῦ αἰτοῦνται οἱ τῆς οἱασδήποτε ἐκκλησίας. ἰδοὺ οὖν ἐπὶ τοῦ παρόντος οὐκ ἀντιλέγουσιν· διὰ δὲ ὃ μήτε μετὰ ταῦτα συμβῆναι, τοῦτ' ἔστιν ἐναντιωθῆναί μοι τοῦτο ἐν τούτῳ τῷ πράγματι παρ' ἐμοῦ αἰτουμένους (ἐπεὶ οἴδατε πολλῶν ἐκκλησιῶν καὶ χειροτονιῶν φροντίδα με βαστάζειν) ᾡτινιδήποτε τοῦ συνιερέων συνέλθω μετὰ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων τῆς ὑμετέρας συγκληρώσεως, ἐὰν ἀκαθοσίωτος εὑρεθείη, δίκαιόν ἐστι κρῖναι τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, τί δεῖ ποιῆσαι. ἐγὼ γὰρ, ὡς ἴστε ἀδελφοὶ, κατὰ συγχώρησιν θεοῦ πολλῶν ἐκκλησιῶν φροντίδος ἀνέχομαι. Νουμήδιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἀεὶ ὑπῆρξεν ἡ αὐθεντεία αὕτη τῷ θρόνῳ τούτῳ, ἵνα ὅθεν θέλει, καὶ περὶ οἱουδήποτε προετράπη ὀνόματος κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν ἑκάστης ἐκκλησίας ἐχειροτόνει ἐπίσκοπον. Ἐπιγόνιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἡ ἀγαθέλεια μεσάζει τὴν ἐξουσίαν· ἧττον γὰρ τολμᾷς, ἤπερ δύνῃ, ἀδελφὲ, ἐν τῷ, πᾶσιν ἑαυτὸν ἀποδεικνύειν ἀγαθὸν καὶ φιλάνθρωπον. ἔχεις γὰρ τοῦτο ἐν τῇ κρίσει σου, ὃ, ἀποθεραπεῦσαι ἑνὸς ἑκάστου ἐπισκόπου ὃ πρόσωπον· ἐν πρώτῃ δὲ καὶ μόνῃ συνελεύσει, εἰ συνίδῃς ὃ ἐπ' ἐξουσίας ταύτῃ τῇ καθέδρᾳ εἶναι ἐκδικητέον· ἐπεὶ ἀνάγκην ἔχεις αὐτὸς πάσας τὰς ἐκκλησίας ὑποστηρίζειν. ὅθεν ἐξουσίαν σοι ἡμεῖς οὐ δίδομεν, ἀλλ' ἐπισφραγίζομεν ταύτην τῇ σῇ προαιρέσει, ὥστε ἐξεῖναι ἀεὶ κρατεῖν ὧν ἂν θέλῃς, καὶ προχειρίζεσθαι προεστῶτας ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ τοὺς λοιποὺς

CANON LIX.

Ut Carthaginis Episcopo liceat, unde velit, Clericum ordinare. Aurelius Episcopus dixit; Sermonem meum audite fratres. Sæpe evenit, ut Ecclesiastici, qui indigent, Diaconos vel Presbyteros vel Episcopos à me petant: ego tamen, memor eorum quæ constituta sunt, illa sequor, ut conveniam Episcopum Clerici, qui petitur, & ea illi ostendam, quòd qui sunt cujusvis Ecclesiæ, ejus Clericum postulant. Ecce autem in præsentia non contradicunt: ne autem postea contingat, hoc est, ne mihi adversentur, qui in hoc negotio à me petuntur Clerici (quia scitis me multarum Ecclesiarum & ordinationum curam gerere) quemcunque Consacerdotum convenero cum duobus vel tribus testibus nostri conclericatus, si non impius & indevotus inventus fuerit, æquum est vestram dilectionem judicare quid facere oporteat. Ego enim, ut scitis fratres, Dei permissu multarum Ecclesiarum curam gero. Numidius Episcopus dixit; Hæc semper fuit huic throno auctoritas, ut unde vellet, & de quocunque nomine admonita fuerit, convenienter uniuscujusque Ecclesiæ desiderio ordinet Episcopum. Epigonius Episcopus dixit; Bona tua voluntas moderatur potestatem: minùs enim audes, quàm potes, in eo quòd teipsum omnibus, ô frater, bonum & humanum ostendas. Nam hoc quoque in tuo judicio situm est, ut uniuscujusque Episcopi personam corrigas: idque in primo & solo congressu, si intelligas in hujus esse cathedræ potestate punire; quoniam ipse necesse habeas omnes ecclesias fulcire. Unde nos tibi facultatem non damus, sed ea tua voluntate obsignamus, ut semper liceat ea obtinere quæ velis, & promovere qui præsint Ecclesiis, & reliquos qui

Digitized by Google

qui quæruntur, unde satius esse perspexeris. Postumetianus Episcopus dixit; Deinde si quis unum eúmque solum Presbyterum habeat, num debet etiam ipse unus ab eo auferri? Aurelius Episcopus dixit; Dei permissione potest unus Episcopus multos Presbyteros ordinare: Presbyter autem aptus Episcopatui difficulter invenitur. Quare si quis inventus fuerit unum solum habens Presbyterum, eúmque aptum Episcopatui, ipsum quoque unum debet dare ad ordinationem. Postumetianus Episcopus dixit; Ergo si alius Episcopus habeat Clericorum multitudinem, mihi debet alia multitudo convenire. Aurelius Episcopus dixit; Scilicet quomodo tu alii Ecclesiæ subvenisti, compelletur & qui plures habet Clericos, ex ipsis ad ordinationem tibi suppeditare.

A

B

Bals. Quia à sanctis Patribus decretum est, & in proximo canone, & in aliis, non licere Episcopo Clericum ex alia diœcesi accipere sine voluntate ipsius Episcopi; dixit Aurelius ad fraternitatem Synodi, quòd sæpe cùm Ecclesiastici, qui sunt ex alia regione mihi subjecta, à me Diaconos vel Presbyteros vel Episcopos ex aliena regione petivissent, cùm eis idoneorum hominum magna esset inopia, volui hoc facere: sed canonicarum constitutionum memor, quæ statuunt non esse auferendos Clericos præter Episcoporum voluntatem, & in aliam regionem tradendos, secutus sum ea, quæ sic constituta sunt, & cum Clerici qui quærebatur Episcopo de ea re communicavi. Et nunc quidem neminem inveni contradicentem: vereor autem ne quis in posterum mihi resistat Episcopus, & canone utatur. Hoc autem facio, non tanquam canonicis decretis repugnans; sed quia, ut vos quoque scitis, multarum mihi Ecclesiarum cura incumbit. Si ergo in idoneorum hominum inopia constitutus, ex alia regione Clericum petivero, & non fuero exauditus, & inde ad Episcopum, qui habet talem Clericum cum duobus vel tribus testibus ex nostro conclericatu seu Coëpiscopis, accedere coactus fuero, ut qui à me quæritur Clericus recipiatur, si non expiandus inveniatur, id est dignus, & quovis crimine superior: porrò ille ne sic quidem suum Clericum mihi dare persuadetur, statuite quid mihi sit faciendum. Respondit itaque Numidius; quòd Carthaginensium cathedra à multis antè seculis habet potestatem recipiendi Clericum ex qua velit Ecclesia, & eum ordinandi convenienter populi desiderio, qui eum in gradum seu in nomen elegit, quod ei oblatum est. Epigonius vero dixit Aurelio; etiamsi hoc tuo arbitratu facere potes: sed bona tua voluntas te moderatè quodammodo cogit tua uti potestate. Judicas enim ab offendiculo alienum esse fratres tuos beneficiis demereri, & non propria auctoritate, sed cum illorum voluntate Clericos eorum recipere. Si ergo per primum solúmque congressum, seu testimonium, Episcopi, à quo petitur Clericus, conscientia subjecta fuerit, hoc est, Clericum dederit, bene est: sin minùs, tuere thronum tuum per potestatem quæ illi jam multis antè seculis adest, scilicet accipe Clericum vel ejus nolente Episcopo. Necesse enim habes omnes Ecclesias canonicè stabilire. Ne qui autem eo offenderentur, utpote hoc de novo permittente, subjunxit; Hoc jus non tibi nunc datum est à nobis: sed tibi quidem priùs aderat, verùm à nobis obsignatur, hoc est, confirmatur. His autem sic discretis & distinctis, dixit Posthumetianus; Si quis autem Episcopus habeat unum Clericum, is quoque ab eo auferetur? Ad hoc autem respondit Aurelius; quòd Presbyterorum quidem ordina-

τοὺς ζητουμένους, ὅθεν συνίδῃς. Ποστουμετιανὸς ἐπίσκοπος εἶπεν· εἶτα, ἐάν τις ἕνα καὶ μόνον ἔχῃ πρεσβύτερον, μὴ ὀφείλει καὶ αὐτὸς ὁ εἷς ἐξ αὐτοῦ ἀφαιρεθῆναι; Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· κατὰ συγχώρησιν θεοῦ δύναται ὁ εἷς ἐπίσκοπος πολλοὺς χειροτονεῖν πρεσβυτέρους· πρεσβύτερος δὲ πρὸς ἐπισκοπὴν ἐπιτήδειος δυσχερῶς εὑρίσκεται. διὸ ἐάν τις εὑρεθῇ ἔχων ἕνα μόνον πρεσβύτερον, καὶ αὐτὸν τῇ ἐπισκοπῇ ἐπιτήδειον, καὶ αὐτὸν καὶ ἕνα ὀφείλει δοῦναι εἰς χειροτονίαν. Ποστουμετιανὸς ἐπίσκοπος εἶπεν· οὐκ οὖν ἐὰν ἄλλος ἐπίσκοπος ἔχῃ πλῆθος κληρικῶν, ὀφείλει μοι τὸ ἕτερον πλῆθος συνελθεῖν. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· δηλαδὴ ὃν τρόπον σὺ τῇ ἑτέρᾳ ἐκκλησίᾳ συνῆλθες, συνωθήσεται καὶ ὁ τοὺς πλείονας ἔχων κληρικοὺς ἐξ αὐτῶν εἰς χειροτονίαν σοι δαψιλεύσασθαι.

ΒΑΛΣ. Οτι ὡρίσθη παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων, ἐν τε τῷ προσεχῶς γραφέντι κανόνι καὶ ἐν ἑτέροις, μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας ἐπίσκοπον ἐξ ἑτέρας ἐνορίας λαβεῖν κληρικὸν ἄνευ θελήσεως τοῦ ἐπισκόπου αὐτοῦ, εἶπεν ὁ Αὐρήλιος πρὸς τὴν ἀδελφότητα τῆς συνόδου, ὅτι πολλάκις αἰτησάντων τινῶν ἐκκλησιαστικῶν ὄντων ἀπὸ ἑτέρας ἐνορίας ὑποκειμένης ἐμοὶ, διακόνους ἢ πρεσβυτέρους ἢ ἐπισκόπους ἀπὸ ἀλλοτρίας ἐνορίας, ὡς ἐχόντων ἐνδεῶς ἐκείνων ἱκανῶν ἀνθρώπων, ἠθέλησα τοῦτο ποιῆσαι· πλὴν μεμνημένος τῶν κανονικῶν διαταγμάτων τῶν διοριζομένων, παρὰ γνώμην τῶν ἐπισκόπων μὴ ἀφαιρεῖσθαι κληρικοὺς αὐτῶν, καὶ εἰς ἑτέραν ἐνορίαν δίδοσθαι, ἠκολούθησα τοῖς οὕτω διορισθεῖσι, καὶ ἀνεκοινωσάμην τὰ περὶ τούτου τῷ ἐπισκόπῳ τοῦ ζητουμένου κληρικοῦ. καὶ νῦν μὲν οὐχ εὗρον τινὰ ἀντιλέγοντα· ὑποπτεύω δὲ μήπως εἰς τὸ ἑξῆς ἀντιπέσῃ μοί τις ἐπίσκοπος, καὶ τῷ κανόνι χρήσηται. τοῦτο δὲ γίνεται παρ' ἐμοῦ, οὐχ ὡς ἐναντιουμένου τοῖς κανονικοῖς θεσπίσμασιν, ἀλλ' ὅτι, ὡς καὶ ὑμεῖς γινώσκετε ἐπίκειταί μοι φροντὶς πολλῶν ἐκκλησιῶν. εἰ γοῦν ἔχων ἔνδειαν ἱκανῶν ἀνθρώπων, ζητήσω ἐξ ἑτέρας ἐνορίας κληρικὸν, καὶ οὐκ εἰσακουσθῶ, κἀντεῦθεν ἀναγκασθῶ προσελθεῖν τῷ ἔχοντι καὶ τοιοῦτον κληρικὸν ἐπισκόπῳ μετὰ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων ἀπὸ τῆς ἡμετέρας συγκληρώσεως, ἤγουν ἀπὸ τῶν συνεπισκόπων, ἐφ' ᾧ ἀναλαβέσθαι καὶ ζητούμενον παρ' ἐμοῦ κληρικὸν, ἀκαθοσίωτον εὑρισκόμενον, ἤγουν ἄξιον καὶ παντὸς αἰτιάματος ὑπέρτερον, καὶ ἐκεῖνος οὐδὲ οὕτω πείθεται δοῦναί μοι καὶ κληρικὸν αὐτοῦ, κρίνατέ μοι τὸ ποιητέον. ἀπεκρίθη οὖν ὁ Νουμήδιος, ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ἀνέκαθεν ἡ καθέδρα τῶν Καρχηδονίων ἀναλαμβάνεσθαι ἀφ' ἧς ἂν ἐθέλῃ ἐκκλησίας κληρικὸν, καὶ χειροτονεῖν αὐτὸν κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ ζητήσαντος τοῦτον λαοῦ, εἰς βαθμὸν ἤγουν εἰς ὄνομα οἷς ἂν καὶ προετράπη. ὁ δὲ Επιγόνιος ἔφησε πρὸς καὶ Αὐρήλιον, ὅτι εἰ καὶ δύνασαι τοῦτο ποιεῖν αὐθαιρέτως· ἀλλὰ τὸ ἀγαθοθελές σου μέσως πως ἀναγκάζει σε χρῆσθαι τῇ ἐξουσίᾳ. κρίνεις γὰρ ἀσκανδάλιστον εἶναι τὸ θεραπεύειν τοὺς συναδελφοὺς, καὶ μὴ αὐθεντικῶς, ἀλλὰ μετὰ γνώμης ἐκείνων ἀναλαμβάνεσθαι τοὺς κληρικοὺς αὐτῶν. εἰ μὲν οὖν διὰ πρώτης καὶ μόνης συνελεύσεως, ἤτοι διὰ μαρτυρίας, συνείδησις τοῦ ἐπισκόπου τοῦ ζητουμένου καὶ κληρικὸν ὑποταγῇ, τουτέστι, δώσει καὶ κληρικὸν, λόγος οὐδείς· εἰ δὲ μὴ, ἐκδίκησον καὶ θρόνον σου διὰ τῆς ἄνωθεν προσούσης αὐτῷ ἐξουσίας, ἤγουν ἀναλαβοῦ καὶ κληρικὸν καὶ μὴ βουλομένου τοῦ ἐπισκόπου αὐτοῦ. ἔχεις γὰρ ἀνάγκην πάσας τὰς ἐκκλησίας στηρίζειν κανονικῶς. ἵνα δὲ μή τινες σκανδαλισθῶσι κατ' αὐτοῦ, ὡς ἐκ νέου ἐπιτρέποντος τοῦτο, ἐπήγαμεν, ὅτι τοῦτο δὲ τὸ δίκαιον οὐ δίδοταί σοι νῦν παρ' ἡμῶν, ἀλλὰ προῆν σοι, ἐπισφραγίζεται δὲ καὶ παρ' ἡμῶν τουτέστιν ἐπικυροῦται. οὕτω δὲ τούτων διευκρινηθέντων, εἶπεν ὁ Ποστουμετιανὸς, ἐὰν δὲ ἔχῃ τις ἐπίσκοπος ἕνα κληρικὸν, ἀφαιρεθήσεται καὶ οὗτος ἀπ' αὐτοῦ; ἀντέφησε δὲ πρὸς τοῦτον ὁ Αὐρήλιος, ὅτι ἡ μὲν χειροτονία τῶν πρεσβυτέρων

Digitized by Google

σβυτέρων εὐχερής ἐστι. πολλοὶ γὰρ εὑρεθήσονται πρὸς τοῦτο ἐπιτήδειοι καὶ χειροτονηθήσονται κατὰ συγχώρησιν Θεοῦ ἤτοι κατ' εὐδοκίαν. ἡ δὲ προχείρισις τῶν ἐπισκόπων δυσχερής ἐστι καὶ ἀναγκαία. διδακτικὸν γὰρ καὶ ἀγχίνουν εἶναι δεῖ καὶ ἐπίσκοπον, ὅπερ δυσχερῶς εὑρίσκεται. διὸ ἐὰν παρά τινι ἐπισκόπῳ εὑρεθῇ τις τοιοῦτος ἱερεὺς, κἂν εἷς μόνος ἐστὶ παρ' αὐτῷ, ἀφαιρεθήσεται καὶ αὐτὸς, καὶ εἰς ὃ τῆς ἐπισκοπῆς ἀναχθήσεται ἀξίωμα, ὡς πάντως δυνατοῦ ὄντος καὶ εὐχεροῦς ἑτέρους χειροτονηθῆναι παρ' αὐτοῦ ἱερεῖς, καὶ ἀντὶ τούτου εἶναι καὶ ἱερουργεῖν. εἶτα ἐπήνεγκεν ἕτερος ἐπίσκοπος, ὅτι λοιπὸν ἐὰν ἄλλος ἔχῃ πολλοὺς κληρικοὺς, διδότω τῷ μὴ ἔχοντι· καὶ ὁ αὐτὸς Αὐρήλιος εἶπε πρὸς τοῦτον, ὅτι ὥσπερ σὺ ἀναγκάζῃ ἔχων κληρικὸν δοῦναι αὐτὸν εἰς χειροτονίαν ἐπισκόπου, οὕτω καὶ ὁ τοὺς πλείονας ἔχων συνωθήσεται, ἀντὶ τοῦ καὶ ἄκων ἀναγκασθήσεται, δοῦναί σοι ἕνα ἐξ αὐτῶν. ταῦτα τῶν κανόνος διοριζομένου, ἐρωτήσει τις, ὡς ἐπεὶ καὶ τῷ Κωνσταντινουπόλεως ἐνεδόθη ἀπὸ τῆς γ'. Ιουστινιανείου νεαρᾶς, ἤγουν ἀπὸ τῶν β'. κεφ. τῶν β'. τίτλου τῶν γ'. βιβλ. τῶν βασιλικῶν, ὅπερ καὶ κατεστρώσαμεν ἔξωθεν τῶν κϛ'. κεφ. τῶν α'. τίτλ. τῶν παρόντος συντάγματος, ἀλλοτρίους κληρικοὺς ἀποκριματίσεως δέχεσθαι· ὡσαύτως καὶ τῷ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς πρώτης Ιουστινιανῆς ἤτοι τῷ Βουλγαρίας ἐφιλοτιμήθησαν ἀπὸ τῆς ρλγ'. Ιουστινιανείου νεαρᾶς τῆς κειμένης εἰς ὃ α'. κεφ. τῶν γ'. τίτλου τῶν ε'. βιβλ. τῶν βασιλικῶν, καὶ καταστρωθείσης παρ' ἡμῶν εἰς ὃ ϛ'. κεφ. τῶν α'. τίτλου τῶν παρόντος συντάγματος, τὰ δίκαια τῆς παλαιᾶς Ρώμης καὶ τῆς ἐκκλησίας Καρχηδόνος· ἔτι μὴν καὶ τῷ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς νέας Ιουστινιανείου πόλεως, ἤτοι τῷ Κύπρου, ἐδόθησαν διὰ τῶν λθ'. κανόνος τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου τὰ προνόμια τῆς τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας· ἀναγκασθήσονται καὶ οὗτοι μετὰ εἰδήσεως τῶν ἐχόντων τοὺς κληρικοὺς ἐπισκόπων δέχεσθαι αὐτοὺς, καθὼς τοῦτο ποιεῖν καὶ καὶ ἐπίσκοπον Καρχηδόνος τετύπωται, ἢ οὔ; Λύσις. τινὲς εἶπον, ὡς ἐπεὶ ἀλλαστίκτως ἐξεχωρήθησαν οὗτοι δέχεσθαι ἀλλοτρίους ἐπισκόπους, οὐκ ἀναγκασθήσονται πρῶτον ποιεῖν παράγγελμα, καθὼς διὰ τῶν παρόντος κανόνος ὁ ἐπίσκοπος Καρχηδόνος ὡρίσθη ποιεῖν. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ὀφείλειν καὶ τὰς τοιαύτας πρώτας κεφαλὰς κατὰ τὴν τῶν παρόντος κανόνος περίληψιν ἀφαιρεῖσθαι τοὺς ἀλλοτρίους κληρικοὺς, παρομοίως τῷ ἐπισκόπῳ Καρχηδόνος· ὅτι τε τοῦτό ἐστι ὃ ἀσκανδάλιστον καὶ φιλάδελφον· καὶ ὅτι ἡ ῥηθεῖσα ρλβ'. Ιουστινιάνειος νεαρὰ μεμνημένη καὶ τῆς ἐν Αφρικῇ Ιουστινιανῆς Καρχηδόνος ἐκκλησίας, ἐξισάζει ταύτας ὅσον τέως εἰς τὰ ἐπισκοπικὰ δίκαια. τῶν δὲ παρόντος κανόνος διοριζομένου, ἀναγκάζεσθαι καὶ ἔχοντα πλῆθος κληρικῶν διδόναι τῷ μὴ ἔχοντι, ἀναγκασθήσεται καὶ ὁ Κωνσταντινουπόλεως τυχὸν διδόναι καὶ ἄκων, μετὰ ἐπιφώνησιν, τῷ Ηρακλείας τυχὸν κληρικὸν αὐτοῦ, ἐφ' ᾧ χειροτονῆσαι τοῦτον ἱερέα, ἢ διάκονον, ἢ ἐπίσκοπον; Λύσις. οὐκ οἴομαι. τούτου γὰρ δοθέντος γενήσεται πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐξίσωσις, ὅσον εἰς τοῦτο ὃ κεφ. καὶ εἰς οὐδὲν κατανθήσει ὃ δοθὲν προνόμιον τῷ Καρχηδόνος καὶ τοῖς λοιποῖς. ὀφείλομεν οὖν εἰπεῖν, ὅτι οἱ μὲν προνομιάριοι ἐπίσκοποι, οὐ μόνον εἰς ἐπισκόπους, ἀλλὰ καὶ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους, ἵνα χειροτονήσωσιν ἀλλοτρίους κληρικοὺς, κατὰ τὴν περίληψιν τοῦ παρόντος κανόνος· οἱ δὲ λοιποὶ ἐπίσκοποι ἐξ αὐτῶν οὐ ζητήσωσιν, οὐδὲ δέξωνται κληρικοὺς ἄλλως, εἰ μὴ ἐν χρείᾳ γένωνται τῶν χειροτονῆσαι τοῦτον ἐπίσκοπον. τοῦτο γὰρ καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος παρίσταται, λέγοντος μὴ τοσοῦτον εἶναι ἀναγκαίαν τὴν τῶν ἱερέων καὶ διακόνων χειροτονίαν, ὡς τὴν τῶν ἐπισκόπων· καὶ διὰ τοῦτο ἀφαιρεῖσθαι καὶ καὶ ἕνα καὶ εἰς ἐπισκοπὴν ἀνάγεσθαι. ἐὰν δὲ ὁ μετακαλούμενος κληρικὸς εἰς ἐπισκοπικὸν ἀξίωμα, ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας τυχὸν τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν, οὐ καταδέχηται τὴν ψῆφον, ἀναγκασθήσεται παρὰ τοῦ πατριάρχου κατὰ καὶ παρόντα κανόνα καταδέξασθαι; Λύσις. οὐδαμοῦ. οὐ γὰρ ἀναγκάζεταί τις ἀρχιερεὺς γενέσθαι καὶ ἄκων. ἐκληπτέον οὖν τὰ τοῦ κανόνος εἰς καὶ ψηφισθέντα καὶ καταδεχόμενον μὲν τὴν ἐπισκοπὴν, μὴ παραχωρούμενον δέ.

A tio facilis est. Multi enim ad hoc apti invenientur & ordinabuntur ex Dei permissu seu bona voluntate. Episcoporum autem promotio difficilis est & necessaria. Docendi enim facultate præditum solertisque ingenii esse oportet Episcopum: quod difficilè invenitur. Quare si apud aliquem Episcopum fuerit inventus talis Sacerdos, etiam si unus solus est apud ipsum, ipse quoque auferetur, & ad Episcopatûs dignitatem provehetur, nempe cùm alios ordinare sacerdotes sit ei factu facile, qui ejus loco sint & sacra celebrent. Deinde intulit alius Episcopus; Deinceps si quis alius multos habet Clericos, det non habenti. Aurelius quo-
B que ipse dixit ad hoc; Quemadmodum tu, qui habes Clericum, cogeris dare ipsum ad ordinationem Episcopi; ita & qui habet plures compelletur, id est, cogetur vel invitus, dare tibi unum ex ipsis. Hæc cùm decernat canon, interrogaverit quispiam, cùm Constantinopoli concessum sit à iii. Justiniani novella, seu à ii. cap. ii. tit. iii. lib. Basil. quod extra quoque xxvi. cap. primi tit. præsentis operis posuimus, alienos Clericos sine præjudicio suscipi; similiter & Archiepiscopo primæ Justinianæ seu Bulgariæ à cxxxiii. Justiniani novel. quæ sita est in i. cap. iii. tit. v. lib. Basil. quæ à nobis posita est in vi. cap. i.
C tituli præsentis operis, antiquæ Romæ & Carthaginensis Ecclesiæ jura concessa sunt; Præterea autem & Archiepiscopo novæ Justinianopolis, seu Cypri, data sunt per xxxix. canonem Synodi in Trullo privilegio Constantinop. Ecclesiæ: cogentur & ii cum scientia Episcoporum Clericos habentium ipsos suscipere; quemadmodum Carthaginensem quoque Episcopum facere cautum est, an non? Solutio, Quidam dixerunt, quòd quoniam eis indistinctè permissum est alienos Clericos suscipere non cogentur primum denunciare, sicut præsenti canone Carthaginensem Episcopum facere oportere constitutum est. Mihi autem
D videtur debere hæc prima capita; quemadmodum præsenti canone continetur, alienos Clericos auferre, similiter ac Carthaginensis Episcopus: tum quia hoc est ab omni offensione alienum & fraternum; tum etiam quòd prædicta cxxxii. Justiniani novella mentionem faciens etiam Justinianæ Carthaginis Ecclesiæ, quæ est in Africa, quod ad Episcopale jus attinet, eas exæquat. Cùm autem præsens canon decernat, ut qui habet Clericorum multitudinem, cogatur dare ei qui non habet; cogetur etiam verbi gratia, Constantinopolitanus Episcopus dare vel invitus, post denunciationem, Heracleæ, verbi gra-
E tia, Episcopo, suum Clericum, ut eum Sacerdotem, vel Diaconum, vel Episcopum ordinet? Solutio. Non puto. Hoc enim concesso, fiet omnium Episcoporum exæquatio, quod ad hoc caput attinet: & ad nihilum redibit privilegium Episcopo Carthaginensi & reliquis datum. Debemus ergo dicere, quòd Episcopi quidem privilegiati; non solùm in Episcopos, sed etiam in Presbyteros & Diaconos, alienos Clericos ordinaverint, ut præsenti canone continetur: reliqui autem Episcopi ab ipsis non petent, nec Clericos aliter suscipient; nisi Episcopum ordinare ipsis opus fuerit. Hoc enim vel ex præsenti ca-
F none probatur, qui dicit, non esse adeò necessariam Sacerdotum & Diaconorum ordinationem, sicut Episcoporum: & propterea vel unum auferri, & in Episcopum promoveri. Si autem Clericus, qui ad Episcopalem dignitatem evocatur, ab Ecclesia, verbi gratia, Constantinopolitana, electionem non admittat, cogetur à Patriarcha secundùm præsentem canonem admitti? Solutio. Nequaquam. Neque enim cogetur quispiam vel invitus fieri Antistes. Hic ergo canon est accipiendus de eo, qui electus est, & Episcopatum quidem suscipit, sed ei non permittitur.

Digitized by Google

ZO'NAR. Cum ſuperiori canone, ne cuiquam Epiſcopo liceat alterius Episcopi Clericum ſibi vindicare, ordinibúſque inſignire, decretum ſit; in hanc ſententiam mox Aurelius ſermonem habuit, videlicet, Multarum ſibi Eccleſiarum curam eſſe commiſſam. Sæpe vero, inquit, ad me confluunt, Epiſcopum aut Presbyterum aut Diaconum, modo hunc, modo illum, ſibi dari poſtulantes. Cum vero hæc decreta noverim, pareo, Clericíque, qui à me poſcitur, Epiſcopum adeo, eíque Clericum ſuum ab hujus ſcilicet Eccleſiæ conventu efflagitari ſignifico, hoc eſt, indico, ac certiorem tota de re facio. Atque hactenus quidem, inquit, haud repugnant, & Clericos ſuos non inviti tradunt. Ne qui vero in póſterum forte refragentur aut obſtent, quominus expetitus aliquis ad Epiſcopatum aliumve in clero gradum eligatur; ſi Epiſcopum quempiam ego convenero, duobus præterea aut tribus ex noſtro numero, Epiſcoporum videlicet, adhibitis, iſque impius, hoc eſt, morigerus, ac pertinax fuerit inventus, quid mihi tunc faciendum putetis vos ipſi ſtatuite. Quæ quidem quamvis cum verborum ſignificatione minus conveniant; ſententia tamen hujus loci, atque orationis contextus, aliam explicationem non admittit. Ac Numidius quidem, Aurelii throno jam olim id prærogativæ conceſſum fuiſſe teſtatus, ut ex quacunque provincia quos voluiſſet ordinibus inſigniret, id ei conceſſit, ut clericos, undecunque collibitum eſſet, ad ſe vocatos ordinaret. Ad quæ tum Epigonius; Bonitas, inquit, tua temperat poteſtatem. Audes namque minus quam liceat, dum te omnibus probum ac humanum oſtendis. Quod autem dicit, ejuſmodi eſt. Cum tibi quidem, alienis Clericis ad te traductis conferre ordines omnino liceat; quandam tamen in uſu auctoritatis moderationem humanitas requirit, ut non pro poteſtate & imperio, ſed cum Epiſcopi quoque ſui facultate Clerici auferantur. In omnibus namque benignitatem & humanitatem oſtendere minus quiddam eſt, quam pro imperio ac poteſtate Clericos abducere. Id enim in tuo judicio poſitum eſt, ut uniuſcujuſque Epiſcopi perſonæ medicinam facias, hoc eſt, tibi quoque hoc propoſitum eſt, ut Epiſcopos omnes humanitate demulceas. In primo autem & ſolo congreſſu ſi jus huic cathedræ vindicandum eſſe perſpexeris, hoc eſt, ubi primum ſemel convento Epiſcopo conſilium de ejus Clerico abducendo, atque ad ordines promovendo, communicaris, ſi ſe ille minus obſequentem præbuerit, jus huic cathedræ datum, Clericos unde velit ſumendi, iiſque ordines conferendi, ipſe vindicabis. Deinde vero, ne cujuſquam offenſionem ſubiret, quaſi Clericos ab Epiſcopo ſuo vel invito abducendi initiandíque facultatem ipſe concederet; Non hanc, inquit, ipſi tibi largimur facultatem, ſed antea traditam confirmamus, illud videlicet tuo arbitrio relinquentes, ut nequaquam alienos Clericos pro imperio & poteſtate, ſed re prius cum ipſorum Epiſcopis communicata, vindices atque abducas. Cum jam conſtitutum eſſet, licere Aurelio alienos Clericos aſſumere eíſque ordines conferre; rogavit quidam, Quid ſi unum tantum Sacerdotem Epiſcopus habuerit, num eo quoque privabitur? Propoſitæ vero interrogationi Aurelius ita reſpondit, Poſſe ab uno Epiſcopo, Deo dante, multos Sacerdotes creari; hoc nimirum ſignificans; quamvis magna ſit Sacerdotii dignitas, omnemque humanam nobilitatem ac poteſtatem Sacerdotes creandi facultas ſuperet, tamen Deo permittente poſſe ab uno Epiſcopo multos ſacerdotes conſtitui: At vero hominem Epiſcopali muneri gerendo opportunum invenire perquam difficile eſt. Oportet enim Epiſcopum, ex Divi Pauli ſententia, præter cætera, amplecti eum, qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem, ut poſſit exhortari ſana doctrina, & eos qui contradicunt arguere; tum ejuſmodi eſſe, qui Eccleſiæ præeſſe nôrit, hoc eſt, tum fidelium curæ ſuſci-

ΖΩΝΑΡ. Τοῦ ἀνωτέρω κανόνος ὑφέσεως, μὴ ἐξεῖναι ἑτέρου ἐπισκόπου κληρικὸν οἰκειοῦσθαι, καὶ χειροτονεῖν αὐτὸν, ὁ Αὐρήλιος εἰσήγαγε λόγον, ὅτι πολλῶν ἐκκλησιῶν ἀναδέδεγμαι φροντίδα. δέονταί μου τινὲς αὐτῶν, χορήγουσαν ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου ἢ διακόνου, ζητοῦσαι τόνδε ἢ τόνδε. εἰδὼς δὲ τὰ ὠφελοῦντα τοῦτο ποιῶ, καὶ ἕως τοῦ ἕτερον τὸν ζητουμένου κληρικοῦ, ἐμφανίζων αὐτῷ, ἀντὶ τοῦ, γνωρίζων αὐτῷ καὶ δηλῶν, ὅτι κληρικὸν αὐτοῦ αἰτοῦσιν οἱ τῆσδε τῆς ἐκκλησίας. καὶ νῦν μοί, φησιν, οὐκ ἀντιλέγουσιν, ἀλλὰ διδόασι τοὺς κληρικοὺς αὐτῷ. ἵνα δὲ μὴ μεταῦθις ἴσως τινὲς ἐναντιῶνται, μὴ διδόντες τοὺς ζητουμένους εἰς ἐπισκόπου χειροτονίαν ἢ κληρικοῦ, κρίναιμι, εἰ συμβάλλω τινὶ τῶν ἐπισκόπων, μετά τινων δύο ἢ τριῶν ἐκ τῆς ἡμετέρας συλλογῆς, ἤγουν τῆς ἡμῶν τῶν ἐπισκόπων μοίρας, ἐκεῖνος δὲ ἀκαθοσίωτος εὑρεθῇ ἀντὶ τοῦ ἀπειθὴς, ἀνένδοτος, τί δεῖ ποιῆσαι; καὶ σὺν οἰκείᾳ μὲν ταῦτα τῇ σημασίᾳ τῶν λέξεων. ὁ δὲ νοῦς τῆς ἀκολουθίας τοῦ λόγου τοιαύτην ἔννοιαν ἀπαιτεῖ. ὁ μὲν Νουμίδιος φερεμάρτυρήσας τῷ θρόνῳ τοῦ Αὐρηλίου φερομένῳ παλαιὸν χάρτην οὗς βούλεται ἐξ ἑκάστης ἐκκλησίας, δέδωκε τούτῳ δὲ λαμβάνειν ἀφ' οἱουδήποτε κληρικοὺς καὶ χειροτονῆσαι αὐτούς. ὁ δὲ Ἐπιγόνιος φησὶ πρὸς ταῦτα ἀντιφῆναι, ὅτι ἡ ἀγαθοτέλεια μεσάζει τῷ ἐξουσίᾳ. ἧττον γὰρ τολμᾷς ἅπαν δυνῇ, ὃν τῷ πᾶσιν ἑαυτὸν δεικνύειν ἀγαθὸν καὶ φιλάνθρωπον. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν, ὅτι ἐξουσίαν μὲν ἔχεις λαμβάνειν ἀλλοτρίους κληρικοὺς καὶ χειροτονῆσαι· ἀλλὰ τὸ καθοσιωτέλες μέσως πῶς ἅπαντι χρᾶσθαι τῇ ἐξουσίᾳ, ὥστε μὴ αὐθεντικῶς ἀφαιρεῖσθαι αὐτούς, ἀλλὰ μὴ γνώμῃ τῶν ἐπισκόπων αὐτῶν. ὃ γὰρ ἐν πᾶσι δεικνύειν ἑαυτὸν ἀγαθὸν ἀφ' τοῦ βουλεύεσθαι, ἧττόν ἐστι τοῦ μετ' ἐξουσίας τολμᾷν τινὰ ἀφαίρεσιν. ἔχεις γὰρ τοῦτο ἐν τῇ κρίσει σου, ὃ ἀποθεραπεῦσαι ἑνὸς ἑκάστου ἐπισκόπου ὃ πρόσωπον, τουτέστι, καὶ σὺ τοῦτο κρίνεις, ὃ πρῶτος τοὺς ἐπισκόπους θεραπεύειν. ἐν πρώτῃ δὲ καὶ μόνῃ συμβολῇ, εἰ συμβήσῃ ὃ ἐπ' ἐξουσίας ταύτῃ τῇ καθέδρᾳ ἔξ) ἐκδικητέον, φυτέσιν, ἅπαξ δὲ συμβαλὼν τῷ ἐπισκόπῳ ᾧ κληρικοῦ, ὃν μέλλεις ἀφελέσθαι καὶ χειροτονῆσαι, καὶ κοινωσάμενος αὐτῷ περὶ ᾧ κληρικοῦ αὐτοῦ, εἰ μὴ δύῃς ἐκεῖνον αὐτίκα πειθήνιον, ἐκδικητέον ὃ, ἔξ) ἐπ' ἐξουσίας ταύτῃ τῇ καθέδρᾳ, ὅθεν βούλεται λαμβάνειν κληρικὸν καὶ χειροτονεῖν αὐτόν. εἶτα ἵνα μὴ σκανδαλιθῶσι κατ' αὐτοῦ, ὡς ἐπιτρέποντος καὶ γνώμης ἄνωθεν τῶν ἐπισκόπων λαμβάνειν τοὺς κληρικοὺς αὐτῶν καὶ χειροτονεῖν, ἐπήγαγε, ὅτι οὐχ ἡμεῖς σοι διδόαμεν τὴν ἐξουσίαν ταύτην, ἀλλ' ὑπαρχούσῃν αὐτῷ, τῇ σῇ φερομένῃ δηλονότι διαπιστεύσεσι, ὃ μὴ μετ' ἐξουσίας λαμβάνειν ἕνα κληρικοὺς τῶν ἄλλων, καὶ φερχθείζεσθαι αὐτούς, ἀλλὰ μὴ βουλῆς τῶν ὑπισχόντων αὐτῷ. κωλυθέντος τοῦ λαμβάνειν Αὐρήλιον κληρικοὺς ἀλλοτρίους καὶ χειροτονῆσαι αὐτούς, ἠρώτησέ τις, ὅτι κἂν ἕνα ἔχῃ φρεσβύτερον ὑπισχνούμενος, κἀκεῖνος ἀφαιρεθήσεται ἐξ αὐτοῦ; πρὸς δὲ τὸ ἐρώτημα τοῦτο ὁ Αὐρήλιος ἀπεκρίθη, ὅτι δύναται εἰς ὑπισχνούμενος πολλοὺς πρεσβυτέρους χειροτονῆσαι καὶ συγχώρησιν θεοῦ, τοῦτο λέγων, ὅτι εἰ καὶ μέγα ἐστὶ τὸ ἱερατικὸν ἀξίωμα, καὶ ὑπὲρ τὴν ἀνθρωπίνην ἀξίαν καὶ δύναμιν ὑπάρχει τὸ καθιστᾶν ἱερέας, ἀλλὰ καὶ συγχώρησιν θεοῦ δύναται εἰς ὑπισχνούμενος πολλοὺς ἱερεῖς χειροτονῆσαι· εἰς ὑπισχνουμένῳ δὲ ὑπισχνούμενον ἄνδρα δύρῃ δυσχερές ἐστι. ᾧ γὰρ ὑπισχνοῦν δεῖ κατὰ ᾧ μέγαν Παῦλον πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ἀντέχεσθαι τοῦ κατὰ διδαχὴν πιστοῦ λόγου, ἵνα δυνατὸς ᾖ καὶ παρακαλεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῇ ὑγιαινούσῃ, καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν, καὶ προεστάναι εἰδότα τῆς ἐκκλησίας, ἤγουν καὶ τῶν πιστῶν ὑπομεμνῆσθαι ὑπισχνούμενον, καὶ τὰ προσήκοντα τῆς ἐκκλησίας οἰκονομεῖν·

Digitized by Google

οἰκονομεῖν καὶ θεοφιλῶς διοικεῖν. ἃ πάντα δὲ οὐ πάντα ὁμοίως ἀπαιτεῖται καὶ ὅτι πρεσβυτέρου. διὸ δοκιμαστέον, εἰ δύσκοιτο πρεσβύτερος ἐπιτηδεῖος εἰς ἐπίσκοπον, λαμβάνεσθαι καὶ πλείστων καὶ χειροτονεῖσθαι, κἂν ἕνα τοῦτον ἔχῃ ὁ ἐπίσκοπος αὐτῷ. εἶτα ἐπήνεγκεν ἕτερος, ὅτι λοιπὸν ἐὰν ἄλλος ἔχῃ πολλοὺς κληρικούς, διδόσθω τῷ μὴ ἔχοντι. καὶ ὁ Αὐρήλιος εἶπε πρὸς τοῦτον, ὅτι ὥσπερ σὺ ἀναλαμβάνῃ, ἔχων κληρικόν, δοῦναι αὐτὸν εἰς χειροτονίαν ἐπισκόπου· οὕτω καὶ ὁ τοὺς πλείονας ἔχων σωωθησόμενος, ἀντὶ τοῦ καὶ ἄκων ἀναλαμβανόμενος, δοῦναί σοι ἕνα ἐξ αὐτῶν. A piendæ ac gerendæ, tum Eccleſiæ negotiis prudenter ac pro arbitrio divinæ voluntatis adminiſtrandis ſit idoneus. Hæc vero non omnia pariter etiam à Sacerdotibus exiguntur. Ergo ſi quis Sacerdos ad Epiſcopale munus obeundum idoneus reperiatur, vel ſi alium neminem ipſius Epiſcopus habeat, eum nihilominus eligi conſecrarique neceſſe fuerit. Deinde alius quidam intulit; Si quis alius deinceps multos Clericos habuerit, det non habenti. Ad quem Aurelius, Quemadmodum, ait, tu Clericum, qui apud te eſt, ad Epiſcopale munus neceſſario transmittis: ita & cui plures fuerint, unum aliquem tibi ex illis reponere compelletur, hoc eſt, volens nolénſque cogetur.

B

ΑΡΙΣΤ. Ἐξέστω τῷ Καρχηδόνος πρεσβύτῳ ὃς ἂν ἐνδέλῃ, προχειρίζεσθαι πρεσβυτέρους ταῖς ἐκκλησίαις, κἂν μόνον ἕνα τις ἔχῃ πρεσβύτερον προσαξίαν ἄξιον. εἷς μὲν γὰρ ἐπίσκοπος πολλοὺς πρεσβυτέρους χειροτονῆσαι δύναται. δυσεύρετος δὲ ὁ πρὸς ἐπισκοπὴν ἐπιτήδειος.

ARIST. *Carthaginis præſidi liceat, quoſcunque velit, eligere præficiendos Eccleſiæ: etiamſi unum tantummodo Presbyterum præſidentiâ dignum quiſpiam habeat. Unus enim Epiſcopus poterit multos ordinare Presbyteros. Qui vero Epiſcopatui ſit idoneus difficulter invenitur.*

Ἡ συνοδος αὕτη, τοπικὴ οὖσα, μὴ οἰκουμενικὴ, ὁρίζει τινὰ ἐν Καρχηδόνι ὀφείλοντα κρατεῖν. ὁ γὰρ Αὐρήλιος Καρχηδόνος ἐπίσκοπος τοῖς νόμοις ἑπόμενος, καὶ παρὰ γνώμην ἐπισκόπου μὴ θέλων κληρικὸν αὐτοῦ ἀφαιρεῖσθαι, καὶ εἰς ἑτέραν πόλιν κληρῶσαι αὐτὸν, ἢ ἐπίσκοπον καθίσαι· εὐλαβούμενος μή ποτε πάλιν τινὲς τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπων ἐν πρόφασι δοῦναί τινας τῶν κληρικῶν αὐτῶν, ἐπὶ ᾧ εἰς ἑτέραν πόλιν ἐνδεῶς πρεσβυτέρων ἢ διακόνων ἔχουσαν κληρωθῆναι, ἢ εἰς ἐπισκοπῆς βαθμὸν προαχθῆναι, ἀξίους εἰς τοῦτο κριθέντας· τῷ δοκεῖ τούτῳ τῇ συνόδῳ ἀνενκοινώσατο. καὶ ἐπεψηφίσαντο αὕτη, ἐπ' ἀδείας ἔχειν τὸν Καρχηδόνος προέδρου, διὰ τὸ πᾶσαν φροντίδα τῶν ἐκείσε ἐκκλησιῶν αὐτῷ ἐπικεῖσθαι, ὡς ἂν τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπων κληρικοὺς εἰς προσασίαν ἐκκλησιῶν δύρησι ἀξίους, προχειρίζεσθαι αὐτούς· κἂν δὲ καὶ πολλούς τις μὴ ἔχῃ πρεσβυτέρους, ἀλλ' ἕνα τὸν μόνον, καὶ ἐπιτήδειον αὐτὸν εἰς ἐπισκοπὴν κρίνει, ἀνενδοιάστως καθίσαι αὐτόν· διὰ τὸ δυσχερὲς εἶναι εἰς ἐπισκοπὴν εὑρίσκεσθαι δόκιμον· καὶ δυατὸν ἕνα ἐπίσκοπον πολλοὺς πρεσβυτέρους χειροτονῆσαι. Hæc Synodus, cùm provincialis fuit, non Oecumenica, quædam debere Carthagine obtinere decernit. Nam Aurelius Epiſcopus Carthaginenſis Canones ſequens, & præter Epiſcopi ſententiam Clericum illius auferre & in aliâ civitate eum in Clerum eligere aut Epiſcopum creare nolens: ſed metuens iterum, ne aliqui Epiſcoporum ipſi ſubjacentium, non perſuadeantur aliquos è Clericis ſuis dare, ut in aliâ civitate Presbyteris & Diaconis indigente in Clericorum numerum recenſeantur, aut, ſi eo judicentur digni, ad Epiſcopalem gradum promoveantur, hoc Synodo communicavit; & ea ſuffragio ſuo decrevit, Carthaginis præſidi licere, quia omnis Eccleſiarum, quæ ibi ſunt, ei committitur cura, quoſcunque Epiſcoporum ipſi ſubjectorum Clericos ad Eccleſiarum præſidentiam invenerit aptos, eos deligere. Licet vero & multos quiſpiam non habeat Presbyteros, ſed unum & ſolum, & eum Epiſcopatui idoneum judicet, haud dubiè eum conſtituere: quia difficile eſt quempiam Epiſcopatui invenire aptum; & poſſibile eſt unum Epiſcopum multos Presbyteros ordinare.

C

D

ΚΑΝΩΝ ξ.

CANON LX.

Περὶ τοῦ τοὺς ἐν ταῖς παροικίαις χειροτονουμένους ἐπισκόπους μή τινα ἑαυτοῖς ἐκδικεῖν διοικήσεις. Ονωρᾶτος καὶ Οὐρβανὸς οἱ ἐπίσκοποι εἶπον· ἠκούσαμεν ὁρισθὲν, ἵνα αἱ παροικίαι μὴ ἀξίους λαμβάνειν ἐπισκόπους, εἰ μὴ τοῦ καὶ συναίνεσιν τούτου, ὑφ' οὗ καθίσαντο. ἐν δὲ τῇ χώρᾳ ἡμῶν, καὶ συγχώρησιν τῆς ἀρχῆς κατὰ χρόνους τοὺς διοικήσεως ἐπισκόπου, τινὲς εἰς ἄλλας παροικίας χειροτονηθέντες ἐπίσκοποι ἑαυτοῖς ἔτι μᾶλλον ἑτέρας διεκδικοῦσιν. τοῦτο δὲ κωλυθῆναι τῇ ἀγάπῃ τῆς ὑμετέρας κρίσεως, καὶ ἀναιρεῖσθαι τῆς λοιποῦ ὀφείλει. Ἐπίγονιος ἐπίσκοπος εἶπεν, ἑκάστῳ ἐπισκόπῳ ὃ πρέπον ἐφυλάχθη, ἵνα ἑκάστης τῆς συγκτήσεως τῆς παροικίας μηδὲν ἀποδρεφθείη πρὸς ὃ ἴδιον κλῆσαι ἐπίσκοπον, εἰ μὴ καὶ συναίνεσιν τοῦ ἐξουσίαν ἔχοντος. ἐὰν δὲ αὐτὸς ὅλα χωρήσῃ, ὥστε τὸ αὐτῷ διοικῆσαι ἐπιτραπεῖσθαι ἴδιον κτῆσαι ἐπίσκοπον, εἰς τὰς λοιπὰς τῆς περιειλημένης μὴ ἐπιβάλλειν διοικήσεις· ὅτι μία ἐκ τοῦ καθόλου τῆς πολλῶν ἀφαιρεθεῖσα, αὐτὴ καὶ μόνη ἠξιώθη τιμὴν ἰδίας ἐπισκοπῆς ἀναδέξασθαι. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν. οὐκ ἀμφιβάλλω τῇ πάντων ὑμῶν ἀγάπῃ ἀρέσκειν, ὥστε τὸ καὶ τὸ συγχώρησιν τοῦ πρεσβυτέρου ἐπισκόπου ἐν τῇ διοικήσει προχειριζόντα ἐπίσκοπον μόνον αὐτὸν κατέχειν τὸν λαὸν, εἰς ὃν ἐχειροτονήθη. ὅθεν οὖν πάντα νομίζω εἶναι πεπρακταισμένα, ἐὰν πάντα στοιχῇ τῷ λογισμῷ ὑμῶν, ταῦτα βεβαιώσατε τῇ ὑμετέρᾳ ἀκφωνήσει. πάντες οἱ ἐπίσκοποι εἶπον· πᾶσιν ἡμῖν ταῦτα ἤρεσεν. καὶ τῇ ἡμετέρᾳ ὑπογραφῇ ταῦτα βεβαιοῦμεν. καὶ ὑπέγραψαν· Ut Epiſcopi qui in paræciis ordinantur, nullam ſibi diœceſin vendicent. Honoratus & Urbanus Epiſcopi dixerunt; Audivimus definitum, ne paræciæ dignentur Epiſcopos accipere, niſi ex conſenſu ejus, à quo conſtitutæ ſunt. In noſtra autem regione, ex permiſſione ejus qui ab initio diœceſes obtinet Epiſcopi, quidam in eiſdem paræciis ordinati Epiſcopi, adhuc etiam alias ſibi vendicant. Hoc veſtri judicii charitate & prohiberi & deinceps ſubverti debet Epigonius Epiſcopus dixit; Unicuique Epiſcopo, quod decet, ſervatum eſt, ut ex unaquaque paræciarum poſſeſſione nihil decerpatur ad proprium Epiſcopum habendum, niſi ex conſenſu ejus qui habet poteſtatem. Sin autem ille conceſſerit, ut ipſa permiſſa diœceſis proprium habeat Epiſcopum; is qui promotus eſt ad alias diœceſes manum non extendat; quoniam una ex multorum corpore ablata, vel ſola digna habita eſt, quæ proprii Epiſcopatûs honorem acciperet. Aurelius Epiſcopus dixit; Non dubito veſtrûm omnium dilectioni placere, ut Epiſcopus, qui ex prioris Epiſcopi in diœceſi permiſſione promotus eſt, eum ſolum populum obtineat, ad quem fuerat ordinatus. Quoniam ergo omnia eſſe tractata exiſtimo, ſi omnia rationi veſtræ congruant, ea veſtra ſententia confirmate. Omnes Epiſcopi dixerunt; Nobis omnibus hæc placuerunt, & noſtra ſubſcriptione confirmamus. Et ſubſcripſerunt;

E

F

Digitized by Google

Aurelius Eccleſiæ Carthaginenſis Epiſcopus præſenti decreto conſenſi, & lecto ſubſcripſi: Similiter & reliqui Epiſcopi ſubſcripſerunt.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος τῆς ἐκκλησίας Καρχηδόνος τῷ παρόντι δεκρέτῳ συνήνεσα, καὶ ἀναγνωσθέντι ὑπέγραψα· ὁμοίως καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι ὑπέγραψαν.

Bals. In aliquas, ut eſt veriſimile, parœcias, quæ non habebant Antiſtites, electi ſunt Epiſcopi voluntate Epiſcoporum qui eas habebant: utpote quæ eſſent fortaſſe populoſæ, & proprio Epiſcopo opus haberent. Sed cùm ii, qui ad eas ordinati fuerant, his, quæ illis obtigerant, non contenti eſſent, ſed etiam aliena ſibi jura vendicarent, dixerunt Honoratus & Urbanus Epiſcopi; quòd quoniam cautum eſt, Epiſcopos non aliter in parœciis eligi, niſi voluntate eorum, qui illas habent ab initio, hoc quoque ita factum eſt in regione ipſorum. Quia autem, qui ſunt ordinati, alias quoque parœcias ſua ſponte ſibi vendicant, debent ea quidem, quæ improbè vendicarunt, corrigi: quæ autem non canonicè ſunt vendicaturi, prohiberi. Ad hæc ergo Epigonius dixit; quòd à divinis canonibus unicuique Epiſcopo parœciarum regiones limitéſque attributi ſunt: & ex ipſarum parœciarum poſſeſſione nihil poteſt decerpi ſeu auferri ab aliquo. Sed nec ipſi parœciæ habitatores poſſunt ſibi ſua ſponte Epiſcopum conſtituere, niſi voluntate Epiſcopi qui habet poteſtatem in parœcia. Si autem ille quoque hoc permiſerit, non debet is, qui ordinatus eſt, propter jus hujus parœciæ ſe ad aliarum quoque parœciarum adminiſtrationem extendere. Sola enim quæ honorata eſt parœcia, erit ſub eo qui eſt ordinatus: reliquæ autem erunt ſub capite à quo ablatio facta eſt. Dixit ergo poſt hæc Aurelius; eorum fraternitatis eſſe admittendam ſententiam. Et ipſe eadem quoque ſtatuit: & propterea petivit, ut quæ conſtituta erant, ſubſcriberentur; quod etiam factum eſt. Et hæc quidem ita. Tu autem ſcias, quòd Epiſcoporum quidem regiones immotas manere, ut Canonicum ſervatur: fieri autem Epiſcopatus de novo in parœciis, quæ ſunt aliis Epiſcopis ſubjectæ, ſine regio mandato non permittitur; etiamſi millies conſenſerit qui eam habet Epiſcopus. Synodicè enim conſtitutum eſt, ut nec ipſa magna Synodus ſine juſſu regio poſſit novum conſtituere Epiſcopatum. Et de eo in alios Canones ſcriptum eſt.

ΒΑΛΣ. Εἰς τινὰς παροικίας, ὡς ἔοικε, μὴ ἐχούσας ἀρχιερεῖς ἐψηφίσαντο ἐπίσκοποι καὶ γνώμην τῶν ἐχόντων αὐτὰς ἐπισκόπων, ὡς ὑμένας τυχὸν πολυανθρώπους, καὶ δεομένας ἰδικοῦ ἐπισκόπου. μὴ ἀρκεσθέντων δὲ τῶν εἰς ταύτας χειροτονηθέντων ἐπὶ τῇ λαχούσαις αὐτοῖς, ἀλλὰ σφετεριζομένων καὶ ἀλλότρια δίκαια, εἶπον Ονώρατος καὶ Οὐρβανὸς οἱ ἐπίσκοποι, ὡς ἐπεὶ κεκανόνισται μὴ ἄλλως ψηφίζεσθαι ἐπισκόπους εἰς παροικίας, εἰ μὴ κατὰ θέλησιν τῶν ἐχόντων ἀρχῆθεν αὐτὰς ἐπισκόπων, γίνεσθαι τοῦτο οὕτω καὶ εἰς τὴν χώραν αὐτῶν. ὅτι δὲ οἱ χειροτονηθέντες καὶ ἄλλας παροικίας διεκδικοῦσιν αὐθαιρέτως, ὀφείλουσι τὰ μὲν καλῶς ἐκδικηθέντα δικαιωθῆναι· τὰ δὲ μέλλοντα ἀκρίτως ἐκδικεῖσθαι κωλυθῆναι. ἔφησε γοῦν πρὸς ταῦτα ὁ Επιγόνιος, ὅτι ἀπὸ θείων κανόνων ἑκάστῳ ἐπισκόπῳ ἐνορίαι παροικιῶν ἀπενεμήθησαν, καὶ ἀπὸ τῆς συλλήψεως ἤρξαν ἀπὸ τῆς παροικίας αὐτῶν, οὐδὲν δύνασθαι ἀποδρεφθῆναι ἤτοι ἐκκοπῆναι παρά τινος. ἀλλ' οὐδὲ αὐτοὶ οἱ οἰκήτορες τῆς παροικίας δύνανται αὐτοθελῶς ἐπίσκοπον ἑαυτοῖς καθίσαι, εἰ μὴ κατὰ θέλησιν τοῦ ἐξουσιάζοντος τῆς παροικίας ἐπισκόπου. ἐὰν δὲ καὶ οὗτος συγχωρήσῃ τοῦτο, οὐκ ὀφείλει ὁ χειροτονηθεὶς δικαίῳ ταύτης τῆς παροικίας παρεμβάλλειν ἑαυτὸν καὶ εἰς ἄλλων παροικιῶν διοικήσεις. ἡ γὰρ τιμηθεῖσα μόνη παροικία ἔσεσθαι ὑπὸ τὸν χειροτονηθέντα· αἱ λοιπαὶ δὲ ἔσονται ὑπὸ τὸν κεφαλὴν ἐξ ἧς ἡ ἀφαίρεσις γέγονεν. εἶπεν οὖν ἐπὶ τούτοις ὁ Αὐρήλιος, ἀποδεκτέαν εἶναι καὶ αὐτῷ τὸν γνώμην τῆς ἀδελφότητος. καὶ ὥρισε καὶ αὐτὸς τὰ αὐτά, καὶ δι' αὐτοῦ τοῦτο ἐζήτησεν ὑπογραφῶν τὰ τυπωθέντα, ὃ καὶ γέγονε. καὶ ταῦτα μὲν οὕτω. σὺ δὲ γίνωσκε, ὅτι τὸ μὲν φυλάττεσθαι τὰς ἐνοείας τῶν ἐπισκόπων ἀναβλαβεῖς, ὡς κανονικὸν συντηροῦσιν· τὸ δὲ γίνεσθαι ἐκ νέου ἐπισκοπὰς εἰς παροικίας ὑποκειμένας ἑτέροις ἐπισκόποις, χωρὶς βασιλικῆς προστάξεως οὐ συγχωροῦσι, κἂν μυριάκις συναινέσῃ ὁ ἔχων ταύτην ἐπίσκοπος. διεγνώσθη δὲ συνοδικῶς μηδὲ αὐτῷ τῷ μεγάλῃ σύνοδον χωρὶς προστάξεως βασιλικῆς δύνασθαι καινίζειν ἐπισκοπήν. καὶ προσεγράφη τὰ περὶ τούτου εἰς ἑτέρους κανόνας.

Zonar. Definitum eſt, inquiunt, ne in parœciis, regionibus videlicet parvis Epiſcopo ſubjectis, Epiſcopus quiſpiam, niſi eo, qui præeſt, Epiſcopo conſentiente, ſtatuatur. Quod ſi aliquem, cum ea nimirum approbatione creari contingat, ejus parœciæ finibus populóque contentus degat; neque alias ſibi arroget ſeu vindicet, ac velut ad ipſum ſpectantes invadat. Arzua enim, quæ ex Epiſcopi facultate digna Epiſcopatus honore habita eſt, ſola eum obtinere debet; non alia quoque decerpi, ſeu diſtrahi ac divelli, ut proprium habeat Epiſcopum, niſi eo qui illic præſidet Epiſcopo comprobante. Ad hæc Aurelius, ut eorum animos qui in Synodo aderant, ad aſſentiendum idoneè compararet; Non dubito, ait, quin hæc omnibus probentur; Et quia pertractata ſatis, hoc eſt, meditata, examinata, probata, omnia eſſe arbitror, ea vos quoque veſtra ſententia confirmate. Tum reliqui, Et nobis hæc placent, & noſtra omnium ſubſcriptione firmabimus.

ΖΩΝΑΡ. Ωρίσθη, φασὶν, ἐν ταῖς παροικίαις, ἤγουν ταῖς μικραῖς ἐνοείαις ταῖς ὑποκειμέναις ἐπισκόποις, μὴ γίνεσθαι ἐπισκοπὰς, εἰ μὴ γνώμῃ τῶν ἐχόντων αὐτὰς ἐπισκόπων. εἰ δέ ποτε γένωνται, κατ' οὐδεμίαν δηλονότι τῶν ἐπισκόπων, ἐκείναις μόναις ἀρκεσθαι ταῖς παροικίαις καὶ τοῖς ἐν αὐταῖς λαοῖς, καὶ μὴ ἑτέρας ἐκδικεῖν, ἤγουν οἰκειοῦσθαι, ἢ ζητεῖν, ὡς ἀρπάσας αὐτοῖς. ἡ γὰρ Αρζύα μόνῃ συγχωρεῖται τῷ ἐπισκόπῳ ἀξιωθεῖσα τιμῆς ἐπισκοπικῆς, ἐκείνη μόνη ταύτην ὀφείλει ἔχειν, ἑτέρα δὲ μὴ ἀποδρεφθείη, ἤγουν μὴ ἀποσπασθείη, μὴ ἀποτμηθείη, εἰς ὃ ἴδιον κτήσασθαι ἐπίσκοπον, εἰ μὴ συναινέσῃ τῷ ἐξουσιάζοντος αὐτῆς ἐπισκόπου. πρὸς ταῦτα ὁ Αὐρήλιος συγχαίρων συναινέσαι πᾶσιν τοῖς τῆς συνόδου, ἐπήγαγεν, ὅτι οὐκ ἀμφιβάλλω πᾶσιν ἀρέσκειν ταῦτα. καὶ ἐπεὶ πάντα νομίζω εἶναι πεπερασμένα, δηλονότι τὰ ἐσκεμμένα, δεδοκιμασμένα, ἐξητασμένα, πάντως βεβαιώσατε ταῦτα τῇ ὑμετέρᾳ ἀκροήσει. πάντες εἶπον, ἤρεσεν ἡμῖν πᾶσι ταῦτα καὶ τῇ ἡμετέρᾳ ὑπογραφῇ αὐτὰ βεβαιοῦμεν.

Arist. *Diœceſis ſi ejus qui poteſtatem habet ſententiâ proprium habere Epiſcopum permittatur, reliquas ille Diœceſis ne invadat.*

ΑΡΙΣΤ. Διοίκησις, ἐὰν καὶ γνώμην τοῦ τὴν ἐξουσίαν ἔχοντος ἐπιτραπῇ ἴδιον σχεῖν ἐπίσκοπον, εἰς τὰς λοιπὰς διοικήσεις ὁ τοιοῦτος μὴ ἐπιβαλέσθω.

Decretum eſt, præter Primatis ſententiam in unaquâque Provinciâ, neminem Epiſcoporum fieri. Sed

Ωρίσθη, πλὴ γνώμην τοῦ πρωτεύοντος ἐν ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ, μή τινα τῶν ἐπισκόπων γίνεσθαι· ἀλλὰ μηδὲ ἐν κώμῃ τινὶ,

Digitized by Google

ἢ καὶ βραχείᾳ πόλει, ἐν ᾗ καὶ εἷς πρεσβύτερος ἐπαρκεῖ ἐπίσκοπον καθίστασθαι, εἰ μὴ πληθυνθεῖσαι ἴσως αὗται, ἀξίαι κριθῶσιν ὀνομασθῆναι ἐπισκοπαί. εἰ γοῦν εἰς παροικίαν τινὰ, ἐν ᾗ δὲ πρὶν οὐκ ἦν ἐπίσκοπος, κατὰ γνώμην τοῦ τὴν ἐξουσίαν ἐν αὐτῇ ἔχοντος ἐπισκόπου ἐπίσκοπον γενέσθαι ἐπιτραπῇ, καὶ λαὸν μόνον, εἰς ὃν ἐχειροτονήθη, κατέχειν ὀφείλει, μὴ μέντοιγε καὶ ἑτέραν διεκδικεῖν παροικίαν.

Εν ταύτῃ τῇ συνόδῳ ὡρίσθη, ἵνα ἐπίσκοπος χωρὶς ἀπολυτικῆς μὴ πλεύσῃ. ἐπὶ Καισαρίου καὶ Αττικοῦ, τῶν λαμπροτάτων ὑπάτων, τῇ πρὸ ἓξ καλανδῶν Ιουλίων ἐν Καρχηδόνι ἤρεσεν μηδένα τῶν ἐπισκόπων πλέειν χωρὶς ἀπολυτικῆς τοῦ προτεύοντος. τὰ πεπραγμένα ὁ ζητῶν ἐν τοῖς αὐθεντικοῖς εὑρήσει.

ΖΩΝΑΡ. Απολυτικὴν λέγει τὴν εἰρηνικὴν ἐπιστολήν· προτεύοντα δὲ, καὶ πατριάρχην ἢ καὶ μητροπολίτην τῆς διοικήσεως· πλέειν δὲ δὲ διαποντίως ἀποδημεῖν.

Εκ τῆς συνόδου ταύτης τοποτηρηταὶ πρὸς βασιλέας ὑπογεγραμμένοι ἐπίσκοποι ἀποστέλλονται. μετὰ τὴν ὑπατείαν τῶν ἐνδοξοτάτων βασιλέων, Ονωρίου Αὐγούστου τῷ τετάρτῳ, καὶ Εὐτυχιανοῦ τοῦ λαμπροτάτου, τῇ πρὸ πέντε καλανδῶν Μαίων, ἐν Καρχηδόνι εἰς δὲ σήκρητον τῆς Ρεστιτούτης ἐκκλησίας.

Πρᾶξις τρίτη.

Εν ταύτῃ τῇ συνόδῳ τοποτηρησίαν ἀνεδέξαντο Επιγόνιος καὶ Βικεντιανὸς οἱ ἐπίσκοποι· ἵνα νόμου ἀξιοθῶσιν παρὰ τῶν ἐνδοξοτάτων βασιλέων περὶ τῶν καταφευγόντων εἰς ἐκκλησίαν, καὶ οἱαισδήποτε ἐγκεκυλισμένων εὐθύναις, ὥστε μηδένα τολμᾶν αὐτοὺς ἀποσπᾶν. Εν ταύτῃ τῇ συνόδῳ πρεσβεία ἀποστέλλεται πρὸς τοὺς Ρώμης καὶ Μεδιολάνου ἐπισκόπους περὶ τῶν νηπίων τῶν παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς βαπτισθέντων· καὶ πρὸς καὶ βασιλέα δὲ περὶ τοῦ τὰ ἐγκαταλείμματα τῶν εἰδώλων ἀφαιρεθῆναι, καὶ περὶ ἄλλων δὲ πλείστων πραγμάτων.

Μετὰ τὴν ὑπατείαν Φλαβίου, Στελίχωνος τοῦ λαμπροτάτου, τῇ πρὸ δεκαὲξ καλανδῶν Ιουλίων, ἐν Καρχηδόνι εἰς δὲ σήκρητον τῆς Ρεστιτούτης ἐκκλησίας προκαθίσας ἅμα τοῖς συνεπισκόποις αὐτοῦ, παρεστώτων τῶν διακόνων, Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ θεοῦ, τῶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν τῶν Αφρων χώραν καθιδρυμένων, τὰς ἀνάγκας ἀκριβῶς, ἅμα ἐμοὶ ἐπίσταται ἡ ὑμετέρα ἀγάπη, ἁγιώτατοι ἀδελφοί· καὶ ἐπεὶ τῶν Κυρίου παρέχοντος κἂν ἐν μέρει συνήχθη ἡ παρουσία τῆς ὁσίας ὑμῶν συνελεύσεως, δοκεῖ μοι εἰς μέσον παρακομίσαι τὰς αὐτὰς, ὡς εἴρηται, ἀνάγκας, ἅς περ οἰκείᾳ φροντίδι ἠδυνήθην ἀνιχνεῦσαι· ἅς τινας ἡνίκα ἐπικυρώσῃ ἡ ὑμετέρα εἰλικρινότης, ἀκόλουθον ἔσται ἀποδείξασθαι, ἕνα ἱερέα ἐκ τῶν ἡμετέρου ἀριθμοῦ, τὸν ἀφείλοντα τῇ τῶν κυρίου βοηθείᾳ διὰ τῶν εὐχῶν ὑμῶν ταύτας αὐτὰς ἀνάγκας ἀναδέξασθαι, καὶ ἀνδρείως ἐξανυστέας ἀποκομίσαι πρὸς τὰ πραματικὰ τῆς Ιταλίας μέρη ὅστις δυνηθῇ αὐτήν τε τὴν ἀνάγκην καὶ καὶ πόνον καὶ τὴν ἔνδειαν ἡμῶν παραστῆσαι τοῖς ἁγιωτάτοις ἀδελφοῖς καὶ συλλειτουργοῖς ἡμῶν· τοῦτο μὲν, Αναστασίῳ τῷ προσκυνητῷ ἁγίῳ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ἐπισκόπῳ· τοῦτο δὲ ἔτι μὴν καὶ τῷ ἁγιωτάτῳ ἀδελφῷ Βενερίῳ τῷ ἱερεῖ τῆς Μεδιολάνων ἐκκλησίας. ἐκ τούτων γὰρ τῶν θρόνων ἐκωλύθη, ὅπερ ἐπιγνοῖεν ἐν κοινῷ κινδύνῳ μεγάλως ὀφείλειν προνοηθῆναι· ὅτι τοσαύτη ἐστὶ κληρικῶν ἔνδεια, καὶ πολλαὶ ἐκκλησίαι οὕτως ὑπάρχουσιν ἔρημοι, ὡς μηδένα διάκονον κἂν ἀγράμματον ἔχειν εὑρίσκεσθαι. περὶ δὲ τῶν λοιπῶν ἀνωτέσων βαθμῶν καὶ τάξεων σιωπητέον ὑπολαμβάνω. ἐπεὶ, ὡς εἶπον, ἐὰν ἡ τοῦ διακόνου ὑπουργία οὐκ εὐχερῶς εὑρίσκηται, πολλῷ πλέον περὶ τῶν ἀνωτέρων τιμῶν κατάδηλον ὑπάρχει. καὶ τοὺς καθημερινοὺς θρήνους τῶν διαφόρων καὶ σχεδὸν ἀποθνησκόντων λαῶν τοῦ λοιποῦ οὐχ ὑποφέρομεν· οἷς εἰ μηδέποτε θελήσωμεν βοηθῆσαι,

nec in vico aliquo aut parvâ civitate, in quâ & unus Presbyter sufficiat, constitui Episcopum; nisi forte illæ populo abundantes dignæ judicentur, quæ nominentur Episcopatus. Si itaque in Parœciâ aliquâ, in quâ antea non fuit Episcopus, per Episcopi in eo potestatem habentis sententiam Episcopus fieri permittatur, populum solum, in quem ordinatus fuit, retineer debet; non autem & aliam vendicare parœciam.

In hac Synodo constitutum est, ut Episcopus sine dimissoriis literis non naviget. Sub Cæsario & Attico, illustrissimis Consulibus, sexto Calendas Julias, Carthagini placuit, ut nullus Episcopus sine Primatis dimissoriis epistolis naviget.

Qui acta quærit, in Authenticis inveniet.

ZONAR. Dimissoriæ nomine pacificam Epistolam Primatis vero appellatione Patriarcham aut Metropolitanum intelligit. Navigare porro est maritimo itinere in alias oras peregrinari.

Ex hac Synodo Legati ad Imperatores, subscripti Episcopi mittuntur. Post consulatum gloriosissimorum Imperatorum, Honorii Augusti quarti & Eutychiani V. C. quinto Calendas Maias Carthagine in secreto Restitutæ Ecclesiæ.

ACTIO TERTIA.

In hac Synodo Legationem susceperunt Epigonius & Vincentianus Episcopi: ut legem ferre dignentur gloriosissimi Imperatores de iis, qui ad Ecclesiam confugerunt, & quibuscunque criminibus involuti tenentur, ut nemo possit eos avellere. In hac Synodo legatio mittitur ad Romanum & Mediolanensem Episcopos de infantibus qui ab hæreticis baptizati sunt: quin etiam ad Imperatorem, ut idolorum reliquiæ auferan- & de plurimis aliis rebus.

Post Consulatum Flavii Stilichonis illustrissimi, decimo sexto Calendas Julias Carthagine in secreto Restitutæ Ecclesiæ, præsidens simul cum suis coëpiscopis, adsistentibus Diaconis, Aurelius Episcopus dixit; Ecclesiarum Dei, quæ in tota Afrorum regione sitæ sunt, necessitates, unà mecum perfectè scit vestra dilectio, sanctissimi fratres: & quia Dominus præstitit, ut saltem ex parte congregata sit præsentia sancti vestri conventus; mihi easdem, ut dictum est, necessitates in medium afferre, quas propria sollicitudine investigare potui; quas quidem quando vestra confirmabit sinceritas, consequens erit, ut unum Sacerdotum ex nostro numero declaremus, qui Dei auxilio debet propter vestras preces easdem necessitates suscipere, & fortiter peragendo deferre in transmarinas Italiæ partes; qui hanc necessitatem, laborem & inopiam possit sanctissimis & sacrorum comministris fratribus nostris ostendere; partim quidem venerando sancto Apostolicæ Cathedræ Episcopo Anastasio; partim autem & sanctissimo fratri Venerio Sacerdoti Ecclesiæ Mediolanensis. Ab iis enim thronis prohibitum fuerat, quod communi periculo magnopere providendum, quia tanta est Clericorum inopia, & multæ Ecclesiæ adeò sunt desertæ, ut nullus possit Diaconus vel illiteratus inveniri. De reliquis autem superioribus ordinibus & gradibus tacendum esse existimo. Nam cùm, ut dixi, Diaconi ministerium non facilè inveniatur, de superioribus honoribus multò est apertius. Et quotidianas diversorum & ferè emorientium populorum lamentationes deinceps non sufferimus: quibus nisi auxilium ferre velimus,

Digitized by Google

gravissimum & inexcusabile propter perditas animas delictum nos apud Deum excipit.

Bals. Præsenti scripto vult Aurelius certiorem fieri Papam & Mediolanensem Episcopum, quòd Africanorum regiones sunt in magnas angustias adductæ, non solùm Sacerdotum & Episcoporum, sed etiam ipsorum Diaconorum; & ut curent aliquam fieri dispensationem seu provisionem in Christianorum auxilium.

Zonar. Quæ superiore oratiuncula continẽtur hæc sunt. Nostis fratres [inquit Aurelius] quibus malorum asperitatibus omnes Africanæ Ecclesiæ conflictentur. Et quoniam si minus universi, plures certe ad Syn. convenimus, quas ego quidem difficultates sollicitus investigavi, hoc est, multa cura ac diligentia adhibita conquisivi, eas hoc tempore in medium proferre constitui. Reliquum erit deinde, ut aliquem ex nostro numero delegatis, à quo hæc in Italiam deferantur, seu Papæ & Mediolanensium Episc. nostræ difficultates,, labor inopiáque significẽtur. Nempe tantam apud nos esse Clericorum paucitatem, ut multæ Eccl. ne Diaconũ quidem, vel illiteratum, habeãt. Quod si Diaconis, inquit, inveniendis usque adeo laboratur, quid de superioribus ordinibus, Sacerdotibus nimirum & Episc. futurum sit, cogitandum. Neque vero quotidianas populorum querimonias, dolore pene tabescentium, quod Episc. & Sacerdotum ministeriis destituti sint, diutius à nobis perferri posse. Quos quidem, inquit, nisi adjuvare nitamur, acerbissima supplicia, ob animarum pereuntium jacturam, nos à Deo manere putandum est.

Canon LXI.

Ut parvuli, qui à Donatistis baptizantur, in Catholica Ecclesia Clerici ordinentur. Proinde quoniam in superiore Synodo decretum esse unà mecum vestra meminit concordia, ut parvuli, qui à Donatistis baptizantur, erroris sui perniciem cognoscere non valentes, postquam ad ætatem rationis capacem pervenerint, agnita veritate, illorum improbitatem abhorrentes in universalem Dei Ecclesiam, quæ per universum mundum diffusa est, antiquo ordine, per manuum impositionem recipiantur quominus hujusmodi in Clericatûs ordinem provehantur erroris nomine impediri non debent: quando veram Ecclesiam suam propriam existimarunt ad fidem accedentes, & in ipsa Christo credentes Trinitatis sacramenta susceperunt: Quæ quidem omnia vera & sancta & divina esse clarum est, & in iis omnem spem animæ esse sitam. Et si maximè ergo etiam hæreticorum præcedens audacia ad quædam contraria sub nomine veritatis tradenda prompta sit; ea quoniam sunt simplicia, ut docet sanctus Apostolus, dicens; Unus Deus, una fides, unum baptisma; & quod debet semel dari, non licet rursus recipi; anathematizato erroris nomine, per manus impositionem in unam illam Ecclesiam suscipiantur, quæ ut dictum, est columba & sola mater Christianorum, in qua omnia sacramenta salutariter æterna & vivifica accipiuntur; quæ quidem iis, qui manent in hæresi, magnam præbent condemnationis pœnam, ut quod erat ipsis in veritate ad vitam æternam clarius sequendum, hoc sit eis in errore tenebricosius & magis condemnatum. Quæ quidem nonnulli vitarunt, & Ecclesiæ Catholicæ matris agnita veritate, omnia illa sancta mysteria à veritate illecti crediderunt & susceperunt. Iis quando bonæ vitæ probatio accesserit, non dubiè & integrè ad sacramentorum ministerium confirmabuntur: & maximè in tanta rerum necessitate nemo est qui hoc non concedat.

Βαρυζήτη ἡ ἀναπολόγητος αἰτία τῆς ἀπολλυμένων ψυχῶν ἐκδέχεται ἡμᾶς παρὰ τοῦ Θεοῦ.

Βαλσ. Διὰ τῆς παρούσης γραφῆς αἰτιοῖ ὁ Αὐρήλιος δυθυμίαν εἴδησιν τῷ Πάπᾳ καὶ τῷ Μεδιολάνων, ὅτι στενοχωρίαν μεγάλην ἔχουσιν αἱ χῶραι τῆς Αφρων, μὴ μόνον ἱερέων καὶ ὑπηρετῶν, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς Διακόνων, καὶ φερούσης γνώμην οἰκονομίαν εἰς βοήθειαν τῆς Χριστιανῶν.

Ζωναρ. Τοῦτο ἡ παροῦσα λέγει γραφή· ὅτι ὑπισχνοῦνται ἀδελφοὶ ἡμῖν ἀνάγκαις, ἃς ἔχουσι πᾶσαι αἱ κατὰ τὴν Αφρικὴν ἐκκλησίαι. καὶ ἐπεὶ συνήχθη, εἰ καὶ μὴ πᾶσα ἡ συνόδος, ἀλλά γε κἂν ἐν μέρει, δοκεῖ μοι προθεῖναι εἰς μέσον τὰς τοιαύτας ἀνάγκας, ἃς ἐφεύρηται καὶ ἀνίχνευσα, ἤγουν ὑπομελῶς ἐζήτησα. ἀκήκοεν δὲ ἔσαι, ἐπελέξαμεν ἕνα ἐξ ἡμῶν, ὅστις ταύτας ἀποκομίσει πρὸς τὰ πέραν μέρη τῆς Ιταλίας, ἤγουν ἀπαγγελῇ τῷ Πάπᾳ καὶ τῷ Μεδιολάνων τὴν ἀνάγκην καὶ τὸν πόνον καὶ τὴν ἔνδειαν ἡμῶν, ὅτι τοσαύτη ἔστι κληρικῶν ἔνδεια, ὥστε πολλαὶ ἐκκλησίαι ὑπὸ ἕνα διάκονον, κἂν ἀγράμματον, ἔχουσιν. ἐὰν δὲ διάκονοι, φησιν, οὐκ εὐχερῶς διείσκωνται, σκοπητέον, εἰ οἱ ἀνώτεροι βαθμοί, ἤγουν πρεσβύτεροι καὶ ἐπίσκοποι, διρεθήσονται· ὅτι τοὺς ἀρίνους τοὺς καθημερινοὺς τοῦ λαοῦ, τοῦ σχεδὸν ἐκ τῆς λύπης θνησκόντων, ὑποφέρομεν. ἡ δὲ λύπη ἐκείνοις ἐστὶν ὅτι ἐπίσκοποι καὶ πρεσβύτεροι οὐκ εἶχον, οἷς, φησιν, εἰ μὴ βοηθήσομεν, βαρυτάτη κόλασις ἐκδέχεται ἡμᾶς παρὰ τῷ Θεῷ ὑπὲρ τῆς ἀπολλυμένων ψυχῶν.

Κανων ξα'.

Ὡστε τοὺς μικροὺς παρὰ τοῖς Δονατισταῖς βαπτιζομένους, ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ κληρικοὺς χειροτονεῖσθαι. διὸ ἐπεὶ ἐν τῇ ἀνωτέρᾳ συνόδῳ ὁ ὁρισθεὶς μέμνηται ἅμα ἐμοὶ ἡ ὑμετέρα ὁμοψυχία, ὥστε τοὺς παρὰ τοῖς Δονατισταῖς μικροὺς βαπτιζομένους, μηδέπω δυναμένους γινώσκειν τῆς πλάνης αὐτῆς τὸ ὄλεθρον, μὴ δὲ καιρὸν λογισμοῦ δεκτικὸν παραλαμβάνειν, ἐπιγνωσθέντος τῆς ἀληθείας, τὸ φαυλότατον ἐκείνων βδελυττομένους πρὸς τὴν καθολικὴν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν, τὴν ἀνὰ πᾶσαν τὸν κόσμον διατεινομένην, τάξει ἀρχαίᾳ διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν ἀναδεχθῆναι, τοὺς μιαίνεσθαι τὸ πλάνης ὀνόματος μὴ ὀφείλειν ἐμποδίζεσθαι εἰς τάξιν κληρώσεως, ὁπόταν τὴν ἀληθινὴν ἐκκλησίαν ἰδίαν αὐτῶν ἐλογίσαντο τῇ πίστει προσερχόμενοι, καὶ ἐν αὐτῇ τῷ Χριστῷ πεπιστευκότες τὰ ἁγιάσματα ὑπεδέξαντο. ἅ τινα πάντα ἀληθῆ καὶ ἅγια καὶ θεῖα εἶναι δῆλόν ἐστιν, καὶ ἐν τούτοις πᾶσαν τὴν ψυχῆς ἐλπίδα ὑπάρχειν. κἂν εἰ τὰ μάλιστα οὖν καὶ ἡ τῆς αἱρετικῆς προληφθεῖσα τόλμα τῷ ὀνόματι τῆς ἀληθείας ἐνδυτιμήματά τινα παραδιδόναι προπετεύεται, ταῦτα ὅπερ ἁπλῶς ἐστιν, ὡς διδάσκει ὁ ἅγιος Ἀπόστολος, λέγων, εἷς θεός, μία πίστις, ἓν βάπτισμα· καὶ ὃ ὀφλον προσάπαξ δίδοσθαι, ἐπαναληφθῆναι οὐκ ἔξεστιν, ἀναθεματιζομένου τῆς πλάνης ὀνόματος διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν ἀναδεχθῆναι εἰς τὴν μίαν ἐκκλησίαν, τὴν ὡς εἰρηται σωτηρίαν καὶ μόνην μητέρα τῶν Χριστιανῶν, ἐν ᾗ πάντα τὰ ἁγιάσματα σωτηρίως αἰώνια καὶ ζωτικὰ παραλαμβάνονται, ἅτινα τοῖς ἐπιμένουσιν ἐν τῇ αἱρέσει μειζόνως τὴν κατάκρισιν τὴν τιμωρίαν ποιεῖσθαι, ἵνα ὅπερ ἦν αὐτοῖς ἐν τῇ ἀληθείᾳ πρὸς τὴν αἰώνιον ζωὴν ἀκολουθητέον φωτεινότερον, τοῦτο ἦται αὐτοῖς ἐν τῇ πλάνῃ σκοτεινότερον καὶ πλέον καταδεδικασμένον. ὅπερ τινὲς ἔφυγον, καὶ τὴν ἐκκλησίαν τὴν καθολικὴν μηδὲν τὸ διάστημα ἐπιγνώντες, πάντα ἐκεῖνα τὰ ἅγια μυστήρια φίλτρῳ τῆς ἀληθείας πιστευθέντα καὶ ὑποδεξάμενοι. τοῖς τοιούτοις ὅπερ δοκιμὴ χρησοῦ βίου προσέλθοι, ἀναμφιβόλως καὶ ὁλοκλήρως πρὸς ὑπουργίαν τῶν ἁγίων προσευχθήσεται· καὶ μάλιστα ὅτε τῇ τοσαύτῃ τῶν πραγμάτων ἀνάγκῃ εὐθύς ἐστιν ὁ μὴ τοῦτο παραχωρῶν.

Digitized by Google

εἰ δέ τινες τῶν αὐτοῦ δόγματος κληρικοὶ μετὰ τῶν πλήθους A καὶ τῶν τιμῶν αὐτῶν πρὸς ἡμᾶς ἐλθεῖν ποθήσουσιν, οἵ τινες τῷ ἔρωτι τῆς τιμῆς συμβουλεύουσι πρὸς ζωὴν καὶ κατέχουσι πρὸς σωτηρίαν, ἀλλὰ τοῦτο καταληπτέον κρίνω τῇ μείζονι κατανοήσει ψηφισθησόμενον τῶν προλεχθέντων ἀδελφῶν, ἵνα τῇ συνετωτέρᾳ αὐτῶν βουλῇ τῆς ἡμετέρας ἀναφορᾶς καὶ λόγον διαγνῶσι, καὶ ἡμᾶς βεβαιῶσαι καταξιώσωσιν, εἰς ὃ ὀφεῖλον περὶ τούτου τοῦ πράγματος πρὸς ἡμῶν τυπωθῆναι. μόνον δὲ περὶ τῶν ἐν νηπιότητι βαπτισθέντων ἀρκούμεθα, ἵνα εἰ ἀρέσκει αὐτοῖς τῇ ἡμετέρᾳ συναινέσωσι προαιρέσει περὶ τοῦ χειροτονεῖσθαι τούτους. πάντα τοίνυν, ἃ ἀνωτέρω συνηγάγομεν παρὰ B τοῖς ἁγιωτάτοις ἐπισκόποις, πρακτέα εἶναι δικαιοῖ ἅμα ἐμοὶ ἡ ἔντιμος ὑμῶν ἀδελφότης.

Si qui autem hujus dogmatis Clerici cum multitudine & eisdem honoribus ad nos venire desiderant, qui quidem propter honoris amorem ad vitam suadent, & ad salutem retinent: hoc utique majore prædictorum fratrum sententiam ferentium intelligentia comprehendendum esse existimo; ut sapientiore suo consilio nostræ relationis rationem discernant, & nos confirmare dignentur ad id quod à nobis de ea re statuendum est. Solùm autem de iis, qui in infantia baptizati sunt, satis habemus, ut, si ipsis placet, sententiæ nostræ consentiant de iis ordinandis. Omnia ergo, quæ superiùs apud sanctissimos Episcopos collegimus, facienda esse æquum censet unà mecum vestra veneranda fraternitas.

ZONAR. Quemadmodum supra diximus, quædam ab hac Synodo ad Romanum Episcopum relata sunt, à quo postea literis acceptis, clementer & humanè cum Donatistis agendum esse statuit; quamvis se maxime, inquiunt, à Dominici corporis unitate sejungant. Dominicum vero corpus, aut Ecclesiam intellige seu orthodoxorum conventum, cujus caput Christus esse censetur, aut Dominici corporis sacrata mysteria, quod in iis videlicet maxime illi à fidelibus dissentirent, ac eis longe diversa ratione ab ea quam Ecclesia præscribit, ut jam anteà diximus, communicarent. Ut, quantum in nobis est, omnibus, qui illa hæresi tenentur, ìsit notum, quam miserabili versentur in errore, perspectáque veritate fortasse ad sanitatem redeant. Atque hæc quidem Apostolicis & sententiis & verbis explicavêre.

ΑΡΙΣΤ. Ἔδοξεν ἠπίως καὶ εἰρηνικῶς προσενεχθῆναι τοῖς Δονατισταῖς, καίτοι ἀποχίζουσιν ἑαυτοὺς τῆς ἐκκλησίας· εἴ πως αἰδεσθέντες τὴν πολλὴν ἡμῶν ἡμερότητα, τὴν αἰχμαλωσίας ἀπασφήλωσι.

ARIST. *Visum est, ut leniter & pacificè cum Donatistis agatur, etiamsi se ab Ecclesiâ separarunt: si fortè eximiam nostram reverentes lenitatem à captivitate liberentur.*

Δεῖ τοὺς τοῦ πραέος καὶ εἰρηνικοῦ χριστοῦ μαθητὰς ἀφεστηκότας πάθεσθαι τοὺς ἀποχίζοντας ἑαυτοὺς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, πρόθυμον ἀποδίδοσθαι θεραπείαν μὴ πραότητός τε καὶ ἡμερότητος, καὶ προσενοῦν αὐτοὺς αὖθις τῇ ἐκκλησίᾳ· μὴ μόνον τοι γε τὸ οἰκεῖον ζητοῦντας, καὶ τὴν τῶν ἄλλων σωτηρίαν καταφρονεῖν. διὰ τοῦτο γοῦν καὶ τοὺς Δονατιστὰς τοῦ κυριακοῦ σώματος ἀποσχίσματος ἑαυτοὺς, καὶ τῇ πλάνῃ καταδεδεσμένους, μηδ' ἡμερότητος ἡ συνοδος ὥρισε προσελθεῖν αὐτοῖς, καὶ παρακαλέσαι καταλιπεῖν τὴν πλάνην, καὶ τὴν ἀλήθειαν ὑπιγνῶναι· ἵν' ἴσως τὴν ἀγάπην τῶν παρακαλούντων καὶ τὴν πραότητα αἰδεσθέντες, ἀνασφήλωσι τὴν αἰχμαλωσίας. C D

Oportet mitis & pacifici Christi discipulos curam habere eorum qui se ab Ecclesiâ Catholicâ separarunt, & omnino studere cum lenitate & mansuetudine reducere, eosque Ecclesiæ iterum unire: non quidem suum tantum quærere, & aliorum salutem neglectui habere. Idcirco itaque & Donatistas, qui à Dominico corpore se abscíderunt, & errore detenti fuerunt, Synodus decrevit cum mansuetudine adire, & adhortari errorem deserere, & agnoscere veritatem; ut adhortantium charitatem & mansuetudinem forte reverentes, à captivitate liberentur.

ΚΑΝΩΝ ο'.

Περὶ γραμμάτων ὀφειλόντων τοῖς ἄρχουσιν Ἀφρικῆς ἀποσταλῆναι, ὥστε καταδηλα γενέσθαι τὰ μεταξὺ τῆς Δονατιστῶν καὶ Μαξιμιανιστῶν πραχθέντα. ἤρεσεν τοίνυν, ἵνα ἐκ τῆς ἡμετέρας συνόδου γράμματα πρὸς τοὺς τῆς Ἀφρικῆς ἄρχοντας δοθῶσιν, ἀφ' ὧν αἰτῆσαι ἁρμόδιον ἔδοξεν, πρὸς τὸ βοηθῆσαι τῇ κοινῇ μητρὶ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἐν οἷς ἡ τῆς ἐπισκόπων αὐθεντία ἐν ταῖς πόλεσι καταφρονεῖται· τοῦτ' ἔστιν, ἵνα ἀρχοντικῇ δυνασείᾳ καὶ ὑπομελείᾳ καὶ Χριστιανικῇ πίστει ἀναζητήσωσι τὰ γεγόμενα ἐν ὅλοις τοῖς τόποις, ἐν οἷς οἱ Μαξιμιανισταὶ ἐκκλησίας κατέχουσι· ἔτι δὲ καὶ τὰς ἀπ' αὐτῶν ἀποχίσεις, καὶ δημοσίοις πράγμασι προσενεχθῆναι τὰ περὶ τούτων γνῶσιν βεβαίαν πᾶσιν ἀναγκαίως ποιήσωσιν ἐκπεδῶσαι. E

De literis, quæ mitti debent magistratibus Africæ, ut clara sint quæ inter Donatistas & Maximianistas acta sunt. Placuit ergo, ut ex nostra Synodo literæ ad Africæ Magistratus dentur, à quibus petere consentaneum visum est, ut communi matri catholicæ Ecclesiæ opem ferant, eo quòd Episcoporum auctoritas in civitatibus contemnitur; id est, ut sua potestate & auctoritate studióque & fide Christiana inquirant quæ in omnibus locis fiunt, in quibus Maximianistæ Ecclesias detinuerunt: præterea autem, ut qui ab ipsis abscissi sunt, omnibus firmam ac stabilem de iis cognitionem necessariò actis publicis inferi faciant.

ΒΑΛΣ. Τετύπωται ἐνταῦθοῖ γράμματα γενέσθαι συνοδικὰ πρὸς τοὺς ἐν Ἀφρικῇ ἄρχοντας, ὡς δὴ βοηθήσωσι τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐν οἷς ἡ τῆς ἐπισκόπων αὐθεντία καταφρονεῖται· καὶ διὰ τῶν δυνάμεως διορθωθῶσι τὰ παρὰ τῆς αἱρετικῆς τολμήματα, ἢ διὰ ὑπομνημάτων δημοσίᾳ γραφομένων ἢ διὰ φανερᾶς ἐκδικήσεως. F

BALS. Hic statuitur, literas synodales ad magistratus qui sunt in Africa dari, ut Ecclesiæ opem ferant, ubi Episcoporum auctoritas contemnitur; & per eorum potestatem corrigantur audacia Hæreticorum incepta, vel per acta publicè scripta, vel per manifestam punitionem.

ΖΩΝΑΡ. Οἱ ἐπίσκοποι ἐδίδασκον τοὺς λαούς. εἰ δέ τινες ἦσαν ἄτακτοι καὶ στασιώδεις, θορυβοῦντες καὶ ταράσσοντες τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τῆς τοιούτων ἀρχοντικῆς ἐξουσίας ἐπεκαλοῦντο. τοῦτο τοίνυν καὶ ἐνταῦθα ποιῆσαι συνέθεντο, καὶ γράψαι τοῖς ἄρχουσι βοηθῆσαι τῇ κοινῇ μητρὶ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ. μήτηρ δὲ τῆς πιστῶν λέγεται ἡ ἐκκλησία, ὡς ἐν αὐτῇ ἀναγεννωμένων ἡμῶν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος γίνεσιν τὴν ἡμερινὴν καὶ ἐλευθέραν καὶ λυτικὴν παθῶν, καὶ πρὸς τὴν ἄνω ζωὴν ἐπιφερούσης. βοηθῆσαι δὲ

ZONAR. Munus Episcoporum fuit populum erudire. Quod si qui essent seditiosi ac importuni, qui tumultus ac perturbationes in Ecclesia concitarent, ad eos coërcendos auxilium à Magistratibus implorabant. Idem igitur hoc loco statuitur, ad eosque Magistratus, ut Ecclesiæ Catholicæ communis omnium parentis patrocinium suscipiant, literæ decernuntur. Parens verò fidelium communis Ecclesia dicitur, quòd in ea divino baptismatis munere initium vitæ duxerimus, ac ejus quidem vitæ, quam in divina luce ac libertate perturbationum vinculis soluti degimus, cujusque beneficio ad cælestis vitæ felicitatem pervenimus. Patrocinari verò illos

illos in iis rebus maxime volunt, in quibus auctoritas Episcoporum contemnitur; ut Magistratuum opibus adjuti in ea, quæ à Maximianistis patrantur, inquirant. Maximianistæ porro quidam erant ex hæresi Donatistarum, qui à gregalibus suis hæreticis secessione facta Orthodoxorum Ecclesias occupaverant. De his ergo Synodi Patres, ut inquiratur à Magistratibus, rogant, ac in publicis actis, sive, commentariis publicè scriptis, horum cognitionem omnibus necessariam, id est, utilem, ex qua videlicet ad omnes utilitas perventura sit, inscribi atque inseri postulant.

A αἰτῆσιν ἐν οἷς ἀυθεντία τῆς ἐπισκόπων καταφρονῆται, ἵνα ἀφ' ἑ ἀρχικῆς δυνάμεως ἐξετάσωσι τὰ ἡμόμβια τῶν τῆς Μαξιμιανιστῶν. οἱ Μαξιμιανισταὶ δὲ ἑ τῆς Δοναπισῶν ἔσθμ αἱρέσεως, οἳ ἀποχίσμπες ἑ τῆς αἱρεσιωτῆς ἀυτῆς μοίρας, κατέχον ὀρθοδόξων ἐκκλησίας. ὧδε τούτων οὖν ζητῆσαι τὰς ἄρχοντας ἀξιοῦσιν οἱ ἑ συνόδου, καὶ ἐν πράξεσι δημοσίαις, ἤγουν ἐν ὑπομνήμασι δημοσίᾳ γραφομένοις, ἐπιθῶαι καὶ ἐγγραφῶαι τὴν ὧδε τούτων γνῶσιν, ἀναγκαίαν πᾶσιν, ἀντὶ τοῦ λυσιτελῶς, ὡς ὠφέλιαν δυναμένην προξενῆσαι.

ARIST. *Literis Synodicis rogandum est magistratus, B ut communi matri Ecclesiæ Catholicæ opem ferant, inter eos quibus Episcoporum auctoritas despectui habetur.*

ΑΡΙΣΤ. Γεάμμασι συνοδικοῖς ἀξιωτέον τὰς ἄρχοντας βοηθῶαι τῇ κοινῇ μητρὶ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἐν οἷς ἡ τῆς ἐπισκόπων ἀυθεντία καταφρονεῖται.

Qui ratione & canonicis constitutionibus non persuadeantur, Magistratûs iis manu ad correctionem opus est. Idcirco itaque & hæc Synodus ad Africæ Magistratus scribere congruum judicabant, eosque postulare communi matri Ecclesiæ catholicæ opem ferre, in quibus Episcopi potestate Sacerdotali uti non possunt; despectui forsitan habiti ab hæreticis, vel etiam à fidelibus inmorigeris. C

Οἱ μὴ πειθόμενοι λόγῳ καὶ τοῖς κανονικοῖς ἐπιτάγμασιν, ἀρχοντικῆς χρείας δέονται πρὸς διόρθωσιν. Διὰ τοῦτο γοῦν καὶ ἡ συνόδος αὕτη πρὸς τοὺς ἑ Αφρικῆς ἄρχοντας ἁρμόδιον ἔφανε γράψαι, καὶ ἀξιῶσαι αὐτοὺς βοηθῆσαι τῇ κοινῇ μητρὶ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἐν οἷς οἱ ἐπίσκοποι τῇ ἱερατικῇ ἐξουσίᾳ ἀ δυνάμενοι χρήσασθαι, καταφρονούμενοι ἴσως ὑπὸ αἱρετικῆς, ἢ καὶ πιστῶν ἀνυποτάκτων.

CANON LXXI.

ΚΑΝΩΝ οα'.

Ut Clerici Donatistarum in Catholicæ Ecclesiæ clerum recipiantur. Postea placuit, ut mittantur literæ ad fratres & Coëpiscopos nostros, & maximè ad Sedem Apostolicam, cui præsidet memoratus venerandus frater & Coëpiscopus noster Anastasius; quoniam scit Africam magnam habere necessitatem, ut propter Ecclesiæ pacem & utilitatem, & ipsorum quoque Donatistarum, qui quidem Clerici, mutato consilio, ad catholicam unionem transire voluerint, D secundum uniuscujusque catholici Episcopi voluntatem & consilium, qui in ipso loco Ecclesiam gubernat; si hoc Christianorum paci conferre visum fuerit, ipsi in propriis honoribus suscipiantur: quemadmodum in prioribus temporibus de eadem dissensione factum esse manifestum est; quod quidem multarum atque adeò ferè omnium in Africa Ecclesiarum, in quibus hic error exortus est, exempla testantur. Non ut Synodus, quæ de ea re facta est in transmarinis partibus, dissolvatur: sed ut illud maneat apud eos, qui sic volunt ad catholicam Ecclesiam transire, ut E nullam in eo unionis concisionem efficiat. Per quos autem omnibus modis effici & adjuvari Catholicam unionem, manifesto lucro fraternarum animarum, apparuerit, in iis locis in quibus degunt, ne eos impediat quod adversus eorum honores in transmarina Synodo constitutum est: quandoquidem salus nulli personæ exclusa est. Hoc est, ut qui fuerunt ordinati à parte Donatistarum, si ad Catholicam fidem correcti transire voluerint, non secundùm transmarinam Synodum non suscipiantur in propriis honoribus: sed si magis suscipiantur, per quos catholicæ unitati providetur. F

Περὶ τοῦ, τοὺς κληρικοὺς τῆς Δοναπισῶν ἐν τῷ κλήρῳ ἑ καθολικῆς ἐκκλησίας ἀναδέχεσθαι. εἰς ὕστερον ἤρεσεν, ἵνα γράμματα πεμφθῶσι πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς καὶ συνεπισκόπους ἡμῶν, καὶ μάλιστα πρὸς τὸν ἀποστολικὸν καθέδραν, ἐν ᾗ προκάθηται ὁ μνημονευθεὶς προσκυνητὸς ἀδελφὸς καὶ συλλειτουργὸς ἡμῶν Ἀναστάσιος· ὅπερ γινώσκει τὸν Αφρικὴν μεγάλην ἔχειν ἀνάγκην, ὥστε διὰ ἑ ἐκκλησίας εἰρήνην καὶ χρησιμότητα, καὶ αὐτῶν τῶν Δοναπισῶν, οἵ τινες δήποτε κληρικοὶ διορθουμένης ἑ βουλῆς πρὸς τὸν καθολικὴν ἑνότητα μεταθεῖν ἀπλήσιεν, κατὰ τὸν ἑνὸς ἑκάστου καθολικοῦ ἐπισκόπου προαίρεσιν καὶ βουλὴν, τοῦ ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ κυβερνῶντος ἑ ἐκκλησίαν, ἐὰν τοῦτο συμβάλλεσθαι τῇ τῆς Χριστιανῶν εἰρήνῃ φανείη, ἐν ταῖς ἰδίαις τιμαῖς αὐτοὺς ἀναδεχθῆναι· καθὼς καὶ ἐν τοῖς προλαβοῦσιν χρόνοις ὧδε ἑ αὐτῆς διαφόρεως γεγενῆσθαι φανερόν ἐστιν· ὅπερ πολλῶν καὶ σχεδὸν πασῶν τῆς ἐν τῇ Αφρικῇ ἐκκλησιῶν, ἐν αἷς ἡ τοιαύτη πλάνη ἀνεφύη, τὰ παραδείγματα μαρτύρονται. οὐχ ἵνα ἡ σύνοδος ἡ ἐν τοῖς πραμαπικοῖς μέρεσι ὧδε τοῦτο ἑ πράγματος γεγενημένη διαλυθῇ, ἀλλ' ἵνα ὑγιὲς μείνῃ ὧδε τοῖς οὕτως μεταθεῖν πρὸς ἑ καθολικὴν ἐκκλησίαν βουλομένοις, ὥστε μηδεμίαν ὑπὸ τούτων ἑ ἑνότητος συζυγίαν διεργάζεσθαι. διὸ ὧν δὲ τρόπῳ ὁπιτελεσθῶαι καὶ προσδοκηθῆναι ἡ καθολικὴ ἑνότης φανερῷ κέρδει ἑ ἀδελφικῶν ψυχῶν φανείη ἐν τοῖς τόποις, οἷς διάγουσιν, μὴ ἐμποδίσῃ τούτους ὅ ὁρισθὲν καὶ τῆς τιμῆς αὐτῶν ἐν τῇ πραμαπικῇ συνόδῳ, ὁπότερα ὅ σωθῆναι ὁτῳοῦν προσώπῳ ἀποκλεισθῆ, τοῦτ' ἔστιν, ἵνα οἱ χειροτονηθέντες ἐν τῷ τῆς Δοναπισῶν μέρει, ἐὰν πρὸς ἑ καθολικὴν πίστιν διορθωθέντες μεταθεῖν ἀπλήσιεν, μὴ καὶ ἑ πραμαπικὴν σύνοδον μὴ δεχθῶσιν ἐν ταῖς οἰκείαις τιμαῖς. ἀλλὰ μᾶλλον οὗτοι προσδεχθῶσιν, δι' ὧν τῇ καθολικῇ ἑνότητι ἡ πρόνοια.

BALS. Hic quoque canon est specialis. Placuit enim Patribus, ut qui ex Donatistis ad fidem orthodoxam accedunt, ita suscipiantur, ut suos sacros gradus obtineant: etiamsi aliter de eo visum sit in transmarina Synodo, seu in Italia.

ΒΑΛΣ. Καὶ οὗτος ὁ κανὼν ἰδικός ἐστιν. ἤρεσε γὰρ τοῖς πατράσι δέχεσθαι τοὺς ἀπὸ τῆς Δοναπισῶν προσερχομένους τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει, ὥστε ἔχειν αὐτοὺς τοὺς οἰκείους ἱερατικοὺς βαθμούς, κἂν ἄλλως ἔδοξε τὰ ὧδε τούτου ἐν τῇ πραμαπικῇ συνόδῳ, ἤγουν τῇ ἐν Ιταλίᾳ.

ZONAR. De Donatistis hic quoque canon statuit. Et quidem, quamobrem in Italia habitæ Synodo adversetur, qua Donatistas, si ad fidem orthodoxam re-

ΖΩΝΑΡ. Περὶ Δοναπισῶν καὶ οὗτος ὁ κανὼν διατάττεται, πολλὰ μὲν διεξιὼν καὶ ἀπολογούμενος, ὅτι ἐναντίος τῇ ἐν τοῖς μέρεσι τῆς Ιταλίας γενομένῃ συνόδῳ, καὶ ὁρισάσῃ μὲν δέ-

χεσθαι

Digitized by Google

χέσθαι τοὺς ἐκ τῆς αἱρέσεως τῶν Δονατιστῶν προσερχομένους τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει, ὥστε ἔχειν αὖθις αὐτοὺς τοὺς οἰκείους ἱερατικοὺς βαθμούς. τυπῶν δὲ καὶ διαταττόμενος τοὺς χειροτονηθέντας ὑπὸ Δονατιστῶν κληρικοὺς, ἐὰν προσέλθωσι τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, δέχεσθαι ἐν ταῖς οἰκείαις τιμαῖς, ὥστε δηλαδὴ ἔχειν ἐκείνους τοὺς οἰκείους βαθμοὺς, καὶ κατ' ἐκείνους τιμᾶσθαι, καὶ μὴ κατὰ τὴν πραματικὴν σύνοδον, μὴ δέχεσθαι τοὺς τοιούτους ἐν ταῖς τιμαῖς αὐτῶν. πραματικὴν δὲ σύνοδον λέγει τὴν ἐν Ιταλίᾳ γενομένην, ὡς εἴρηται. δεχομένων γάρ, φησι, τῶν Δονατιστῶν ἐν τοῖς οἰκείοις βαθμοῖς, πρόνοια γίνεται τῇ καθολικῇ ἑνότητι. πλειόνων δηλονότι οὕτω μεγόντων προσιέναι τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει, καὶ ἑνότητος γενομένης τῶν πιστευόντων.

A verterentur, in sacrorum ordinum gradibus permanere vetitum fuerat, multis exponit & excusationem contexit. Tum vero ut Clerici, qui à Donatistis ordines suscepêre, si ad Ecclesiam Catholicam se conferant, in suis ordinibus maneant, eorúmque prærogativis, pro cujusque ordinis ratione, fruantur; neque vero iis spolientur, quemadmodum in transmarina Synodo constitutum fuerat, decernunt. Transmarinam vero Synodum, eam quæ in Italia, ut diximus, coacta est, nominat. Cum enim Donatistas, inquit, in suo quemque ordine suscipimus, Catholicæ simul unitati prospicimus. Ex hoc namque fiet, ut plures B Orthodoxam fidem amplectantur, ac proinde magis ac magis in dies credentium unitas coalescat.

ΑΡΙΣΤ. Οἱ ὑπὸ τῶν Δονατιστῶν κεχειροτονημένοι, εἰ καὶ τῇ πέραθεν συνόδῳ μεταμεγόμενοι ἀποκέκληνται, ἀλλ' ἐπεὶ δὲ, σωθῆναι πάντας καλὸν, διορθούμενοι προσδεχέσθωσαν.

ARIST. *Qui à Donatistis ordinantur, etiamsi à Synodo transmarinâ resipiscentes exclusi sunt, cùm verò bonum sit ut omnes salventur, si se corrigant, recipiantur.*

Οὗτοι οἱ Δονατισταὶ μεταμελόμενοι, καὶ τὴν ἰδίαν ἀναθεματίζοντες αἵρεσιν, ἐπὶ τῆς ἰδίας τιμῆς μένειν συνεχωρήθησαν, καὶ τῷ κλήρῳ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας συντάττεσθαι, διὰ δὲ τὴν Αφρικὴν πολλὴν ἔνδειαν κληρικῶν ἔχειν.

Hi Donatistæ pœnitentia acti, & propriam anathematizantes hæresim, in proprio honore manere permittuntur, & in Catholicæ Ecclesiæ clero collocari; quia Africa multâ laborat Clericorum egestate.

C

ΚΑΝΩΝ οβ'.

Περὶ τοῦ, πρεσβείαν πρὸς τοὺς Δονατιστὰς ἀποσταλῆναι χάριν τοῦ εἰς τὴν εἰρήνην συνθεῖναι. ἤρεσεν ἔπειτα, ὥστε τούτων πραχθέντων τοποτηρητὰς περὶ τοῦ κηρῦξαι εἰρήνην καὶ ἑνότητα, ἧς τινος χωρὶς ἡ τῶν Χριστιανῶν σωτηρία καθίστασθαι οὐ δύναται, πεμφθῆναι ἐκ τοῦ ἡμετέρου ἀριθμοῦ πρὸς τοὺς τῶν αὐτῶν Δονατιστῶν, εἴτε τινὰς ἔχουσιν ἐπισκόπους, εἴτε λαικούς· δι' ὧν τοποτηρητῶν πᾶσιν ἐν γνώσει γένηται, ὡς οὐδὲν ἔχουσιν εὔλογον κατὰ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας· μάλιστα ἵνα φανερὸν πᾶσιν γένηται διὰ τῶν πολιχνιωτικῶν πεπραγμένων πρὸς πίστωσιν τῆς ἀποδείξεως, ὥσπερ αὐτοὶ περὶ τῶν Μαξιμιανιστῶν τῶν ἰδίων σχισματικῶν ἔπραξαν, ἔνθα αὐτοῖς θεόθεν ἀποδείκνυται, ἐὰν ἐπισκῆψαι θελήσοιεν, οὕτως ἀδίκως τότε αὐτοὺς ἀπὸ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἑνώσεως ἀποσχίσαντας, ὥσπερ κράζουσιν ἀδίκως ἀπ' αὐτῶν τοὺς Μαξιμιανιστὰς νῦν ἀποσχίσαι. ἐκ δὲ τοῦ ἀριθμοῦ τούτων, οὓς τινας φανερᾷ τῆς οἰκείας βουλῆς αὐθεντείᾳ κατεδίκασαν, μετὰ ταῦτα ἐν ταῖς ἰδίαις τιμαῖς ἀνεδέξαντο, καὶ δὲ βάπτισμα, ὃ οἱ παρ' αὐτοῖς καταδεδικασμένοι καὶ ἐκβεβλημένοι δεδώκασι, προσεδέξαντο, πρὸς δὲ δεξιθῆναι, πῶς μωρᾷ καρδίᾳ ἀντιτάσσονται τῇ εἰρήνῃ τῆς ἐκκλησίας, τῆς ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ διακεχυμένης. ταῦτα ποιοῦντες ὑπὲρ τοῦ μέρους τοῦ Δονάτου, καὶ μὴ λέγοντες ἑαυτοὺς μολύνεσθαι τῇ κοινωνίᾳ τῶν παρ' αὐτοῖς οὕτως διὰ δὲ ἀκούσιον τῆς εἰρήνης ἀναδεχθέντων· ἡμῖν δὲ φιλονεικοῦντες, τοῦτ' ἔστι τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἔτι μὴν καὶ τῇ ἐν τοῖς ἐσχάτοις μέρεσι τῆς γῆς καθεστώσῃ, διὰ τῆς μιασμένης τούτων κοινωνίας, ὧν τινων πρότερον κατηγιῶντο πάντες, ἐλέγξαι αὐτοὺς οὐκ ἠδυνήθησαν.

D

E

CANON LXXII.

Ut legatio mittatur ad Donatistas de componenda pace. Postea placuit, ut his actis ex nostro numero mittantur Legati pro prædicanda pace & unione, sine qua Christianorum salus non potest consistere, ad ipsorum Donatistarum, sive quos habent Episcopos, sive Laicos; per quos Legatos omnibus innotescat, quod nihil habent justum rationive consentaneum, quod dicant adversus Catholicam Ecclesiam: maximè ut manifestum sit omnibus per acta municipalia, ad fidem demonstrationi astruendam, sicut ii de Maximianistis propriis schismaticis fecerunt; ubi ipsis divinitùs ostenditur, si considerare voluerint, eos tam injustè tunc ab Ecclesiastica unione abscissos, quàm ipsi clamant injustè Maximianistas à se esse divulsos. Ex eorum autem numero, quos aperta proprii consilii auctoritate condemnaverunt, postea in propriis honoribus susceperunt: & baptismum, quem dedêre ii, qui apud ipsos condemnati & ejecti sunt, admiserunt, ut ostendatur quomodo stulto corde paci Ecclesiæ adversantur, quæ in universo orbe diffusa est. Hæc agentes pro parte Donati, & dicentes seipsos non pollui communione eorum, qui à se propter pacis necessitatem suscepti sunt: nobiscum autem contendentes, hoc est, cum Catholica Ecclesia, quæ vel in extremis partibus orbis consistit, per pollutam eorum communionem, quos priùs omnes accusabant, ipsos coarguere non potuerunt.

ΒΑΛΣ. Καὶ οὗτος ὁ παρὼν κανὼν περὶ τῶν Δονατιστῶν φησιν. ἔδοξε γὰρ σταλῆναι τινὰς πρὸς αὐτοὺς τοποτηρητὰς χάριν εἰρήνης καὶ ἑνώσεως, καὶ χάριν τοῦ ἀποδεῖξαι, ὅτι οὐ καλῶς ἀντιτάσσονται τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ὅτι καί τινες τῶν Μαξιμιανιστῶν τῶν ἀποσχισάντων ἀπ' αὐτῶν ἀδίκως, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, δέχονται καὶ συγκοινωνοῦσιν αὐτοῖς, καὶ οὓς αὐτοὶ ἐξ οἰκείας βουλῆς κατεδίκασαν, μετὰ ταῦτα ἐν ταῖς οἰκείαις τιμαῖς ἐδέξαντο, καὶ ὅτι οὓς αὐτοὶ, οἱ παρ' αὐτῶν καταδεδικασμένοι καὶ ἐκβεβλημένοι τῆς παρ' αὐτοῖς ἱερωσύνης, ἐβάπτισαν, παρεδέξαντο, καὶ ὅτι οὐδὲ λέγουσι μολύνεσθαι ταῦτα ποιοῦντες.

F

BALS. Hic quoque præsens canon de Donatistis loquitur. Visum est enim ut aliqui ad eos mitterentur Legati pro pace & unione, & ad ostendendum, quòd ii non rectè adversantur Catholicæ Ecclesiæ; & quòd aliqui etiam eos ex Maximianistis, qui ab eis injustè, ut ipsi dicunt, desciverunt, suscipiunt, & cum illis communicant; & quos suo proprio consilio condemnarunt, postea in propriis honoribus susceperunt; & quòd eos, quos qui ab ipsis sunt condemnati, & ab eo quod illis est sacerdotio ejecti, baptizaverunt, suscepêre; & quòd hæc agentes non se pollui dicunt.

Digitized by Google

ZONAR. Hæc quoque de Donatistis. Ad eos namque mitti è synodali conventu Legatos placuit, qui ipsos ad pacem, unitatemque cum Ecclesia Catholica firmandam hortarentur. Doceant eos præterea, minime recte facere, quòd Ecclesiasticæ quieti constitutionis adversentur; neque jure propter divisam ipsorum communionem cum Ecclesia Catholica contentionem habere. Quòd verò etiam ex Maximianistis quosdam suscipiunt, qui ab iis, ut ipsi asserunt, immeritò defecere, & cum iis communicant, quosque antea sua sententia damnarunt, postmodum honoribus eorum conservatis admiserunt; quod etiam alios ab iis baptizatos, quos ipsimet condemnarunt, ac eo, qui apud ipsos est, sacro ordine moverunt, non repudiant, nec ullam se ex hoc labem contrahere arbitrantur; in his quoque ipsos non mediocriter peccare demonstrent.

ARIST. *Placuit, ut Legati mittantur ad pacem & unionem Donatistis ad fidem orthodoxam conversis prædicandam.*

Patres hi non tantum judicarunt Donatistas ad Ecclesiam Catholicam accedentes admittendos esse, sed & legatos ad eos mittendos ad pacem Ecclesiarum & unitatem prædicandam, si ad orthodoxam fidem convertantur.

CANON LXXIII.

Quinam ex Clericis debeant ab uxoribus abstinere. Ad hæc autem dum de aliquorum Clericorum in suas uxores continentia mentio fieret, placuit, ut Presbyteri, Episcopi & Diaconi propriis terminis etiam à suis abstineant uxoribus; quod nisi fecerint, Ecclesiastico ordine moveantur: reliqui autem Clerici ad hoc non cogantur, sed debent uniuscujusque Ecclesiæ consuetudinem servare.

BALS. Quomodo debent se à suis uxoribus continere Episcopi & Presbyteri & Diaconi tempore vicis suæ, in xiii. can. Syn. in Trullo dictum est. Præsens quoque canon dicit eos deponendos, nisi tunc se continuerint. Hæc autem à reliquis Clericis non exigunt, ut qui sacramenta non contrectent, sed eos jubent servare Ecclesiæ consuetudinem. Lege & iii. canonem Archiepiscopi Alexandriæ Dionysii. Nota ergo, quòd tempore præsentis Syn. habebant Episcopi suas uxores sine præjudicio. Sic itaque hæc canone sancita sunt. Quomodo autem deponentur, qui forsitan non abstinent, cum res non sit manifesta. Quis enim contra sese confitebitur? vel quis eum convincere aggredietur? Quapropter mea est sententia, ut sacris initiati non perpetuo sacra celebrent. Propterea enim & in decimo Synodi in Trullo canone Patres de vicibus meminerunt. Et idcirco in magnis & Catholicis Ecclesiis sacratorum ministeria divisa sunt. Qui enim quotidie sacra celebrant canoni sunt obnoxii ex præsumptione, quod cum uxoribus cohabitant; & aperte populos offendunt. Propter hoc enim, ut mihi videtur; ne quis in multis Ecclesiis fiat Clericus prohibitum est, & etiam ne sacrorum celebratio & baptismata in oratoriis fiant, quæ sunt in domibus. Et hoc exolevit propter aliam rationem ex novellâ Domini Leonis Philosophi, quam etiam in diversorum canonum interpretationibus sitam legas vellem.

ZONAR. Hic etiam de continentia eorum, qui sacris initiati sunt, ab uxorum suorum commercio Patres decernunt. Episcopis ergo, Presbyteris & Diaconis, ab eis abstinendum esse præcipiunt; ac si qui con-

ΖΩΝΑΡ. Καὶ ταῦτα περὶ Δονατιστῶν. τοποτηρητὰς γὰρ ἔδοξε σταλῆναι πρὸς αὐτοὺς ἐκ τῆς συνόδου, προσκαλουμένους αὐτοὺς εἰς τὸ εἰρηνεῦσαι καὶ ἑνωθῆναι τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἀποδείξοντας αὐτοῖς, ὅτι οὐ καλῶς ἀντιτάσσονται τῇ εἰρήνῃ τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως, οὐδὲ δικαίως φιλονεικοῦσι τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ διὰ τῆς μεμερισμένης αὐτῶν κοινωνίας. ἐλέγχουσι δὲ αὐτοὺς μὴ καλῶς ποιοῦντας, καὶ ὅτι καί τινας τῶν Μαξιμιανιστῶν, τῶν ἀποσχισθέντων ἀπ' αὐτῶν ἀδίκως, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, δέχονται καὶ συγκοινωνοῦσιν αὐτοῖς, καὶ οὓς αὐτοὶ ἐξ οἰκείας βουλῆς κατεδίκασθαι, μεταταῦτα ἐν ταῖς οἰκείαις τιμαῖς ἐδέξαντο, καὶ ὅτι οὓς αὐτοὶ, οἱ παρ' αὐτῶν καταδεδικασμένοι καὶ ἐκβεβλημένοι τῆς παρ' αὐτοῖς ἱερωσύνης, ἐβάπτισθαι παρεδέξαντο, καὶ ὅτι οὐδὲ λέγουσι μολύνεσθαι ταῦτα ποιοῦντες.

ΑΡΙΣΤ. Ἤρεσε πρέσβεις ἀποσταλῆναι, κηρύξοντας τοῖς Δονατισταῖς εἰρήνην καὶ ἑνότητα, μετατιθεμένοις πρὸς τὸ ὀρθόδοξον.

Οὐ μόνον προσερχομένους τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ τοὺς Δονατιστὰς δέον ἔκριναν οἱ πατέρες οὗτοι παραδέχεσθαι, ἀλλὰ καὶ πρέσβεις πρὸς αὐτοὺς εἰρήνην τῶν ἐκκλησιῶν καὶ ἑνότητα, εἰ μετατεθῶσι πρὸς τὸ ὀρθόδοξον.

ΚΑΝΩΝ ογ'.

Περὶ τοῦ, ποῖοι ὀφείλουσι τῶν κληρικῶν γαμετῶν ἀπέχεσθαι. πρὸς ἐπὶ τούτοις ἐν τῷ περὶ ἐγκρατείας τῆς περὶ τὰς οἰκείας γαμετὰς τινων μνημονεύεσθαι κληρικῶν, ἤρεσεν, ὥστε τοὺς ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους καὶ ἐκ τῶν ἰδίων ἔτι μὴν ἀπέχεσθαι γυναικῶν, ὅπερ εἰ μὴ ποιήσαιεν, ἀπὸ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀποκινηθῶσι τάξεως· τοὺς δὲ λοιποὺς κληρικοὺς πρὸς τοῦτο μὴ ἀναγκάζεσθαι, ἀλλ' ὀφείλειν κατὰ τὴν ἑκάστης ἐκκλησίας συνήθειαν παραφυλάττεσθαι.

ΒΑΛΣ. Πῶς ὀφείλουσιν ἐγκρατεύεσθαι ἀπὸ τῶν ἰδίων γαμετῶν οἱ ἐπίσκοποι οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ διάκονοι, κατὰ καὶ καιρὸν τῆς ἐφημερίας αὐτῶν, εἴρηται ἐν τῷ ιγ'. κανόνι τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου. καὶ ὁ παρὼν δὲ κανὼν φησὶ καθαιρεῖσθαι τούτους εἰ μὴ τηνικαῦτα ἐγκρατεύωνται. τοὺς δέ γε λοιποὺς κληρικοὺς ταῦτα οὐκ ἀπαιτοῦσιν, ὡς μὴ ψηλαφῶντας τὰ ἅγια, ἀλλὰ παρεγγυῶνται αὐτοῖς φυλάττειν κατὰ τὸ τῆς ἑκάστης χώρας ἔθιμον. ἀνάγνωθι καὶ καὶ γ'. κανόνα τοῦ ἀρχιεπισκόπου Αλεξανδρείας Διονυσίου. σημείωσαι οὖν, ὅτι κατὰ καὶ καιρὸν τῆς παρούσης συνόδου εἶχον ἀποκριματίστως τὰς οἰκείας γαμετὰς οἱ ἐπίσκοποι. οὕτω μὲν οὖν κεκόνισται ταῦτα· πῶς δὲ καθαιρεθήσονται οἱ ἴσως μὴ ἐγκρατευόμενοι ἀδήλου τοῦ πράγματος ὄντος· τίς γὰρ ὁμολογήσει καθ' ἑαυτοῦ; ἢ τίς πρὸς καὶ τούτου ἔλεγχον ἀποδύσεται; διὸ γνώμην δίδωμαι μὴ δι' ὅλου ἱερουργεῖν τοὺς ἱερωμένους. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἐν τῷ ι'. κανόνι τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου ἐφημερίας ἐμνήσθησαν οἱ πατέρες. διὸ καὶ ἐν ταῖς μεγάλαις καὶ καθολικαῖς ἐκκλησίαις διῃρῆνται αἱ τῶν ἱερωμένων δουλείαι. οἱ γὰρ καθ' ἑκάστην λειτουργοῦντες ἔνοχοι γίνονται τῷ κανόνι, ἀπὸ προλήψεως διὰ τὸ συνοικεῖν γαμεταῖς· διόλου καὶ σκανδαλίζουσι τοὺς λαούς· οἶμαι γὰρ, ὅτι καὶ τὸ μὴ κληροῦσθαι τὴν αὐτὸν εἰς πολλὰς ἐκκλησίας διὰ τοῦτο ἐκωλύθη· ἔτι τε καὶ τὸ γίνεσθαι λειτουργίαν καὶ βαπτίσματα εἰς τὰ κατ' οἶκον εὐκτηρία. καὶ τοῦτο ἠπράκτησε δι' ἕτερον λόγον ἀπὸ νεαρᾶς τοῦ φιλοσόφου κυροῦ Λεόντος, ἣν καὶ ἀνάγνωθι καταστρωθεῖσαν ἐν ἑρμηνείαις διαφόρων κανόνων.

ΖΩΝΑΡ. Κἀνταῦθα οἱ πατέρες οὗτοι περὶ ἐγκρατείας τῆς πρὸς τὰς ἑαυτῶν γαμετὰς διατάττονται τοῖς ἱερωμένοις, καὶ φασὶ δεῖν τοὺς ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους ἀπέχεσθαι καὶ ἐκ τῶν ἰδίων γαμετῶν κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους, ἤγουν

Digitized by Google

ἤγουν κατὰ τὰς ὡρισμένας ἡμέρας τῆς ἑκάστου ἐφημερίας, τοὺς δὲ μὴ τοῦτο ποιοῦντας, καθαιρεῖσθαι. ὅπερ τοὺς λοιποὺς κληρικοὺς παραφυλάττειν οὐκ ἀπαιτοῦσι, ποιεῖν δ' ἐκείνους ὁρίζουσι κατὰ τὴν τῆς ἐκκλησίας, ἐν ᾗ ἕκαστος ἐχειροτονήθη, συνήθειαν. ὅρα τοίνυν κἀνταῦθα τὸ ἔθος ὡς νόμον κρατοῦν. καὶ ὁ ιγ'. δὲ κεινὼν τῆς ἕκτης συνόδου πλατύτερον διέξεισι περὶ τῆς ἐγκρατείας τῶν ἰδίων γαμετῶν, ὥστε αὐτῶν ἀπέχεσθαι, κατὰ καιρὸν τὴν προσήκοντα, τοὺς ψηλαφῶντας τὰ ἅγια, ἀλλὰ καὶ ὁ γ'. κανὼν τοῦ ἀρχιεπισκόπου Αλεξανδρείας Διονουσίου.

ΑΡΙΣΤ. Επίσκοποι πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι τῶν ἰδίων γαμετῶν ἀπεχέσθωσαν, ἢ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀποκινείσθωσαν τάξεως. οἱ λοιποὶ δὲ κληρικοὶ πρὸς τοῦτο μὴ ἀναγκαζέσθωσαν· ἀλλ' ἡ συνήθεια φυλαττέσθω.

Οὗτος ὁ κανὼν περὶ πάντων ἀδιαστίκτως διατάττεται, ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, κατὰ τοὺς ἰδίους ὥρους, τῶν ἰδίων ἀπέχεσθαι γαμετῶν· ὁ δὲ δωδέκατος κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ ἕκτης συνόδου οὐ συγχωρεῖ τοῖς ἐπισκόποις, μετὰ τὴν προελθοῦσαν ἐπ' αὐτοῖς τῆς ἐπισκοπῆς χειροτονίαν, ταῖς ἰδίαις συνοικεῖν γαμεταῖς· ἵνα μὴ πρόσκομμα τοῖς λαοῖς ἐντεῦθεν ὦσι τιθέντες καὶ σκάνδαλον. ὁ δὲ τρισκαιδέκατος τῆς αὐτῆς συνόδου κανὼν προστάττει τοὺς πρεσβυτέρους καὶ διακόνους μὴ καθομολογεῖν, ἐν τῷ ἀξιοῦσθαι τῆς χειροτονίας, τῶν ἰδίων ἀφίστασθαι γαμετῶν, καθὼς ἐν τῇ Ρωμαίων ἐκκλησίᾳ ἐν τάξει κανόνος τοῦτο ἐκράτησε· ἀλλὰ συνοικεῖν αὐταῖς, καὶ μὴ ἀποστρεῖσθαι τῆς πρὸς ἀλλήλους κατὰ καιρὸν καὶ προσήκοντα ὁμιλίας. κρατοῦσιν οὖν οἱ κανόνες ἐκεῖνοι, καὶ κατ' αὐτοὺς σήμερον ἡ ἐκκλησία πολιτεύεται.

ΚΑΝΩΝ οδ'.

Περὶ τῶν τοὺς ἰδίους λαοὺς ἐγκαταλιμπανόντων. πάλιν ἤρεσεν, ὥστε μηδενὶ ἐξεῖναι ἐπισκόπῳ, καταλειφθείσης τῆς αὐθεντικῆς αὐτοῦ καθέδρας, πρός τινα ἐκκλησίαν ἐν διοικήσει καθεστῶσαν ἑαυτὸν ἀποφέρειν· ἢ ἐν οἰκείῳ πράγματι, ὑπὲρ ὃ χρὴ, ἐπιπολὺ ἀπασχολουμένῳ ἀμελεῖν τῆς φροντίδος καὶ τῆς συνεχείας τοῦ ἰδίου θρόνου.

ΒΑΛΣ. Τινὲς ἐπίσκοποι καταλιμπάνοντες τὰς πρωτοτύπους καθέδρας αὐτῶν, ἀπήρχοντο καὶ προσεκάθηντο εἴς τινας ἑτέρας ἐκκλησίας παροικιῶν ἀνηκουσῶν αὐτοῖς, πολυανθρωποτέρας ἴσως οὔσας ἢ καὶ πολυειροδοτέρας. ὥρισε οὖν οἱ πατέρες, μηδενὶ ἐπισκόπῳ ἐξεῖναι τοῦτο ποιεῖν, ἀλλὰ μηδὲ χάριν ὑποθέσεως οἰκείας ἀπολιμπάνεσθαι ἐκ τῆς λαχούσης αὐτὸν ἐπὶ πολὺ, καὶ οὕτως ἀμελεῖν τοῦ συνεχῶς διδάσκειν καὶ οἰκεῖον λαόν. καὶ ὁ μὲν κανὼν ἐν τούτοις. ἐρωτήσει δέ τις, εἰ τὰ τοῦ κανόνος ἔχουσι χώραν καὶ εἰς τοὺς ἀπολέσαντας ἀρχιερεῖς τὰς πρωτοτύπους καθέδρας αὐτῶν, ὡς καταχρεθείσας ὑπὸ ἐθνῶν· καὶ δύνανται οὗτοι ἀποκριματίσεως μεταπίπτειν εἰς ἐκκλησίας παροικιῶν αὐτῶν; λύσις. τινὲς εἶπον, δύνασθαι τοῦτο ποιεῖν καὶ ἐπίσκοπον αὐτοθελῶς. ἕτεροι εἶπον, δέεσθαι τοῦτον καὶ συνοδικῆς διαγνώσεως. ἄλλοι καὶ διὰ προστάξεως βασιλικῆς τοῦτο γίνεσθαι εἶπον. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, ὡς εἰ μὲν ὁ τοιοῦτος μητροπολίτης βούλεται μεταπεσεῖν εἰς θρόνον ἐπισκοπῆς αὐτοῦ, διὰ δὲ καταχρεθῆναι παρὰ ἐθνῶν τὴν πρωτότυπον ἐκκλησίαν τούτου, ὀφείλει μετὰ βασιλικῆς προστάξεως καὶ συνοδικῆς διαγνώσεως ἐν ταύτῃ ἀποκαθίστασθαι· ὥσπερ γέγονε τοῦτο εἰς καὶ μητροπολίτην Νεοκαισαρείας, ἀντὶ καθίσματος ἔχοντα τὴν οἰκείαν ἐπισκοπὴν δὲ Οἴναιον· εἰς καὶ μητροπολίτην Πισιδίας, Αντιοχείας τὴν Σωζόπολιν λαβόντα εἰς κάθισμα. καὶ εἰς ἑτέρους πολλούς. εἰ δὲ ἡ παροικία οὐ τετίμηται διὰ θρόνου ἐπισκοπικοῦ διὰ μόνης συνοδικῆς διαγνώσεως, ἵνα ἐγκατασταθῇ εἰς αὐτὴν, καὶ οὐκ αὐτοθελῶς, ὥς τινες λέγουσιν· ἵνα μὴ ἐναντιωθῇ τῷ ἀποστολικῷ κανόνι, καὶ τοῖς λοιποῖς, τοῖς διορίζομένοις μηδέν τι καινοφανὲς ποιεῖν καὶ ἐπίσκοπον παρὰ γνώμην συνοδικήν.. ἔτι ἐρωτήσει τις, εἰ τοῦ κανόνος ταῦτα διορισαμένου δύναται ἐπίσκοπος,

tra fecerint depositione puniendos. Ab aliis verò Clericis nequaquam id exigunt; sed ab unoquoque Ecclesiæ suæ consuetudinem in ea re servari jubent. Atque hic quoque consuetudinem vim Legis obtinere animadverte. De continentia porro à propriis uxoribus servanda, ne cum iis per tempus aliquod conveniens rem habeant, qui sacra tractant, tertius decimus sextæ Synodi, quin & tertius Dionysii Alexandrini Archiepiscopi Canon, uberiùs disserunt.

ARIST. *Episcopi, Presbyteri, & Diaconi à propriis uxoribus abstineant vel ordine Ecclesiastico dimoveantur. Reliqui verò Clerici ad idem ne compellantur: sed consuetudo observetur.*

Hic Canon de omnibus sine distinctione statuit, Episcopis, Presbyteris, & Diaconis secundum propria tempora à suis abstinere uxoribus. At duodecimus sextæ in Trullo Synodi Canon Episcopis non permittit, postquam ad Episcopatum ordinati fuerunt, cum suis uxoribus cohabitare: ne offensionem & scandalum exinde populis darent. At xiii. ejusdem Synodi Canon mandat Presbyteris & Diaconis, cum ordinatione habeantur digni, à suis uxoribus secedere non profiteri; quemadmodum in Romanorum Ecclesiâ Canonis ad instar illud obtinuerat: sed cum iis habitare, & mutuâ convenienti tempore conversatione non privari. Prævalent itaque isti Canones, & secundum eos Ecclesia hodie gubernatur.

CANON LXXIIII.

De iis, qui proprios populos relinquunt. Rursus placuit, ut nulli liceat Episcopo, relicta sua Sede principali, ad aliquam Ecclesiam in Diœcesi constitutam seipsum conferre; vel de re propria plusquam oportet sollicito, propriæ sedis curam & sollicitudinem negligere.

BALS. Quidam Episcopi suas primitivas Cathedras relinquentes, in aliquas alias Ecclesias Parœciarum ad se pertinentium, quæ erant fortè magis populosæ aut majoris redditus, se conferebant, & illic sedebant. Statuerunt ergo Patres, nulli licere hoc facere: sed neque proprii negotii gratia discedere ab ea, quæ illum diu sortita est, & sic populum assiduè docendi curam non gerere. Et in his quidem versatur Canon. Interrogaverit autem quispiam, an quæ hoc Canone dicuntur locum habeant etiam in Antistitibus, qui suas primitivas Ecclesias perdiderunt, ut quæ à gentibus occupatæ fuerint: an ii possint citra præjudicium migrare in Ecclesias suarum parœciarum? Solutio. Quidam dixerunt, Episcopum ex propria voluntate hoc facere posse. Alii dicebant, eum etiam Synodali cognitione opus habere. Alii etiam per mandatum Imp. hoc fieri dicebant. Mihi autem videtur, quòd si is quidem Metropolitanus vult in sui Episcopatus Sedem migrare, eo quòd à gentibus sit occupata primitiva eorum Ecclesia, debet cum mandato Imperiali & Synodali cognitione in ea constitui: quemadmodum in Neocæsareæ Metropolitano factum est, qui pro Sede accepit proprium Episcopatum Oenæum; in Metropolitano Pisidiæ Antiochiæ, qui Sozopolin pro Sede accepit; & in multis aliis. Sin autem Sede Episcopali non fuit honorata parœcia per solam Synodalem cognitionem, ut in ea constituatur: nec ex propria voluntate, quemadmodum quidam dicunt; ne Canoni Apostolico adversetur, & reliquis, qui statuunt Episcopum nihil posse innovare præter Synodalem sententiam. Præterea interrogaverit quispiam, si cùm Canon hæc decernat, potest Episcopus

Digitized by Google

per mandatum Imperiale & Synodalem cognitionem, A à ſua Primitiva Sede migrare, licèt non à gentibus occupata, in Cathedram ſui Epiſcopatus, vel in Eccleſiam ſuæ parœciæ? Solutio. Cum Imperatoris mandato & Synodali cognitione utrumque Epiſcopo concedetur: aliàs autem, nullo modo. Propterea enim & Archiepiſcopus Derci, cùm ſæpe petiviſſet ut à Derco migrare liceret, in emporium quod dicitur Phileas, eò quòd id eſſet populoſius, non eſt exauditus. Porrò & alii diverſi Antiſtites, inopes quidem Eccleſias habentes, divites autem parœcias & populoſas, cùm hoc petiviſſent, non fuerunt exauditi propter præſentem Canonem. Nota hæc & memoria tene propter B tranſlationes quæ petuntur, ab Antiſtitibus, & fiunt in aliquibus. Quære Chalced. Syn. Can. xii. & xvii. qui dicunt, debere Eccleſiaſticos ſequi ea, quæ decernuntur à poteſtate Imperiali. Quia autem præſens Canon ſtatuit, non debere Epiſcopum peregrinari pluſquam oportet, ab ea quæ illum ſortitus eſt (eſt autem hoc incertum) lege decimum ſextum Canonem Synodi quæ habita eſt in æde ſanctorum Apoſtolorum, & interpretare præſentem Canonem ſecundùm leges quæ in ipſo ſunt poſitæ.

ZONAR. Ab Epiſcopis cum ipſa rei natura, tum decreta Canonum ea de re ſæpius edita, poſtulant, ut in ſua Epiſcopali ſtatione perpetuo degant, ac in populis erudiendis, atque ad rectam virtutis ſemitam dirigendis, laborent; non autem primaria ſua Sede relicta, in aliam Eccleſiam ſe conferant. Multi namque Epiſcopi in aliis ſuæ Diœceſis locis Eccleſias habent, quæ & parœciæ à Canonibus vocantur: quibus nulli peculiares Epiſcopi præfici conſuevêre. Igitur hic Canon in aliquam ejuſmodi Eccleſiam Epiſcopum proficiſci, ac in ea populi ſui cura neglecta diutius morari, vetat; ſed vel in ea Chorepiſcopum conſtituere, vel Presbytero procurationem ejus loci rerum mandare, D jubet: Epiſcopos vero in ſua quemque Eccleſia continenter obdurare, ac ne proprii quidem negotii tractandi cauſa diutius, quam par eſt abeſſe, curámve ſollicitè in Epiſcopali ſtatione permanendi, populúmque ſalutari doctrina informandi, deſerere. Atque illud quidem [diutius quam par eſt] hoc loco nulla circumſcriptione definitur: decimoſexto autem Canone in templo S. Apoſt. habitæ Synodi, quæ prima & ſecunda nominatur, ne ultra ſemeſtre tempus Epiſcopo à ſua Sede abeſſe liceat, divini Patres, pœna depoſitionis propoſita, conſtituerunt. Undecimus vero Sardic. E Synodi Canon, brevius adhuc ſpatium Epiſcopi abſentiæ, niſi neceſſaria cauſa aliqua intercedat, ut ex eo quod ibi affertur exemplo colligere eſt, videtur præfiniſſe. De diſceſſu Epiſcoporum à ſuis Eccleſiis ſtatuunt etiam diverſæ Novellæ, quæ in tertio Baſilic. libro titulo i. diverſis in capitibus reperiuntur.

ARIST. *Viſum eſt, ut nullus Epiſcopus principali ſuâ relictâ Sede, in aliam ſe conferat, vel de re propriâ ſollicitus, thronum ſuum negligat.*

Non tantum hoc, à civitate ad civitatem migrare F Epiſcopum, diverſis Canonibus prohibetur: ſed & illud, Eam, quæ proprie erat à principio, Cathedram Eccleſiæ ipſius relinquere, & ad aliam Eccleſiam in eâdem parœciâ tranſilire, & in eam transferre honorem, hic Canon non permittit. Sed nec in re propriâ ei pluſquam oportet ſollicito eſſe, & curam & inſtructionem populi negligere licet.

ἀπὸ βασιλικῆς προστάξεως καὶ συνοδικῆς ἀναγνώσεως, μεταπίπτειν ἀπὸ τῆς προτοτύπου καθέδρας αὐτοῦ, καὶ μὴ καλαχθείσης ὑπὸ ἐθνῶν, εἰς καθέδραν ὑπισκοπῆς αὐτοῦ, ἢ εἰς ἐκκλησίαν παροικίας τότε; Λύσις. μὴ βασιλικῆς προστάξεως καὶ συνοδικῆς ἀναγνώσεως καὶ ἀμφότερα τῷ ὑπισκόπῳ ἐγχωρησάσης· ἄλλως δὲ πως, ἀδαμοῦ. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ ἀρχιεπίσκοπος Δέρκου ζητήσας πολλάκις μεταστῆναι ἀπὸ Δέρκου εἰς τὸ ἐμπόριον φίλων, διὰ τὸ πολυάνθρωπον εἶ τοῦτο, οὐκ εἰσηκούσθη. καὶ ἄλλοι γε ἀρχιερεῖς διάφοροι πλουσίας μὲν ἐκκλησίας ἔχοντες, πλουτοῦντες παροικίας πολυανθρώπους καὶ πλουσίας, καὶ ζητήσαντες τοῦτο, οὐκ εἰσηκούσθησαν, διὰ τὸ πρόσωπα κρίνα. σημείωσαι ταῦτα, καὶ ἔχε ὅτι μνήμης διὰ τὰς ζητουμένας μεταθέσεις καὶ γαμουμένας ὅτι ἀρχιερεῦσι πάσι. ζήτει τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου κανόνας ιβ'. καὶ ιζ'. λέγοντας ὀφείλειν τοὺς τῆς ἐκκλησίας ἐπιτάττειν τοῖς διοικουμένοις ἀπὸ τῆς βασιλικῆς ἐξουσίας. ἐπεὶ γε ὁ πρῶτος κανὼν διορίζει, μὴ ἀποδημεῖν τὸν ἐπίσκοπον, πῶς ὁ χρή, ἀπὸ τὸ λαχούσης αὐτὸν (ἔστι γε τοῦτο ἄδηλον) ἀναγνῶναι τὸν ις'. κανόνα τὸν ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων συγκροτηθείσης συνόδου, καὶ ἑρμηνεύειν τὸν τιθέντα κανόνα, καὶ τὰ καθεστῶτα νόμιμα ἐν αὐτῷ.

ZONAR. Τοὺς ἐπισκόπους, καὶ τὸ δίκαιον αὐτὸ, καὶ τὰ τῶν θείων κανόνων ἀκριβῆ, ἅπασι προσήκειν τὰς ἰδίας ἐπισκοπὰς, καὶ διδάσκειν τοὺς λαοὺς, καὶ κατατρίζειν αὐτοὺς, ἀλλὰ μὴ καταλιμπάνειν τὰς αὐθεντικὰς αὐτῶν καθέδρας, ἤγουν τοὺς προτοτύπους θρόνους αὐτῶν, καὶ πρὸς ἄλλην ἐκκλησίαν ἀπέρχεσθαι. πολλοὶ γὰρ τῶν ἐπισκόπων ἔχουσιν ἐκκλησίας ἐν ἄλλοις τόποις τῶν ὑπ' αὐτῶν διοικήσεων, ἃς καὶ παροικίας οἱ κανόνες καλοῦσιν, ἐν αἷς οὐκ εἰώθασιν ἐπίσκοποι προχείζεσθαι. μὴ οὖν ἐν τοιαύτῃ ἐκκλησίᾳ ἀπέναι, καὶ χειροτίζειν, καὶ ἐπίσκοπον ὁ κανὼν διατάττει, καὶ ἀμελεῖν τοῦ οἰκείου λαοῦ· ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ἢ χωρεπίσκοπον καθιστᾶν, ἢ πρεσβύτερον ποιεῖσθαι τὴν διοίκησιν τῶν ἐκεῖ· τοὺς δ' ἐπισκόπους ταῖς οἰκείαις προσκαρτερεῖν ἐκκλησίαις, καὶ μηδὲ διὰ οἰκεῖον πρᾶγμα ἀχολεῖσθαι ὑπὲρ ὃ χρὴ, καὶ ἀποδημεῖν τῆς τοῦ ἰδίου χρόνου συνεχείας, ἤτοι τοῦ χρόνου συνέχειαν καὶ ἀδιακόπως πρᾶγμάν τῇ ἰδίᾳ ἐπισκοπῇ, καὶ διδάσκειν τὸν λαόν. ὅ δὲ, ὑπὲρ ὃ χρὴ, ἐνταῦθα μὲν ἀορίστως κεῖται· ἐν ᾧ δὲ ἐκκαιδεκάτῳ κανόνι τῶν ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων συνάσης συνόδου, τῆς λεγομένης πρώτης καὶ δευτέρας, μὴ πλέον μίαν ἢ ἀποδημεῖν τὸν ὑπισκοπον τῆς οἰκείας ὑπισκοπῆς οἱ ἐν ἐκείνῃ θεῖοι πατέρες ὡρίσαντο, ὅ δ' ἐπίμονον τοῦ μὴ τὸν κανόνα φυλάττοντος καθαίρεσίς ἐστιν. οἷα. ὁ κανὼν τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου, ἐκ τοῦ προσδείγματος, ὃ ἐπάγει, εἰς ἐλάττονα καιρὸν ἔοικε συστέλλειν τὴν τῶν ὑπισκόπων ἀποδημίαν, εἰ μή τις αὐτῷ ἀνάγκη ὑπάκοι). περὶ ἀποδημίας ἐπισκόπων ἐκ τῶν οἰκείων ἐκκλησιῶν διατάττονται καὶ διάφοροι νεαραὶ, κείμεναι εἰς βιβλίον τῶν βασιλικῶν τρίτον πιτ. α'. ἐν διαφόροις κεφαλαίοις.

ARIST. Ἔδοξε μηδένα ὑπίσκοπον καταλιπόντα τὴν αὐθεντικὴν καθέδραν, πρὸς ἑτέραν μεταχωρεῖν, ἢ ἐν οἰκείῳ πράγματι ἀχολούμενον, τοῦ ἰδίου θρόνου ἀμελεῖν.

Οὐ μόνον δὲ, ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν ὑπίσκοπον μεταβαίνειν, ἐκ διαφόρων κανόνων κεκώλυται· ἀλλὰ καὶ δὲ, τὴν καθ' ὅσον ἀρχὴν ἔσχεν καθέδραν τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ καταλιπεῖν, καὶ πρὸς ἑτέραν ἐκκλησίαν ἐν τῇ αὐτῇ παροικίᾳ ὅσον μεταθέσειν, καὶ τὴν τιμὴν ἐν αὐτῇ μεταθῆναι ὁ κανὼν ἔτι οὐ συγχωρεῖ· ἀλλ' ὀφεὶ ἐν οἰκείῳ πράγματι ἀχολεῖσθαι αὐτὸν ὑπὲρ ὃ χρὴ ἀνέχειν), καὶ τῆς φροντίδος καὶ τὴν διδασκαλίας ἀμελεῖν τοῦ λαοῦ.

Digitized by Google

A

ΚΑΝΩΝ οε'.

Περὶ νηπίων ὀφειλόντων βαπτίζεσθαι ὁσάκις ἀμφιβάλλεται περὶ αὐτῶν, εἰ ἄρα ἐβαπτίσθησαν. ὁμοίως ἤρεσεν περὶ τῶν νηπίων, ὁσάκις μὴ εὑρίσκονται βέβαιοι μάρτυρες, οἱ ταῦτα ἀναμφιβόλως βαπτισθέντα εἰπεῖν λέγοντες· καὶ οὕτω αὐτοῖς ἄνευ τῆς κείρας περὶ τὸ παραδοθείσης αὐτοῖς μυστηρίου ἀποκρίνεσθαι ἐπιτηδείως ἔχωσι, χωρὶς τινος προκοπτόντων ὀφείλειν ταῦτα βαπτίζεσθαι· μήποτε ὁ τοιοῦτος διασμὸς ἀποστερήσῃ αὐτὰ τοιαύτης τοῦ ἁγιασμοῦ καθάρσεως. ἐκ τούτου γὰρ οἱ τοποτηρηταὶ τοῦ Μαύρων ἀδελφοὶ ἡμῶν τοῦτο ἐβουλεύσαντο, ὅτι πολλοὺς τοιούτους ἀπὸ τῶν βαρβάρων ἐξαγοράζονται. B

ΒΑΛΣ. Ἀναγνωθὶ ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου κανόνα, καὶ διήσεις τὸ τοῦ παρόντος κανόνος ἑρμηνείαν ἀπαραλλάκτως ἐκεῖ, καθὼς καὶ τὰ ῥήματα τοῦ κανόνος.

ΖΩΝΑΡ. Τοῦτον τὸν κανόνα ἄνευ ὀλίγων τινῶν ῥημάτων καὶ ἡ ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, ἡ λεγομένη ἕκτη, ἔχει ἀπαραλλάκτως, καὶ ἐξηγήσῃ ἐκεῖ.

ΑΡΙΣΤ. Τοὺς ἀμφιγνοουμένους, εἰ ἐβαπτίσθησαν, ἢ μή, ἤρεσε βαπτίζεσθαι· μήποτε τῷ διασμῷ στερηθῶσι τῆς θείας καθάρσεως. C

Τὸ μὲν δεύτερον τινα βαπτισθῆναι, εἰ μὴ παρὰ αἱρετικῶν ἐβαπτίσθη, διάφοροι κανόνες ἀπαγορεύουσιν. εἰ δέ τις ἀμφιβάλλει εἰ ἐβαπτίσθη, ὡς μήτε αὐτῷ τοῦτο εἰδότι. διὰ τὴν βρεφικὴν ἡλικίαν, μήτε ἑτέρων διαβεβαιουμένων καὶ μαρτυρούντων ἀναμφιβόλως αὐτὸν βαπτισθῆναι, χωρίς τινος ἀμφιβολίας βαπτισθῆναι ὀφείλει· ἵνα μὴ διὰ τὸ ἀμφίβολον στερηθῇ τῆς θείας καθάρσεως.

Canon LXXV.

De infantibus qui debent baptizari, quoties de iis dubitatur, an baptizati fuerint. Similiter placuit de infantibus, quoties non inveniuntur firmi teſtes, qui eos ſine controverſia baptizatos eſſe dicant; & nec ipſi propter ætatem de tradito eis myſterio aptè poſſunt reſpondere; ſine ulla offenſione poſſe eos baptizari. Nec unquam hæc dubitatio eos tali ſanctificationis luſtratione privabit. Hoc enim Maurorum Legati, fratres noſtri, ideo conſuluerunt, quod multos ejuſmodi à barbaris emant.

Bals. Lege Synodi in Trullo Can. & ibi præſentis Canonis interpretationem ſine ulla immutatione, quemadmodum & verba invenies.

Zonar. Hunc Canonem, pauculis quibuſdam exceptis verbis eundem prorſus apud Synodum in Trullo, quæ ſexta dicitur, ac ibidem explicatum, reperias.

Arist. *Illi de quibus ambigitur, utrum baptizati ſunt necne, placuit, ut baptizentur: ne propter ambiguitatem divinâ luſtratione deſtituantur.*

Secundo quidem baptizari quempiam, niſi ab impiis baptizatus fuerit diverſi Canones prohibent. Si quis autem ambigit, an baptizatus fuerit, utpote nec ipſo ob infantilem ætatem illud ſciente, nec aliis affirmantibus & teſtantibus eum haud dubie baptizatum fuiſſe; ſine ullâ dubitatione baptizari debet: ne propter dubitationem divinâ purgatione privetur.

D

ΚΑΝΩΝ οϛ'.

Περὶ τοῦ, τὴν ἡμέραν τοῦ πάσχα ἐν τῇ ἡμέρᾳ συνόδου ἀγγέλλεσθαι. ὁμοίως ἤρεσεν, ὥστε τὴν ἡμέραν τοῦ προκειμένου πάσχα διὰ τῆς τῶν πεπυρωμένων ὑπογραφῆς πᾶσιν ἐμφανίζεσθαι· ἡ δὲ τῆς συνόδου ἡμέρα ἡ αὐτὴ φυλαχθῇ, ἥτις ὡρίσθη ἐν τῇ ἐν Ἱππῶνι συνόδῳ, τοῦτ' ἔστιν, ἡ πρὸ δέκα καλανδῶν Σεπτεμβρίων. ὀφείλει γὰρ καὶ γραφῆναι πρὸς τοὺς πρωτεύοντας πασῶν τῶν ἐπαρχιῶν, ἵνα ὅτε παρ' ἑαυτοῖς σύνοδον προσκαλῶνται, ταύτην τὴν ἡμέραν φυλάττωσιν. E

ΒΑΛΣ. Καὶ ἄλλοι διάφοροι κανόνες ὥρισαν, πότε ὀφείλει γίνεσθαι σύνοδον παρὰ τῶν ἐπαρχιωτῶν χάριν τοῦ λύεσθαι τὰ ἐκκλησιαστικὰ ζητήματα. φησὶ δὲ καὶ ὁ παρὼν κανὼν, καὶ ὅτι καιρὸν τῆς συνόδου (ἔστι δὲ αὕτη, ὁ πρὸ δέκα καλανδῶν Σεπτεμβρίων, ἤγουν κατὰ τοῦ Αὐγούστου μηνός· καλάνδας γὰρ αἱ πρῶτοι φασὶ λέγονται) τὴν ἡμέραν τοῦ πάσχα δηλοῦσθαι, ὥστε γινώσκεσθαι πᾶσι τοῖς ἐν τῇ Ἀφρικῇ. καὶ ὁ μὲν κανὼν ἐν τούτοις. ἐπεὶ δὲ ἔστε ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ἔστε ἀφ' ἑτέρου γινώσκεται ἡ ἐπισκόσια τοῦ ἡμέρας τοῦ πάσχα· (καὶ ὁ ζ'. γὰρ κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων μὴ τὸ ἐαρινὸν ἰσημερίαν διορίζεται τὸ πάσχα ἑορτάζειν ἡμᾶς, καὶ πλέον ἰδεῖν) δεῖ εἰπεῖν κατανοῆσαι μὲν διδάξαι τοὺς θέλοντας, διὰ τῆς τοῦ παρόντος κανόνος ἑρμηνείας, πῶς εὑρίσκεται ἡμέρα τοῦ νομικοῦ ἤτοι Ἰουδαϊκοῦ καὶ τοῦ Χριστιανικοῦ πάσχα· ἀλλὰ μὴν καὶ ἡ ἀποκρέα. εἰκὸς γὰρ ἔστι συμβαίνειν ὀρθόδοξόν τινα εἰς τόπους, ἔνθα τὰ τοιαῦτα ἀπολυσεσαρμονοῦνται σαφῶς γινώσκονται, καὶ ἐξ ἀγνοίας ἀποκρεῶσαι ἢ παρασῶσαι τοῦ καιροῦ προσήκοντα καιρὸν, ὅπερ ἔστιν F

Canon LXXVI.

Ut dies Paſchæ in die Synodi annuncietur. Hoc quoque ſimiliter placuit, ut dies venerandi Paſchæ per formatarum ſubſcriptionem omnibus oſtendatur: Dies autem Synodi idem ſervetur, qui in Hipponenſi Synodo fuit conſtitutus, id eſt, ante decimum Calendas Septembris. Debet enim etiam ſcribi ad Primates omnium Provinciarum, ut quando apud ſe concilium congregant, ab eo die abſtineant.

Bals. Alii quoque diverſi Canones ſtatuerunt, quando debeat fieri Synodus à Provincialibus, ut ſolvantur Eccleſiaſticæ quæſtiones. Dicit autem etiam præſens Canon, ut tempore Synodi (id eſt, ante x. Calend. Septembris, xxi. ſcilicet menſis Auguſti; Calendæ enim ſunt primus dies menſis) dies Paſchæ declaretur, ut cognoſcatur ab omnibus qui ſunt in Africa. Ac in his quidem conſiſtit Canon. Quia autem, nec à præſenti Canone, nec ab alio, cognoſcitur diei Paſchæ inſtitutio: (Nam vii. Canon ſanctorum Apoſtolorum ſtatuit, ut nos poſt vernum æquinoctium Paſcha celebremus, & nihil aliud) exiſtimavimus oportere nos per præſentis Canonis interpretationem docere eos, qui velint, quomodo inveniatur dies Legalis ſeu Judaici & Chriſtiani Paſchæ; quin & Carniſprivium. Fieri enim poteſt, ut orthodoxus quiſpiam in loca, ubi hæc non curantur nec cognoſcuntur, incidat, & per ignorantiam non convenienti tempore vel à carnibus abſtineat vel Paſcha celebret; quod non eſt condonandum. Ante omnia ergo ſciendum eſt, quòd niſi quis Legalis Paſchæ diem

Digitized by Google

noverit, non poteſt ſcire quando Chriſtianum Paſcha fieri debeat. Præterea ſciendum eſt, quòd Legale Paſcha fit à vigeſimo primo menſis Martii uſque ad decimum octavum Aprilis: Chriſtianum autem à vigeſimo tertio Martii uſque ad vigeſimum quintum menſis Aprilis. His autem ſic primùm conſideratis, ſi velis Judaici Paſchæ diem exactè ſcire, & itidem Chriſtiani, quære primùm & inveni Cyclum Lunæ, qui ſic invenitur. Numera annos à creatione mundi, & per novendecim eos divide, & qui remanſerint, Cyclum Lunæ declarabunt. Deinde etiam Cyclum Solis inveni hoc modo: Numera annos à creatione mundi, & eos divide per viginti octo, & qui reſtant dic eos Cyclum Solarem declarare. Cycli quidem Lunæ, qui ſunt novendecim, incipiunt à menſe Januario: Cycli autem Solis, qui ſunt viginti octo numero, incipiunt à menſe Octobri. Cùm ergo Cycli Lunæ & Solis ſic inveniantur, multiplica undecies tunc currentem Lunæ Cyclum; deinde adde uſque ad decimum ſextum Cyclum, pro ſeculis elapſis, ſex dies, qui Epactæ dicuntur; poſt decimum ſextum Cyclum uſque ad decimum nonum, adde ſimiliter ſeptem dies; Et poſtquam hos omnes dies in unam ſummam collegeris, divide eos per triginta, & cum veneris ad numerum triginta diebus minorem, eum ſume, & tot dies ex menſe Martio vel etiam Aprili illi adde, quot ſufficiant, ut fiat numerus quinquageſimus, & dic ſtatim in fine quinquagenarii debere eſſe Paſcha Legale. Ut autem quod dictum eſt, per exemplum fiat manifeſtius, labentis anni ſexies milleſimi ſexcenteſimi octogeſimi ſexti Paſchales dies quære, & dic ita; Cyclus Lunæ eſt eo anno ſeptendecim qui per undecim multiplicatus efficit dies centum octoginta ſeptem. Undecies enim ſeptemdecim ſunt centum octoginta ſeptem. His pro ſeculis, ut dictum eſt, diebus quoque ſeptem addictis, efficitur numerus dierum centum nonaginta quatuor. Quo quidem numero per triginta diviſo, relinquuntur dies quatuordecim: ſexies enim triginta ſunt centum octoginta. Ut ergo fiat numerus dierum quinquaginta, quò inveniatur dies Paſchæ Legalis, adde dictis quatuordecim diebus unum & triginta dies Martii & Aprilis dies quinque; & ſic cùm quinquaginta dierum numerum effeceris, dic debere fieri Paſcha Legale quinto die menſis Aprilis. Quia autem menſis quidem dies ſic comprehenditur; ſeptimanæ autem dies incertus eſt: opus eſt te quoque eam doceri. Et quoniam hoc anno Cyclus Solis eſt vigeſimus ſecundus, Cyclicum hunc numerum ſume, & pro unoquoque quadrienno propter Biſſextum diem unum ei adde, ſcilicet pro viginti duobus Cyclis dies quinque, qui etiam Epactæ dicuntur. Ita his adde, ſi quidem in menſe Martio Legale Paſcha invenitur, ratione præteritorum menſium, qui numerantur à menſe Octobri, dies undecim; ſcilicet pro Octobri dies tres, eo quòd habeat hic menſis dies triginta & unum; pro Novembri, duos dies, quòd is habeat dies triginta, & pro Decembri & Januario dies ſex, quòd unuſquiſque eorum habeat dies triginta & unum. Pro menſe autem Februario nihil addes, eo quòd ei deſit: Si autem invenitur Paſcha Legale menſe Aprili, ut fit in præſenti tempore: adde etiam tres alios dies pro menſe Martio; ut ſint pro menſibus dies quatuordecim. Legitimo ergo Paſchæ die invento, ut diximus, quinto menſis

A ἀσύγγνωστον. ἰστέον οὖν πρὸ πάντων, ὅτι εἰ μὴ γινώσκει τις τοῦ νομικοῦ πάσχα τὴν ἡμέραν, οὐ δύναται εἰπεῖν πότε ὀφείλει γενέσθαι τὸ Χριστιανικὸν πάσχα. ἔτι ἰστέον, ὅτι τὸ μὲν νομικὸν πάσχα γίνεται ἀπὸ τῆς κα'. τοῦ Μαρτίου μηνὸς μέχρι καὶ τῆς ὀκτωκαιδεκάτης τοῦ Ἀπριλλίου μηνός. τὸ δὲ χριστιανικὸν ἀπὸ τῆς κγ'. τοῦ μαρτίου μηνὸς μέχρι τῆς κε'. τοῦ Ἀπριλλίου μηνός. τούτων δὲ οὕτω προσθεωρηθέντων, εἰ θέλεις ἐξακριβώσασθαι τὴν ἡμέραν τοῦ Ἰουδαικοῦ Πάσχα καὶ τοῦ Χριστιανικοῦ, ζήτησον πρῶτον καὶ εὑρὲ τὸν κύκλον τῆς σελήνης, ὃς καὶ εὑρίσκεται οὑτωσί. ἀρίθμησον τὰ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἔτη, καὶ ὕφελε αὐτὰ ἐπὶ τῶν ιθ'. καὶ τὰ ἐναπομείναντα
B εἰσὶ δηλωτικὰ τοῦ κύκλου τῆς σελήνης. εἶτα εὑρὲ καὶ τοῦ κύκλον τοῦ ἡλίου οὕτως· ἀρίθμησον τὰ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἔτη, καὶ ὕφελε αὐτὰ ἐπὶ τῶν εἴκοσι καὶ ὀκτὼ, καὶ τὰ περιλιμπανόμενα εἰπὲ δηλωτικὰ εἶναι τοῦ κύκλου τοῦ ἡλίου. οἱ μὲν τοι κύκλοι τῆς σελήνης, δεκαεννέα ὄντες, ἄρχονται ἀπὸ τοῦ Ἰαννουαρίου μηνός· οἱ δὲ κύκλοι τοῦ ἡλίου, εἴκοσι καὶ ὀκτὼ ὄντες τοῦ ἀριθμὸν, ἄρχονται ἀπὸ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνός. τοῦ γοῦν κύκλων τῆς σελήνης καὶ τοῦ ἡλίου οὕτως εὑρισκομένων, ἑνδεκαπλασίασον τοῦ τρέχοντα τηνικαῦτα κύκλον τῆς σελήνης· εἶτα πρόσθες μέχρι μὲν τοῦ ς'. κύκλου, χάριν τῶν παρελθόντων αἰώνων, ἡμέρας ἓξ τὰς λεγομένας ἐπακτάς. μετὰ δὲ
C τοῦ ις'. κύκλον μέχρι τοῦ ιθ'. πρόσθες ὑπὲρ ὁμοίου ἡμέρας ἑπτά· καὶ μετὰ τὸ ποιῆσαι τὴν τοιούτων ὅλων ἡμερῶν ἕνωσιν, ὕφελε αὐτὰς ἐπὶ τοῦ λ'. καὶ ὅταν καταντήσῃς εἰς ποσότητα ἥττονα τοῦ λ'. ἡμερῶν, καὶ κράτησον εἰς τὰς χεῖράς σου ταύτην καὶ ἕνωσον ἐπ' αὐτῇ ἀπὸ τοῦ Μαρτίου μηνὸς ἢ καὶ τοῦ Ἀπριλλίου ἡμέρας ὅσαι ἐξάρκουσιν εἰς τὸ συμποσωθῆναι πεντήκοντα. καὶ αὐτίκα εἰπὲ κατὰ τὸ τέλος τῆς πεντηκοντάδος ὀφείλειν γίνεσθαι τὸ νομικὸν πάσχα. ἵνα δὲ καὶ διὰ παραδείγματος σαφέστερον γένηται τὸ λεγόμενον, ζήτησον τὰς τοῦ τρέχοντος ςχπς'. ἔτους Πασχαλίου ἡμέρας, καὶ εἰπὲ οὕτως, ὁ κύκλος τῆς σελήνης κατὰ τὸ τοιοῦτον ἔτος ἐστὶν ἑπτακαιδέκατος, ὅστις
D ἑνδεκαπλασιαζόμενος ἀποτελεῖ ἡμέρας ρπζ'. ἑνδεκάη γὰρ δεκαεπτὰ ρπζ'. προστιθεμένων οὖν τούτοις χάριν τοῦ αἰώνων, ὡς εἴρηται, καὶ ἡμερῶν ἑπτὰ, ἀποτελεῖται ποσότης ἡμερῶν ρξδ'. ἧς δὴ ποσότητος ὑφελομένης ἐπὶ τῶν λ'. περιλιμπάνονται ἡμέραι ιδ'. ἑξάη γὰρ τριάκοντα, ρπ'. ἵνα τοίνυν ποσωθῶσι πεντήκοντα ἡμέραι, χάριν τοῦ εὑρεθῆναι τὴν ἡμέραν τοῦ νομικοῦ πάσχα, ἕνωσον ταῖς ῥηθείσαις δέκα πρὸς ταῖς τέσσαρσιν ἡμέραις τὰς τριάκοντα πρὸς τῇ μιᾷ ἡμέρας τοῦ Μαρτίου μηνὸς καὶ ἀπὸ τοῦ Ἀπριλλίου ἡμέρας πέντε καὶ οὕτω συμποσώσας ἡμέρας ν'. λέγε ὀφείλειν γενέσθαι τὸ νομικὸν πάσχα κατὰ τὴν πέμπτην τοῦ Ἀπριλλίου μηνός. ὅτι δὲ ἡ μὲν τοῦ μηνὸς
E ἡμέρα οὕτω καταλαμβάνεται, ἡ δὲ τῆς ἑβδομάδος ἡμέρα ἄδηλός ἐστι· χρεών ἐστι καὶ ταύτην ἀναδιδαχθῆναί σε. καὶ ἐπεί ἐστι κατὰ τὸ τοιοῦτον ἔτος ὁ κύκλος τοῦ ἡλίου κβ'. κράτησον εἰς τὰς χεῖράς σου τὴν τοιαύτην κυκλικὴν ποσότητα, καὶ ἕνωσον ταύτῃ ὑπὲρ ἑκάστης τετραετίας, χάριν τοῦ βισέξστου, ἡμέραν μίαν, ἤγουν ὑπὲρ τῶν κβ'. κύκλων ἡμέρας ε'. αἱ καὶ ἐπακταὶ λέγονται. ὡσαύτως ἕνωσον ταύταις, εἰ μὲν τὸ νομικὸν πάσχα εὑρίσκεται εἰς Μάρτιον μῆνα, λόγῳ τῶν προπαρελκόντων μηνῶν τοῦ ψηφιζομένων ἀπὸ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς, ἡμέρας ια'. ἤγουν ὑπὲρ τοῦ Ὀκτωβρίου, ἡμέρας γ'. διὰ τὸ ἔχειν τοῦ
Ut qui in comitatum proficiscuntur, & Carthaginensi & Romano Sacerdoti causam suam curent ostendere. Placuit, ut quicunque in comitatum proficisci voluerit, in dimissoria, quæ ad Ecclesiam Romanam mittitur, intimetur; & ut illinc præterea accipiat literas in comitatum. Quare si quis, accepta dimissoria ad Romam tantùm, prætermissa necessitate, propter quam oportet eum in comitatum proficisci, voluerit rectà ire in comitatum, communione movebitur: Sin autem illic Romæ repentina exorta fuerit necessitas eundi in comitatum, ipsam Romano Episcopo necessitatem ostendat, & deferat rescriptum ipsius Romæ Episcopi. Dimissoriæ autem, quæ à Primatibus vel quibuscunque Episcopis dantur propriis Clericis, diem Paschæ habeant: Si autem dies Paschæ ejus anni sit incertus, ejus quod præcessit adjungatur; quomodo solet scribi post Consulatum in iis quæ publicè gesta sunt. Placuit autem & illud, ut adversus Donatistas & Græcos, & eorum superstitiones, missi Legati ex hac venerabili Synodo quicquid utile animadverterent, ab illustrissimis Imperatoribus petant. Placuit præterea omnium Episcoporum rogatu, ut omnibus quæ dari debent ex hac Synodo Epistolis tua Sanctitas sola subscribat. Et subscripserunt. Aurelius Episcopus Carthaginensis Ecclesiæ præsenti decreto consensi, & lecto subscripsi. Similiter & reliqui Episcopi subscripserunt.

Bals. Præsens Canon decernit, cum literis dimissoriis Primatis seu Metropolitani proficisci Episcopos in comitatum, seu ubi est Comes vel Imperator. Quædam alia quoque decernit specialiter, & quæ non sunt in commune utilia; & propterea nec exposita quidem sunt.

ΚΑΝΩΝ ρη'.

Περὶ τῶν ἐν Αφρικῇ μὴ κοινωνούντων, καὶ θελόντων πέραν τῆς θαλάσσης ὑποσυρῆναι. ὁστισδήποτε μὴ κοινωνῶν ἐν τῇ Αφρικῇ, εἰς τὰ πραματικὰ πρὸς τὸ κοινωνεῖν ὑφερπύσει, τὴν ζημίαν τῆς κληρώσεως ἀναδέξεται.

ΒΑΛΣ. Τοὺς ἀποστάντας ἀπὸ τῶν ἐν τῇ Αφρικῇ ἐκκλησιῶν, λάθρα καὶ εἰς τὰς πραματικὰς ἐκκλησίας, ἤγουν ἐν τῇ Ρώμῃ, ἱερουργοῦντας, καθαιρεῖσθαι ὁ κανών φησιν. ὥστε σημείωσαι, ὅτι οἱ δίχα συστατικῆς καὶ ἀπολυτικῆς γραφῆς ἱερουργοῦντες εἰς ἑτέρας ἐνορίας, ἀκοινώνητοι ἔσονται, τουτέστι κωλυθήσονται τῆς ἱερουργίας.

ΖΩΝΑΡ. Εὰν τίς, φησιν, ἀποστὰς τῆς κοινωνίας τοῦ ἐπισκόπου αὐτοῦ ἐν τῇ Αφρικῇ ματαστῇ ἐκεῖθεν λάθρα, καὶ εἰς τὰ πέραν τῆς Αφρικῆς ἀπέλθοι, ἵνα μὴ ἀπαιτοῖτο συγκοινωνεῖν, ζημιωθήσεται περὶ τὴν κλήρωσιν αὐτοῦ, τουτέστιν, ἐκπεσεῖται τοῦ κλήρου καὶ τῆς διὰ τῆς κληρικὸς εἶναι τιμῆς.

ΑΡΙΣΤ. Ο ἐν τῇ Αφρικῇ ἀκοινώνητος, τοῖς πέραν ὑφέρπων πρὸς κοινωνίαν, ἀκλήρωτος.

Ο ἐν τῇ Αφρικῇ ἀφωρισμένος, ἐπίσκοπος, ἢ κληρικὸς, ἐὰν πέραν θαλάσσης ὑφέρπων, ἤγουν ἀπερχόμενος, τοὺς ἐκεῖσε ἐπισκόπους ὑποσύρῃ, καὶ εἰς κοινωνίαν αὐτὸν προσδέξωνται, καὶ βαθμὸν αὐτοῦ ζημιωθήσεται.

ΚΑΝΩΝ ρθ'.

Ινα οἱ ἐπὶ τὸ κομιτάτον πορευόμενοι, τὴν αἰτίαν ἑαυτῶν καὶ τῷ ἐν Καρχηδόνι καὶ τῷ Ρωμαϊκῷ ἱερεῖ σπουδάσωσιν ἐμφανίσαι. ἤρεσεν, ἵνα ὁστισδήποτε πρὸς τὸ κομιτάτον πορευθῆναι θελήσοι, ἐν τῇ ἀπολυτικῇ, τῇ ἐπὶ τῇ ἐκκλησίᾳ Ρώμης πεμπομένῃ, κατάδηλος γένηται, καὶ ἵνα ἐκεῖθεν ἔτι μὴν ἀπολυτικὴν λάβῃ ἐπὶ τὸ κομιτάτον. διὸ ἐὰν λαβὼν ἀπολυτικὴν πρὸς τὴν Ρώμην μόνον, σιωπήσας τὴν ἀνάγκην, δι' ἣν εἰς τὸ κομιτάτον αὐτὸν χρὴ πορευθῆναι, θελήσῃ εὐθέως εἰς τὸ κομιτάτον βαδίσαι, ἀποκινηθῇ τῆς κοινωνίας. ἐὰν δὲ ἐκεῖσε ἐν τῇ Ρώμῃ αἰφνιδία ἀνάγκη ἀναφυῇ τῆς ἀπελθεῖν εἰς τὸ κομιτάτον, ἐμφανίσῃ αὐτὴν τὴν ἀνάγκην τῷ ἐπισκόπῳ Ρώμης, καὶ παρακομίσῃ ἀντίγραφον τοῦ αὐτοῦ τῆς Ρώμης ἐπισκόπου. αἱ ἀπολυτικαὶ δὲ, αἱ ἀπὸ τῶν πρωτευόντων ἢ τῶν οἱωνδήποτε ἐπισκόπων τοῖς ἰδίοις κληρικοῖς διδόμεναι, σχῶσι τὴν ἡμέραν τῆς πάσχα· ἐὰν δὲ ἡμέρα τῆς πάσχα τῆς αὐτοῦ ἐνιαυτοῦ κατάδηλος οὐκ ἔστιν, ἡ τοῦ προηγησαμένου προσζευχθῇ· ὃν τρόπον εἴωθε μετὰ τὴν ὑπατείαν γράφεσθαι ἐν τοῖς δημοσίοις πεπραγμένοις. ἤρεσε δὲ κἀκεῖνο, ὥστε κατὰ τῶν Δονατιστῶν καὶ τῶν Ελλήνων, καὶ τῶν θρησκειῶν αὐτῶν, τοὺς πεμφθέντας τοποτηρητὰς ἐκ τῆς τιμίας ταύτης συνόδου, πανοτιοῦν χρήσιμον συνιδῶσιν, ἐκ τῶν ἐνδοξοτάτων αἰτήσασθαι βασιλέων. ἤρεσεν ἔτι μὴν τῇ αἰτήσει πάντων τῶν ἐπισκόπων, ἵνα πάσαις τοῖς ὀφειλούσαις δοθῆναι ἐκ τῆς συνόδου ἐπιστολαῖς ἡ σὴ ἁγιωσύνη μόνη ὑπογράψῃ. καὶ ὑπέγραψαν. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος τῆς ἐν Καρχηδόνι ἐκκλησίας τῷ παρόντι ψηφίσματι συνήνεσα, καὶ παραναγνωσθέντι ὑπέγραψα. ὁμοίως καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι ὑπέγραψαν.

ΒΑΛΣ. Ο παρὼν κανὼν θεσπίζει μετὰ ἀπολυτικῆς γραφῆς τοῦ πρωτεύοντος ἤτοι τοῦ μητροπολίτου ἀποδημεῖν τοὺς ἐπισκόπους εἰς τὸ κομιτάτον, ἤγουν ἔνθα ἐστὶν ὁ κόμης, ἤτοι ὁ βασιλεύς. καὶ ἄλλα δέ τινα ὁρίζει ἰδικῶς καὶ μὴ κοινῇ χρησιμεύοντα· καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ἡρμηνεύθησαν.

ΖΩΝΑΡ.

Digitized by Google

ΖΩΝΑΡ. Καὶ ἄλλοι κανόνες διάφοροι, περὶ τοῦ μὴ A
δίδοσθαι τοῖς ἐπισκόποις, χωρὶς ἐπιστολῶν ἀπολυτικῶν τῶν πρωτευόντων αὐτῶν καὶ τῆς συνόδου τῆς ἐπαρχίας ἐκείνης, ἀπιέναι πρὸς βασιλέα, ὁρίζουσιν· αὕτη δὲ καί τι πλέον ὁρίζει, ὃ τὰς ἀπολυτικὰς ἐπιστολὰς καὶ τοῦ Πάπα Ρώμης ἐμφανίζεσθαι. καὶ ἔοικε τοῦτο τοῖς ἐν Αφρικῇ ἐπιτέτελεσθαι. ἵνα ἐμφανιζομένων τοῦ Πάπα τῶν ἀπολυτικῶν καὶ ὧν ἐκείνου λάβῃ ἀπολυτικὴν ὅτι ὁ κομιζόμενος. ἐὰν οὖν ὁ λαβών, φησιν, ἀπολυτικὴν ἀπὸ τῆς οἰκείας συνόδου, καὶ ἀπελθὼν εἰς τὴν Ρώμην, οὐκ εἴπῃ καιρῷ τινὶ αἰτίαν δι' ἣν ἄπεισι πρὸς τὸν βασιλέα, ἀλλὰ σιωπήσας ἀπέλθῃ, ἀφορισθήσεται. ἐὰν δέ τις τῇ Ρώμῃ ἐνδημοῦντι χρὴ ἀναγκαίαν ἀναφυείσης ἀφόρου αἰτίας ἀπελθεῖν εἰς τὸ κομιζόμενον, ἵνα τοῦ Ρώ- B
μης ἀρχιερεὺς δηλώσῃ τὴν αἰτίαν, καὶ λάβῃ γραφὴν τοῦ Ρώμης ἀπολυτικήν. αἱ δὲ τῶν πρωτευόντων, φησὶ, γινόμεναι ἀπολυτικαὶ τοῖς ἐπισκόποις, ἢ ἐκ τῶν οἱωνδήποτε ἐπισκόπων τοῖς κληρικοῖς αὐτῶν, ἐκτετυπώσθω τινὶ ἡμέραν τοῦ πάσχα· ἐὰν δὲ ἔτι ἄδηλός ἐστιν ἡ ἡμέρα τοῦ πάσχα ἐν ἑαυτῷ ἐκείνῳ, γραφέσθω ἡ τοῦ προκειμένου πάσχα ἡμέρα. τοῦτο δὲ οἶμαι ἔδοξεν ὅτως γίνεσθαι, ἵνα κηρύττοιτο ἡ ἡμέρα τοῦ πάσχα τοῦ ἑαυτῷ ἐκείνῳ. (ἤδη γὰρ καὶ ἐν τοῖς παλαιοῖς κανόσιν ἀπήτησεν ἡ συνοδος αὕτη ἐν τοῖς ἑτησίοις συνόδοις δήλους γίνεσθαι τὴν ἡμέραν τοῦ πάσχα ἑκάστου ἑαυτῷ) ἢ καὶ ἵνα ὁ χρόνος, καθ' ὃν ἄπεισιν ὁ ἀπιὼν πρὸς τὸ βασιλεῖον, δῆλος ᾖ ὅτῳ, φησὶν, C
εἴωθε γίνεσθαι καὶ ὅτι τῶν δημοσίων πραξέων. ἐν γὰρ βιβλίῳ τῶν βασιλικῶν κδ'. τίτλ. ι'. γέγραπται τὰ ἀγραφα συμβόλαια πρωτόκολλα ἔχειν, καὶ ἐν αὐτοῖς γεγράφθαι τὰ τῶν κρατούντων ἑκάστοτε βασιλέων ὀνόματα, καὶ τὰς ὑπατείας, καὶ ὅσα ἐκεῖ ἀπαιτεῖται. ἃ ἐφ' ἡμῶν, ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις καταπεφρόνηται, ἐν δὲ τοῖς ἐμφυτευτικοῖς ἐγγράφοις ἔτι ἐσώζετο. ἐνεδόθη δὲ τοῖς στελλομένοις πρὸς τὸ βασιλέα, ὃ ἂν νοήσωσι χρήσιμον ἢ τοῖς πιστοῖς κατὰ τῶν Δοναπιστῶν καὶ τῶν Ελλήνων, αἰτεῖσθαι τοῦτο ἐκ τοῦ κρατοῦντος. ἔδοξε δὲ καὶ τὰ μέλλοντα γράφεσθαι γράμματα ἐκ τῆς συνόδου ὑπογεγράφθαι τῷ τοῦ ἐπισκόπου D
Αὐρηλίου.

ZONAR. Plures quoque alii Canones, ne absque dimissoriis Epistolis, à Primatibus & à Provinciali Synodo concessis, Episcopo cuiquam ad Imperatorem proficisci liceat, decrevêre: Hæc vero Synodus aliquid amplius statuit, nimirum ut Romano Papæ dimissoriæ illæ literæ ostendantur. Quod quidem Africanis idcirco videtur imperatum, ut traditis Papæ literis ab eo dimissoriam alteram in Comitatum accipiant. Si quis igitur, inquit, accepta à sua Synodo dimissoria, Romámque profectus, ibi quoque causam suæ ad Imperatorem itionis non indicaverit, sed silentio discesserit, segregatione punietur. Quòd si interea dum quis Romæ commoratur, exorta repentè causa, in Comitatum proficisci necesse habeat; re cum Antistite Romano communicata, dimissoriam ab eo epistolam accipiat. Quæ vero, inquit, literæ dimissoriæ Episcopis à suo Primate, aut Clericis ab Episcopo, conceduntur, in iis dies Paschæ sit inscripta: quæ si adhuc incerta sit: ejus loco superioris anni Paschæ dies reponatur. Id autem ea de causa institutum esse arbitror, ut ejus anni Paschæ dies evulgàretur (eam namque jam superiorum quoque Canonum decreto quotannis Synodico conventu edi hæc ipsa Synodus constituerat) vel etiam ut illius, qui ad Imperatorem proficiscitur, absentiæ tempus indicaretur; quod in Actis quoque publicis, inquit, eodem modo fieri solet. Nam lib. xxii. tit. x. Basilic. sancitum est, ut in forensibus tabulis protocolla adjiciantur; in quibus Imperatoris & Consulum ejus anni nomina, aliáque eo loco explicata, describantur. Quæ quidem nostris temporibus passim neglecta, in emphyteuticis tantummodo conventis adhuc servantur. Legatis demum, qui ad Imperatorem mittebantur, quidquid fidelibus contra Donatistas aut Græcos prodesse posse intellexerint, ab eo postulandi facta est facultas: quæque Synodi nomine literæ mitterentur, ut eæ Aurelii Episcopi chirographo munirentur, decretum est.

ΑΡΙΣΤ. Ο διὰ ἀνάγκην τινὰ πρὸς τὸ κομιζόν ἀπελθησόμενος, ἐμφανῆ ταύτῃ ποιείτω τῷ Καρχηδόνος ἱερεῖ, καὶ τῷ Ρώμης, καὶ ἀπολυτικὴν ἐπιστολὴν λαμβανέτω, ἢ ἀκοινώνητος ἔστω. πᾶν ὁπερ τοῖς τοποτηρηταῖς δόξαν χρήσιμον κατὰ Δοναπιστῶν, καὶ Ελλήνων, καὶ τῶν θρησκειῶν αὐτῶν, αἰτείσθω ἐκ βασιλέως.

ARIST. *Qui propter aliquam necessitatem ad comitatum abiturus est, eam Carthaginensi Sacerdoti ac Romano manifestam faciat, & dimissoriam accipiat Epistolam, aliter excommunicetur. Quodcunque Legatis utile videbitur contra Donatistas, aut Græcos, eorumque superstitiones, illud ab Imperatore petatur.*

Ο ἀπὸ Αφρικῆς διὰ ἀνάγκην τινὰ μέλλων ἀπελθεῖν ἐν τῷ κομιζόντῳ, τυγχάνει, ἔνθα ὁ βασιλεύς ἐστι, κἂν κληρικός ἐστι, κἂν ἐπίσκοπος, καταδηλον τὴν αἰτίαν ποιείσθω τῷ τοῦ Καρχηδόνος ἐπισκόπῳ, κἀκεῖθεν γράμματα λαμβάνων, καὶ πρὸς τὸν Ρώμης φοιτῶν, ἐμφανιζέτω ἑαυτὸν τῷ ἐπισκόπῳ Ρώμης, καὶ τὴν αἰτίαν λεγέτω δι' ἣν εἰς τὸ βασιλέα πορεύεται, καὶ τοῦ Ρώμης δοκιμάσαντος ταύτῃ, καὶ δίκαιον εἶναι κρίναντος, λαμβανέτω καὶ ἐξ ἐκείνου γράμματα, πρεσβείαν αὐτὸν πρὸς τὸ βασιλέα πορεύοντα. ὅστις δὲ ἢ τῶν ἐπισκόπων, ἢ τῶν κληρικῶν, ἄλλως πρὸς τὸ κομιζόν ἀπέλθῃ, ἀκοινώνητος ἔστω. καὶ ζήτει κανόνα ἑνδέκατον τῆς ἐν Αντιοχείᾳ συνόδου, καὶ τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου κανόνα θ'. πρέσβεις ἐκ τῆς συνόδου πρὸς τὸ βασιλέα καλέντες ἐπίσκοποι κατὰ τῶν Ελλήνων, καὶ τὸ αἱρετικῶν, ἄδειαν ἔλαβον, πᾶν ὅτι ἂν συμφέρον τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ συνίδωσι, κατὰ τῆς θρησκείας τῶν Ελλήνων, καὶ τῶν Δοναπιστῶν, τοῦτο αἰτῆσαι ἐκ βασιλέως, κἂν μὴ ἰδικῶς αὐτὸ εἶχον ἐντεταλμένον.

ARIST. *Qui ab Africâ propter necessitatem aliquam in comitatum est abiturus, id est, ubi Imperator est, quamvis Clericus sit aut Episcopus, causam suam Episcopo Carthaginensi manifestam reddat, & ab eo literas accipiens, & ad Romæ Episcopum se conferens, Episcopo Romano se ostendat, & causam dicat quare ad Imperatorem proficiscitur: Et Episcopo Romano eam approbante, & justam esse judicante, accipiat & ab eo literas, dimissionem ejus ad Imperatorem exhibentes. Quicunque autem sive ex Episcopis sive è Clericis aliter in comitatum proficiscetur, excommunicatus erit. Quære etiam undecimum Synodi Antiochenæ Canonem, & Canonem Synodi Sardicensis nonum. Legati è Synodo ad Imperatorem missi Episcopi adversus Græcos & hæreticos, licentiam acceperunt quodcunque Ecclesiæ Catholicæ commodum fore cognoverint contra Græcorum & Donatistarum religionem, illud ab Imperatore petere, quamvis illud peculiariter mandatum non habuerunt.*

ΚΑΝΩΝ

Digitized by Google

A

CANON CX.

Synodus contra Græcos & Hæreticos. Sub Basso & Philippo, clarissimis Consulibus, A. D. xvi. Calendas Julias, Carthagin. in secreto Restitutæ Ecclesiæ. In hac Synodo Legationem suscepêre Restitutus & Florentinus Episcopi adversus Græcos & Hæreticos, in illo tempore, quo Severus & Macarius depositi sunt: & propter eorum causam Evodius, Theasius & Victor Episcopi cæsi sunt.

B

Synodus de cognitione Episcoporum. Sub gloriosissimis Imperatoribus, Honorio septimùm, & Theodosio tertiùm, Augustis Consulibus A. D. xvii. Calendas Julias, Carthagin. in Secundæ Ecclesia. In hac Synodo placuit, ut unus Episcopus non vendicet sibi cognitionem. Acta præsentis Syn. non sunt scripta, propterea quòd specialiter ob illam regionem, & non in commune peracta sunt.

C

BALS. Quæ in præsenti Can. scripta sunt, ut specialiter prolata, expositione non egent. Quod autem dictum est; Unum Episcopum sibi non debere vendicare cognitionem, est accipiendum secundùm Canonem xi. præsentis Synodi.

ZONAR. Ut de Clericorum Causis à suo cujusque Episcopo judicetur, nono iv. Syn. Can. constitutum est: si verò, vel Clericus cum Episcopo suo, vel duo inter se Episcopi quidpiam habeant controversiæ, penes Syn. ejus rei judicium esse. Idem hoc Can. videtur esse sancitum; ut si duo nimirum inter se Episcopi litigent, vel adversus Episcopum Clericus actionem intendat, ne sibi Episcopus quispiam ejus causæ cognitionem solus assumat; sed ea ad Synodi provincialis Conventum referatur.

D

ARIST. *Unus Episcopus cognitionem sibi ne vendicet.*

Non tantum unius Episcopi judicium, sed nec duo sufficiunt ad Presbyteri vel Diaconi depositionem. Sed si Episcopus sit accusatus, si multi Episcopi convenire non possunt, à duodecim minimùm Episcopis judicabitur; Si Presbyter autem, à sex Episcopis, & suo Episcopo; sin autem Diaconus, à tribus & suo Episcopo: quemadmodum duodecimus & vigesimus hujus Synodi Canon statuunt. Non igitur Episcopus unus, se judicem constituet in criminibus Presbyteri aut Diaconi, & suum defendet judicium, & ad opus illud perducet; nisi accusati sint è numero Clericorum, qui sunt intra Diaconos. De iis enim & unus solus Episcopus qui loco præest statuet, ut in fine vigesimi Canonis præsentis Synodi decernitur.

CANON CXI.

F

Synodus adversus Donatistas. Post Consulatum clarissimorum Impp. Honorii VIII. & Theodosii III. Augustorum, A. D. xviii. Cal. Jul. Carthag. in Ecclesia regionis Secundæ. In hac Synodo legationem susceperunt adversus Donatistas Florentius, Posidius & Venantius Episcopi. In hoc tempore Lex data est, ut libera electione unusquisque Christianitatis exercitationem suscipiat.

BALS. Duodecimus Can. Neocæsariensis Syn. eum, qui fuerit in periculo, & sic baptizatus est, non promoveri

ΚΑΝΩΝ ρι'.

Σύνοδος κατὰ τῶν ἑλλήνων καὶ αἱρετικῶν. ἐπὶ Βάσσου καὶ Φιλίππου, τῶν λαμπροτάτων ὑπάτων, τῇ πρὸ ἓξ καὶ δεκάτῃ καλανδῶν Ιουλίων, ἐν Καρχηδόνι εἰς τὸ σήκρητον τῆς Ρεστιτούτης ἐκκλησίας. ἐν ταύτῃ συνόδῳ πρεσβείαν ἀνεδέξαντο Ρεστιτοῦτος καὶ Φλορέντιος οἱ ἐπίσκοποι κατὰ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν αἱρετικῶν, ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ καθ' ὃν Σεβῆρος καὶ Μακάριος ἀνῃρέθησαν, καὶ διὰ τοῦτον αἰτίαν Εὐόδιος, Θεάσιος καὶ Βίκτωρ, οἱ ἐπίσκοποι, ἐσφάγησαν.

Σύνοδος περὶ διαγνώσεως ἐπισκόπων. ἐπὶ τῶν ἐνδοξωτάτων βασιλέων Ονωρίου τὸ ἕβδομον, καὶ Θεοδοσίου τὸ τρίτον, τῶν Αὐγούστων ὑπάτων, τῇ πρὸ δεκαεπτὰ καλανδῶν Ιουλίων, εἰς Καρχηδόνα ἐν τῇ Σεκουνδῆς ἐκκλησίᾳ. εἰς ταύτην τὴν σύνοδον ἤρεσεν, ὥστε ἕνα ἐπίσκοπον μὴ ἐκδικεῖν ἑαυτοῦ διάγνωσιν. τὰ πεπραγμένα τῆς παρούσης συνόδου διὰ τοῦτο οὐκ ἐγράφη, ἐπεὶ ἐπιχωρίως καὶ οὐ κατὰ κοινοῦ ἐπετελέσθησαν.

ΒΑΛΣ. Τὰ ἐν τῷ παρόντι κανόνι δηλωθέντα, ὡς ἰδικῶς ἐκφωνηθέντα, ἐξηγήσεως οὐ δέονται. τὸ δὲ ῥηθὲν χάριν τοῦ μὴ διεκδικεῖν ἕνα ἐπίσκοπον ἑαυτῷ διάγνωσιν, ἐκληπτέον κατὰ τὸν ἑνδέκατον κανόνα τῆς παρούσης συνόδου.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ ἔννατος κανὼν τῆς τετάρτης συνόδου τοὺς κληρικοὺς ὁρίζει παρὰ τοῖς οἰκείοις ἐπισκόποις δικάζεσθαι· εἰ δὲ κληρικὸς πρὸς τὸν ἐπίσκοπον αὐτοῦ ἔχει ὑπόθεσιν, ἢ ἐπίσκοπος πρὸς ἐπίσκοπον, παρὰ τῇ συνόδῳ τῆς ἐπαρχίας δικάζεσθαι. τοῦτο οὖν ἔοικε καὶ ὁ παρὼν κανὼν διατάττεσθαι, ὥστε ἐπισκόπων δύο δίκην ἐχόντων, ἢ κληρικοῦ κατὰ ἐπισκόπου ἐνάγοντος, μὴ ἕνα ἐπίσκοπον ζητεῖν τὴν περὶ αὐτῶν ποιεῖσθαι διάγνωσιν, ἀλλὰ τὴν σύνοδον τῆς ἐπαρχίας δικάζειν.

ΑΡΙΣΤ. Εἷς ἐπίσκοπος μὴ ἐκδικείτω ἑαυτῷ διάγνωσιν.

Οὐ μόνον ἑνὸς ἐπισκόπου διάγνωσις, ἀλλ' οὐδὲ δύο ἀρκέσουσιν εἰς καθαίρεσιν πρεσβυτέρου, ἢ διακόνου. ἀλλ' εἰ μὲν ἐπίσκοπός ἐστιν ὁ κατηγορούμενος, εἰ μὴ δυνατὸν πολλοὺς συνελθεῖν ἐπισκόπους, παρὰ δώδεκα τὸ ἐλάχιστον ἐπισκόπων κριθήσεται· εἰ δὲ πρεσβύτερος, παρὰ ἓξ ἐπισκόπων, καὶ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου· εἰ δὲ διάκονος, παρὰ τριῶν, καὶ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου. ὡς ὁ δωδέκατος κανὼν, καὶ ὁ εἰκοστὸς τῆς συνόδου ταύτης διαλαμβάνουσιν. οὐκ οὖν ἐπίσκοπος εἰς δικαστὴν ἑαυτὸν ἐπ' ἐγκλήμασι καταστήσει πρεσβυτέρου, ἢ διακόνου, καὶ τὴν οἰκείαν διεκδικήσει διάγνωσιν, καὶ εἰς ἔργον ταύτην ἀγάγῃ, εἰ μήπου τῶν λοιπῶν κληρικῶν εἰσιν οἱ κρινόμενοι τῶν ὑπὸ κάτωθεν διακόνων ὄντων· ἐπ' αὐτοῖς γὰρ καὶ μόνος ἐπίσκοπος εἷς, ὁ ἐντόπιος, διαγνώσεται, ὡς ἐν τῷ τέλει τοῦ εἰκοστοῦ κανόνος τῆς παρούσης συνόδου διείληπται.

ΚΑΝΩΝ ρια'.

Σύνοδος κατὰ τῶν Δονατιστῶν. μετὰ τὴν ὑπατείαν τῶν ἐνδοξωτάτων βασιλέων Ονωρίου τὸ ὄγδοον, καὶ Θεοδοσίου τὸ τρίτον, τῶν Αὐγούστων, πρὸ δεκαοκτὼ καλανδῶν Ιουλίων, ἐν Καρχηδόνι εἰς τὴν ἐκκλησίαν τῶν κλίματος Σεκουνδῆς. ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ τοποτηρησίαν ἐδέξαντο κατὰ τῶν Δονατιστῶν, Φλορέντιος, Ποσείδιος καὶ Βενάντιος, οἱ ἐπίσκοποι. ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ νόμος ἐδόθη, ἵνα ἐλευθέρᾳ προαιρέσει ἕκαστος τῆς Χριστιανότητος τὴν ἄσκησιν ἀναδέξηται.

ΒΑΛΣ. Οιβ'. κανὼν τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου τὸν ἐν κινδύνῳ γενόμενον, καὶ οὕτω βαπτισθέντα, μὴ προάγεσθαι εἰς

Digitized by Google

εἰς ἱερωσύνην φησί. καὶ οἱ πατέρες δὲ οὕτω διέζουσιν ἐλευθέρᾳ προαιρέσει τοὺς ἐξ αἱρέσεων τῇ πίστει προσιέναι, ἀλλὰ μὴ βίᾳ, μηδὲ ἐξ ἀνάγκης· τὴν Χριστιανότητα δὲ εἰπὼν τὴν ἄσκησιν, ἐμφαίνων, ὅτι Χριστιανὸς, ὁ μὴ ἀσκήσας πάσῃ ἀρετῇ, ὀνόματι μόνῳ Χριστιανὸς λέγεται, ἀλλ' οὐ πράγματι.

A ad sacerdotium dicit. Hi quoque Patres decernunt, ut hæretici sponte liberáque electione ad fidem accedant; non autem vi, nec necessitate. Christianitatis vero dixit exercitationem, indicans, quòd Christianus, qui virtutem omnem non exercuit, nomine solo dicitur Christianus; sed non re.

ΖΩΝΑΡ. Αἱρετῷ δεῖ χρὴ τῷ ἀρετῷ, ἀλλ' οὐ βεβιασμένῳ, οὐδ' ἀκούσιον, ἀλλ' ἑκούσιον. διὸ καὶ τοὺς ἀναδεχομένους τὸν Χριστιανισμὸν, ἐλευθέρᾳ προαιρέσει καὶ αὐτεξουσίως ἐνομοθετήθη προσιέναι τῇ πίστει, ἀλλὰ μὴ βίᾳ, μηδ' ἐξ ἀνάγκης. τὰ γὰρ ἀναγκαστικῶς καὶ βιαίως γινόμενα, οὐ βέβαια οὐδὲ μόνιμα. διὸ καὶ ἐν τῷ ιϛ'. ἢ ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδος κεφάλαιόν φησι, τὸν ἐν κινδύνῳ γενόμενον, καὶ οὕτω βαπτισθέντα, μὴ προάγεσθαι εἰς ἱερωσύνην. τὴν Χριστιανότητα δὲ εἶπε τὴν ἄσκησιν ὁ κεφάλαιον, ἐμφαίνων, ὅτι τὸν Χριστιανὸν πᾶσαν δεῖ ἀσκεῖν ἀρετὴν, καὶ ἐγκρατῆ εἶναι, καὶ σώφρονα, καὶ ἀληθῆ, καὶ μετριόφρονα, καὶ περὶ τοὺς ἄλλων ἀγάπην πρὸς ἀπάλειαν ἐνδεικνύμενον, ὡς ὅ γε μὴ ταῦτα ἀσκήσας, ὀνόματι μόνον Χριστιανὸς λέγεται, ἀλλ' οὐ πράγματι.

Zonar. Virtutem libere & ex animo, non vi aut necessitate susceptam esse decet, sed voluntariam. Quicunque ergo Christiani religione initiandi forent, nisi sua sponte ac voluntate, non vi aut necessitate adacti accederent, nequaquam recipi decrevêre. Quæ enim B vi ac necessitate susceptа sunt, nec firma, nec diuturna esse possunt. Quamobrem Neocæsariana quoque Synodus, duodecimo canone, eum qui periculo demum urgente baptizatus est, sacro ordine insigniri vetat. Christianæ porro religionis exercitationem dixit, quasi in omnium virtutum exercitatione, continentiæ, temperantiæ, veritatis, modestiæ, ac in primis charitatis erga omnes, Christianum hominem occupatum esse oporteat; ut qui hæc neglexerit, nomine tenus Christianus, non re censendus sit.

ΑΡΙΣΤ. Ἐλευθέρᾳ προαιρέσει ἕκαστος τὴν ἄσκησιν ἀναδεχέσθω.

Arist. *Liberâ quisque voluntate pietatis exercitationem* C *suscipiat.*

Τὸ ἀγαθὸν ἑκουσίως τις ἐργάζεται, οὐ μὴν ἀναγκαστικῶς. διὰ τοῦτο ἕκαστος τὴν ἄσκησιν, καὶ τὸν Χριστιανισμὸν, οὐ χρὴ βίαν ἀπαιτήσεται ἀναδέξεσθαι, ἀλλ' αὐτοπροαιρέτῳ γνώμῃ καὶ ἐλευθέρᾳ.

Bonum voluntariè quispiam operari debet, non autem coactè. Propterea unusquisque & pietatis exercitationem & Christianismum per vim amplecti non requiretur; sed spontaneâ suâ & liberâ voluntate.

ΚΑΝΩΝ ριβ'.

Canon CXII.

Σύνοδος κατὰ τῆς αἱρέσεως Πελαγίου καὶ Κελεστίου. ὅτι τοῦ ἐνδοξοτάτων βασιλέων Ονωρίου Αὐγούστου τὸ δωδέκατον, καὶ Θεοδοσίου τὸ ὄγδοον, τοῦ ὑπάτων, καλανδῶν Μαΐων, εἰς Καρχηδόνα ἐν τῷ σκρήτῳ τῆς Φαύστου ἐκκλησίας, Αὐρηλίου τοῦ ὁσιωτάτου συμπάσῃ τῇ συνόδῳ προκαθισαμένου, πρεσβυτέρων τοῦ Λιβύνων, ἤρεσεν πᾶσι τοῖς ὁσιωτάτοις τῆς ἐν Καρχηδόνι ἐκκλησίας, ἁγίᾳ συνόδῳ καθεσῶσιν, ὧν τὰ ὀνόματα καὶ αἱ ὑπογραφαὶ ἐπετέθησαν, ὅτι Ἀδὰμ θνητὸς ἀπὸ τοῦ θεοῦ οὐκ ἐγένετο· ἵνα ὅστις δήποτε λέγῃ τὸν Ἀδὰμ τὸν πρωτόπλαστον ἄνθρωπον θνητὸν γεγόμενον οὕτως, ὡς εἴτε ἁμαρτήσει, εἴτε μὴ ἁμαρτήσει, τεθνήξασθαι ἐν τῷ σώματι, τοῦτ' ἔστιν ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ σώματος, μὴ τῇ ἀξίᾳ τοῦ ἁμαρτίας, ἀλλὰ τῇ ἀνάγκῃ τῆς φύσεως, ἀνάθεμα ἔστω.

Synodus adversus hæresin Pelagii & Celestii. Sub gloriosissimis Impp. Honorio Augusto xii. & Theodosio viii. consulib. Cal. Maiis, Carth. in secreto Fausti Ecclesiæ, Aurelio Episcopo universæ Syn. præsidente, adstantibus Diaconis: Placuit omnibus Episcopis Ecclesiæ Carthaginensis, in sanctâ Synodo constitutis, quorum nomina & subscriptiones insertæ sunt, quòd Adam mortalis à Deo factus non est: ut si quis dixerit Protoplastum Adam ita hominem factum esse mortalem, ut sive peccasset, sive non, esset in corpore moriturus, id est, è corpore excessurus, non propter meritum peccati, sed per naturæ necessitatem, sit anathema.

ΒΑΛΣ. καὶ ΖΩΝ. Τὸν Ἀδὰμ ὁ θεὸς οὐ θνητὸν ἔπλασεν, οὐδὲ μὴν ἀθάνατον, μέσον δὲ μεγέθους καὶ ταπεινότητος, καὶ αὐτεξούσιον ποιήσας αὐτὸν, ἔπλασεν, ὥστε ὁποτέρωσε νεύσει εἴτε πρὸς ἀρετὴν εἴτε πρὸς κακίαν, κληρώσασθαι αὐτὸν ἢ τὴν ἀθανασίαν ἢ τὴν θνητότητα. κἂν γὰρ σάρκα εἶχε καὶ τότε ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' οὐχ οἵαν νῦν. καὶ τοῦτο φησὶν ὁ θεόλογος Γρηγόριος, λέγων· καὶ τοὺς δερματίνους ἀμφιέννυται χιτῶνας, ἴσως τὴν παχυτέραν σάρκα καὶ θνητὴν καὶ ἀντίτυπον. ὥστε πρὸ τῆς παραβάσεως οὔτε παχεῖα ἦν ἡ σὰρξ τοῦ Ἀδὰμ, οὔτε φύσει θνητή. ἦσαν δὲ οἱ λέγοντες, ὅτι θνητὸς ἐξ ἀρχῆς ἐπλάσθη καὶ θανεῖν ἔμελλε, κἂν μὴ παρέβη τὴν ἐντολὴν, καὶ οὐχὶ διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐπεισῆλθεν ὁ θάνατος, ἀλλὰ διὰ τὴν φύσιν τοιαύτην γενομένην ἀρχῆθεν. διὸ οὖν ταῦτα φρονούντων οἱ τῆς συνόδου τούτης πατέρες κατεψηφίσαντο τὸ ἀνάθεμα.

Bals. & Zonar. Deus Adam nec mortalem fecit, nec immortalem, sed medium inter magnitudinem & humilitatem, & cùm eum suæ potestatis liberíque arbitrii compotem fecisset, dimisit: ut utrolibet, sive ad virtutem, sive ad vitium inclinasset, vel immortalitatem, vel mortalitatem sortiretur. Etsi enim carnem tunc quoque habebat homo: non tamen qualem nunc. Et hoc ait Gregorius Theologus, cùm dicit; Pelliceas quoque vestes induit, forte densiorem carnem & mortalem & resistentem. Quare ante transgressionem nec densa erat caro Adami, nec natura mortalis. Fuerunt autem qui dicerent eum, & mortalem ab initio factum esse, & moriturum fuisse, etiamsi mandatum non esset transgressus: & non propter peccatum ingressam esse mortem, sed propter naturam, quæ fuit talis ab initio. Eos ergo, qui ita sentiunt, hujus Syn. Patres anathemate damnarunt.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ τὸν πρωτόπλαστον δογματίζων καὶ δίχα τῆς ἁμαρτίας πεθνηξόμενον, διὰ ἀνάγκην τῆς φύσεως, ἤτω ἀνάθεμα.

Arist. *Qui protoplastum etiam sine peccato per naturæ necessitatem moriturum fuisse asserit, Anathema sit.*

Digitized by Google

Canon CXII.

Quòd infantes in peccatorum remissionem baptizantur. Similiter placuit, ut quicunque parvos & recèns natos infantes ab utero matris baptizandos esse negat; vel dicit in remissionem peccatorum baptizari, non autem ex primi parentis Adam peccato quidquam trahere, quod debeat lavacro regenerationis purgari (unde est consequens, quòd in his forma baptismatis in remissionem peccatorum non vera, sed ficta intelligitur) sit anathema: quoniam non aliter intelligere oportet quod ab Apostolo dictum est, Per unum hominem peccatum introivit in mundum, & per peccatum mors, & sic in omnes homines pervasit, in quo omnes peccaverunt; nisi quemadmodum catholica Ecclesia, quæ ubique diffusa est & simplex, semper intellexit. Propter hanc enim fidei regulam infantes quoque, qui nullum ex se peccatum committere potuerunt, verè in peccatorum remissionem baptizantur; ut per regenerationem in eis verè mundetur, quod ab antiqua origine contraxerunt.

Bals. & Zonar. Dicebant quidam, recèns natos infantes in remissionem peccatorum non baptizari: eos enim non habere peccatum, cùm per naturam adhuc peccare non possint, ut qui bonum & malum discernere nequeant. Hoc ergo prohibet Syn. & eos, qui ita sentiunt, & dicunt illos, qui ab ipso descenderunt, nihil ex primi Parentis Adam peccato trahere, ut infantes ex sancto baptismi lavacro mundatione opus habeant, anathemati subjicit; dicens, quòd ex hoc consequens est intelligere, quòd forma baptismatis in remissionem peccatorum non est vera, sed ficta, in his scilicet infantibus. Deinde suam quoque rationem confirmat, ex magno Paulo sententiam adducens. Quomodo enim, inquit, aliter est intelligendum, quòd peccatum per unum hominem ingressum est in mundum, & per peccatum mors, & sic in omnes homines pervenit, in quo omnes peccaverunt; nisi quemadmodum hoc intellexit catholica Ecclesia, quæ ubique diffusa est & simplex, in toto scilicet mundo dispersa fidelium multitudo?

Arist. *Qui infantes recens natos & baptizatos nihil ex Adami peccato trahere, quod baptismate mundari debet, asserit, execrandus est: per unum enim & mors & peccatum universum mundum invasit.*

Canon CXIII.

Quòd Dei gratia non solùm largitur remissionem peccatorum, sed etiam præbet auxilium, ut non ampliùs peccetur. Similiter placuit, ut quicunque dixerit Dei gratiam, qua justificatur homo per Jesum Christum Dominum nostrum, valere ad solam jam commissorum peccatorum remissionem, & non præbere præterea auxilium, ut non deinceps peccetur, sit anathema. Quòd Dei gratia non præbet solam cognitionem eorum quæ oportet facere; sed dilectionem præterea nobis inspirat, ut quod cognoscimus, etiam implere valeamus. Similiter, quicunque dixerit eandem Dei gratiam, quæ est per Jesum Christum Dominum nostrum, ad hoc solum nos adjuvare, ne peccemus, quia per eam revelatur nobis & manifestatur cognitio peccati, ut sciamus quæ quæri & quæ vitari oporteat: non autem per eam præberi, ut quod faciendum cognovimus, etiam facere diligamus & valeamus, sit anathema. Cùm enim dicit Apostolus; Scientia inflat, charitas autem ædi-

ΚΑΝΩΝ ριβ'.

Οτι τὰ μικρὰ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν βαπτίζονται. ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ὁστισδήποτε τὰ μικρὰ καὶ νεογνὰ ἐκ τῆς γαστρὸς τῆς μητρὸς βαπτιζόμενα ἀρνῆται, ἢ λέγῃ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν αὐτὰ βαπτίζεσθαι, μηδὲν δὲ ἐκ τοῦ τοῦ Ἀδὰμ ἕλκειν παραγονικῆς ἁμαρτίας ὃ ὀφεῖλον καθαρθῆναι τῷ λουτρῷ τῆς παλιγγενεσίας (ὅθεν λοιπὸν ἀκόλουθον, ὅτι ἐν τούτοις ὁ τύπος τοῦ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν βαπτίσματος οὐκ ἀληθὴς, ἀλλὰ πλασὸς νοῆται, ἀνάθεμα εἴη· ὅπερ οὐκ ἄλλως δεῖ νοῆσαι ὃ εἰρημένον τῷ ἀποστόλῳ, δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος. καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους διῆλθεν, ἐν ᾧ πάντες ἥμαρτον, εἰ μὴ ὅν τρόπον ἡ καθολικὴ ἐκκλησία ἡ πάντοτε διὰ κεχυμένη καὶ πλαμένη ἀεὶ ἐνόησεν. διὰ γὰρ τὸν κανόνα τοῦτον τῆς πίστεως καὶ οἱ μικροὶ, οἱ μηδὲν ἁμαρτημάτων εἰς ἑαυτοὺς ἐπὶ μιᾷ πλημμελῆσαι δυνάμενοι, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἀληθινῶς βαπτίζονται· ἵνα καθαρθῇ ἐν αὐτοῖς διὰ τῆς παλιγγενεσίας, ὅπερ ἥλκυσεν ἐκ τῆς ἀρχαιογονίας.

ΒΑΛΣ. καὶ ΖΩΝ. Ἔλεγον τινὲς τὰ νεογνὰ παιδία μὴ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν βαπτίζεσθαι· μηδὲ γὰρ ἔχειν αὐτὰ ἁμαρτίας, ἐπεὶ μηδὲ πεφύκασιν ἁμαρτάνειν, ἔτι μὴ ἔχοντα διάκρισιν τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ χείρονος. τοῦτο οὖν ἀπαγορεύει ἡ συνοδος, καὶ τοὺς φρονοῦντας οὕτω, καὶ λέγοντας μή τι ἐκ τῆς τοῦ Ἀδὰμ παραγονικῆς ἁμαρτίας ὀφείλειν τὰ ἐξ ἐκείνου, ὥστε καθάρσεως δέεσθαι τῆς ἐκ τοῦ θείου λουτροῦ τοῦ βαπτίσματος τὰ παιδία, ποιοῦσαν τὸ ἀνάθεμα, λέγουσα, ὅτι ἐκ τούτου ἀκολουθεῖ τὸ νοούμενον, ὡς ὁ τύπος τοῦ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν βαπτίσματος οὐκ ἀληθὴς ἔστιν, ἀλλὰ πεπλασμένος, ἐν τούτοις τοῖς νεογνοῖς δηλαδή. εἶτα καὶ καταστοχάζει τὸ οἰκεῖον λόγον, χρησάμενη ἐκ τοῦ μεγάλου Παύλου φάσκουσα. πῶς γάρ, φησιν, ἄλλως νοητέον τὸ, δι' ἑνὸς ἀνθρώπου εἰσῆλθεν ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος, καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους διῆλθεν, ἐν ᾧ πάντες ἥμαρτον, εἰ μὴ ὡς ἐνόησε τοῦτο ἡ καθολικὴ ἐκκλησία, ἡ πανταχοῦ διακεχυμένη τε καὶ πλουμένη, ἤγουν ἡ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ ἐσκεδασμένη πλῆθος τῶν πιστῶν.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ τὰ νεογνὰ καὶ βαπτιζόμενα λέγων μηδὲν ἕλκειν ἐκ τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτίας ὀφεῖλον καθαρθῆναι τῷ βαπτίσματι, ἐπάρατος· διὰ γὰρ ἑνὸς καὶ ὁ θάνατος καὶ ἡ ἁμαρτία παρῆκται.

ΚΑΝΩΝ ριγ'.

Οτι ἡ τοῦ θεοῦ χάρις οὐ μόνον ἄφεσιν χαρίζεται ἁμαρτιῶν, ἀλλὰ καὶ βοήθειαν παρέχει τοῦ μηκέτι ἁμαρτάνειν. ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ὁστισδήποτε εἴπῃ τὴν χάριν τοῦ θεοῦ ἢ τινι δικαιοῦται διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, πρὸς μόνην ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἰσχύειν τῶν ἤδη πεπλημμεληκότων, καὶ μὴ παρέχειν ἐπὶ μιᾷ βοήθειαν πρὸς τὸ μὴ ἔτι πλημμελεῖσθαι, ἀνάθεμα εἴη. ὅτι ἡ χάρις τοῦ θεοῦ οὐ μόνον γνῶσιν παρέχει, ὧν δεῖ πράττειν, ἀλλὰ καὶ ἀγάπην ἐπὶ μιᾷ ἐμπνέει ἡμῖν, ἵνα ὃ ἐὰν ἐπιγινώσκωμεν, καὶ πληροῦσαι ἰσχύσωμεν. ὁμοίως, ὁστισδήποτε εἴπῃ τὴν αὐτὴν χάριν τοῦ θεοῦ, τὴν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, εἰς τοῦτο μόνον ἡμῖν βοηθεῖν, πρὸς τὸ μὴ ἁμαρτάνειν, ὅτι διὰ ταύτης ἡμῖν ἀποκαλύπτεται καὶ φανεροῦται ἡ γνῶσις τῶν ἁμαρτημάτων, ὥστε γινώσκειν ἃ δεῖ ὀπτᾶσθαι καὶ ἃ δεῖ ἐκκλίνειν, οὐ μὴν δι' αὐτῆς ἡμῖν παρέχεσθαι, ἵνα ὅπερ γνῶμεν ποιητέον, καὶ ποιῆσαι ἐπὶ μιᾷ ἀγαπήσωμεν καὶ ἰσχύσωμεν, ἀνάθεμα εἴη. τοῦ γὰρ ἀποστόλου λέγοντος, ἡ γνῶσις φυσιοῖ, ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ, ἀσεβὲς πάνυ

Digitized by Google

ὄζι πεςδύειν, ωεὸς μὴ ὃ φισιοῦν ἡμᾶς ἔχειν τὸ A
χάειν τῦ θεοῦ, ωεὸς δὲ οἰκοδομὸν μὴ ἔχειν· ὁπό-
τεςον ἑκάτεςον δῶςόν ὄζι τῦ θεοῦ, καὶ ὃ εἰδέναι τί
ωοιῆν δεῖ, καὶ ὃ ἀγαπᾶν ὃ ἀγαθὸν ὁ δεῖ ωοιεῖν·
ἵνα τ ἀγάπης οἰκοδομήσης, ἡ γνῶσις φισιοῦν μὴ δυνη-
θῇ. ὥσωεὸ γὰς ὃκ τῦ Θεοῦ γέγςαπται, ὁ διδάσκων
ἄνθςωπον γνῶσιν· οὕτως ἔτι μᾶλλον γέγςαπται, ἡ ἀγά-
ωη ὃκ τῦ Θεοῦ ὄζιν.

ficat; valde impium est credere, ad nos quidem in-flandos habere nos Dei gratiam, ad ædificationem autem non habere: quando utrumque est donum Dei, & scire quid facere oporteat, & amare bonum quod facere oporteat; ut charitate ædificante, scientia inflare non valeat. Quemadmodum enim de Deo scriptum est, Qui docet hominem scientiam: sic etiam scriptum est, Charitas ex Deo est.

ΒΑΛΣ. καὶ ΖΩΝΑΡ. Τῶ ὲν τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι χορη-
γουμένῳ ἡμῖν χάειν διὰ τ κυείου ἡμῶν Ιησοῦ Χειςοῦ,
ωιςεύομεν μὴ μόνον ἄφεσιν δεδόναι τῶν ωεωεαγμένων ἡμῖν B
ἁμαςτημάτων, ἀλλὰ καὶ δύαμιν ωεὸς τὸ μὴ ωάλιν ἡμᾶς
ἁμαςτάνειν, εἰ μὴ ἡμεῖς διὰ ῥᾳθυμίαν ὑκ δῶμεν ἑαυτοὺς ἁ-
μαςτίαις· τοὺς δὲ μὴ οὕτω δοξάζοντας, ἀλλὰ μόνων τῶν ἁ-
μαςτημάτων λέγοντας ἄφεσιν δεδόναι τὸ θεῖον λοετςόν, μὴ
μέντοι καὶ ωεὸς τὸ μέλλον βοήθειαν, ἀναθέματι κατεδίκασαν
οἱ ωατέςες. καὶ τῦτο τινὲς ἔλεγον, ὅτι ἡ χάεις τῦ θεοῦ εἰς
τῦτο ἡμῖν βοηθεῖ, εἰς τὸ μὴ ἁμαςτάνειν· (δι' αὐτῆς γὰς γνώ-
σιν λαμβάνομεν τίνα δεῖ ωοιεῖν καὶ τίνα φεύγειν) οὐ μὴν καὶ
εἰς τὸ ἀγάωᾶν τῶν καλῶν καὶ τ ἀςετῆς ἐμωοιεῖν ἡμῖν, ἵνα C
ὅσωεο γνῶμεν καλὸν, τῦτο καὶ ἀγαωήσωμεν καὶ ωοιῆσαι ἰσχύσω-
μεν. τοὺς οὖν τοιαῦτα δοξάζοντας ἀναθεματίζει ἡ σύνοδος,
λέγουσα, ὅτι καὶ ἄμφω δῶςα εἰσὶ τῦ θεοῦ, ἥτε γνῶσις καὶ
ἡ ἀγάωη, καθὼς γέγςαπται, ὁ διδάσκων ἄνθςωωον γνῶσιν,
καὶ ωάλιν, ἡ ἀγάωη ὃκ τῦ θεοῦ ὄζιν. καὶ ἄλλως δὲ ἀσεβὲς
ὄζι τὸ λέγειν, ὅτι γινώσκειν μὲν τὸ καλὸν δίδωσιν ἡμῖν ἡ θεία
χάεις, ἀγάωᾶν δὲ αὐτὸ ὐκ ἐντίθησιν, ωεὶ ἐνδυναμοῖ ἡ-
μᾶς εἰς τὸ ἐργάζεσθαι τὸ ἀγαθὸν ἐν ἀγάωῃ αὐτῦ. καὶ ωεοφέρῃ
τὰ ἀωοστολικὰ ῥητὰ εἰς τὸν τῦ λόγου καταισχυνὸν, τὰ λέ-
γοντα, ἡ γνῶσις φισιοῖ, ἡ δὲ ἀγάωη οἰκοδομεῖ. ωῶς οὖν
ὐκ ἀσεβὲς τὸ λέγειν, ωεὸς μὲν τὸ φυσιοῦν, ἤγουν τὸ οἴησιν
ἐμωοιοῦν, συνεργεῖν ἡμῖν τὴν θείαν χάειν· ωεὸς δὲ τὸ
οἰκοδομεῖν μὴ ὑωουργεῖν.

BALS. & ZONAR. Gratiam quæ nobis in baptismate per Dominum nostrum Jesum Christum suppeditatur, credimus non solùm dare nobis remissionem peccatorum jam factorum, sed etiam potestatem ne ampliùs peccemus, nisi nos ipsos per socordiam peccatis tradiderimus: eos autem, qui non sic existimant, & dicunt peccatorum tantùm remissionem divinum dare lavacrum, non autem etiam auxilium ad futurum, anathemate condemnarunt Patres. Hoc quoque dicebant nonnulli, quòd Dei gratia nobis fert auxilium ad non peccandum, (Per eam enim cognitionem accipimus eorum quæ facere & fugere oportet) non autem etiam ad ingenerandam honesti virtutísque dilectionem, ut bonum quod cognoverimus, id & amemus & facere valeamus. Eos ergo, qui hæc opinantur, Synodus anathematizat, dicens, utrunque esse donum Dei, & scientiam & charitatem; quemadmodum scriptum est, Qui docet hominem scientiam; & rursus, Charitas ex Deo est. Alioqui impium est dicere, quòd bonum quidem nosse dat nobis Dei gratia, charitatem autem ejus non immittit, nec nobis dat vires nósque confirmat, ut bonum in ejus dilectione faciamus. Affert autem & in dicti sui confirmationem quod dicit Apostolus; Scientia inflat, charitas verò ædificat. Quomodo ergo non est impium dicere, ad inflandum quidem, seu ad vanam ingenerandum opinionem, divinam nobis gratiam conferre; sed ad ædificandum nihil dare auxilii.

ΑΡΙΣΤ. Ο δοξάζων τ τῦ θεοῦ χάειν μόνλω ἄφεσιν D
τῶν ἤδη ωεωλημμελημένων ἔχειν, ἀλλὰ μὴ καὶ τῶν
μελλόντων βοήθειαν· διασαθέατω.

ARIST. in Can. cxii. *Qui Dei gratiam solam eorum, quæ jam commisimus, peccatorum remissionem exhibere opinatur, non vero contra futura auxilium: bis execrandus est.*

ΑΡΙΣΤ. Ο λέγων, ὅτι ἡ χάεις τῦ θεοῦ εἰς τῦτο μό-
νον ἡμῖν βοηθῇ, ὃ εἰδέναι, τί δεῖ ωοιεῖν, καὶ τί ἐκκλί-
νειν· ἀλλ' οὐκέτι καὶ εἰς τὸ ἀγαωᾶν ὃ ὑωογνωσθὲν, καὶ ωοιεῖν
δυάσθαι, ἤτω ἀνάθεμα.

ARIST. in Can. cxiii. *Qui dicit, quòd Dei gratia ad hoc tantum nobis opitulatur, ut sciamus, quid facere oportet, & quid effugere; sed non etiam ut cognitum amemus, & perficere valeamus: sit Anathema.*

ΚΑΝΩΝ ριδ'.

CANON CXIV.

Οτι ἄνθ τ τῦ θεοῦ χάειτος ἐσὶν ἀγαθὸν δυνάμθα
ωληεοῦν. ὁμοίως ἤεεσεν, ἵνα ὁσωισθήωοτε εἴωοι, διὰ E
τῦτο τ χάειν ἡμῖν τ δικαιοσύνης δεδόσθαι, ἵνα ὅσω
ωοιῆν διὰ τῦ αὐτεξουσίου δυνάμθα, δυσχεεείας ωλη-
εοῦμεν διὰ τ χάειτος· ὡσανεὶ καὶ εἰ ἡ χάεις μὴ ἐδίδοτο, ὐκ
δυσχεῶς μέν, ἀλλ' ὅμως ἐδυνάμθα καὶ δίχα ἐκείνης ἔτι μᾶλλον
ωληεῶσαι τὰς θείας ἐντολάς· ἀνάθεμα εἴη. ὥσωεὶ γὰς τ κα-
ςωῶν τ ἐντολῶν ὁ κύειος ὐκ εἶωεν, χωεὶς ἐμῦ δυσχεῶς
δυνάσθε ωοιῆν· ἀλλ' εἶωεν, χωεὶς ἐμῦ οὐ δυνάσθε ωοιῆν.

Quòd sine Dei gratia nihil possumus perficere. Similiter placuit, ut quicunque dixerit, propterea datam esse nobis justificationis gratiam, ut quod per liberum arbitrium facere possumus, faciliùs per gratiam peragamus; perinde ac si, quamvis non data esset gratia, difficulter quidem, sed tamen etiam sine illa, divina præcepta exequi possumus: sit anathema. De fructibus enim mandatorum Dominus non dixit, sine me difficilius potestis facere: sed, sine me nihil facere potestis.

ΒΑΛΣ. Μυρίας δόξας διεςραμμένας ἴσμεν, ὧν μία καὶ
αὕτη ἡ λέγουσα, ὅτι αὐτεξουσίους ἡμᾶς ἐωοίησεν ὁ θεὸς, ἵνα
δυνώμθα καὶ τ θείας χάειτος ἄνθ ωληεοῦν τὰς ἐντολάς· F
ἡ δὲ θεία χάεις εἰς τὸ δυσχερέσεεον αὐτὰς ωληεῦσθαι ωῶς ἡ-
μῶν ωοιῆ. δυνώμθα γὰς καὶ τ θείας χάειτος μὴ συνεργύ-
σης ωληεοῦν ταύτας, δυσχερέσεεον δέ. τοῖς οὖν ταῦτα λέ-
γουσιν ἀνάθεμα ἐωάγει ἡ σύνοδος.

BALS. Innumerabiles erant perversæ opiniones, quarum una erat etiam quæ dicebat, quòd Deus dedit nobis liberum arbitrium, ut possemus etiam sine divina gratia Dei mandata complere: divina autem gratia ad ea faciliùs perficienda suum nobis præbet auxilium. Possemus enim illa etiam sine divina opem ferente gratiâ, sed difficiliùs, exequi. Iis ergo, qui hæc dicunt, anathema inducit Synodus.

ΖΩΝΑΡ. Μυρίας δόξας διεςραμμένας ἴσμεν, ὧν μία
καὶ αὕτη ἡ λέγουσα, ὅτι αὐτεξουσίους ἡμᾶς ἐωοίησεν ὁ θεὸς,
ἵνα δυνώμεθα καὶ τ θείας χάειτος ἄνθ ωληεοῦν τὰς ἐντο-
λάς. ἡ δὲ θεία χάεις εἰς τὸ δυσχερέσεεον αὐτῆς ωληεῦσθαι
ωῶς ἡμῶν συνεργεῖ. δυνώμεθα γὰς καὶ τ θείας χάειτος μὴ

ZONAR. Innumerabiles erant perversæ opiniones, quarum una erat etiam quæ dicebat, quòd Deus dedit nobis liberum arbitrium, ut possemus etiam sine divina gratia Dei mandata complere: divina autem gratia ad ea facilius perficienda suum nobis præbet auxilium.

Digitized by Google

Possemus enim illa etiam sine divina opem ferente gratia, sed difficilius, exequi. Iis ergo, qui hæc dicunt, anathema inducit Synodus, asserens, totum gratiæ esse divinæ, ac sine illa nihil à nobis recte agi posse. Profert autem & testimonium Domini, dicentis; Sine me nihil omnino potestis facere: neque dixit, inquit, facile facere non potestis; sed, nihil potestis facere.

ARIST. *Qui prædicat, quod & sine gratiâ difficilius quidem, sed tamen explemus mandata; ter execrandus est: Dicit enim Dominus, sine me nihil omnino facere potestis.*

Pelagio & Celestino & Nestorio absurda sapiente, consentientibus, & impiorum Manichæorum dogmata & ea quæ Synodus anathematizat sentientibus & prædicantibus, qui eadem sentit inter Christianos non collocatur; sed ex Ecclesiâ relegatur ut alienus, & ab eâ pariter & Deo segregabitur. Dicunt autem quidam impios illos, nempe Celestinum & Pelagium, nec Episcopos nec Presbyteros nec omnino de ordine Sacerdotali fuisse; sed quasi Monachos existentes, & civitates pertranseuntes & consentientes contra veritatem, in Ecclesiam autem insurgentes sub Theophilo Alexandriæ Episcopo & Innocentio Romæ, & post multa certamina ab ipsis etiam Episcopis scriptis fuisse condemnatos. Quicunque ergo Adamum à Deo mortalem factum fuisse docet, & per naturæ necessitatem moriturum, sive peccasset, sive non; aut infantes non in peccatorum remissionem baptizatos dicit, ut nihil à primitivo Adami peccato attrahentes; cùm Apostolus hæc clamet, quod per unum hominem peccatum in mundum venit, & per peccatum mors; vel etiam sentit baptismum peccatorum quidem remissionem largiri, non autem & præbere auxilium ne amplius peccetur, sed nostro solo conatu illud emendari; vel illud etiam admittit, & Dei gratiam nos ad mandata ipsius explenda adjuvare arbitratur; sed docet, quod & sine gratiâ ea perficere possumus, sed cum difficultate: sit anathema. Nec enim dixit Dominus, quod sine me ea difficulter potestis facere; sed quod sine me nihil potestis facere.

CANON CXV.

Quòd non solùm humilis, sed etiam vera est hæc vox sanctorum; Si dixerimus, quòd peccatum non habemus, nos ipsos seducimus. Similiter placuit, ut quod dixit sanctus Joannes Apostolus; Si dixerimus, quòd peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est; quicunque sic accipiendum existimaverit, ut dicat per humilitatem non debere dicere nos non habere peccatum, non quòd verè ita est, sit anathema. Prosequitur enim Apostolus, & sic subjungit; Sin autem peccata nostra confessi fuerimus, fidelis est & justus qui peccata nobis remittet, & purgabit nos ab omni injustitia. Ubi planè ostensum est, hoc non solùm humiliter, sed etiam verè dici. Poterat enim Apostolus dicere; Si dixerimus, quòd peccatum non habemus, nos ipsos extollimus, & humilitas non est in nobis: Sed cùm dixit, Nos ipsos seducimus, & non est in nobis veritas; apertè ostendit eum qui dicit, se non habere peccatum, non verum dicere, sed mentiri.

BALS. & ZONAR. Quidam id quod dicit Apostolus; Si dixerimus, quòd peccatum non habemus, nos ipsos seducimus; sic acceperunt, quòd per humilitatem hoc oportet dicere, non per veritatem. Eos ergo, qui Apostoli dictum sic interpretantur, anathemate con-

A συνεργούσης πληροῦν ταύτας, δυσχερέστερον δέ. τοῖς οὖν ταῦτα λέγουσιν ἀνάθεμα ἐπάγει ἡ σύνοδος, λέγουσα τὸ πᾶν τῆς θείας χάριτος εἶναι, καὶ ἄνευ ἐκείνης μηδὲν ἡμᾶς κατορθοῦν. φέρει δὲ καὶ μαρτυρίαν ἐκ τοῦ κυρίου, λέγοντος, χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν, καὶ οὐκ εἶπε, φησιν, οὐ δύνασθε εὐχερῶς ποιεῖν· ἀλλὰ οὐδὲν δύνασθε ποιεῖν.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ κηρύττων, ὅτι καὶ δίχα τῆς χάριτος δυσχερεστέρως, ἀλλὰ οὖν ἐκπληροῦμεν τὰς ἐντολὰς, τρισκατάρατος· χωρὶς γὰρ ἐμοῦ, φησὶν ὁ κύριος οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν.

B Τοῦ Πελαγίου, καὶ Κελεστίνου, καὶ Νεστορίου τοῦ ματαιόφρονος, ὁμοφρόνων γεγονότων, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν δυσσεβῶν Μανιχαίων φρονούντων καὶ δογματιζόντων, καὶ ταῦτα ἅπερ ἡ σύνοδος ἀναθεματίζει, οὔ ποτέ τις ταῦτα φρονήσας τοῖς χριστιανοῖς συνταχθήσεται, ἀλλὰ τῆς ἐκκλησίας ἐξοστρακισθήσεται ὡς ἀλλότριος, καὶ χωρισμὸν ἀπὸ ταύτης καὶ τοῦ θεοῦ κληρώσεται. φασὶ δέ τινες τοὺς ἀνοσίους τούτους, τοῦ Κελεστῖνον δηλαδὴ, καὶ Πελάγιον, μήτε ἐπισκόπους, μήτε πρεσβυτέρους, μήτε ὅλως τοῦ ἱερατικοῦ γενέσθαι τάγματος· ἀλλὰ ὡσανεὶ μονάζοντας ὄντας, καὶ διερχομένους τὰς πόλεις, καὶ συμφωνοῦντας κατὰ τῆς ἀληθείας, C ἐπαναστάντας δὲ τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπὶ Θεοφίλου τοῦ ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, καὶ Ἰνοκεντίου τοῦ Ῥώμης, καὶ μετὰ πολλοὺς ἀγῶνας ὑπ' αὐτῶν δὴ τῶν ἐπισκόπων ἐγγράφως κατακριθέντας· ὅστις γοῦν ἢ τοῦ Ἀδὰμ θνητὸν ἐξ ἀρχῆς ἀπὸ θεοῦ γενέσθαι δογματίζει, καὶ διὰ ἀνάγκη τῆς φύσεως τεθνηξόμενον, κἄν τε ἥμαρτε, κἄν τε μή· ἢ τὰ νήπια λέγει μὴ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν βαπτίζεσθαι, ὡς μηδὲν ἐκ τῆς τοῦ Ἀδὰμ προγονικῆς ἁμαρτίας ἕλκοντα· καὶ ταῦτα τοῦ ἀποστόλου βοῶντος, ὡς δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς τοῦ κόσμον εἰσῆλθε, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος· ἢ πάλιν φρονεῖ τὸ βάπτισμα τῶν μὲν ἤδη ἡμαρτημένων δωρεῖσθαι ἄφεσιν, μὴ παρέχειν δὲ βοήθειαν καὶ εἰς τὸ μηκέτι ἁμαρτεῖσθαι, ἀλλὰ ἐξ ἡμετέρας μόνης σπουδῆς τοῦτο καθορθοῦσθαι· D ἢ καὶ τοῦτο μὲν παραδέχεται, καὶ τὴν τοῦ θεοῦ χάριν δοξάζει ἐνισχύειν ἡμᾶς εἰς τὸ τὰς ἐντολὰς ἐκπληροῦν· διδάσκει δὲ, ὡς καὶ δίχα τῆς χάριτος κατορθοῦν αὐτὰς ἠδυνάμεθα, πλὴν μετὰ δυσχερείας, ἤτω ἀνάθεμα. οὐδὲ γὰρ εἶπεν ὁ Κύριος· ὡς χωρὶς ἐμοῦ, δυσχερῶς δύνασθε ποιεῖν αὐτὰς ἀλλὰ, ὅτι, χωρὶς ἐμοῦ οὐδὲν δύνασθε ποιεῖν.

ΚΑΝΩΝ ριε'.

Ὅτι οὐ μόνον ταπεινὴ, ἀλλὰ καὶ ἀληθινὴ ἡ φωνὴ τῶν ἁγίων ἐστὶν αὕτη, ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς πλανῶμεν. ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ὅπερ εἶπεν ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ ἀπόστολος· ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς ἀπατῶμεν, καὶ ἀλήθεια ἐν ἡμῖν οὐκ ἔστιν· ὅστις δήποτε οὕτως παραληπτέον νομίσει, ὡς εἰπεῖν διὰ ταπεινοφροσύνην μὴ ὀφείλειν λέγεσθαι ἡμᾶς μὴ ἔχειν ἁμαρτίαν, οὐχ ὅτι ἀληθῶς οὕτως ἔστιν, ἀνάθεμα εἴη. ἐπακολουθεῖ γὰρ ὁ ἀπόστολος καὶ προσζεύγνυσιν οὕτως, ἐὰν δὲ ὁμολογήσωμεν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, πιστός ἐστι καὶ δίκαιος, ὅστις ἀφήσει ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας, καὶ καθαρίσει ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀδικίας. ἔνθα πάνυ δεδήλωται τοῦτο μὴ μόνον ταπεινοφρόνως, ἀλλ' ἔτι μὴν ἀληθινῶς λέγεσθαι. ἠδύνατο γὰρ ὁ ἀπόστολος εἰπεῖν, ἐὰν εἴπωμεν, οὐκ ἔχομεν ἁμαρτίαν, ἑαυτοὺς ἐξυψοῦμεν, καὶ ταπεινοφροσύνη ἐν ἡμῖν οὐκ ἔστιν· ἀλλ' εἰπὼν, ἑαυτοὺς ἀπατῶμεν, καὶ ἀλήθεια ἐν ἡμῖν οὐκ ἔστι, πάνυ ἀπέδειξεν τοῦ λέγοντα ἑαυτὸν μὴ ἔχειν ἁμαρτίαν, μὴ ἀληθεύειν, ἀλλὰ ψεύδεσθαι.

ΒΑΛΣ. καὶ ΖΩΝ. Τινὲς τὸ ἀποστολικὸν ῥητὸν, τὸ λέγον ἐὰν εἴπωμεν, ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς ἀπατῶμεν, οὕτως ἐξελαμβάνοντο, ὅτι διὰ ταπεινοφροσύνην δεῖ τοῦτο λέγειν, καὶ οὐ πρὸς ἀλήθειαν. τοὺς οὖν οὕτως ἑρμηνεύοντας τὰ εἰρημένα τῷ ἀποστόλῳ ἀναθέματι καταδικάζουσιν οἱ πατέρες, λέγοντες·

Digitized by Google

λέγοντες· ὅτι ἐκ τῆς ἑξῆς ῥημάτων τῆς ὑποτολῆς δείκνυται φανερόν, ὅτι ἀποστόλου ἡ ἔννοια ἐπάγοντος· ἐὰν δὲ ὁμολογήσωμεν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ ὅσα ἐφεξῆς. καὶ ὁ Δαβὶδ δὲ λέγει, ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσησέ με ἡ μήτηρ μου. εἰ μὴ γὰρ ὁ νόμος ἐπεκύρου τοῖς γάμοις, ἁμαρτία ἂν ἐλογίζετο ἡ μίξις, φιλοπαρκίαν καὶ ὄρεξιν σαρκικὴν ἔχουσα κινοῦσθαι εἰς αὐτήν, κἂν ἀφὸ παιδοποιΐαν γίνηται. διὸ καὶ ἐν ἁμαρτίαις, εἶπεν ὁ Δαβὶδ, ἐκίσησέ με ἡ μήτηρ μου. εἰ γὰρ αἰτίαν ἔχει τὴν σαρκὸς ὑπερθυμίαν τῆς σωμάτων ἡ γένεσις, τοιαῦτα πάντως καὶ τὰ ἐξ αὐτῆς γινώμενα.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ, τῷ θεολογοῦντι· ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι ἁμαρτία ἐν ἡμῖν οὐκ ἔστιν, ἑαυτοὺς ἀπατῶμεν, ὑπερμεμυδύων, ὅτι οὐκ ἀληθῶς, ἀλλὰ ταπεινοφρόνως εἴρηκε τοῦτο· ἀνάθεμα.

Ἐπειδὴ πάντες ἐν ἁμαρτίαις ἐσμὲν, καὶ οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου οὐδὲ ἂν μία ἡμέρα ὅλος ὁ βίος αὐτοῦ ᾖ· ἀναθέματι ἔνοχος ὁ λέγων, ταπεινοφρόνως, καὶ μὴ ἀληθῶς φησὶ τοῦ ἀποστόλου εἰρηκέναι ὅ, ἐὰν γὰρ φησὶ ταπεινοφρονοῦντα τοῦτο εἰρηκέναι, οὐκ ἂν εἶπεν, ὅτι ἑαυτοὺς ἀπατῶμεν, ἀλλὰ ὑφούμεθα· ἐκφέρεται γὰρ ἀπατᾷ ἑαυτὸν ὁ πλανώμενος καὶ ψευδόμενος, οὐ μᾶλλον ὁ τὴν ἀλήθειαν λέγων.

ΚΑΝΩΝ ριϛ'.

Ὅτι ἐν τῇ δεσποτικῇ εὐχῇ οἱ ἅγιοι ὑπὲρ ἑαυτῶν λέγουσιν· ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν. ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ὁστισδήποτε εἴποι, ἐν τῇ δεσποτικῇ εὐχῇ ἀφὲ τοῦτο λέγειν τοὺς ἁγίους, ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, μὴ ὅτι ὑπὲρ ἑαυτῶν τοῦτο λέγουσιν, ὅθεν αὐτοῖς λοιπὸν οὐκ ἔστιν ὠφέλιμα αὕτη ἡ αἴτησις, ἀλλ' ὅτι ὑπὲρ ἄλλων τῶν ὄντων ἐν τῷ λαῷ αὐτῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ μὴ λέγῃ ἕνα ἕκαστον τῶν ἁγίων, ἄφες μοι τὰ ὀφειλήματά μου, ἀλλ' ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν· ὡς ὑπὲρ ἄλλων τοῦτο μᾶλλον ἢ ὑπὲρ ἑαυτοῦ τὸ δίκαιον αἰτούμενα νοῆσαι· ἀνάθεμα εἴη. ἅγιος γὰρ καὶ δίκαιος ἦν Ἰάκωβος ὁ ἀπόστολος, ὅτε ἔλεγε, ἐν πολλοῖς γὰρ ἁμαρτάνομεν πάντες. ἐπεὶ ἀφὶ τί προσετέθη ὁ πάντες, εἰ μὴ ἵνα ἡ ἔννοια αὕτη ἁρμοσθῇ καὶ τῷ ψαλμῷ, ὅπου ἀναγινώσκεται, μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ δούλου σου ὅτι οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν; καὶ ἐν τῇ εὐχῇ τοῦ σοφωτάτου Σολομῶντος· οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος, ὃς οὐχ ἥμαρτεν· καὶ ἐν τῇ βίβλῳ τοῦ ἁγίου Ἰὼβ, ὃ ἐν χειρὶ πάντος ἀνθρώπου, σημαίνει, ὥστε εἰδέναι πάντα ἄνθρωπον τὴν ἀσθένειαν αὐτοῦ. ὅθεν ἔτι μᾶλλον ὁ ἅγιος Δανιὴλ, ἐν τῇ προσευχῇ πληθυντικῶς λέγων ὃ ἡμάρτομεν, ἠνομήσαμεν, καὶ τὰ λοιπὰ, ἃ οὐκ ταπεινοφρόνως καὶ ἀληθινῶς ὁμολογεῖ· ἵνα μὴ νομισθείη, ὥς τινες νοοῦσι, τοῦτο μὴ περὶ τῶν ἰδίων, ἀλλὰ περὶ τοῦ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ μᾶλλον λέγειν ἁμαρτιῶν, μὴ ταῦτα εἶπεν, ὅτι δυσχέρειαν καὶ ἐξομολογοῦμαι ταῖς ἁμαρτίαις μου καὶ ταῖς ἁμαρτίαις τοῦ λαοῦ μου κυρίῳ τῷ θεῷ μου. οὐκ ἠθέλησεν εἰπεῖν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, ἀλλὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ εἶπεν καὶ ἑαυτοῦ· ὅπερ μέλλοντας τοῦτο οὕτως κακῶς νοεῖν ὡσανεὶ προεῖδεν ὁ προφήτης.

ΒΑΛΣ. Ἀπόνοιά ἐστι τὸ λέγειν, ὅτι οἱ ἅγιοι δυσχέρειαν, ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, οὐχ ὑπὲρ ἑαυτῶν τοῦτο λέγουσιν, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ λαοῦ. διὸ καὶ τοὺς ταῦτα φρονοῦντας ἀναθεματίζουσιν οἱ πατέρες, λέγοντες, οὐχ ὑπὲρ τῶν ἄλλων μόνον τοὺς δικαίους αἰτεῖν τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἑαυτῶν· καὶ μαρτυρίαις ὑποφέρουσι γραφικαῖς, μίαν μὲν τοῦ ὑποτολῆς τοῦ ἀδελφοθέου Ἰακώβου· τὰς δὲ λοιπὰς ἐκ τῆς παλαιοτέρας γραφῆς.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ τοῦτο τοῦ αὐτοῦ ἀπονοίας ἐστὶ, τὸ λέγειν, ὅτι οἱ ἅγιοι δυσχέρειαν, ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, οὐχ ὑπὲρ ἑαυτῶν τοῦτο λέγουσιν, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ λαοῦ. διὸ καὶ τοὺς ταῦτα φρονοῦντας ποιοῦνται ὑπὸ ἀνάθεμα οἱ τῆς συνόδου ταύτης, λέγοντες, οὐχ ὑπὲρ τῶν ἄλλων μόνον

demnant Patres, dicentes, quòd ex proximè sequentibus Epistolæ verbis clarè ostenditur Apostoli sententia, subjungentis: Sin autem confiteamur peccata nostra, & quæ deinceps sequuntur. Jam verò David quoque dicit; In peccatis concepit me mater mea. Nisi enim lex nuptiis opem ferret, coitus peccatum existimaretur, libidinem carnísque appetitionem habens, quæ ipsum incitaret, etiam si liberorum gratia fieret. Et ideo, In peccatis, dixit David, concepit me mater mea. Si enim carnis cupiditatem causam habeat corporum generatio, talia sunt omnino & quæ ex ipsis generantur.

ARIST. *Qui, Theologo dicente, Si dixerimus, quod peccatum in nobis non est, nosmetipsos seducimus; interpretatur, ut non verè, sed humiliter hoc dixit: Anathema sit.*

Quandoquidem omnes sumus in peccatis, & nemo purus à sordibus, etiamsi unus dies tota sit illius vita: anathemati obnoxius est, qui dicit, humiliter & non verè, ab Apostolo dici; Quòd si dicimus, quòd peccatum non est in nobis, nosmetipsos seducimus. Si enim per humilitatem illud dixerit, non dixisset, quod nosmetipsos seducimus sed exaltamus: Ille enim seipsum seducit, qui hallucinatur & mentitur; non ille qui veritatem dicit.

CANON CXVI.

Quòd in oratione Dominica sancti pro seipsis dicunt; Dimitte nobis debita nostra. Similiter placuit, ut quicunque dixerit; In oratione Dominicâ propterea dicere sanctos, Dimitte nobis debita nostra, non quòd pro seipsis hoc dicant, quandoquidem ipsis deinceps non est necessaria talis petitio, sed quòd pro aliis peccatoribus, qui sunt in suo populo; & non dicat unusquisque sanctus, dimitte mihi debita mea, sed dimitte nobis debita nostra, tanquam pro aliis hoc magis quàm pro se justus intelligi postulet; sit anathema. Sanctus enim & justus erat Jacobus Apostolus, quando dixit; In multis enim offendimus omnes. Cur enim additum est illud, Omnes, nisi ut ea sententia psalmo quoque conveniat? ubi legitur, Ne introeas in judicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens; & in oratione sapientissimi Solomonis, Non est homo qui non peccaverit; & in libro quoque sancti Job, illud, In manu omnis hominis significat, ut omnis sciat homo imbecillitatem suam. Unde præterea sanctus quoque Daniel, cùm in oratione pluraliter diceret illud, Peccavimus, iniquè egimus, & reliqua, quæ illic humiliter & verè confitetur; ne existimaretur, ut quidam sentiunt, hoc non de propriis, sed de populi potiùs dicere peccatis, postea dixit; Oravi & confessus sum peccata mea, & peccata populi mei, Domino Deo meo. Noluit dicere peccata nostra, sed ipsius populi dixit & sua; quoniam futuros, qui illud sic malè intelligerent, veluti prævidit propheta.

BALS. Arrogantia est dicere, quòd sancti precantes, Dimitte nobis debita nostra, non pro seipsis hoc dicunt, sed pro populo. Et ideo eos, qui ita sentiunt, Patres anathemate feriunt; dicentes, justos non pro aliis solis petere remissionem peccatorum, sed etiam pro se ipsis: & adducunt testimonia sacræ Scripturæ; unum quidem ex epistola Jacobi fratris Domini; reliqua autem ex veteri testamento.

ZONAR. Hoc etiam est arrogantiæ dicere, quòd sancti precantes, Dimitte nobis debita nostra, non pro seipsis hoc dicunt, sed pro populo. Et ideo eos, qui ita sentiunt, hujus Synodi Patres anathemate feriunt, dicentes, justos non pro aliis solis petere

Digitized by Google

remissionem peccatorum, sed etiam pro seipsis: & adducunt testimonia sacræ scripturæ; unum quidem ex Epistola Jacobi fratris Domini; reliqua autem ex veteri testamento.

A τοὺς δικαίους αἰτεῖν τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἑαυτῶν. καὶ μαρτυρίας ἐπιφέρουσι γραφικὰς, μίαν ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ ἀδελφοθέου Ιακώβου, τὰς δὲ λοιπὰς ἐκ τῆς παλαιοτέρας γραφῆς.

ΖΩΝΑΡ. Οἱ δοῦλοι τοῖς νόμοις ἀπροσδέκτοι εἰσὶν εἰς ὃ ἀνάγκην ἢ μαρτυρῆν καὶ εἰς ἕτερα· οἱ δὲ ἀπελεύθεροι, τοῖς μὲν ἄλλων δύνανται ἐνάγειν καὶ ἐγκληματικῶς, τοῖς δὲ τῶ ἐλευθερωτῶ αὐτῶ, ἢ τῶ παίδων αὐτῶ, ἢ τῶ κληρονόμων τῶ ἐχόντων κατ' αὐτῶ πατρωνικὰ δίκαια οὐ δύνανται. ἡ πατρωνία δὲ Ρωμαϊκὴ οὖσα λέξις καὶ ἐξελληνιζομένη, πρόσασία νοεῖται. οὔτε οὖν δούλους δέχεται κατηγορεῖν ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν ὁ κανὼν, οὔτε ἀπελεύθερους ἰδίους τῶν κατηγορουμένων, οὔτε τινὰς ἄλλους, οὓς οἱ πολιτικοὶ νόμοι κατηγορεῖν κωλύουσιν ἐπ' ἐγκλήμασιν, οὔτε ἀτίμους, οἷς μίμους καὶ θηριομάχους ἢ μονομάχους. Ἀπὸ δὲ τῶν μίμων τοὺς σκωπτικοὺς πάντας ἐδήλωσεν, ὧν οἱ μὲν εἰωθότες ἐνώπιον τοῦ βασιλέως τὰ ἑαυτῶν ἐνδείκνυσθαι ἐπιτηδεύματα, ἔντιμοι τοῖς νόμοις λογίζονται· οἱ δὲ ἐν πανηγύρεσι καὶ δημοτικαῖς συνελεύσεσι παίζοντες ἄτιμοι κρίνονται· ὁμοίως καὶ οἱ θηριομάχοι, οἳ καὶ κυνηγοὶ ὀνομάζονται, καὶ οἱ μονομαχοῦντες, εἰ μὲν δι' ἐπίδειξιν ἀνδρείας καὶ δόξης ἕνεκα θηριομαχοῦσιν, ἢ μονομαχοῦσιν, ἔντιμοί εἰσιν· εἰ δὲ ἀπὸ μισθὸν ἄτιμοι. ὁ γὰρ τῆς οἰκείας ζωῆς μὴ φειδόμενος, ἀλλὰ μισθοῦ προδιδοὺς αὐτὴν, καὶ θανάτου ἀπὸ κέρδος καταφρονῶν, πῶς ἂν τῆς οἰκείας φείσεται ὑπολήψεως

Digitized by Google

ψεως; ἀλλ' οὐδὲ αἱρετικοῖς ἢ ἀπίστοις δίδωσι κατηγορεῖν. εἰ δὲ ἰδίας οἱ τοιοῦτοι αἰτίας ἔχοιεν, καὶ περὶ τούτων ἀκούσονται, κἂν κατ' ὀπισθόπων ἢ κληρικῶν ἀκούσωσι. τὰ αὐτὰ δὲ διορίζεται καὶ ὁ ἕκτος κανὼν τῆς δευτέρας συνόδου. ἀναγνωστέον καὶ τὰ ἐν ἐκείνῳ γεγραμμένα.

ARIST. Καὶ ὁ δοῦλος, καὶ ὁ ἀπελεύθερος, καὶ ὁ προκατηγορηθεὶς ὅτι τι τῶν οὐ προσδεχομένων τῷ δημοσίῳ, καὶ ὁ μῖμος, καὶ ὁ Ἕλλην, καὶ ὁ αἱρετικὸς, καὶ ὁ Ἰουδαῖος.

Οὐ δεῖ ἀνεξετάστως τοὺς κατ' ὀπισθόπων ἢ κληρικῶν κατηγορίας ἢ μαρτυρίας προσδέχεσθαι· ἀλλὰ ἀνακρίνειν τοὺς κατηγοροῦντας ἢ μαρτυροῦντας, ὁποῖοί εἰσι κατὰ τὸν ἕκτον κανόνα τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει συνόδου· καὶ εἰ μὲν βίον ἔχουσιν ἄμεμπτον, καὶ τὴν θρησκείαν ὀρθόδοξον, προσίεσθαι αὐτούς· εἰ δὲ ἢ δοῦλοί εἰσιν (οὗτοι γὰρ καὶ ἀπὸ τῶν πολιτικῶν νόμων οὐδὲ καθ' οἱουδήποτε, ἐγκληματικῶς, ἢ χρηματικῶς, ἐνάγειν ἢ μαρτυρεῖν δύνανται.) ἢ ἀπελεύθεροι ἴδιοι τὸν κατηγορουμένου· (κωλύονται γὰρ καὶ οὗτοι ἀπὸ νόμων κατὰ τῶν ἐλευθερωσάντων αὐτοὺς ἐπ' ἐγκλήμασι μαρτυρεῖν, ἅμα δ' ἀπαιτεῖσθαι, τιμίους καὶ ἁγίους τοὺς πατρώνους αὐτῶν, ἤτοι τοὺς ἐλευθερωτὰς, λογίζεσθαι.) ἢ προκατηγορηθέντες καὶ μὴ φανέντες ἀνεύθυνοι, ἢ ἐν δημοσίῳ κατακριθέντες δικαστηρίῳ, καὶ μήπω ἀπὸ βασιλικῆς συνεργασίας εἰς τὴν οἰκείαν ἀποκαταστάντες τιμίαν, ἢ τὸν βίον ἐφύβριστον ἔχοντες, ὡς μῖμοι, καὶ σκηνικοί· ἢ τῆς ἡμετέρας θρησκείας ὄντες ἀλλότριοι, ὡς Ἰουδαῖοι, αἱρετικοί τε, καὶ Ἕλληνες· οὐ προσδεχθήσονται εἰς κατηγορίαν ἢ εἰς μαρτυρίαν ὀπισθόπων ἢ κληρικῶν. ἅμα δὲ μηδέν τι αὐτοὺς ἕτερον ἀποδύδειν, ἢ μᾶλλον καὶ σπίλον ταῖς ὑπολήψεσι προσάπτειν τῶν ἱερέων, καὶ ταραχὰς ἐπάγειν τῇ ἐκκλησίᾳ.

ut existimationi suæ honoríque parcat? Sed neque hæreticis aut infidelibus accusare datum est. Qui tamen omnes, si aliquid habeant privatæ controversiæ, ac de eâ sibi judicium dari velint, etiam adversus Episcopos & Clericos audientur. Eadem sextus quoque secundæ Synodi canon edicit. Tu quæ in eum scripta sunt vide.

ARIST. *Et servus, & libertus, & qui ante accusatur aliquo eorum criminum, ob quæ ad publicum judicium non admittitur, & mimus, & Græcus, & Hæreticus, & Judæus.*

Non oportet accusationes & testimonia contra Episcopos vel Clericos sine examinatione accipere: sed accusatores sive testes examinare, quales sint, juxta sextum Synodi Constantinopolitanæ canonem. Et si quidem vitâ sint inculpati, & religione orthodoxi, eos admittere: Sin autem vel servi sint; (hi enim & à legibus politicis contra neminem omnino in causâ, vel criminali vel pecuniariâ, accusationem ferre aut testimonium dare possunt) vel manumissi proprii accusati; (à legibus enim & isti prohibentur contra eos, qui ipsis manumiserunt, in criminibus testimonium dare; quia requiritur, ut patronos suos & liberatores honorandos sanctosque existiment) vel antea accusati & innocentes non visi; vel in publico condemnati judicio, & nondum ab Imperatoriâ beneficentiâ ad integrum suum statum restituti; vel vitam contumelioſam agentes; ut mimi & scenici; aut à nostrâ religione alieni; ut Judæi, Hæretici, & Græci: ad Episcoporum aut Clericorum accusationem sive testimonium non admittentur. Propterea quod isti nihil aliud in animo habent & conatu, quàm infamiam & maculam Sacerdotum opinionibus affigere, & Ecclesiæ perturbationes afferre.

ΚΑΝΩΝ ρλα'.

Ἵνα ὁ περὶ ἑνὸς ἐγκλήματος ἀποδεῖξαι μὴ δυνάμενος, περὶ ἕτερον μὴ εἰσδεχθῇ. ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ὁσακισδήποτε κληρικοῖς ἀπὸ κατηγόρων πολλὰ ἐγκλήματα ὑποβάλλωνται, καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν, περὶ οὗ πρῶτον ἐπράχθη, ἀποδειχθῆναι οὐκ ἠδύνηθη, περὶ τὰ λοιπὰ μὴ ταῦτα μὴ προσδεχθῶσιν.

CANON CXXXI.

Ut qui unum crimen probare non potest, ad alterum non admittatur. Similiter placuit, ut quotiescunque Clericis ab accusatoribus multa crimina objecta fuerint, & unum ex iis, de quo primùm actum est, probari non potuerit, ad reliqua non admittantur.

ΒΑΛΣ. Ἐνεστάτο τις διάφορα ἐγκλήματα κατά τινος ἱερωμένου, καὶ ἐγύμνασεν ὀκ τῶν πολλῶν ἕν· μὴ δυνηθεὶς δὲ τοῦτο ἀποδεῖξαι, ἠβούλετο γυμνάσαι τὰ λοιπά. φησὶν οὖν ὁ κανὼν, ὅτι ὁ τοιοῦτος ἀπόδεκτός ἐστι, ζητῶν κατεξεταθῆναί τι ἕτερον ἀφ' ὧν προέθετο. καὶ εἰκότως τοῦτο πρὸς τῶν πατέρων ὠρίσθη. ὁ γὰρ μὴ ἀποδείξας ὃ προέθετο πρῶτον ἔγκλημα, κἀντεῦθεν καταδικασθεὶς, ἢ ἔφθασε δοῦναι ἐγγραφάς· καὶ ὑφίσταται τὰ τῆς ζωποπαθείας, ἤγουν ἀτιμοῦται, καὶ τὰ λοιπὰ πάσχει ὅπερ καὶ ὁ κατηγορηθεὶς ἔμελλε παθεῖν· εἰ δ' ἂν καταδικάσθη, καὶ διὰ τοῦτο γυμνάζειν ἐγκληματικὸν δικαστήριον οὐ δύναται ἤδη ἀτιμωθείς· ἢ οὐκ ἔφθασε δοῦναι ἐγγραφάς, καὶ πάλιν ἀτιμοῦται ὡς συκοφάντης. πλὴν τοῦτό τε καὶ ὁ παρὼν κανὼν χώραν ἔχει, ὡς οἶμαι, ὅταν ὁ δικάζων ἀποφήνηται κατὰ συκοφαντίαν προτεθεῖσαν περὶ τοῦ καταδικασθέντος ὃ πρῶτος λεχθὲν ἔγκλημα. εἰ γὰρ διαγνωσθείη, ὅτι οὐκ ἀπεδείχθη, ἐπεὶ οὐκ ἀτιμοῦται ὁ καταδικασθείς, καλῶς ἵνα γυμνάσῃ καὶ ἕτερον ἔγκλημα ἀφ' ὧν προέθετο. καὶ ἀνάγνωθι κεφάλ. ι'. τοῦ α'. τίτλου τοῦ ξ'. βιβλίου, λέγον, κατὰ ποῖόν τι ἡ συκοφαντία γίνεται, καὶ τριπλῶς ἡ ἐπεξέλευσις. ἢ γὰρ συκοφαντεῖ τις ὡς πλασμῶς κατηγορῶν, ἢ προδότης τῆς ἰδίας ὑποθέσεως γίνεται, τὰ ἀληθῆ ἐγκλήματα κρύπτων, ἢ φυγοδικεῖ πλείους ἀναχωρῶν τῆς κατηγορίας· οὐ πάντως δὲ συκοφάντης ἐστὶν ὁ μὴ ἀποδεικνὺς ὅπερ κατηγόρησεν, ἀλλ' ἐν τῇ κρίσει τοῦ δικαστοῦ ἐστί, μᾶλλον δὲ ἐλευθερωθεὶς καὶ κατηγορούμενον, ζη-

BALS. Adversus sacratum quendam diversa quis crimina intendit; & ex multis unum tractandum suscepit: cùm hoc autem probare non potuerit, reliqua quoque adgredi voluit. Dicit ergo canon eum non esse admittendum, dum vult de alio è propositis quæri, & hoc meritò à Patribus definitum est. Qui enim primum propositum crimen non probavit, & ex eo ipso est condemnatus; vel dedit priùs inscriptionem, & lege talionis punitus, scilicet fit infamis, & reliqua patitur, quæ etiam ille, qui accusatus est, erat passurus: Sin autem est condemnatus, criminale propterea judicium movere non potest, ut qui sit infamis; vel prius inscriptionem non dedit, & rursus fit infamis, ut calumniator. Sed hoc præsens quidem canon tunc locum habet, ut existimo, quando Judex pronunciarit crimen, de quo priùs actum est, fuisse condemnato sycophanticè objectum. Si enim prolatum fuerit, non esse probatum, quia condemnatus non fit infamis; rectè alterum quoque crimen eorum, quæ objecit, persequetur. Lege caput decimum primi tituli sexagesimi libri, quod dicit; Tribus modis fit calumnia, & tripliciter vindicta sumitur. Vel enim calumniatur quispiam, ut fictè accusans; vel fit suæ causæ proditor, vera crimina occultans; vel judicium perfectè deserit, ab accusatione desistens. Non est autem omnino calumniator, qui non probat quod intendit: sed est in potestate Judicis, postquam reum

Digitized by Google

absolverit, de eo quærere. Et si dixerit quidem, Non probasti, ei pepercit: Si vero dixerit, Calumniatus es; eum condemnavit, etiamsi de pœna nihil dixerit. Sequitur enim; Causæ enim inquisitio, non legis executio, Judici permissa est. Sin autem dixerit, temere vel lèviter fecisti, hoc est, non probasti; non facit ipsum calumniatorem, nec is pœnam subit.

Zonar. Si quis plura crimina Clerico vel Episcopo objiciat, nec unum aliquod ex iis, de quo primo actum est, hoc est, quod primo in quæstionem disquisitionémque est adductum, demonstrare potuerit, sed non demonstratum maneat: in aliis quoque deinceps ejus accusationem recipi canon vetat.

Arist. *Et qui multa objecit, & nihil probavit.*

Optima ratione & hic ad accusationem aut ad testimonium non admittetur; utpote qui calumniator videtur, & idcirco etiam infamis est; eo quod multas profert contra quemlibet accusationes, sed nihil probat.

Canon CXXXII.

Quos oportet ad testimonium admittere. Testes autem ad testimonium non admittendos, quos nec ad accusationem admitti præceptum est; vel præterea qnos ipse accusator è domo propria produxerit. Testimonium autem intra quatuordecim annorum ætatem non admittatur.

Bals. Postquam Synodi Patres de accusatoribus dixerunt, nunc etiam de testibus statuunt: & dicunt eos, qui adversus sacratos ferre volunt testimonium in causis criminalibus, tales esse debere, quales etiam canones ad accusationem admittunt. Eos autem, qui non admittuntur ad accusationem, nec ad testimonium admitti. Ad hæc domesticos quoque testes canon reprobat. Similiter & impuberes, qui sunt scilicet xiv. annis minores. Ac canon quidem hos & solos non esse ad testimonium admittendos dicit. Primus autem titulus xxi. lib. Basil. multos quoque alios à criminalis judicii testimonio repellit. Et lege eum titulum. Domestici autem testes accusatoris dicuntur, omnes qui cum eo habitant, & quibus ipse potest imperare. Dicit enim vi. caput primi titul. xxi. lib. Non est testis fide dignus, cui ego possum in accusando imperare; & cap. xxiv. Accusator testes domesticos non potest producere; & cap. xxvii. Domestica testimonia reprobantur. Et thema ii. xi. cap. li. tit. lx. lib. quod dicit; Furta domestica, si sint vilia, non sunt in publicam quæstionem referenda. Sunt autem domestica, quæ servi faciunt dominis, & liberti patronis, & mercenarii iis qui conduxerunt, apud eos degentes. Cùm autem præsens canon dicat, eos, qui sunt xiv. annis minores, non dicere testimonium, sed eos qui sunt ultra illam ætatem; & vigesimum caput primi tituli xxi. lib. dicat expressè; Non potest accusator vocare in testimonium enm qui publicè accusatur, nec eum qui est minor viginti annis: rogaverit quispiam, quid sit sequendum? Et mihi videtur lex esse magis sequenda. in testimonium enim causæ criminalis, qui minor est xx. annis, licèt sit major xiv. annis, non erit admittendus; ut qui nec firmum judicium, nec adhuc constantem prudentiam habeat. Est autem lex canone multò posterior; eo quòd longo tempore post hanc Synodum in Basilicorum repetitam prælectionem ille receptus sit. Lege sanctorum Apostolorum septuagesimum quintum canonem.

Zonar. Postquam de accusatoribus Synodi Patres dixerunt, nunc de testibus quoque statuunt, ac eos, qui accusare prohibentur, à testimonio quoque dicendo

A τῆσαι περὶ τούτου. καὶ εἰ μὲν εἴπῃ, οὐκ ἀπέδειξας, ἐφείσατο αὐτοῦ. εἰ δὲ εἴπῃ, ἐσυκοφάντησας, κατεδίκασεν αὐτὸν, κἂν μηδὲν εἴπῃ περὶ τῆς ποινῆς. ἐπακαλουθεῖ γάρ· ἡ μὲν γὰρ τῆς ὑποθέσεως ζήτησις ἐπιτιτέτραπται τῷ δικαστῇ, οὐ μὴν ἡ τοῦ νόμου ἐπεξέλευσις. εἰ δὲ εἴπῃ, προπετῶς ἐκίνησας, τουτέστιν οὐκ ἀπέδειξας, οὐ ποιεῖ αὐτὸν συκοφάντην, οὐδὲ ποινὴν ὑφίσταται.

ΖΩΝΑΡ. Ἐὰν διάφορά τις ἐγκλήματα προσθήσει κατὰ κληρικοῦ ἢ ἐπισκόπου, καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν εἰς πρᾶξιν, ἤτοι ζήτησιν καὶ ἐξέτασιν, προτεθῇ, καὶ μὴ ἀποδειχθῇ, ἀλλ' ἀναπόδεικτον μείνῃ, ἐπὶ τοῖς λοιποῖς καὶ κατηγόρον ἀπρόσδεκτον B εἰς διορίζεται ὁ κανών.

ΑΡΙΣΤ. Καὶ ὁ κατηγορήσας πολλὰ, καὶ ἐλέγξας οὐδέν.

Εὐλόγως καὶ οὗτος εἰς κατηγορίαν ἢ εἰς μαρτυρίαν οὐ παραδέχεται, ὡς συκοφάντης φανεὶς, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἄτιμος ὢν, ἐκ τοῦ πολλὰ προσθεῖναι κατά τινος αἰτιάματα, καὶ μηδέν τι ἐλέγξαι.

ΚΑΝΩΝ ρλβ'.

Τίνας δεῖ προσδέχεσθαι εἰς μαρτυρίαν. μάρτυρας δὲ εἰς μαρτυρίαν μὴ εἰσδέχεσθαι, τοὺς μηδὲ πρὸς κατηγορίαν εἰσδεχθῆναι παραγγελθέντας, ἢ ἔτι μὴν οὓς αὐτὸς ὁ κατηγόρος ἐκ τοῦ ἰδίου οἴκου προσκομίσει. μαρτυρία δὲ ἐντὸς κείρας ἐνιαυτῶν δεκατεσσάρων μὴ προσδεχθείη.

ΒΑΛΣ. Εἰπόντες οἱ τῆς συνόδου περὶ τῶν κατηγόρων, νῦν καὶ περὶ μαρτύρων διατάττονται· καὶ φασι τοὺς θέλοντας καταμαρτυρεῖν ἱερωμένων, χάριν ἐγκληματικῶν ὑποθέσεων, τοιούτους εἶναι, οἵους καὶ πρὸς κατηγορίαν οἱ κανόνες παραδέχονται. τοὺς δὲ μὴ παραδεχομένους εἰς κατηγορίαν, μηδὲ εἰς μαρτυρίαν παραδέχεσθαι. πρὸς τούτοις καὶ τοὺς οἰκειακοὺς D μάρτυρας ἀποδοκιμάζει ὁ κανών. ὡσαύτως καὶ τοὺς ἀνήβους ἥττονας δηλονότι τῶν ιδ'. ἐνιαυτῶν. καὶ ὁ μὲν κανὼν τούτους καὶ μόνους ἀπαραδέκτους πρὸς μαρτυρίαν εἶναι φησίν. ὁ δὲ α'. τίτλος τοῦ κα'. βιβλίου τῶν βασιλικῶν καὶ ἑτέρους διαφόρους εἰς μαρτυρίαν ἐγκληματικοῦ δικαστηρίου ἀποπέμπεται. καὶ ἀνάγνωθι καὶ τοιοῦτον τίτλον. ἐκ τῶν οἴκου δὲ τῶν κατηγόρου λογίζονται μάρτυρες, οἱ συνοικοῦντες αὐτῷ πάντες, καὶ οἱ κελεύεσθαι παρὰ τούτου δυνάμενοι. φησὶ γὰρ ὁ ς'. κεφ. τῶν α'. τίτλου τῶν κα'. βιβλίου, οὐκ ἔστιν ἀξιόπιστος μάρτυς ὁ κελεύεσθαι δυνάμενος παρ' ἐμοῦ ἐπὶ τῷ μαρτυρῆσαι, καὶ κεφάλ. κδ'. ὁ κατηγόρος οἰκειακοὺς μάρτυρας οὐ δύναται παράγειν, καὶ κεφάλ. κζ'. αἱ οἰκειακαὶ μαρτυρίαι ἀποδοκιμάζονται. καὶ θέμα β'. τῶν ια'. κεφαλ. τῶν να'. τίτλου τῶν ξ'. βιβλίου, λέγον, τὰς οἰκειακὰς κλοπὰς εὐτελεῖς οὔσας οὐ δεῖ φέρειν εἰς δημοσίαν ἐξέτασιν. οἰκειακαὶ δέ εἰσιν, ἃς δοῦλοι ποιοῦσι δεσπότῃ, καὶ ἀπελεύθεροι τοῖς πάτρωσι, καὶ μίσθιοι τοῖς μισθωσαμένοις παρ' αὐτοῖς διάγοντες. τῶν δὲ παρόντος κανόνος λέγοντος, τοὺς ἥττονας τῶν ιδ'. ἐνιαυτῶν μὴ μαρτυρεῖν, ἀλλὰ τοὺς ἐπέκεινα τούτου τῶν χρόνου, καὶ τῶν κ'. κεφ. τῶν α'. τίτλ. τοῦ κα'. βιβλίου λέγοντος οὕτω ῥητῶς, ὁ κατηγόρος οὐ δύναται καλεῖν εἰς μαρτυρίαν καὶ δημοσίως κατηγορούμενον, οὔτε καὶ ἥττονα τῶν εἴκοσι ἐτῶν, ἐρωτήσει τὶς, τίνι F προσέχειν ὀφείλομεν; καὶ δοκεῖ μοι μᾶλλον τῷ νόμῳ. εἰς γὰρ μαρτυρίαν ἐγκληματικῆς ὑποθέσεως ὁ ἥττον τῶν εἴκοσι ἐνιαυτῶν καὶ ἐπέκεινα τῶν ιδ'. χρόνων ὑπάρχων, οὐκ ἔστι παραδεκτέος· ὡς μηδὲ βεβηκὸς ἔχων φρόνημα. ἔστι δὲ καὶ ὁ νόμος κατὰ πολὺ μεταγενέστερος τοῦ κανόνος, διὰ δὲ μετὰ χρόνους πολλοὺς τῆς παρούσης συνόδου δεχθῆναι τοῦτον εἰς τὴν τῶν Βασιλικῶν ἀνακάθαρσιν. ἀνάγνωθι τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνα οε'.

ΖΩΝΑΡ. Εἰπόντες οἱ τῆς συνόδου περὶ κατηγόρων, νῦν καὶ περὶ μαρτύρων διατάττονται, καὶ φασὶ τοὺς κωλυομένους ἐγκληματικῶς ἐνάγειν, μηδὲ εἰς μαρτυρίαν προσδέχεσθαι. καὶ τοὺς προσδέχεσθαι

Digitized by Google

προσδέχεσθαι δὲ ὀφείλοντας μὴ ἀνήβους εἶναι. οἱ γὰρ μήπω τὸ ιδ'. ἐνιαυτὸν τῆς ἡλικίας αὐτοῖς προβάλλοντες ἄνηβοί εἰσιν. ἀνήβοις δὲ, οἷς μήπω ὁ φρόνημα σαθηρὸν, μαρτυρεῖν ἐ δοθήσεται. Ἀλλὰ οὐδὲ οἰκειακοὺς μάρτυρας ⁂ κατήγορον ἐξαγαγεῖν δίδωσιν. οἰκειακοὶ δέ εἰσιν, οἱ ἐκ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, οὐ πάντας δὲ τοὺς προύχοντας κωλύουσιν οἱ νόμοι μαρτυρεῖν, ἀλλά τινας, ἤγουν ὑποξουσίους αὐτοῦ ⁂ ἐξαγόντος. αὐτοὺς ἢ ὑποχείριους φύπλῆς, καὶ προσπάσσεσθαι δυναμένους, καὶ εἰ μὴ πείθοιντο κολάζομένους. εἰ δὲ ἀξιόλογοι εἶεν ὑποχείριοι, οἷς ἱερεῖς, ἢ διάκονοι, ἢ γραμματικοὶ, καὶ ὅσοι ὅμοιοι τούτοις, οὐκ ἀποδέκτοι ἔσονται πρὸς μαρτυρίαν.

A arceri jubent. Ad hæc impuberes quoque rejiciunt, qui quartumdecimum videlicet ætatis annum non excesserè; quibus, cum mentis constantia desit, testimonii quoque dicendi ratio haud constabit. Sed neque domesticos testes producendi potestas accusatori data est. Sunt vero domestici testes, qui ex ipsius accusatoris domo prodeunt: qui tamen non omnes testimonium dicere legibus prohibentur, sed aliqui tantum; ii nimirum, qui ipsos producentis potestati obnoxii, aliisve subjecti, viles sunt, quibus & imperari, & nisi imperio pareant, pœna infligi potest. Nam si honestiorem in familia locum obtineant, utpotè Sacerdotes, Diaconi, vel Gram-
B matici, & quicunque hujus generis, à testimonio dicendo nequaquam excludentur.

ΑΡΙΣΤ. Καὶ ὁ μὴ ἐνιαυτῶν δεκατεσσάρων.

ARIST. *Et qui annos quatuordecim nondum transegit.*

Καὶ οὗτος εἰς μαρτυρίαν ἄδεκτος, διὰ τὴν τῆς ἡλικίας ἀτέλειαν· δεῖ γὰρ ⁂ μαρτυροῦντα, σὺν τῷ, ἔντιμον καὶ ὀρθόδοξον εἶναι, καὶ σαθηρότητα ἔχειν· ὁ δὲ ἄνηβος, ὀλισθηρός ἐστι τὴν διάνοιαν. Ὃ δὲ δεύτερον θέμα τοῦ ἑπτακαιδεκάτου κεφαλαίου ⁂ πρώτου τίτλου ⁂ εἰκοστοῦ α'. βιβλίου, οὐδὲ ⁂ ἥτλονα τῶν εἴκοσιν ἐτῶν εἰς μαρτυρίαν κατά τινος ἐπ' ἐγκλήμασι παραδέχεται.

Et hic ad testimonium non est admittendus, propter ætatis imperfectionem. Testem enim oportet, non tantum bonæ esse famæ & orthodoxum, sed & stabilitatem habere: At qui pubertatem nondum attigit, judicio lubricus est. At secundum Thema cap. xvii. tit. i. lib. xxi. nec viginti anni minorem ad testimonium contra quempiam in causâ criminali dandum admittit.

Ὁ κατήγορος ἐκ τοῦ ἰδίου οἴκου μάρτυρας οὐ κατίσησι. C *Accusator è propriâ domo testes non producit.*

Αἱ οἰκειακαὶ μαρτυρίαι ἀπόβλητοι καὶ ἀπὸ νόμων εἰσί· φησὶ γὰρ ὁ κα'. κεφαλαίου ⁂ πρώτου τίτλου ⁂ κα'. βιβλίου ῥητῶς οὕτως· ὁ κατήγορος οἰκειακοὺς αὐτοῦ μάρτυρας οὐ δύναται παράγειν. καὶ ὁ κε'. κεφάλαιον ⁂ αὐτοῦ τίτλου καὶ βιβλίου, ὡς αἱ οἰκειακαὶ μαρτυρίαι ἀποδοκιμάζονται. μάρτυρας δὲ οἰκειακοὺς νοήσεις, τοὺς ὑπὸ ἐξουσίαν τινὸς τελοῦντας, καὶ δυναμένους προσάγεσθαι ὑπ' αὐτοῦ· οἱ τοιοῦτοι γὰρ οὔτε ὑπ' αὐτοῦ, ἢ κατ' ἄλλου, κατηγοροῦντος αὐτοῦ, εἰς μαρτυρίαν παραδεχθήσονται, ἢ ἐπ' ἐγκληματικῇ, ἢ ὅτι D χρηματικῇ αἰτήσει. εἰ δὲ ἕτερός τις ἐνάγει, καὶ βούλεται ἄλλου οἰκειακὴ μαρτυρίαν χρήσασθαι, οὐ κεκώλυται. ἀπὸ γὰρ ἑνὸς οἴκου δύναται καὶ πατὴρ, καὶ υἱὸς ὑποξούσιος, καὶ δύο συνεξούσιοι υἱοὶ ἀδελφοὶ, καὶ καθ' ἑνός, καὶ ὑπέρ τινος μαρτυρεῖν. ὡς ὃ πεντεκαιδέκατον κεφάλαιον τοῦ αὐτοῦ πρώτου τίτλου ⁂ εἰκοστοῦ πρώτου βιβλίου δηλαμβάνει.

Testimonia domestica etiam à legibus sunt rejicienda. Nam cap. xxi. tit i. lib. xxi. sic expressè dicit; Accusator domesticos suos testes non potest producere: & cap. xxv. ejusdem tituli & libri; quòd testimonia domestica improbantur. Testes autem domesticos intelligas, qui potestati cujuslibet subjecti sunt, & quibus ipse mandare potest: tales enim, nec pro eo, nec contra alium, eo accusante, in testimonium recipientur, in causâ vel criminali vel pecuniariâ. Si alius autem quispiam accuset, & alius domestico testimonio uti vellet, non prohibetur. Nam ex unâ domo potest & pater & filius qui est sub potestate, & duo filii fratres simul sub potestate, vel contra aliquem vel pro aliquo testimonium dicere. Ut cap. xv. ejusdem lib. tit. i. lib. xxi. statuit.

ΚΑΝΩΝ ρλγ'.

Περὶ ἐπισκόπου τοῦ ἀπὸ κοινωνίας ποιοῦντος ⁂ αὐτῷ μόνῳ ὃ ἴδιον ἔγκλημα ὁμολογήσαντα. ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ἐάν ποτε ἐπίσκοπος λέγῃ τινὰ αὐτῷ μόνῳ ὃ ἴδιον ἔγκλημα ὁμολογῆσαι, καὶ ἐκεῖνος ἀρνῆται, μὴ λογίσηται ὁ ἐπίσκοπος εἰς ἰδίαν ὕβριν συντείνειν, ὅτι αὐτὸς μόνος οὐ πιστεύεται· εἰ καὶ τῷ σκανδαλισθῆναι τὴν ἰδίαν συνειδήσεως λέγῃ μὴ θέλειν ἑαυτὸν κοινωνῆσαι τῷ ἀρνουμένῳ.

Canon CXXXIII.

De Episcopo, qui eum à communione removit, qui sibi soli proprium crimen confessus est. Similiter placuit, ut si Episcopus dicat aliquem sibi soli proprium crimen esse confessum, & ille negat; ne existimet Episcopus id ad suam injuriam pertinere, quòd ei soli fides non habetur: etiamsi propriæ conscientiæ scrupulo dicat se nolle ei, qui negat, communicare.

ΒΑΛΣ. Ὡς ἔοικε, τις λαϊκὸς ἢ καὶ κληρικὸς ἐξομολογήσατο τῷ ἰδίῳ ἐπισκόπῳ περί τινος ὑπ' αὐτοῦ πραχθέντος ἁμαρτήματος. καὶ λελυπημένος τῇ ὑποθέσει ἐπὶ κοινοῦ, ὁ μὲν τὴν ἐξομολόγησιν ποιησάμενος ἠρνήσατο ὃ ἔγκλημα· ὁ δὲ ἐπίσκοπος ἤλεγχε τοῦτον. διὸ καὶ ἤθελε ⁂ ἐξομολογησάμενον τιμωρηθῆναι ὡς ὕβρεις αὐτῷ, διὰ μὴ καταμαθὼν εἰς τὰ λεγόμενα παρὰ τούτου. φησὶν οὖν ὁ κανὼν, ὅτι οὐκ ἔστιν ὕβρις ⁂ ἐπισκόπου, ὃ μὴ πιστεύεσθαι αὐτὸν καὶ μόνον λέγοντα κατασθέσθαι ὑπ' αὐτοῦ ὃ ἔγκλημα ⁂ κατηγορούμενον· κἂν λέγῃ ὁ ἐπίσκοπος, ὅτι οὐ θέλω προσδέξασθαι αὐτὸν εἰς κοινωνίαν, σκανδαλιζομένης ἐπ' αὐτῷ τῆς συνειδήσεώς μου, διὰ τὴν ἐξομολόγησιν τοῦ ἁμαρτήματος. ἐρωτήσῃ δέ τις, ὡς τοῦ κανόνος ἀπαράδεκτον λογιζομένου τὴν τοῦ ἐπισκόπου μαρτυρίαν, ὡς ἀνθρώπου ἑνὸς, καὶ ⁂ νόμον ⁂ λέγοντα, ἑνὸς

BALS. Ut est verisimile, quidam Laicus, vel Clericus; proprio Episcopo confessus est de aliquo à se commisso peccato. Et cùm causa publicè acta esset, qui confessionem quidem fecerat crimen inficiabatur; Episcopus autem eum redarguebat. Et ideo volebat
F eum, qui confessus fuerit, puniri, tanquam qui ipsum injuriâ affecisset; eo quòd non annueret iis, quæ ab ipso dicebantur. Dicit ergo canon, Episcopum injuria non affici, si fides illi non adhibeatur soli dicenti, eum, qui accusatur, crimen sibi deposuisse: etiamsi dicat Episcopus, nolo eum ad communionem admittere, cùm mea in eo conscientia offendatur, propterea quòd crimen confessus est. Interrogabit autem quispiam, cùm canon non esse admittendum ducat Episcopi testimonium, tanquam unius hominis, secundùm legem quæ dicit; Non est

Digitized by Google

est unius admittendum testimonium, etiamsi sit senator: audieturne Episcopus, tanquam ei, qui accusatur, rectè non communicans, propter confessionem, an non? Solutio. Mihi videtur, quòd etiamsi revera confessus est, qui accusatur; ex eo solo non poterit Episcopus eum à communione separare, ut qui non sit condemnatus: Si autem hoc fecerit, ut qui sine ratione hominem à spirituali communione separaverit, separabitur & ipse à majori Antistite, eo, qui confessus est, absoluto. Nota ergo præsentem canonem propter Episcopos & Monachos, qui peccatorum hominum confessiones audiunt, & testimonium ferunt adversus eos, qui dicuntur fecisse apud ipsos confessionem criminis. Quòd autem non est admittendum unius testimonium, lege etiam lxxv. canonem sanctorum Apostolorum. Sanctissimus quidem certè Patriarcha dominus Lucas excommunicationis pœnæ subjecit monasterii Gerotrophii præfectum, qui fuerat Archiepiscopus Heracleæ, quòd tale testimonium tulisset adversus suum spirituale filium.

ZONAR. Quamvis Episcopus alicujus se crimina, ob quæ is communione movendus est, ipsius confessione cognovisse affirmet, qui tamen ejusmodi quidpiam confessum se esse neget; soli Episcopo in ea re fides non habebitur. Neque vero, inquiunt Patres, in eo injuriam sibi fieri Episcopus existimet, quòd soli sibi non creditur, quodque in posterum illius communionem admittere necesse habeat; quamvis ab ea communicatione se abstinere velle profiteatur, ex eaque conscientiam suam offendi causetur. Hîc enim per σκινδαλμόν, aut scandalum, aut conscientiæ confessione auditi facinoris concitatæ ac perturbatæ tumultum intellige.

ARIST. *Episcopo dicenti, quòd crimen mihi soli vicinus confessus est, si vicinus negaverit, facies non est facile habenda.*

Fides Episcopo non est habenda dicenti, quòd Clericus quispiam mihi soli crimen confessus est, & ob id gradu aut communione eum arceo. Si enim negat ille, quem confessum esse dicit, non debet eum condemnare; aut se injuriâ affectum existimare, quod ipsi soli non adhibetur fides.

CANON CXXXIV.

Ne Episcopus temere quempiam privet communione. Quamdiu segregato non communicat proprius Episcopus, eidem Episcopo alii non communicabunt Episcopi: ut magis caveat Episcopus, ne adversus aliquem dicat id, quod documentis probare apud alios non potest.

BALS. Quod superior canon prætermiserat, hic in apertum protulit. Id autem erat, Si noluit Episcopus ei communicare qui à se segregatus est, ut qui ipsi aliquod crimen dixerit: quid ei fiet Episcopo, qui injuria ante condemnationem hominem segregavit? Dicit ergo, quòd si aliquem injuria segregavit, quamdiu ei, qui segregatus est, non communicat, nec illi, qui segregavit scilicet, alii communicabunt Episcopi. Subjungit etiam causam, ne præcipites sint & inconsiderati [in accusatione & infligenda segregatione: & ne dicant adversus aliquos, quæ probare non possunt. Et à præsenti quidem canone sic punitur Episcopus, qui injustè segregavit. Ego autem existimo, quòd is Episcopus, non solùm sic punietur; sed & dicta segregatione majori Antistiti exposita, is quidem, qui est segregatus, à segregatione solvetur: qui autem segregavit, punietur secundùm Justiniani novellam, seu secundùm vigesimum quartum caput

μαρτυρία οὐκ ἔστι δεκτὴ, κἂν συγκλητικός ᾖ, ἀκουσθήσεται ὁ ἐπίσκοπος, ὡς δι' ὀλίγως μὴ συγκοινωνῶν τῷ κατηγορουμένῳ, ἀφ' ᾧ τὴν ἐξομολόγησιν, ἢ μή; Λύσις. ἐμοὶ δοκεῖ, ὡς κἂν τῇ ἀληθείᾳ ἐξωμολογήσατο ὁ κατηγορούμενος, ἀπὸ μόνου τούτου οὐ δυνήσεται αὐτὸν χωρίσαι τῆς κοινωνίας ὁ ἐπίσκοπος, ὡς μηδὲ καταδικασθέντα· εἰ δὲ τοῦτο ποιήσῃ, ὡς ἀνομολόγως χωρίσας ἄνθρωπον ἀπὸ τῆς πνευματικῆς κοινωνίας, χωρισθήσεται καὶ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ μείζονος ἀρχιερέως, τοῦ ἐξομολογησαμένου λυομένου. σημείωσαι δὲ πρόντα κανόνα ἀφ' οὗ ἐπισκόπους καὶ τοὺς δεχομένους ἀνθρώπων λογισμοὺς μοναχοὺς, καὶ μαρτυρίας κατὰ τῶν λεγομένων ποιῆσαι πρὸς αὐτοὺς ἐξομολόγησιν τοῦ ἁμαρτήματος. ὅτι δὲ ἄδεκτός ἐστιν ἡ τοῦ ἑνὸς μαρτυρία, ἀνάγνωθι καὶ σὺ οἷ. κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων. ὁ μέντοι ἁγιώτατος πατριάρχης κυρὸς Λουκᾶς ἐπεμέλησε τῆς ἀλιτουργησίας καὶ ἐπέβαλε καταδεομένου τῆς μονῆς τοῦ γηροτρόφου, καὶ γενόντα ἀρχιεπίσκοπον Ἡρακλείας, νῦν τὸν τι μαρτυρήσαντα κατὰ πνευματικοῦ παιδὸς αὐτοῦ.

ΖΩΝΑΡ. Κἂν ἐπίσκοπος λέγῃ ἐξομολογήσασθαί μοι τινὰ ἁμάρτημα χωρίζον αὐτὸν τῆς κοινωνίας, ὁ δὲ ἀρνῆται, λέγων μὴ εἰπεῖν αὐτῷ τοιοῦτον ἁμάρτημα, οὐ πιστεύσεται μόνος ὁ ἐπίσκοπος. καὶ τοῦτο, φασὶν οἱ πατέρες, μὴ λογιζέσθω τῷ ἐπισκόπῳ εἰς ὕβριν, ὅτι οὐ πιστεύεται μόνος, καὶ λοιπὸν ἀναλήψεται συγκοινωνίαν ἐκείνῳ, κἂν λέγῃ ὁ ἐπίσκοπος, ὅτι οὐ θέλω προσδέξασθαι αὐτὸν εἰς κοινωνίαν, σκανδαλιζομένης ἐπ' αὐτῷ τῆς συνειδήσεώς μου. σκανδαλμὸν γὰρ ἢ σκάνδαλον νοητέον ἢ τὸν ὄχλον τῆς συνειδήσεως θορυβουμένης καὶ ταραττομένης ἀφ' ᾗ ἐξομολόγησιν ἢ ἁμαρτήματος.

ΑΡΙΣΤ. Λέγων ἐπίσκοπος, ὅτι ὁ ἔγκλημα κατὰ μόνας ὁ πέλας μοι ὡμολόγησεν, εἰ ὁ πέλας ἀρνεῖται, οὐκ εὔτιμος.

Οὐ χρὴ πιστεύεσθαι τῷ ἐπισκόπῳ λέγοντι, ὡς κατὰ μόνας ὁ δεῖνα κληρικὸς ἔγκλημά μοι ὡμολόγησεν, καὶ διὰ τοῦτο ἢ τοῦ βαθμοῦ ἢ τῆς κοινωνίας αὐτὸν ἀπείργω. εἰ γὰρ ἀρνεῖται ἐκεῖνος, ὃν ὁμολογοῦσαι λέγει, οὐκ ὀφείλει καταδικάζειν αὐτὸν ἢ ἰδίαν ὕβριν τοῦτο λογίζεσθαι, ὅτι αὐτὸς οὐ πιστεύεται μόνος.

ΚΑΝΩΝ ρλδ'.

Ἵνα μὴ, ὡς ἔτυχέν, τινα στερήσῃ τῆς κοινωνίας ἐπίσκοπος. ἐφ' ὅσον τῷ ἀφωρισμένῳ μὴ κοινωνῇ ὁ ἴδιος ἐπίσκοπος, τῷ αὐτῷ ἐπισκόπῳ ἄλλοι μὴ συγκοινωνήσουσιν ἐπίσκοποι· ὥστε μᾶλλον προφυλάττεσθαι τὸν ἐπίσκοπον μὴ λέγειν κατά τινος, ὅπερ ἀποδείξειν ἐλέγξαι παρ' ἑτέροις οὐ δύναται.

ΒΑΛΣ. Ὃ παρεσιώπησεν ὁ ἀνώτερος κανών, τοῦτο παρήνεγκεν εἰς φανερόν. τὸ δὲ ὅλον τοῦτο, ἐὰν μὴ θελήσῃ ὁ ἐπίσκοπος κοινωνῆσαι τῷ παρ' αὐτοῦ ἀφορισθέντι, ὡς ἐγκλήματί τι αὐτῷ ἐξαγορεύσαντι, τί ἐπὶ τῷ τοιούτῳ ἐπισκόπῳ γενήσεται ἀνομολόγως ἀφορίσαντι καὶ παρὰ κατάκρισιν ἄνθρωπον; φησὶ γοῦν, ὅτι ἐὰν ἀφορίσῃ τινὰ ἀνομολόγως, ἐφ' ὅσον χρόνον ἐκεῖνος οὐ κοινωνῇ τῷ ἀφορισθέντι, μηδὲ ἐκεῖνος τῷ ἀφορίσαντι δηλαδὴ, κοινωνήσουσιν οἱ ἄλλοι ἐπίσκοποι. ἐπάγει δὲ καὶ τὴν αἰτίαν, ἵνα μὴ ταχεῖς καὶ ἀπροσκέπτους ὦσι πρὸς κατηγορίας καὶ πρὸς ἀφορισμὸν, καὶ μὴ κατά τινων λέγωσιν ἃ ἐλέγξαι οὐ δυνάνται. καὶ ἀπὸ μιᾶς τοῦ πρόντος κανόνος οὕτω κολάζεται ὁ ἀνομολόγως ἀφορίσας ἐπίσκοπος. ἐγὼ δὲ νομίζω, ὅτι οὐ μόνον ταῦτα κολασθήσεται ὁ τοιοῦτος ἐπίσκοπος, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἀνομολόγου τούτου ἀφορισμοῦ καθαιρεθεὶς παρὰ μείζονι ἀρχιερεῖ, ὁ μὲν ἀφορισθεὶς λυθήσεται τοῦ ἀφορισμοῦ· ὁ δὲ ἀφορίσας τιμωρηθήσεται καὶ τὴν Ἰουστινιάνου νεαρὰν, ἤτοι κεφ. κδ'. πφάλ.

Digitized by Google

τῦ α'. πίτλυ τ γ'. βιβλίυ, ὁ ⁊ ἐν Διαφόροις κθμόσι κατεγρώθη, ⁊ κζ' ⁊ δ'. κθμόνα τ ζ'. συνόδου. ⁊ ἀναγνωσθήτω τοίνυν κθμόνα ⁊ τὸν νεαρᾶν κωλαζεσθείσθω εἰς τὸν ἑρμηνείαν αὐτῦ, ⁊ ⁊ ιδ'. κθμόνα τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδυ.

A primi tituli tertii libri, quod etiam in diversis Canonibus situm est; & secundùm quartum Canonem septimæ Synodi. Et lege hunc Canonem & Novellam sitam in ejus interpretatione; & xiiii. Can. Sardic. Syn.

ΖΩΝΑΡ. Ο προεσιώπησεν ὁ ἀνωτέρω κανών, τοῦτο προηγήσατο εἰς φανερόν. Ὅ δὲ λῶ ὅ, ἐὰν μὴ θέλῃ ὁ ἐπίσκοπος κοινωνῆσαι τῷ παρ' αὐτῦ ἀφορισθέντι, ὡς ἔγκλημά τι αὐτῷ ἐξαγορεύσαντι, τί χρὴ τοίνυν τὸν τοιοῦτον οἰκονομηθῆναι; φησὶ γοῦν, ὅτι ἐάν ἀφορίσῃ τινὰ ὁ δικαίως, ἐφ' ὅσον κρόνον ἐκεῖνος ὁ κοινωνεῖ τῷ ἀφορισθέντι, μηδὲ ἐκεῖνος, τῷ ἀφορίσαντι δηλαδή, κοινωνῶσιν οἱ ἄλλοι ἐπίσκοποι· ἐπάγει δὲ κὰ τὴν B αἰτίαν, ἵνα μὴ ταχεῖς κὰ ἀπερίσκεπτοι ὦσι πρὸς κατηγορίαν κὰ πρὸς ἀφορισμόν, κὰ μὴ κατά τινων λέγωσιν, ἃ ἐλέγξαι ὁ δύνανται.

Zonar. Quod silentio superior Canon texerat, hic in apertum protulit. Id autem erat ejusmodi; Si nolit Episcopus ei communicare, quem quasi crimina ipsi confessum segregavit, quid huic ipsi Episcopo fiet? Respondet igitur, quòd si aliquem injuria segregavit, quandiu ei, qui segregatus est, ipse non communicat; nec illi videlicet qui segregavit alii Episcopi communicabunt: causámque præterea subnectit; ne in accusatione segregationéque infligenda præcipites & inconsiderati sint, neve cuiquam objiciant ea, quæ postea probare non possint.

ΑΡΙΣΤ. Τὸν μὴ ἐλεγχθέντα, κοινωνίας στερήσας ἐπίσκοπος, στερεῖται κὰ αὐτὸς τῆς ἐπέρων ὁμοίως.

Arist. *Episcopus eum, qui non convictus est, communione privans, & ipse aliorum similiter communione privabitur.*

Εἴτις ἐπίσκοπος κληρικὸν αὐτῦ ἀφορίσῃ, μὴ ἐλεγχθέντα ὑπὸ πλαίσμασι, ἀλλ' ἐκ μόνης τ αὐτῦ κωλακευθέντα συνειδήσεως, ἀφορισθήσεται ⁊ κὰ αὐτὸς, ⁊ τ τῶν ἄλλων ἐπισκόπων κοινωνίας ἀποστερηθήσεται· ὅσαν φυλάττηται ὅ, μὴ εὐκόλως κατά τινος λέγειν, ὅπερ ἀπελέγξαι ὁ δύναται. C

Si quis Episcopus Clericum suum segregaverit, criminum non convictum, sed suâ solâ condemnatum conscientiâ, segregabitur & ipse, & aliorum Episcoporum communione privabitur; ut illud observetur, ne facile contra quempiam dicat, quod probare non potest.

ΚΑΝΩΝ ρλέ'.

Canon CXXXV.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· κὰ τὰ ὁρισθέντα τῇ γνώμῃ πάσης τ συναθροισθείσης συνόδου, κὰ τῆς ἐμῆς μετριότητος, ἀρέσκει πάντων τῶν πραγμάτων τὰ προδηλωθέντος ὁλοτελῶς πίτλυ ποιῆσαι τὸ συμπέρασμα, κὰ τ συζήτησιν τῆς διατυπώσεως τῆς παρούσης ἡμέρας τὰ ἐκκλησιαστικὰ πεπραγμένα ἀναδέξωνται· ἅτινα δὲ ἀκμὴ οὐκ ἐπεξεργάσθησόμ, τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ διὰ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, Φαυστίνυ τῦ ἐπισκόπυ, Φιλίππυ κὰ Ασέλλυ τῶν πρεσβυτέρων, τῷ προσκυνητῷ ἀδελφῷ κὰ συλλειτουργῷ ἡμῶν Βονιφατίῳ ἀντιγράψομεν. κὰ ὑπέγραψαν. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος τοῖς παροῦσι τῶν ὁρων πεπραγμένοις τοῖς παρ' ἡμῶν δεχομένοις ὑπέγραψα. D

Aurelius Episcopus dixit; Secundùm ea, quæ totius Synodi congregatæ meaque mediocritatis sententia definita sunt, placet omnium rerum priùs declarati perfecti tituli facere conclusionem, & præsentis diei constitutionis tractatum acta Ecclesiastica suscipiant: quæ autem nondum sunt pertractata, die sequenti per fratres nostros, Faustinum Episcopum, Philippum & Asellum Presbyteros, venerando fratri & Coëpiscopo nostro Bonifacio rescribemus. Et subscripserunt; Aurelius Episcopus his decretorum actis à nobis susceptis subscripsi.

Βαλεντῖνος τ πρώτης καθέδρας ἐπίσκοπος τῆς Νυμιδικῆς χώρας τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Valentinus Episcopus primæ Cathedræ Numidicæ regionis his actis subscripsi.

Φαυστῖνος ἐπίσκοπος τῆς Ποτενσινῆς ἐκκλησίας, ἐπαρχίας Πικένυ, ἀποκρισιάριος τῆς Ρωμαϊκῆς ἐκκλησίας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Faustinus Episcopus Potentinæ Ecclesiæ, provinciæ Piceni, Legatus Romanæ Ecclesiæ, his actis subscripsi.

Αλύπιος ἐπίσκοπος Θυγατένσης, ἀποκρισιάριος τῆς Νυμιδικῆς χώρας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα. E

Alypius Episcopus Thagatensis, Legatus provinciæ Numidiæ, his actis subscripsi.

Αυγυστῖνος ἐπίσκοπος Ιππωνης, ἀποκρισιάριος τῆς Νυμιδικῆς ἐπαρχίας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Augustinus Episcopus Hipponensis, Legatus provinciæ Numidiæ, his actis subscripsi.

Ποσίδιος ἐπίσκοπος Καλαμένσης, ἀποκρισιάριος τῆς Νυμιδικῆς ἐπαρχίας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Possidius Episcopus Calamensis, Legatus provinciæ Numidiæ, his actis subscripsi.

Φορτυνατιανὸς Νεαπολίτης τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Fortunatianus Neapolitanus, his actis subscripsi.

Ρυφιανὸς Μυζυενσιανὸς, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Rufianus Muzuensianus, his actis subscripsi.

Πραιτεξτάτος Σικιλιβένσης, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα. F

Prætextatus Sicilibensis, his actis subscripsi.

Κουοδβυλτδέος Βερένσης, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Quod-vult-Deus Verensis, his actis subscripsi.

Κάνδιδος Γερμανίας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Candidus Germaniæ, his actis subscripsi.

Κολώνιος Οὐτικένσης, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Colonius Uticensis, his actis subscripsi.

Μαξιμιανὸς Ακυρεγιῶτης τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Maximianus Acyrogensis, his actis subscripsi.

Ιουκοῦνδος Συφφετυλένσης, ἀποκρισιάριος τῆς Βυζακινῆς ἐπαρχίας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Jucundus Suffetulensis, Legatus Provinciæ Byzacenæ, his actis subscripsi.

Digitized by Google

Maximianus Legatus provinciæ Byzacenæ, his actis subscripsi.

Hilarianus Horaiocellensis, Legatus provinciæ Byzacenæ, his actis subscripsi.

Ninellus Rusurrianita, Legatus provinciæ Cæsariensis, his actis subscripsi.

Laurentius Icositanus, Legatus provinciæ Cæsariensis, his actis subscripsi.

Numerianus Rusuguriensis, Legatus provinciæ Cæsariensis, his actis subscripsi.

Leo Moctensis, Legatus provinciæ Cæsariensis, his actis subscripsi.

Alius Leo, Legatus provinciæ Sitifensis, his actis subscripsi.

Et cæteri Episcopi ducenti & septemdecem similiter subscripserunt.

Philippus Presbyter, Legatus Ecclesiæ Romanæ, his actis à nobis relictis subscripsi.

Asellus Presbyter, Legatus Ecclesiæ Romanæ, his actis per nos missis subscripsi.

A Μαξιμιανὸς τοποτηρητὴς τῆς Βυζακηνῶν ἐπαρχίας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Ἰλαριανὸς Ὡραιοκέλλος, τοποτηρητὴς τῆς Βυζακινῆς χώρας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Νινέλλος Ῥουσουῤῥηανίτης, τῆς Καισαριανῆς χώρας τοποτηρητὴς, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Λαβρέντιος Ἰκοσιτανὸς, τῆς Καισαριανῆς χώρας τοποτηρητὴς, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Νουμεριανὸς Ῥουσουγουριώτης, τῆς Καισαριανῆς χώρας τοποτηρητὴς, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Λέων ἀπὸ Μόκτης, τῆς Καισαριανῆς χώρας τοποτηρητὴς, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

B Ἄλλος Λέων, τῆς Σιτηφένσης ἐπαρχίας τοποτηρητὴς, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι διακοσιοιδεκαεπτὰ ὁμοίως ὑπέγραψαν.

Φιλίππος πρεσβύτερος, τοποτηρητὴς τῆς Ῥωμαικῆς ἐκκλησίας τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ἀφ' ἡμῶν ἀναγνωσθεῖσιν, ὑπέγραψα.

Ἀσέλλος πρεσβύτερος, τοποτηρητὴς τῆς Ῥωμαικῆς ἐκκλησίας τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις, τοῖς δι' ἡμᾶς ἀποσταλεῖσιν, ὑπέγραψα.

Incipit ab universa Africana Synodo ad Bonifacium Ecclesiæ Romanæ Episcopum, per Faustinum Episcopum, Philippum & Asellum Presbyteros, Romanæ Ecclesiæ Legatos, missa Epistola. Domino beatissimo & venerabilissimo fratri Bonifacio, Aurelius, Valentinus primæ Sedis Numidicæ provinciæ, & reliqui qui adfuerunt numero ccxvii. ex universa Africana Synodo. Quoniam Domino placuit, ut de iis, quæ nobiscum peregerunt sanctissimi fratres nostri, Faustinus Episcopus, & Compresbyteri Philippus & Asellus, non, beatæ memoriæ Zosimo Episcopo, à quo ad nos literas & mandata attulerunt, sed vestræ venerationi, quæ in illius locum divinitùs constituta est, humilitas nostra rescriberet: quæ utrorumque nostrûm concordia finita sunt, debemus ea paucis declarare; sed non ea, quæ prolixis actorum involucris detinentur, quæ servata quidem charitate, sed non sine parvo dubitationis labore deduximus; hoc agentes, ut quæ ad rem conferunt, actis inserantur. Ille enim si adhuc esset in hoc corpore, gratiùs acciperet quod magis paratè finitum videret, domine frater. Apiarius Presbyter, de cujus ordinatione & excommunicatione & appellatione exortum est, non solùm Siccensi, sed & universæ Africanæ Ecclesiæ, non parvum scandalum, de omnibus, in quibus erravit, petita venia, communioni restitutus est. Primus enim Coepiscopus noster Urbanus Siccæ, quidquid erat à se corrigendum, sine dubitatione correxit. Et quia Ecclesiasticæ paci & quieti, non solùm in præsens, sed in futurum etiam tempus, providendum est; quoniam multa ejusmodi præcesserunt, ut à similibus, vel etiam gravioribus, in posterum caveamus: placuit, ut Siccensi Ecclesia moveatur Presbyter Apiarius, ei scilicet servato gradus sui honore; & accipiens secundum Canones Epistolam, ubicunque alibi voluerit & potuerit, Presbyteri officium obeat & sacra celebret. Quod quidem ipsi Apiario, cùm id propriis literis petivisset, absque ulla difficultate concessimus. Antequam autem vel ipsa causa ita finiretur, inter alia, quæ assiduis disceptationibus versabamus,

C Ἀρχεται ἡ ἀπὸ πάσης τῆς ἐν Ἀφρικῇ συνόδου πρὸς Βονιφάτιον τοῦ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπίσκοπον, διὰ Φαυστίνου ἐπισκόπου, Φιλίππου καὶ Ἀσέλλου πρεσβυτέρων, τῶν τοποτηρητῶν τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας ἀποσταλεῖσα ἐπιστολή. δεσπότῃ μακαριωτάτῳ καὶ τιμιωτάτῳ ἀδελφῷ Βονιφατίῳ, Αὐρήλιος, Βαλεντῖνος τῆς πρώτης καθέδρας τῆς Νουμιδικῆς ἐπαρχίας, καὶ οἱ λοιποὶ οἱ παραγενόμενοι τοῦ ἀριθμὸν διακόσιοι δεκαεπτὰ, ἐκ πάσης τῆς ἐν Ἀφρικῇ συνόδου. ἐπειδὴ τῷ κυρίῳ ἤρεσεν, ἵνα περὶ ὧν ἅμα ἡμῖν διεπράξαντο οἱ ἁγιώτατοι ἀδελφοὶ ἡμῶν, Φαυστῖνος ὁ συνεπίσκοπος, καὶ οἱ συμπρεσβύτεροι Φίλιππος καὶ Ἀσέλλος, μὴ, τῷ τῆς μακαρίας μνήμης Ζωσίμῳ τῷ ἐπισκόπῳ, ἀφ' οὗ πρὸς ἡμᾶς γράμματα καὶ ἐντολὰς ἤγαγον, D ἀλλὰ τῇ ὑμετέρᾳ τιμιότητι εἰς τὸν ἐκείνου τόπον θεόθεν κατασταθείσῃ ἡμετέρα βραχότης ἀντιγράψῃ, τὰ τῇ ἑκατέρων ἡμῶν ὁμονοίᾳ πεπρατωθέντα ὀφείλομεν διὰ βραχέων ἐμφανῆ καταστῆσαι, οὐ μὴν τὰ τοῖς ἐκτεταμένοις τῶν πεπραγμένων κυλίσμασι κατεχόμενα ἐν οἷς σωζομένης μὲν τῆς ἀγάπης, οὐ χωρὶς δὲ μικροῦ τῆς ἀμφισβητήσεως καμάτου παρειλκύσαμεν, σκεπτόμενοι τὰ εἰς τὸ πρᾶγμα συντείνοντα τοῖς πεπραγμένοις ἐνθεῖναι. κἀκεῖνος γὰρ, εἰ ἔτι ἦν ἐν τῷ σώματι τούτῳ, χαριεστέρως ἐδέχετο ὅπερ ἔβλεπεν εἰρηνικωτέρως πεπρατωθὲν, κύριε ἀδελφέ. Ἀπιάριος ὁ πρεσβύτερος, οὗ τινος καὶ περὶ τῆς χειροτονίας E καὶ τῆς ἀκοινωνησίας καὶ προκλήσεως ἀνεφύη, οὐ μόνον τῇ ἐν Σίκῃ, ἀλλὰ καὶ τῇ ἐν πάσῃ τῇ Ἀφρικῇ ἐκκλησίᾳ, οὐ μικρὸν σκάνδαλον, περὶ πάντων ὧν ἐπλανήθη συγγνώμην αἰτήσας, τῇ κοινωνίᾳ ἀποκατέστη. πρῶτος γὰρ ὁ συνεπίσκοπος ἡμῶν Οὐρβανὸς ὁ τῆς Σίκης, ὅσον ἦν ἐν αὐτῷ διορθωτέον, ἀναμφιβόλως διωρθώσατο. ἐπεὶ δὲ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης καὶ ἡσυχίας οὐ μόνον πρὸς τὸ παρὸν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ ἑξῆς ἔδει πρόνοιαν ποιήσασθαι, ὅτι πολλὰ τοιαῦτα προηγήσαντο, ὅπως ἀπὸ τῶν ὁμοίων ἢ καὶ βαρυτέρων τῶν μετὰ ταῦτα προσφυλαξώμεθα· ἤρεσεν ἡμῖν, ἵνα ἐκ τῆς ἐν Σίκῃ ἐκκλησίας ἀποκινηθῇ ὁ πρεσβύτερος Ἀπιάριος, φυλαττομένης αὐτῷ δηλονότι τῆς τιμῆς τοῦ βαθμοῦ αὐτοῦ· καὶ λαμβάνων κατὰ τοὺς κανόνας ἐπιστολὴν, ὁπουδήποτε ἀλλαχοῦ βουληθείη καὶ δυνηθείη, τῷ καθήκοντι τοῦ πρεσβυτερίου λειτουργήσῃ. ὅπερ τῷ αὐτῷ Ἀπιαρίῳ δι' οἰκείων γραμμάτων αἰτήσαντι χωρίς τινος δυσχερείας συνεχωρήσαμεν. πρὸ τῆς δὲ ἡ αἰτία αὕτη τῷ τοιούτῳ πέρατι παραδοθῇ, μεταξὺ τῶν ἄλλων, ἅ τινα διηνεκέσιν διαγνώσεσιν ἀνεστρέφομεν, αὐτοῦ

Digitized by Google

ἀυτοῦ τοῦ λόγου ἀπαιτήσαντος, ὥστε τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς A
πεπραγμένοις, ζητῆσαι ἡμᾶς παρὰ τῶν ἀδελφῶν ἡ-
μῶν Φαυστίνου τοῦ συνεπισκόπου, καὶ Φιλίππου καὶ Ἀσέλλου
τῶν συμπρεσβυτέρων, ἵνα προενέγκωσιν εἰ τιδήποτε
ἦν αὐτοῖς ἅμα ἡμῖν πρακτέον ἐπιτραπὲν, τινὰ μὲν ἀ-
γράφως διὰ λόγων ἐπεξειργάσαντο· ἡμῶν δὲ ἀπαιτη-
σάντων ὅπερ ἐπεφέροντο ἔγγραφον κομμονιτόριον, τοῦτο
προήγαγον· ὅπερ ἀναγνωσθὲν παρ' ἡμῶν, τοῖς πεπρα-
γμένοις ἔτι μὴν ἐνετάγη, τοῖς καὶ πρὸς ὑμᾶς δι' αὐτῶν
ἐπὶ τοῦ παρόντος φερομένοις. ἐν ᾧ τέσσαρα αὐτοῖς τινα
ἅμα ἡμῖν πρακτέα ἐνετάγησαν· ἓν, περὶ ἐγκλήτων ἐπι-
σκόπων πρὸς τοῦ τῆς Ρωμαίων ἐκκλησίας ἱερέα· δεύτερον,
ἵνα ἐπὶ τὸ κομιτᾶτον ἐπίσκοποι, ὡς ἔτυχεν, μὴ πλεύ- B
σωσιν· τρίτον, περὶ τοῦ, τὰς αἰτίας τῶν πρεσβυτέρων καὶ
διακόνων ζητεῖσθαι παρὰ τοῖς ὁμόροις ἐπισκόποις, ἐὰν ἐκ τῶν
ἰδίων ἀπὸ κοινωνίας προπετῶς γένωνται· τέταρτον, περὶ Οὐρ-
βανοῦ τοῦ ἐπισκόπου ἀποκοινωνητέου, ἢ ἔτι μὴν ἐν Ρώμῃ κλη-
τέου, εἰ μὴ τὰ ὀφείλοντα διορθωθῆναι διορθώσῃ. ἐξ ὧν
πάντων περὶ τοῦ πρώτου καὶ τρίτου, τοῦτ' ἔστιν, ἵνα ἔξεστιν εἰς
Ρώμην τοῖς ἐπισκόποις ἐκκαλεῖσθαι, καὶ ὅτι αἱ τῶν κληρικῶν
αἰτίαι παρὰ τοῖς τῶν ἐπαρχιῶν αὐτῶν ἐπισκόποις περατῶνται,
ἤδη ἐν τῷ προλαβόντι ἐνιαυτῷ γράμμασιν ἔτι μὴν ἡμε-
τέροις πεμφθεῖσιν τῷ αὐτῷ τῆς προσκυνητῆς μνήμης Ζωσί-
μῳ τῷ ἐπισκόπῳ ἐσπουδάσαμεν ἐμφανίσαι, ἵνα ταῦτα χω-
ρίς τινος ὕβρεως αὐτοῦ πρὸς ὀλίγον φυλάξωμεν, ἕως οὗ ζή- C
τησις γένηται τῶν ὅρων τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου. καὶ νῦν δὲ ἀπὸ
τῆς σῆς αἰτούμεθα ἁγιωσύνης, ἵνα, ὃν τρόπον ταῦτα τὰ ἐν
Νικαίᾳ ἀπὸ τῶν πατέρων ἐπράχθησαν, οὕτως αὐτὰ παρ' ἡμῶν
φυλαχθῆναι ποιήσῃς· καὶ αὐτόθι παρ' ὑμῖν τὰ ἐν τῷ αὐτῷ
κείμενα κομμονιτορίῳ γυμνασθῆναι ποιήσῃς· τοῦτ' ἔστιν,
ἐὰν ἐπίσκοπος κατηγορηθῇ, καὶ οἱ συνελθόντες ἐπίσκοποι τῆς
αὐτῆς ἐπαρχίας κρίνωσιν, καὶ ἐκ τῶν βαθμοῦ αὐτοῦ καθέλωσιν
αὐτὸν, ὅταν δόξῃ ἐκκαλεῖσθαι, καὶ πρὸς τοῦ μακαριώτατον
τῆς Ρωμαίων ἐκκλησίας ἐπίσκοπον καταφύγῃ· ἐὰν συνίδῃ
αὐτὸν ἀκουσθῆναι, καὶ δίκαιον λογίσηται, ὥστε ἀνανεωθῆναι
τὴν κρίσιν, γράψαι καταξιώσῃ τοῖς ἐν τῇ ὁμόρῳ καὶ ἐγγι- D
ζούσῃ ἐπαρχίᾳ καθεστῶσιν ἐπισκόποις, ἵνα αὐτοὶ πάντα
ἐπιμελῶς ἀναζητήσωσιν, καὶ κατὰ τὴν πίστιν τῆς ἀληθείας
περατώσωσιν. ἐὰν δὲ καὶ ὁ παρακαλῶν τὴν αἰτίαν αὐτοῦ
ἄνωθεν ἀκουσθῆναι, ἰδίᾳ ἱκεσίᾳ κινήσῃ τοῦ Ρωμαϊκὸν ἐπί-
σκοπον, ἵνα ἐκ τῶν ἰδίου αὐτοῦ πλευροῦ πρεσβύτερον ἀποστεί-
λῃ, ἐν τῇ ἐξουσίᾳ τοῦτ' ἔστι, τοῦ ἐπισκόπου, τί βουληθῇ καὶ τί
κρίνῃ. καὶ ἐὰν ψηφίσηται τοὺς ὀφείλοντας μετὰ τῶν ἐπισκόπων
παρόντας κρῖναι, ἔχοντας τὴν αὐθεντείαν αὐτοῦ ἐξ οὗ ἀπε-
στάλησαν, ἔσται ἐν τῇ κρίσει αὐτοῦ· ἐὰν δὲ καὶ πιστεύσῃ ἀρκεῖν
τοὺς ἐπισκόπους πρὸς τὸ παρατῶσαι τὰ τοῦ πράγματος
ποιήσῃ ὅπερ τῷ σοφωτάτῳ αὐτῷ συνίδῃ βουλεύματι. ὁμοίως E
περὶ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, ἐάν τις ἐπίσκοπος ὀργί-
λος, ὅπερ εἴη οὐκ ὀφείλει, ταχέως ἢ τραχέως κινηθῇ κατὰ
πρεσβυτέρου ἢ διακόνου ἰδίου, καὶ θελήσοι τοῦτον ἐκ τῆς
ἰδίας ἐξορίσαι ἐκκλησίας· προνοητέον ἐστὶν, ἵνα μὴ ἀναι-
τίως καταδικασθῇ ἢ ἀπολέσῃ τὴν κοινωνίαν. καὶ ἐχέτω ὁ ἐκ-
βληθεὶς ἐξουσίαν προσελθεῖν τοῖς ὁμοροῦσιν, καὶ ἡ αἰτία
αὐτοῦ ἀκουσθῇ, καὶ ἐπιμελέστερον ζητηθῇ· ὅτι οὐκ ὀφείλει
παρακαλοῦντι αὐτῷ ἡ ἀκρόασις ἀρνηθῆναι· κἀκεῖνος
δὲ ὁ ἐπίσκοπος, ὁ ἢ δικαίως ἢ ἀδίκως ἐκβαλὼν, ἀνε-
ξικάκως καταδέξηται τὰ τοῦ πράγματος ἐξετασθῆναι,
ἵνα ἢ κυρωθῇ ἢ διορθωθῇ ἡ γνώμη αὐτοῦ. ταῦτα δη- F
λονότι, ἕως τῆς παρουσίας τῶν ἀληθεστάτων ἐξέμπλων
τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, τοῖς πεπραγμένοις ἐνεβλή-
θησαν· ἅτινα ἐὰν ἐκεῖ, ὃν τρόπον ἐν αὐτῷ τῷ κομ-
μονιτορίῳ περιέχεται, τῷ ἡμῖν διὰ τῶν ἀποσταλέν-
των ἀδελφῶν ἐκ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ἐμφανι-
σθέντι, καὶ παρ' ὑμῖν τῇ αὐτῇ τάξει ἐν Ἰταλίᾳ φυ-
λάττονται, οὐδαμῶς καὶ ἡμεῖς τῶν τοιούτων με-
μνῆσθαι βουλόμεθα, ἢ οὐχ ὑποφέρειν ἐπειγόμεθα,

cùm ipsa ratio postularet, ut à fratribus nostris, Faustino Coëpiscopo nostro, & Asello & Philippo Presbyteris, peteremus, ut Ecclesiasticis actis afferrent, si quid eis esset commissum, quod unà nobiscum esset agendum; nonnulla quidem sine scriptis verbis persecuti sunt. Cùm autem nos postulassemus Commonitorium, quod ab eis in scriptis proferebatur, id produxerunt; quod à nobis lectum, actis præterea insertum est, quæ etiam ad vos per eos in præsentia feruntur. In quo quatuor ab eis nobiscum agenda inserta erant; Unum de appellationibus Episcoporum ad Romanæ Ecclesiæ Sacerdotem; Secundum, ne Episcopi ad comitatum temere navigarent; Tertium autem, ut Presbyterorum & Diaconorum causæ à finitimis Episcopis examinentur, si à propriis temere communione moti fuerint; Quartum de Urbano Episcopo excommunicando, vel Romam citando; nisi quæ corrigi oportet, corrigat. Ex quibus omnibus de primo & tertio, id est, ut liceat Episcopis Romam appellare, & ut causæ Clericorum ab ipsarum provinciarum Episcopis finiantur, anno præcedente nostris quoque literis eidem venerandæ memoriæ Zosimo Episcopo datis ostendere studuimus, ut ea sine ulla illius injuria aliquantisper servaremus, donec Nicænæ Synodi decretorum facta esset inquisitio. Et nunc à tua sanctitate petimus, ut quomodo ea à Patribus Nicææ facta sunt, sic ea à nobis servari, & illic apud vos quæ sunt in ipso Commonitorio posita exerceri facias: hoc est, ut si Episcopus accusatus fuerit, & congregati ejusdem provinciæ Episcopi eum judicaverint, & è suo gradu deposuerint, quando appellare visum fuerit, & ad beatissimum Romanæ Ecclesiæ Episcopum confugerit; si eum esse audiendum censuerit, justumque esse duxerit, ut renovetur judicium, finitimis Episcopis, & in propinqua provincia constitutis scribere dignetur, ut ipsi omnia diligenter inquirant; & ex veritatis fide finiant. Sin autem is, qui causam suam à principio audiri rogat, sua supplicatione Romanum Episcopum moverit, ut ex proprio suo latere Presbyterum mittat; erit in potestate Episcopi quid velit & quid judicet. Et si statuerit, quinam debeant cum Episcopis præsentes judicare, habentes ejus auctoritatem à quo missi sunt; ejus judicio relinquetur: Sin autem crediderit sufficere Episcopos ad finiendum negotium; faciat quod sapientissimo suo concilio visum fuerit. Similiter de Presbyteris & Diaconis; Si quis Episcopus iracundus, quod esse non debet, celeriter aut asperè adversus Presbyterum vel Diaconum suum motus fuerit, & velit eum ex propria Ecclesia segregare; providendum est, ne sine causa condemnetur, vel perdat communionem. Et is qui ejectus est, potestatem habeat accedendi ad finitimos, & causa ejus audiatur, & diligentiùs examinetur; quia non debet ei roganti auxilium denegari: ille autem Episcopus, qui sive justè sive injustè ejecit, toleranter feret rem examinari; ut vel confirmetur vel corrigatur ejus sententia. Hæc scilicet, usque ad præsentiam verissimorum exemplarium Nicænæ Synodi, actis inserta sunt: quæ quidem si illic, quomodo in ipso Commonitorio continetur, quod nobis per fratres à Sede Apostolica missos ostensum est, apud vos quoque in eodem ordine in Italia servantur, nos eorum nequaquam meminisse volumus, vel non sufferre contendimus;

Digitized by Google

sed credimus, quòd adjuvante Domini Dei nostri misericordia, tua sanctitate Romanæ Ecclesiæ præsidente, hunc deinceps metum non suscipiemus. Servabuntur autem etiam erga nos, quæ nobis quoque tacentibus servari debent dilectione fraterna: quæ pro sapientia & justitia, quam tibi dedit Altissimus, ipse quoque sentis servari debere; si fortè aliter se habeant Canones Nicænæ Synodi. Nos enim, qui in plures libros incidimus; nunquam legimus in libris Romanis, in Synodum Nicænam, quemadmodum in prædicto Commonitorio isthinc transmissi sunt: tamen quia hic in nullo libro Græco hæc invenire potuimus, ex Ecclesiis Orientalibus, ubi ipsa decreta authentica dicuntur adhuc posse inveniri, ad nos illa deferri valde desideramus. Quare tuam etiam venerationem rogamus, ut ipse præterea scribere digneris ad illarum partium Antistites, id est, Antiochenæ, Alexandrinæ & Constantinopolitanæ Ecclesiæ, & ad alios, si tuæ sanctitati videatur, ut illinc ad nos Nicææ à sanctis Patribus constituti Canones mittantur; te præcipuè hoc beneficium Occidentalibus omnibus Ecclesiis Dei auxilio conferente. Quis enim dubitat exemplaria Synodi Nicææ congregatæ verissima esse in Græcis, quæ à tam diversis locis & insignibus Græcis Ecclesiis deportata & collata consentiunt? Quod quidem donec factum fuerit, quæ in dicto Commonitorio nobis allata sunt, de appellationibus Episcoporum ad Romanæ Ecclesiæ Sacerdotem, & de causis Clericorum, quæ debent à suarum provinciarum Episcopis finiri, nos etiam servaturos profitemur usque ad probationem: & vestram beatitudinem, Deo volente, nobis ad hoc auxilium laturam confidimus. Reliqua autem, quæ in nostra Synodo acta & confirmata sunt, quia prædicti fratres nostri Faustinus Coëpiscopus, Philippus & Asellus Presbyteri, secum deferunt, si vobis visum fuerit, ea vestræ sanctitati nota facient. Et subscripserunt; Dominus noster te nobis in multos annos conservet, beatissime frater. Subscripserunt quoque Alypius, Augustinus, Possidius, Marinus, & cæteri Episcopi.

